WBP
Opole
NiMBP
Opole
1502 st.
15/48.

K-162/72

Est haec editio admodum rara.

Dr. G. Malmstrøm
1845. 25. Okt.

Exempti Collegij Wengersis Ulmæ.

WBP
Opole

PRAEFATIO
AD LECTOREM.

IN multis magnisque beneficiis, quæ per sacram Tridentinam Synodum Ecclesiæ suæ Deus contulit, id in primis numerandum videtur, quòd inter tot Latinas editiones Diuinarum Scripturarum, solam veterem ac vulgatam, quæ longo tot sæculorum vsu in Ecclesia probata fuerat, grauissimo Decreto authenticam declarauit. Nam, vt illud omittamus, quòd ex recentibus editionibus non paucæ ad hæreses huius temporis confirmandas licenter detortæ videbantur: ipsa certè tanta versionum varietas atque diuersitas, magnam in Ecclesia Dei confusionem párere potuisset. Iam enim hac nostra ætate illud ferè euenisse constat, quod sanctus Hieronymus tempore suo accidisse testatus est, tot scilicet fuisse exẽplaria, quot codices; cùm vnusquisque pro arbitrio suo adderet vel detraheret. Huius autem veteris ac vulgatæ Editionis tanta semper fuit auctoritas, tamque excellens præstantia, vt eam ceteris omnibus Latinis editionibus longè anteferendam esse, apud æquos iudices in dubium reuocari non posset. Qui namque in ea Libri continentur (vt à maioribus nostris quasi per manus traditum nobis est) partim ex sancti Hieronymi translatione, vel emendatione, susceptí sunt; partim retenti ex antiquissima quadam editione Latina, quam sanctus Hieronymus communem & Vulgatam, sanctus Augustinus Italam, sanctus Gregorius Veterem translationem appellat. Ac de Veteris quidem huius siue Italæ editionis sinceritate atque præstantia, præclarum sancti Augustini testimonium extat in secundo Libro de Doctrina Christiana, vbi Latinis omnibus editionibus, quæ tunc plurimæ circumferebantur, Italam præferendam censuit, quòd esset, vt ipse loquitur, verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. De sancto verò Hieronymo multa extant veterum Patrum egregia testimonia: eum enim sanctus Augustinus hominem doctissimum, ac trium linguarum peritissimum vocat; atque eius translationem ipsorum quoque Hebræorum testimonio veracem esse confirmat. Eundem sanctus Gregorius ita prædicat, vt eius translationem, quam nouam appellat, ex Hebræo eloquio cuncta veriùs transfudisse dicat: atque idcirco dignissimam esse, cui fides in omnibus habeatur. Sanctus autem Isidorus non vno in loco Hieronymianam versionem ceteris omnibus anteponit, eamque ab ecclesiis Christianis communiter recipi ac probari affirmat, quòd sit in verbis clarior, & veracior in sententiis. Sophronius quoque, vir eruditissimus, sancti Hieronymi translationem non Latinis modò, sed etiam Græcis valde probari animaduertens, tanti eam fecit, vt Psalterium & Prophetas ex Hieronymi versione in Græcum eleganti sermone transtulerit. Porrò qui secuti sunt, viri doctissimi, Remigius, Beda, Rabanus, Haymo, Anselmus, Petrus Damiani, Richardus, Hugo, Bernardus, Rupertus Petrus Lombardus, Alexander, Albertus, Thomas, Bonauentura, ceteríque omnes, qui his nongentis annis in Ecclesia floruerunt, sancti Hieronymi versione ita sunt vsi, vt ceteræ, quæ penè innumerabiles erant, quasi lapsæ de manibus Theologorum, penitus obsoleuerint. Quare non immeritò Catholica Eccle-

Præf. in Iosue.

S. Hiero. in c. 49. Isaiæ. S. Aug. Libro 2. Doctrin. Christian. c. 15. S. Gregor. Epist. Dedicat. ad Leandrum c. 5. in fine. S. Aug. vbi suprà. Lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 43. Lib. 20. Moral. 24. Lib. 6. Etymol. cap. 5.

Lib. 1. de Diuin. officio. 12.

sia, sanctum Hieronymum Doctorem maximum, atque ad Scripturas sacras interpretandas diuinitus excitatum, ita celebrat, vt iam difficile non sit illorum omnium damnare iudicium, qui vel tam eximij Doctoris lucubrationibus non acquieſcunt, vel etiam meliora, aut certè paria, præstare se posse confidunt? Ceterùm ne tam fidelis translatio, tamque in omnes partes Ecclesiæ vtilis, vel iniuria temporum, vel impressorum incuria, vel temerè emendantium audacia, vlla ex parte corrumperetur, eadem sacrosancta Synodus Tridentina illud Decreto suo sapienter adiecit, vt hæc ipsa vetus ac vulgata Editio emendatissimè, quoad fieri posset, imprimeretur: neque vlli liceret eam sine facultate & approbatione Superiorum excudere. Quo Decreto simul typographorum temeritati ac licentiæ modum imposuit; & Pastorum Ecclesiæ, in tanto bono quàm diligentissimè retinendo & conseruando, vigilantiam atque industriam excitauit. Et quamuis insignium Academiarum Theologi in Editione vulgata pristino suo nitori restituenda magna cum laude laborauerint: quia tamen in tanta re nulla potest esse nimia diligentia; & codices manuscripti complures & vetustiores Summi Pontificis iussu conquisiti, atque in Vrbem aduecti erant; & demum, quoniam executio generalium Conciliorum, & ipsa Scripturarum integritas ac puritas, ad curam Apostolicæ sedis potissimùm pertinere cognoscitur: ideo Pius IV. Pontifex Maximus, pro sua in omnes Ecclesiæ partes incredibili vigilantia, lectissimis aliquot sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque tum Sacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritissimis viris, eam prouinciam demandauit, vt vulgatam editionem Latinam, adhibitis antiquissimis codicibus manuscriptis, inspectis quoque Hebraicis Græcisque Bibliorum fontibus; consultis denique veterum Patrum commentariis, accuratissimè castigarent. Quod itidem institutum Pius V. prosecutus est. Verùm Conuentum illum, ob varias grauissimasque Sedis Apostolicæ occupationes iamdudum intermissum, Sixtus V. diuina prouidentia ad summum Sacerdotium euocatus, ardentissimo studio reuocauit, & opus tandem confectum typis mandari iussit. Quod cùm iam esset excusum, & vt in lucem emitteretur, idem Pontifex operam daret, animaduertens non pauca in sacra Biblia præli vitio irrepsisse, quæ iterata diligentia indigere viderentur, totum opus sub incudem reuocandum censuit atque decreuit. Id verò cùm morte præuentus præstare non potuisset, Gregorius XIIII. qui post Vrbani VII. duodecim dierum Pontificatum Sixto succesſerat, eius animi intentionem executus, perficere aggressus est; amplissimis aliquot Cardinalibus, aliisque doctissimis viris, ad hoc iterum deputatis. Sed eo quoque, & qui illi succesſit, Innocentio IX., breuissimo tempore de hac luce subtractis; tandem sub initium Pontificatus Clementis VIII., qui nunc Ecclesiæ vniuersæ gubernacula tenet, opus, in quod Sixtus V. intenderat, Deo bene iuuante perfectum est. Accipe igitur Christiane Lector, eodem Clemente Summo Pontifice annuente, ex Vaticana Typographia, veterem ac vulgatam sacræ Scripturæ Editionem, quanta fieri potuit diligentia castigatam: quam quidem sicut omnibus numeris absolutam, pro humana imbecillitate affirmare difficile est, ita ceteris omnibus, quæ ad hanc vsque diem prodierunt, emendatiorem, purioremque esse, minimè dubitandum. Et verò quamuis in hac Bibliorum recognitione, in codicibus manuscriptis, Hebræis Græcisque fontibus, & ipsis veterum Patrum commentariis conferendis, non mediocre studium adhibitum fuerit: in hac tamen peruulgata Lectione, sicut nonnulla consultò mutata, ita etiam alia, quæ mutanda videbantur, consultò immutata relicta sunt: tum quòd ita faciendum esse, ad offensionem populorum vitandam,

sanctus

sanctus Hieronymus non semel admonuit: tum quòd facilè fieri posse credendum est, vt maiores nostri, qui ex Hebræis & Græcis Latina fecerunt, copiam meliorum & emendatiorum librorum habuerint, quàm ij, qui post illorum ætatem ad nos peruenerunt; qui fortasse, tam longo tempore identidem describendo, minùs puri atque integri euaserunt: tum denique, quia sacræ Congregationi Amplissimorum Cardinalium, aliisque eruditissimis viris ad hoc opus à Sede Apostolica delectis, propositum non fuit, nouam aliquam editionem cudere, vel antiquum Interpretem vlla ex parte corrigere vel emendare; sed ipsam veterem ac vulgatam Editionem Latinam, à mendis veterum librariorum, necnon prauarum emendationum erroribus repurgatam, suæ pristinæ integritati ac puritati, quoad eius fieri potuit, restituere; eaque restituta, vt quàm emendatissimè imprimeretur iuxta Concilij Oecumenici Decretum, pro viribus operam dare. Porrò in hac Editione nihil non canonicum, nihil adscititium, nihil extraneum apponere visum est: atque ea causa fuit, cur Liber tertius & quartus Esdræ inscripti, quos inter Canonicos libros sacra Tridentina Synodus non annumerauit, ipsa etiam Manassæ regis Oratio, quæ neque Hebraicè, neque Græcè quidem extat, neque in manuscriptis antiquioribus inuenitur, neque pars est vllius Canonici libri, extra Canonicæ scripturæ seriem posita sint: & nullæ ad marginem concordantiæ (quæ posthac inibi apponi non prohibentur) nullæ notæ, nullæ variæ lectiones, nullæ denique præfationes, nulla argumenta ad librorum initia conspiciantur. Sed sicut Apostolica Sedes industriam eorum non damnat, qui concordantias locorum, varias lectiones, præfationes sancti Hieronymi, & alia id genus in aliis editionibus inseruerunt: ita quoque non prohibet, quin alio genere characteris in hac ipsa Vaticana editione eiusmodi adiumenta, pro studiosorum commoditate atque vtilitate, in posterum adiiciantur; ita tamen, vt lectiones variæ ad marginem ipsius Textus minimè annotentur.

Epist. ad Sunniam & Fretellam. Præf. Euang. ad Damasum.

DE CANONICIS SCRIPTVRIS DECRETVM EX CONCILIO TRIDENTINO SESSIONE QVARTA.

SAcrosancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuò ante oculos proponens, vt sublatis erroribus, puritas ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur.

Et infrà:

Sacrorum verò librorum Indicem huic Decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo susc*i*piuntur. Sunt verò infrascripti: Testamenti veteris, Quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Iosue, Iudicum, Ruth: Quattuor Regum: Duo Paralipomenon: Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Neemias: Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Dauidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus, & secundus. Testamenti noui: Quattuor Euangelia, secundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti: Quattuordecim Epistolæ Pauli Apostoli; Ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apostoli duæ: Ioannis Apostoli tres: Iacobi Apostoli vna: Iudæ Apostoli vna: & Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit, anathema sit.

CLE-

CLEMENS PP. VIII.

DILECTO FILIO IOANNI MORETO TYPOGRAPHO ANTVERPIENSI.

DIlecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quæ de tua in imprimendis sacrorum præcipuè auctorum voluminibus fide, & diligentia, quotidie ad nos testimonia deferuntur, ea nos inducunt, vt te specialibus fauoribus & gratiis libenter prosequamur. Cùm itaque aliàs, Apostolica auctoritate, sub pœnis tunc expressis, cautum fuerit, ne sacrorum Bibliorum vulgatæ editionis iussu felicis recordationis Sixti Papæ Quinti prædecessoris nostri recognitorum textus, alibi, præterquam in Typographia Vaticana, imprimi posset, prout in litteris Apostolicis desuper expeditis, & in ipso Bibliorum volumine impressis, latiùs continetur: Cumque ob locorum distantiam, & portorij onera, & ob alias graues difficultates, & impensas, sacrorum Bibliorum in dicta Typographia impressorum volumina, ad Germaniæ præsertim, & alias vltramontanas regiones deferri vix possint; Nos, tam commoditati Catholicorum illarum partium consulere, quàm Tc specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutũ fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de dilectorum filiorũ nostrorũ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationis Typographiæ nostræ sententia, Tibi soli trans Alpes, vt durante decennio proximo, Biblia vulgatæ editionis huiusmodi, iuxta exemplar in dicta Typographia impressum, & tibi traditum, quàm emendatissimè tamen, & summa cum fide, nullaque facta additione, aut imminutione, imprimere valeas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, licentiam & facultatem concedimus & indulgemus; Teque dicta sacra Biblia excudere, vendere, ac venalia exponere, licitè, ac sine vllo censurarum Ecclesiasticarum, aut aliarum pœnarum incursu, posse, nec desuper à quoquam quauis auctoritate impediri, molestari, vel perturbari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiri debere, ac irritum & inane, quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Typographiæ nostræ Vaticanæ statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, & singulis eorum tenoribus, præsentibus pro expressis & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceteriscq; contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XI. Martij, M. D. XCVII. Pontificatus nostri anno VI.

M. Vestrius Barbianus.

SVM-

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI, ET PRINCIPVM BELGARVM.

PHILIPPVS Dei gratia Hiſpaniarum &c. Rex Catholicus, Diplomatibus ſuis ſanxit, Ne quis præter Ioannis Moreti, Typographi Antuerpienſis voluntatem, Biblia Sacra, tam Latina, quàm aliis linguis, prout correcta ea iampridem ſunt, aut in poſterum fortè corrigentur, vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſa, in has inferiores Germaniæ ditiones importet, venaliáve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur: vti latiùs patet in litteris, datis Bruxellæ, XVI. Maij, M. D. XCI. iiſdemque confirmatis ac innouatis, XXV. Februarij, M. D. XCVIII.

Signat. *S. de Grimaldi.*

Et in Conſilio Brab.

I. de Buſchere.

ALBERTVS & ISABELLA *Archiduees Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Ser^mi Belgarum Principes, ſupradicta* REGIS CATHOLICI *æternæ memoriæ Parentis ſui Diplomata, Ioanni Moreto, Typographo Antuerpienſi conceſſa, approbarunt & confirmarunt, litteris datis Bruxellæ, XV. Maij, M. DCI.*

Signat.

I. de Buſchere.

LIBER

LIBER GENESIS,

HEBRAICE BERESITH.

CAPVT PRIMVM.

Act. 14. c. 15. 17. f. 24. Pſal. 32. a. 6. 135. a. 5. Eccl. 18. a. 1

IN PRINCIPIO creauit Deus cælum & terram. 1 A
* Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. * Dixitque Deus: 3
Hebr. 11. a. 3 "Fiat lux. Et facta eſt lux. * Et vidit Deus 4
lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à
tenebris. * Appellauitque lucem Diem, 5
& tenebras Noctem: factumque eſt veſpere & mane, dies vnus. * Dixit quoque 6
Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarũm: & diuidat aquas ab aquis. * Et fecit 7
Deus firmamentum, diuiſitque aquas
Pſal. 135. a. 5 Ierem. 10. b. 12. 51. b. 15 quæ erant ſub firmamento, ab his "quæ
erant ſuper firmamentum. Et factum eſt
ita. * Vocauitque Deus firmamentum, 8
Cælum: & factum eſt veſpere & mane,
Pſal. 148. a. 4 dies ſecundus. * Dixit verò Deus: Con- 9
gregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in
locum vnum: & appareat arida. Et fa-
Pſal. 32. b. 7. 88. b. 12. 135. a. 6 Iob 38. a. 4 ctum eſt ita. * Et vocauit Deus aridam, 10
Terram, congregationesque aquarum B
appellauit Maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. * Et ait: Germinet terra her- 11
bam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta
genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit
ſuper terram. Et factum eſt ita. * Et pro- 12
tulit terra herbam virentem, & facientẽ
ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque
ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et
vidit Deus quòd eſſet bonũ. * Et factum 13
eſt veſpere & mane, dies tertius. * Dixit 14
autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint "in ſigna & tempora, & dies & annos: * vt luceant in firmamento cæli, & 15
illuminent terram. Et factum eſt ita. 16
* Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas.
17 *Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, * & præeſſent diei 18
ac nocti, & diuiderẽt lucem ac tenebras.
Et vidit Deus quòd eſſet bonum. * Et fa- 19
ctum eſt veſpere & mane, dies quartus.
* Dixit etiam Deus: Producant aquæ 20
C reptile animæ viuentis, & volatile ſuper
terram ſub firmamento cæli. * Creauitq; 21
Deus Cete grandia, & omnem animam
viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne
volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit
Deus quòd eſſet bonum. * Benedixitq; 22
eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, &
replete aquas maris: aueſque multipli-
Pſal. 135. b. 7 centur ſuper terram. * Et factum eſt ve- 23
ſpere & mane, dies quintus. * Dixit quo- 24
que Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies
ſuas. Factumque eſt ita. * Et fecit Deus 25
beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et
vidit Deus quòd eſſet bonum, * & ait: 26
Faciamus Hominem ad "imaginem & *Col. 3. b. 10*
ſimilitudinem noſtram: & præſit piſci- *Infrà 5. a. 1. 9. a. 6 1. Cor. 11. b. 7*
bus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs,
vniuerſæq; terræ, omnique reptili quod
mouetur in terra. * Et creauit Deus ho- 27
D minem ad imaginem ſuam: ad imaginem
Dei creauit illum, "maſculum & femi- *Sap. 1. c. 22 Matt. 19. 4 Eccl. 17. a. 1 Inſ. 8. c. 17. 9. a. 1*
nam creauit eos. * Benedixitq; illis Deus, 28
& ait: Creſcite, & multiplicamini, & re-

plete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quę mouentur ſuper terram. *Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, "vt ſint vobis in eſcam: *& cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendū. Et factum eſt ita. *"Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

*Inſ. 9. d. 3 — 29 — 30 — *Eccl. 39. c. 21 Mar. 7. d. 37 — 31

CAP. II.

IGitur perfecti ſunt cęli & terra, & omnis ornatus eorum. *Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. *Et benedixit diei ſeptimo; & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret. *Iſtæ ſunt generationes cæli & terrę, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cęlum & terram: *Et omne virgultum agri antequā oriretur in terra, omnemq; herbam regionis priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram: *Sed fons aſcendebat ē terra, irrigans vniuerſam ſuperficiē terræ. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & "factus eſt homo in animam viuentem. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali. *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quattuor capita. *Nomē vni "Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum: *Et aurum terræ illius optimum eſt: ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus. *Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circumit omnē terram Æthiopiæ. *Nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum: *Precepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: *De ligno autem ſcientię boni & mali ne comedas. in quocumq; enim die comederis ex eo, morte morieris. * Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. *Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. *Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ: Adę verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporē in Adam: cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. *Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. *Dixitque Adam: "Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt. *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ: "& erunt duo in carne vna. *Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & nō erubeſcebant.

1 — 2 — A — 3 — *Exod. 20. b. 11. 31. d. 17 Deut. 5. b. 14 Heb. 4. b. 4 — 4 — 5 — 6 — 7 — 1 — A — 8 — B — 2 — 9 — 3 — 10 — 4 — 11 — 5 — *Eccl. 24. c. 35 — 12 — 6 — 13 — 14 — 7 — C — B — 15 — 8 — 16 — 17 — 18 — 19 — 20 — D — 21 — 22 — 23 — 24 — 25 — *1. Corint. 11. b. 9 Matth. 19. a. 5 Mar. 10. a. 7 Epheſ. 5. 31 *1. Cor. 6. d. 16

CAP. III.

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terrę quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi? *Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum, quę ſunt in paradiſo, veſcimur: *de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. *Dixit autem ſerpens ad mulierem: "Nequaquam morte moriemini. *Scit enim Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. *Vidit igitur mulier quòd bonū eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & "comedit: deditque viro ſuo, qui comedit. * Et aperti ſunt oculi amborum: cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. * Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? * Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. * Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? *Dixitque Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. *Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me, & comedi. *Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, malēdictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. *Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, "& ipſe dominabitur tui. *Adæ verò dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuę, & comediſti de ligno, ex quo, præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitę tuę. *Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. *In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quòd mater eſſet cunctorū viuentium. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: *Et ait: Ecce Adā quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitę, & comedat, & viuat in ęternū. *Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt. *Eiecitq; Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atq; verſatilem, ad cuſtodiendā viam ligni vitæ.

cem Do-

*1. Cor. 14. f. 34 — *Eccl. 25. d. 33 1. Tim. 2 d. 14 — *1. Cor. 11 a. 3

CAP. IIII.

ADam verò cognouit vxorem ſuam Heuā: quæ cōcepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum. *Rurſumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola. *Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. * Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. * Ad Cain verò, & ad munera illius, non reſpexit: iratuſque eſt Cain vehementer, & cōcidit vultus eius. *Dixitq; Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? *Nónne ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. *Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & "interfecit eum. *Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio: Num cuſtos fratris mei ſum ego? *Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. *Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram. *Dixitq; Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. *Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Poſuitq; Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. *Egreſſuſq; Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. * Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filij ſui, Henoch. *Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech. *Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. *Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atq; paſtorum. *Et nomen fratris eius Iubal: ipſe fuit pater canentium cithara & organo. *Sella quoque genuit Tubalcaīn, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noema. *Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ: Audite vocem

1 — A — 2 — 3 — 4 — Heb. 11. a. 4 — 5 — 6 — 7 — B — 8 — 9 — 10 — 11 — *Sap. 10. a. 3 Matt. 23. c. 35 1. Ioan. 3. b. 12 Iudæ 1. d. 11 — 12 — 13 — 14 — C — 15 — D — 16 — 17 — 18 — 19 — 20 — 21 — 22 — 23

meam vxoresLamech,auſcultate ſermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.*Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties. *Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam:& peperit filium,vocauitq́ue nomen eius Seth,dicens:Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. * Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: iſte cœpit inuocare nomen Domini.

CAP. V.

HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominẽ, *ad ſimilitudinem Dei fecit illum.*Maſculũ & feminam creauit eos,& benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt. *Vixit autẽ Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitq́ue nomen eius Seth. *Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitq́; filios & filias. *Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam,anni nongenti triginta, & mortuus eſt. *Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. *Vixitq́; Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitq́ue filios & filias. *Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt.*Vixit verò Enos nonaginta annis,& genuit Cainan.*Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis,& genuit filios & filias. *Factiq́; ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt. * Vixit quoq; Cainã ſeptuaginta annis,& genuit Malaleel.*Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitq́ue filios & filias. *Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni,& mortuus eſt.*Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared. *Et vixit Malaeel poſtquã genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. *Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingẽti nonaginta quinq; anni,& mortuus eſt.*Vixitq́; Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch. *Et vixit Iared poſtquã genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias.*Et facti ſunt omnes dies Iared nongẽti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt. *Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam.

*Sap. 2. d. 24
Eccl. 17. a. 1
Sup. 1. d. 28
Inf. 9. a. 6
*1. Par. 1. a. 1
Eccl. 44. c. 15
Hebr. 11. a. 5

*Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, poſtquam genuit Mathuſalam, trecentis annis,& genuit filios & filias. *Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni. *Ambulauitq́; cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. * Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech. *Et vixit Mathuſala,poſtquam genuit Lamech,ſeptingentis octoginta duobus annis,& genuit filios & filias. *Et facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt. *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: *vocauitq́ue nomen eius Noe, dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus. *Vixitq́ue Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. *Et facti ſunt omnes dies Lamech,ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt. Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham,& Iapheth.

CAP. VI.

CVmq́ue cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, *videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ,acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant. *Dixitq́ue Deus:Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntq́ue dies illius centum viginti annorum. *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum,illæq́ue genuerunt,iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. *Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, *pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus, *Delebo, inquit, hominem,quem creaui, à facie terræ,ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli. pœnitet enim me feciſſe eos. *Noe verò inuenit gratiam coram Domino. *Hę ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis,cum Deo ambulauit. *Et genuit tres filios,Sem,Cham,& Iapheth. *Corrupta eſt autẽ terra corã Deo, & repleta eſt iniquitate. *Cumq́ue vidiſſet Deus

*Inf. 8. d. 21
Matt. 15. d. 19
*Eccl. 44. c. 17

terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) * dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate a facie eorum,& ego diſperdam eos cum terra. *Fac tibi arcam de lignis læuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. *Et ſic facies eam:Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. *Feneſtram in arca facies,& in cubito conſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula, & triſtega facies in ea. * Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram,vt interficiam omnem carnem,in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum: Vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. * Ponamq́ue fœdus meum tecum:& ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, tecum. *Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus & feminini. *De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo,& ex omni reptili terræ ſecundùm genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere. * Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi quàm illis in cibum. *Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

Hebr. 11. b. 7

CAP. VII.

DIxitq́ue Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua,in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. *Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, maſculum & feminam: de animantibus verò immundis duo & duo, maſculum & feminam. * Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena,maſculum & feminã: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ. *Adhuc enim,& poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ. *Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus. *Eratq́; ſexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. *Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam propter aquas diluuij. *De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram, *duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & femina, ſicut præceperat Dominus Noe. * Cumq́ue tranſiiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram. * Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis,rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę,& cataractæ cœli apertæ ſunt: * & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth, filij eius; vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam: *ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum, vniuerſáque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumq́; volatile ſecundùm genus ſuum, vniuerſæ aues,omneſq; volucres, *ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ. *Et quæ ingreſſa ſunt,maſculus & femina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus deforis. *Factumq́ue eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram:& multiplicatę ſunt aquæ,& eleuauerunt arcam in ſublime à terra.* Vehementer enim inundauerunt:& omnia repleuerunt in ſuperficie terræ:porrò arca ferebatur ſuper aquas. *Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram:opertiq́ue ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat. * Conſumptaq́ue eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum,animantium, beſtiarum,omniumq́ue reptilium, quæ reptant ſuper terram:vniuerſi homines, *& cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. *Et deleuit omnem ſubſtantiam,quę erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli:& deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca. * Obtinueruntq́ue aquæ terram centum quinquaginta diebus.

*Sap. 10. a. 4
Eccl. 39. c. 28
1. Pet. 3. d. 20

CAP. VIII.

REcordatus autem Deus Noe, cunctorumq́; animantium,& omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. * Et clauſi ſunt fontes

abyſſi,& cataractæ cęli:& prohibitę ſunt
pluuiæ de cælo.*Reuerſæque ſunt aquæ 3 22
de terra euntes & redeuntes : & cœperunt minui poſt centum quinquaginta
dies.*Requieuitque arca menſe ſeptimo, 4
vigeſimo ſeptimo die menſis,ſuper montes Armeniæ.*At verò aquę ibant & de- 5 1
creſcebant vſque ad decimum menſem: A
decimo enim menſe, prima die menſis, 6
apparuerunt cacumina montiũ. *Cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiẽs B 2
Noe feneſtram arcæ,quam fecerat,dimiſit coruum:*qui egrediebatur,& non re- 7
uertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. *Emiſit quoque columbam 8
poſt eum,vt videret ſi iam ceſſaſſent aquę ſuper faciem terræ. *Quæ cùm non in- 9
ueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa 5
eſt ad eum in arcam : aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram: extenditq; manum , & apprehenſam intulit in arcam. 6
*Expectatis autem vltrà ſeptem diebus 10
aliis , rurſum dimiſit columbam ex arca. B
*At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuę virentibus foliis in ore 11 7
ſuo. intellexit ergo Noe quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram. *Expectauitque ni- 12 8
hilominus ſeptem alios dies : & emiſit C
columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad 9
eum. *Igitur ſexcenteſimo primo anno, 13 10
primo menſe,prima die menſis,imminutæ ſunt aquæ ſuper terram : & aperiens
Noe tectum arcæ, aſpexit,viditque quòd
exiccata eſſet ſuperficies terræ. *Menſe 14 11
ſecundo,ſeptimo & vigeſimo die menſis,
arefacta eſt terra. *Locutus eſt autem 15
Deus ad Noe,dicens: *Egredere de arca, 16
tu & vxor tua,filij tui & vxores filiorum
tuorum tecum. *Cuncta animantia quæ 17
ſunt apud te,ex omni carne,tam in volatilibus quàm in beſtiis & vniuerſis reptilibus,quæ reptant ſuper terram,educ te- 12
cum, & ingredimini ſuper terram: "creſcite & multiplicamini ſuper eam. *E- 18
greſſus eſt ergo Noe , & filij eius,vxor il- D
lius,& vxores filiorum eius,cum eo.*Sed 19
& omnia animantia,iumenta, & reptilia
quæ reptant ſuper terram,ſecundùm genus ſuum , egreſſa ſunt de arca. *Ædificauit autem Noe altare Domino: & tol- 20 16
lens de cunctis pecoribus & volucribus
mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.
*Odoratuſq; eſt Dominus odorem ſua- 21 17
uitatis, & ait: Nequaquam vltrà maledicam terrę propter homines: "ſenſus enim
& cogitatio humani cordis in malum
prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igi-

tur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci.*Cunctis diebus terræ,
ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas
& hiems,nox & dies,non requieſcent.

Cap. IX.

BEnedixitque Deus Noe & filiis eius. 1
Et dixit ad eos: 'Creſcite, & multi- A
plicamini , & replete terram. *Et terror 2
veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ , & ſuper omnes volucres cæli,
cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manu veſtræ
traditi ſunt.*Et omne,quod mouetur & 3
viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia; *Excepto, 4
quòd carnem cum ſanguine non comedetis. *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum
beſtiarum: & de manu hominis, de manu viri & fratris eius, requiram animam
hominis.*Quicumq; 'effuderit humanũ 6
ſanguinem, fundetur ſanguis illius: "ad B
imaginem quippe Dei factus eſt homo.
*'Vos autem creſcite & multiplicamini, 7
& ingredimini ſuper terram , & implete eã. *Hæc quoq; dixit Deus ad Noe,& ad 8
filios eius cum eo:*Ecce ego ſtatuam pa- C
ctum meum vobiſcum , & cum ſemine 9
veſtro poſt vos: *& ad omnem animam
viuentem, quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus
terræ cunctis,quę egreſſa ſunt de arca,& 10
vniuerſis beſtiis terræ. *'Statuam pactũ 11
meum vobiſcum , & nequaquã vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij,neq;
erit deinceps diluuium diſſipans terram.
*Dixitq; Deus: Hoc ſignũ fœderis quod 12
do inter me & vos , & ad omnem animã
viuentem , quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas: *Arcum meum po- 13
nam in nubibus , & erit ſignum fœderis
inter me & inter terram. *'Cumq; ob- 14
duxero nubibus cælum, apparebit arcus C
meus in nubibus:*& recordabor fœderis 15
mei vobiſcũ, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vniuerſam
carnẽ. *Eritq; arcus in nubibus,& videboillũ,& recordabor fœderis ſempiterni 16
quod pactum eſt inter Deum & omnem
animam viuentem vniuerſæ carnis quæ
eſt ſuper terram. *Dixitq; Deus ad Noe: 17
Hoc erit ſignum fœderis,quod conſtitui
inter me & omnem carnem ſuper terrã.
*Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de 18
arca , Sem , Cham , & Iapheth : porrò

Sup. 1. c. 22. 8. c. 17

Sup. 1. g. 29

Ierem. 17. d. 14

*Matt. 26. c. 52
*Apoc. 13. c. 19
*Sup. 1. d. 28. 8. c. 17

*Ifa. 54. c. 9

*Sup. 1. d. 28
Infr. 9. a. 1

*Sup. 6. a. 5
Matt. 15. b. 19

*Ecclı. 43. b. 12

Cham

Cham ipſe eſt pater Chanaan. *Tres iſti 19 15
filij ſunt Noe:& ab his diſſeminatum eſt 16
omne genus hominum ſuper vniuerſam C
terram. *Cœpitque Noe vir agricola 20 17
exercere terram , & plantauit vineam. D
*Bibensque vinum inebriatus eſt, & nu- 21 18
datus in tabernaculo ſuo. *Quod cùm 22 19
vidiſſet Cham pater Chanaan , verenda
ſcilicet patris ſui eſſe nudata , nunciauit
duobus fratribus ſuis foras. *At verò 23
Sem & Iapheth pallium impoſuerunt
humeris ſuis , & incedentes retrorſum,
operuerunt verenda patris ſui: facieſque 20
eorum auerſæ erant, & patris virilia non
viderunt.* Euigilans autem Noe ex vi- 24
no , cùm didiciſſet quæ fecerat ei filius 21
ſuus minor, *ait: Maledictus Chanaan, 25 22
ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. *Di- 26
xitq; : Benedictus Dominus Deus Sem, 23
ſit Chanaan ſeruus eius. *Dilatet Deus 27
Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, 24
ſitque Chanaan ſeruus eius. *Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quin- 28 25
quaginta annis. *Et impleti ſunt omnes 29
dies eius nongentorum quinquaginta
annorum: & mortuus eſt.

Cap. X.

1.Par. 1. a. 5

HÆ ſunt generationes filiorum Noe, 1
Sem,Cham,& Iapheth:natiq; ſunt A
eis filij poſt diluuium.*Filij Iapheth:Go- 2 26
mer, & Magog, & Madai , & Iauan , &
Thubal,& Moſoch,& Thiras. *Porrò fi- 3
lij Gomer: Aſcenez & Riphath & Thogorma.*Filij autem Iauan:Eliſa &Thar- 4
ſis,Cethim & Dodanim. *Ab his diui- 5 1
ſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus 2
ſuis , vnuſquiſque ſecundùm linguam
ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis.
*Filij autem Cham : Chus, & Meſraim, 6 3
& Phuth,& Chanaan. *Filij Chus:Saba, 7
& Heuila,& Sabatha,& Regma,& Sabatacha.Filij Regma:Saba & Dadan.*Por- 8 4
rò Chus genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe B
potẽs in terra, *& erat robuſtus venator 9
coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbium : Quaſi Nemrod robuſtus venator
coram Domino. *Fuit autem principiũ 10 5
regni eius Babylon,& Arach,& Achad,
& Chalanne,in terra Sennaar. *De terra 11 6
illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen,& plateas ciuitatis,&Chale.*Reſen 12
quoq; inter Niniuen & Chale:hæc eſt ci- 7
uitas magna. *At verò Meſraim genuit 13 B
Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephtuim,*&Phetruſim,&Chaſluim:de qui- 14 8
bus egreſſi ſunt Philiſthiim & Caphto-

rim. *Chanaan autem genuit Sidonem
primogenitum ſuum, Hethæum,*& Ie- 16
buſæum, & Amorrhæum , Gergeſæum, C
Heuæum,& Araceum:Sinæum,& A- 17 18
radium, Samaræum, & Amathæum: &
poſt hęc diſſeminati ſunt populi Chana- 21
næorum. *Factique ſunt termini Cha- 19
naan venientibus à Sidone Geraram vſque Gazam , donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham , & Adamam, &
Seboim,vſque Leſa. *Hi ſunt filij Cham 20
in cognationibus , & linguis, & generationibus,terriſque & gentibus ſuis. *De
Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber , fratre Iapheth maiore. 21
*Filij Sem : Ælam & Aſſur , & Arpha- 22 1.Par. 1.
xad,& Lud, & Aram.* Filij Aram: Vs, 23 b. 17
& Hul,& Gether, & Mes. *At verò Arphaxad genuit Sale,de quo ortus eſt He- 24
ber. *Natique ſunt Heber filij duo : no- 25
men vni Phaleg, eò quòd in diebus eius D
diuiſa ſit terra : & nomen fratris eius Iectan. *Qui Iectan genuit Elmodad, & 26
Saleph, & Aſarmoth,Iare,*& Aduram, 27
& Vzal, & Decla,*& Ebal, & Abimael, 28
Saba , *& Ophir , & Heuila , & Iobab. 29
omnes iſti,filij Iectan.*Et facta eſt habitatio eorum de Meſa pergentibus vſque 30
Sephar montẽ orientalem.*Iſti filij Sem, 31
ſecundùm cognationes,& linguas,& regiones,in gentibus ſuis.*Hę familię Noe
iuxta populos & nationes ſuas. Ab his 32
diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuiũ.

Cap. XI.

ERat autem terra labij vnius , & ſer- 1 Sup. 10. a. 5
monum eorundem. *Cumq; profi- 2
ciſcerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar , & habitauerunt A
in eo. *Dixitque alter ad proximum 3
ſuum: Venite,faciamus lateres,& coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro
ſaxis, & bitumen pro cæmento: *& di- 4
xerunt : Venite , faciamus nobis ciuitatẽ
& turrim,cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras.
*Deſcendit autẽ Dominus vt videret ci- 5
uitatem & turrim,quam ædificabant filij
Adam, *& dixit:Ecce,vnus eſt populus, 6
& vnum labium omnibus:cœperuntque
hoc facere,nec deſiſtent à cogitationibus
ſuis,donec eas opere compleant.*Venite 7
igitur,deſcendamus,& confundamus ibi
linguam eorum,vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. *Atq; ita diuiſit 8
eos Dominꝰ ex illo loco in vniuerſas ter-

A 4 ras, &

ras, & cessauerunt ædificare ciuitatem.
*Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.
*1. Par. 1. b. 17 *Hæ sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium. *Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias.
*Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. *Vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. *Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber.
*Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. *Vixit autem Heber triginta quattuor annis, & genuit Phaleg. *Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. *Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. *Vixitque
1. Par. 1. b. 19 Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouē annis: & genuit filios & filias. *Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. *Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis; & genuit filios & filias. *Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. *Vixitque Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. *Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare. *Vixitque Nachor postquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. *Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. *Hę sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot. *Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. *Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ, & patris Ieschæ. *Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. *Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

1. Par. 1. b. 18 Ieſ. 24. a. 2

*Ioſ. 24. a. 2 Nehem. 9. b. 7 Iudith 5. a. 6 Act. 7. a. 2

CAP. XII.

DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. *Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuū, erisque benedictus. *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque *IN TE benedicentur vniuersæ cognationes terræ. *Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorū erat Abram cùm egrederetur de Haran. *Tulitque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamq; substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cumque venissent in eam, *pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, vsque ad conuallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: *Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. *Perrexitque Abram vadens, & vltrà progrediens ad meridiem. *Facta est autem fames in terra: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra. *Cumque propè esset vt ingrederetur Ægyptū, dixit Sarai vxori suæ: Noui quòd pulchra sis mulier: *& quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reseruabunt. *Die ergo, obsecro te, quòd soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. *Cùm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem quòd esset pulchra nimis. *Et nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis. *Abram verò bene vsi sunt propter illā: fuerunt-que ei oues & boues, & asini, & serui & famulæ, & asinæ & cameli. *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai vxorem Abram. *Vocauitque Pharao

Act. 7. a. 3

*Gal. 3. b. 8 Inf. 18. c. 18. 22. c. 17 Heb. 11. b. 8

*Inf. 13. d. 14 15 d. 18 26. a. 2 Deut. 34. b. 4

*Inf. 20. c. 11

Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti quòd vxor tua esset? *Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade. *Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

CAP. XIII.

AScendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad Australē plagam. *Erat autem diues valde in possessione auri & argenti. *Reuersusq; est per iter, quo venerat, à meridie in Bethel, vsque ad locum vbi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai: *in loco altaris
*Sup. 12. b. 1 quod fecerat priùs, & inuocauit ibi nomen Domini. *Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. *Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: *erat
*Inf. 36. 4-7 quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. *Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananeus & Pherezeus habitabāt in terra illa. *Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. *Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. *Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. *Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisique sunt alterutrum à fratre suo. *Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanē, & habitauit in Sodomis. *Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. *Dixitq; Dominus ad Abram, post-
*Sup. 12. b. 7 quā diuisus est ab eo Lot: *Leua oculos
*Inf. 15. c. 18. 26. a. 4 tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad
*Deut. 34. b. 4 aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. *Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum. *Faciamq; semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest ho-

minum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. *Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. *Mouens igitur tabernaculū suum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

CAP. XIIII.

FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentium, *inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor. *Omnes hi conuenerunt in vallē Siluestrem, quæ nunc est mare salis. *Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. *Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percusseruntque Raphaim in Astaroth-carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, *& Chorreos in montibus Seir, vsque ad Campestria Pharan, quæ est in solitudine. *Reuersique sunt, & venerunt ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum qui habitabat in Asasonthamar. *Et egressi sunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhę, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Siluestri: *scilicet aduersus Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quattuor reges aduersus quinque. *Vallis autem Siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & Gomorrhæ, terga verterunt, ceciderunt que ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. *Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorū & Gomorrhæ, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: *necnon & Lot & substantiam eius, filiū fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. *Et ecce vnus qui euaserat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Escol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram. *Quod cum audisset Abram, captum vi-

delicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est vsque Dan.
*Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba, quæ est ad læuam Damasci.
*Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. *Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis.
*Heb. 7 a. 3 *At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, *benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cælum & terram: *& benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. *Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cetera tolle tibi. *Qui respondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ, *quòd à filo subtegminis vsque ad corigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abram: *exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol, & Mambre: isti accipient partes suas.

CAP. XV.

HIs itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicēs: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *Dixitq; Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *Addiditq; Abram: Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus, heres meus erit. *Statimq; sermo Domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis heredem. *Eduxitq; eum foras, & ait illi: Suspice cælum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum.
*Rom. 4. c. 18
*Rom. 4. a. 3 Gal. 3. a. 6 Iac. 2. a. 6. d. 23 *Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *Dixitque ad eum: Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eā. *At ille ait: Domine Deus, vnde scire possum, quòd possessurus sim eam? *Et respondens Dominus: Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. *Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per mediū, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. *Descenderuntque volueres super cadauera, & abigebat eas Abram. *Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. *Dictumque est ad eum: Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semē tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. *Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. *Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. *Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum Euphraten, *Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, *& Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque, *& Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

*Ierem. 34. d. 18
*Act. 7 a. 6
*Sup. 12. b. 7. 13. d. 5 Infr. 26. a. 4 Deut. 34. b. 4 2. Par. 9. f. 26 1. Reg. 4. c. 20

CAP. XVI.

IGitur Sarai, vxor Abram, nō genuerat liberos: sed habens ancillā Ægyptiam nomine Agar, *dixit marito suo: Ecce, conclusit me dominus, ne parerē: ingredere ad ancillam meā, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cumq; ille acquiesceret deprecanti, *tulit Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem. *Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. *Dixitq; Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit, despectui me habet. iudicet Dominus inter me & te. *Cui respondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarai, fugā iniit. *Cumque inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, qui est in via Sur in deserto, *dixit ad

illam:

illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis? & quò vadis? quæ respondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. *Dixitq; ei angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. *Et rursum: Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. *Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti, & paries filium: vocabisq; nomen eius Ismael, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. *Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. *Vocauit autē nomen Domini qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim: Profectò hîc vidi posteriora videntis me. *Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad. *Peperitque Agar Abræ filium: qui vocauit nomen eius Ismael. *Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaelem.

Infr. 24. g. 62

CAP. XVII.

POstquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus: dixitq; ad eū: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. *Ponamq; fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. *Cecidit Abram pronus in faciem. *Dixitq; ei Deus: Ego sum, & pactum meum tecum, *erisque pater multarum gentium. *Nec vltrà vocabitur nomen tuū Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarū gentium constitui te. *Faciamq; te crescere vehementissimè, & ponā te in gentibus, regesq; ex te egredientur. *Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. *Daboq; tibi & semini tuo terrā peregrinationis tuę, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. *Dixit iterum Deus ad Abraham: *Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. *Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circumcidetur ex vobis omne masculinum: *& circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit *in signum fœderis inter me & vos. *Infans octo dierum circumcidetur in vobis,

*Ezech. 44. c. 20 Rom. 4. c. 17
*Act. 7. a. 8
*Rom. 4. b. 11 Leu. 12. a. 3 Luc. 2. c. 22

omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus, quàm emptit us circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra: *eritque pactum meū in carne vestra in fœdus æternum. *Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.
*Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. *Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filiū cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorū orientur ex eo. *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in corde suo: Putásne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? *Dixitq; ad Deum: Vtinā Ismael viuat coram te. *Et ait Deus ad Abrahā: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. *Super Ismael quoq; exaudiui te. ecce, benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciā illum in gentem magnam. *Pactum verò meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. *Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham. *Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suę: vniuersosq; quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. *Abraham nonaginta & nouē erat annorum quando circumcidit carnem pręputij sui. *Et Ismael filius tredecim annos impleuerat tēpore circumcisionis suæ. *Eadem die circumcisus est Abrahā & Ismael filius eius. *Et omnes viri domus illius, tā vernaculi, quàm emptitij & alienigenę, pariter circūcisi sunt.

Infr. 18. b. & 21. a. 2

CAP. XVIII.

APparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. *Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eū: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terram. *Et dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: *sed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes vestros, & requiescite sub arbore. *Ponamque buccellam panis, & confortate cor

Hebr. 13. a. 2

vestrum,

vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. *Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. * Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero: qui festinauit & coxit illum. *Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. *Cumq; comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua? ille respondit: Ecce in tabernaculo est. *Cui dixit: "Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi. *Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. * Quæ risit occultè, dicens: Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? *Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens: Num verè paritura sum anus? *Numquid Deo quidquam est difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. *Negauit Sara dicens, Non risi: timore perterrita. Dominus autem: Non est, inquit, ita: sed risisti. *Cùm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur, deducens eos. *Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham quę gesturus sum: *cùm futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & BENEDICENDÆ sint in illo omnes nationes terræ? *Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. * Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. *Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. *Conuerteruntque se inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat coram Domino. *Et appropinquans ait: Numquid perdes iustũ cum impio? *Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? *Absit à te, vt rem

*Sup. 17. c. 19 Inf. 21. a. 1 Rom. 9. b. 9 1. Pet. 3 a. 6

hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. *Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. *Respondensque Abraham, ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis. *Quid si minùs quinquaginta iustis, quinque fuerint? delebis, propter quadraginta quinque, vniuersam vrbem? Et ait: Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque. *Rursumque locutus est ad eum: Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. *Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar: Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit: Non faciã, si inuenero ibi triginta. *Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum: Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. *Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel: Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non delebo propter decem. *Abiitque Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.

CAP. XIX.

Heb. 13. a. 2

VEneruntque duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque prõnus in terram, *& dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & manè proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt: Minimè, sed in platea manebimus. *Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum: ingressique domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma: & comederunt. * Prius autem quam irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsque ad senem, omnis populus simul. *Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei: Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscamus eos. *Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostium, ait: *Nolite, quæso, fratres mei, nolite malum hoc facere. *Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt

sub vmbra culminis mei. *At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, inquiunt, vt aduena; numquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. *Vimque faciebant Lot vehementissimè: iamque propè erat vt effringerent fores. *Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauseruntque ostium. *& eos, qui foris erant, *percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. *Dixerunt autem ad Lot: Habes hîc quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac: *delebimus enim locum istum, eò quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos. *Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. *Cumque esset mane, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. *Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eò quòd parceret Dominus illi. *"Eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem: ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circà regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. *Dixitque Lot ad eos: Quæso Domine mi, *quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar: * Est ciuitas hæc iuxtà, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: numquid non modica est, & viuet anima mea? *Dixitq; ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. *" Festina & saluare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. *Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor. *"Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo: *& subuertit ciuitates has, & omnem circà regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. *" Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis.

2. Pet. 2. b. 8

Sap. 19. c. 26

Sup. 18. a. 3

*Abraham autem consurgens manè, vbi steterat priùs cum Domino, *intuitus est Sodomam & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. * Cùm enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus Abrahę, liberauit Lot de subuersione vrbium in quibus habitauerat. *Ascenditque Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo. *Dixitque maior ad minorem: Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ. *Veni, inebriemus eum vino, dormiamúsque cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen. *Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa: Et ingressa est maior, dormiuitque cum patre: at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. *Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro. *Dederunt etiam & illa nocte patri suo bibere vinum, ingressaque minor filia, dormiuit cum eo: & ne tunc quidẽ sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit. *Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo. *Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem. * Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

CAP. XX.

PRofectus inde Abraham in terram austrãlem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. *Dixitq; de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *Venit autẽ Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. *Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantẽ & iustam interficies? * Nónne ipse dixit mihi: Soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum, feci

Sap. 10. a. 6

Deut. 29. d. 23 Isa. 13. 19 Ierem. 50. f. 40 Ezech. 16. f. 48 Ose. 11. c. 8 Amos 4. 11 Luc. 17. 29 Iuda 1. c. 7

Luc. 17. §. 33

hoc. *Dixitque ad eum Deus : Et ego 6
scio quòd simplici corde feceris: & ideo B
custodiui te ne peccares in me, & non
dimisi vt tangeres eam. *Nunc ergo 7
redde viro suo vxorem, quia propheta
est: & orabit pro te, & viues : si autem
nolueris reddere, scito quòd morte mo-
rieris tu, & omnia quæ tua sunt. *Sta- 8
timque de nocte consurgens Abimelech,
vocauit omnes seruos suos: & locutus est
vniuersa verba hæc in auribus eorum, ti-
mueruntque omnes viri valde. *Voca- 9
uit autem Abimelech etiam Abraham, C
& dixit ei: Quid feci sti nobis? quid pec-
cauimus in te, quia induxisti super me
& super regnum meum peccatum gran-
de? quæ non debuisti facere, feci sti no-
bis. *Rursumque expostulans, ait: Quid 10
vidisti, vt hoc faceres? *Respondit A- 11
braham: Cogitaui mecum, dicens: Forsi-
tan non est timor Dei in loco isto: & in-
terficient me propter vxorem meam:
[a] Suprà 12. c. 13 Inf. 21. c. 23 *aliàs autem & [a]verè soror mea est, filia 12
patris mei, & non filia matris meæ, &
duxi eam in vxorem. *Postquam autem 13
eduxit me Deus de domo patris mei,
dixi ad eam : Hanc misericordiam facies
mecum : In omni loco, ad quem ingre-
diemur, dices quòd frater tuus sim. *Tu- 14
lit igitur Abimelech oues & boues, & D
seruos & ancillas, & dedit Abraham:
reddidítque illi Saram vxorem suam,
*& ait : Terra coram vobis est, vbi- 15
cumque tibi placuerit habita. *Saræ au- 16
tem dixit: Ecce mille argenteos dedi
fratri tuo, hoc erit tibi in velamen ocu-
lorum ad omnes qui tecum sunt, & quo-
cumque perrexeris : mementóque te de-
prehensam. *Orante autem Abraham, 17
sanauit Deus Abimelech & vxorem,
ancillásque eius, & pepererunt: * con- 18
clusérat enim Dominus omnem vul-
uam domus Abimelech propter Saram
vxorem Abrahæ.

CAP. XXI.

VIsitauit autem Dominus Saram si- 1
cut [a]promiserat: & impleuit quæ lo- A
cutus est. *Concepitq; & [b]peperit filium 2
in senectute sua, tempore quo prædixerat
ei Deus. *Vocauitq; Abraham nomen fi- 3
lij sui, quem genuit ei Sara, Isaac: *& cir- 4
cumcidit eum octauo die, sicut [a]præcepe-
rat ei Deus, *cùm centum esset annorũ: 5
hac quippe ætate patris, natus est Isaac.
*Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus: 6
quicumque audierit, corridebit mihi.
*Rursumq; ait: Quis auditurum crederet 7
Abraham, quòd Sara lactaret filium, quẽ
peperit ei iam seni? *Creuit igitur puer, 8
& ablactatus est : fecitque Abraham
grande conuiuium in die ablactationis
eius. *Cumque vidisset Sara filium Agar 9
Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo,
dixit ad Abraham : *[a] Eiice ancillam 10 [a] Gal. 4. d. 10
hanc, & filium eius : non enim erit heres
filius ancillæ cum filio meo Isaac. *Durè 11
accepit hoc Abraham pro filio suo. *Cui 12
dixit Deus : Non tibi videatur asperum B
super puero, & super ancilla tua : omnia
quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius:
quia [a]in Isaac vocabitur tibi semen. *Sed 13 [a] Rom. 9. b. 7 Heb. 11. d. 18
& filium ancillæ faciam in gentem ma-
gnam, quia semen tuum est. *Surrexit 14
itaque Abraham manè, & tollens panem
& vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius,
tradidítque puerum, & dimisit eam. Quę
cùm abiisset, errabat in solitudine Bersa-
bee. *Cumque consumpta esset aqua in 15
vtre, abiecit puerum subter vnam arbo-
rum, quæ ibi erant. *Et abiit, seditque è 16
regione procul quantum potest arcus iá-
cere. dixit enim: Non videbo morientem
puerum: & sedens contrà, leuauit vocem
suam & fleuit. *Exaudiuit autem Deus 17
vocem pueri : vocauitque Angelus Dei
Agar de cælo, dicens : Quid agis Agar?
noli timere: exaudiuit enim Deus vocem
pueri de loco in quo est. *Surge, tolle 18
puerum, & tene manum illius: quia in C
gentem magnam faciam eum. *Aperuitque 19
oculos eius Deus : quæ videns
puteum aquæ, abiit, & impleuit vtrem,
deditque puero bibere. *Et fuit cum eo: 20
qui creuit, & moratus est in solitudine,
factusque est iuuenis sagittarius. *Habi- 21
tauitque in deserto Pharan, & accepit illi
mater sua vxorem de terra Ægypti. *Eo- 22
dem tempore dixit Abimelech, & Phi-
col princeps exercitus eius, ad Abraham:
Deus tecum est in vniuersis quæ agis.
*Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & 23
posteris meis, stirpique meæ : sed iuxta
misericordiam, [a]quam feci tibi, facies [a] Sup. 20. d. 15
mihi, & terræ in qua versatus es aduena.
*Dixitque Abraham : Ego iurabo. *Et 24
increpauit Abimelech propter puteum 25
aquæ quem vi abstulerant serui eius.
*Respondítque Abimelech: Nescíui quis 26
fecerit hanc rem : sed & tu non indicasti
mihi, & ego non audiui præter hodie.
*Tulit itaque Abraham oues & boues, 27 D
& dedit Abimelech : percusserunt que
ambo fœdus. *Et statuit Abraham se- 28

ptem

ptem agnas gregis seorsum. *Cui dixit 29
Abimelech : Quid sibi volunt septem
agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum?
*At ille : Septem, inquit, agnas accipies 30
de manu mea : vt sint mihi in testimo-
nium, quoniam ego fodi puteum istum.
*Idcirco vocatus est locus ille Bersabee: 31
quia ibi vterque iurauit. *Et inierunt 32
fœdus pro puteo iuramenti. *Surrexit 33
autem Abimelech, & Phicol princeps
exercitus eius, reuersíque sunt in terram
Palæstinorum. Abraham verò plantauit
nemus in Bersabee, & inuocauit ibi no-
men Domini Dei æterni. *Et fuit colo- 34
nus terræ Palæstinorum diebus multis.

CAP. XXII.

[a] Iudith 8. c. 22 Heb. 11. d. 17
QVæ postquam gesta sunt, [a]tentauit 1
Deus Abraham, & dixit ad eum: A
Abraham, Abraham. At ille respon-
dit : Adsum. *Ait illi : Tolle filium 2
tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac,
& vade in terram visionis: atque ibi offe-
res eum in holocaustum super vnum
montium quem monstrauero tibi. *Igi- 3
tur Abraham de nocte consurgens, stra-
uit asinum suum: ducens secum duos iu-
uenes, & Isaac filium suum : Cumque
concidisset ligna in holocaustum, abiit ad
locum quem præceperat ei Deus. *Die 4
autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum
procul: * dixitque ad pueros suos : Ex- 5
pectate hîc cum asino : ego & puer illuc
vsque properantes, postquam adoraueri-
mus, reuertemur ad vos. *Tulit quoque 6
ligna holocausti, & imposuit super Isaac B
filium suum: ipse verò portabat in mani-
bus ignem & gladium. Cumq; duo per-
gerent simul, *dixit Isaac patri suo : Pa- 7
ter mi. At ille respondit : Quid vis fili?
Ecce, inquit, ignis & ligna : vbi est victi-
ma holocausti? *Dixit autem Abraham: 8
Deus prouidebit sibi victimam holocau-
sti, fili mi. Pergebant ergo pariter: *& 9
venerunt ad locum quem ostenderat ei
Deus, in quo ædificauit altare, & desuper
ligna composuit: cumque alligasset Isaac
filium suum, posuit eum in altare super
[a] Iac. 2. d. 21 struem lignorum. *Extenditq; manum, 10
& arripuit gladium, vt immolaret filium
suum. *Et ecce Angelus Domini de cælo 11
clamauit, dicens : Abraham, Abraham.
Qui respondit : Adsum. *Dixitque ei: 12
Non extendas manum tuam super pue- C
rum, neque facias illi quidquam : nunc
cognoui quòd times Deum, & non pe-
percisti vnigenito filio tuo propter me.
*Leuauit Abraham oculos suos, vidit- 13
que post tergum arietem inter vepres
hærentem cornibus, quem assumens ob-
tulit holocaustum pro filio. * Appella- 14
uitque nomen loci ilius, Dominus vi-
det. Vnde vsque hodie dicitur: In monte
Dominus videbit. *Vocauit autem An- 15
gelus Domini Abraham secundò de cæ-
lo, dicens: *[a] Per memetipsum iuraui, 16 [a] Psal. 104. a. 9 Luc. 1. g. 73 Eccl. 44. d. 21 Heb. 6. c. 13 1. Mach. 2. f. 52 Luc. 1. g. 73
dicit Dominus: quia feci sti hanc rem, &
non pepercisti filio tuo vnigenito pro-
pter me: * benedicam tibi, & multi- 17
plicabo semen tuum sicut stellas cæli, D
& velut arenam quæ est in littore maris:
possidebit semen tuum portas inimico-
rum suorum, *& [a]BENEDICENTVR 18 [a] Sup. 12. a. 3. 18. c. 18 Inf. 26. d. 4 Act. 3. d. 25 Eccl. 44. d. 25
in semine tuo omnes gentes terræ, quia
obedisti voci meæ. *Reuersus est Abra- 19
ham ad pueros suos, abieruntque Bersa-
bee simul, & habitauit ibi. *His ita ge- 20
stis, nunciatum est Abrahæ quòd Mel-
cha quoque genuisset filios Nachor fra-
tri suo, * Hus primogenitum, & Buz 21
fratrem eius, & Camuel patrem Syro-
rum, *& Cased, & Azau, Pheldas quo- 22
que & Iedlaph, *ac Bathuel, de quo na- 23
ta est Rebecca : octo istos genuit Mel-
cha, Nachor fratri Abrahæ. *Concubina 24
verò illius, nomine Roma, peperit Ta-
bee, & Gaham, & Tahas, & Maacha.

CAP. XXIII.

VIxit autem Sara centum vigintise- 1
ptem annis. * Et mortua est in ci- 2
uitate Arbee, quæ est Hebron, in terra A
Chanaan : venitque Abraham vt plan-
geret & fleret eam. *Cumque surrexis- 3
set ab officio funeris, locutus est ad filios
Heth, dicens: * Aduena sum & pere- 4
grinus apud vos : date mihi ius sepulchri
vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.
*Respondérunt filij Heth, dicentes: 5
*Audi nos domine, princeps Dei es a- 6
pud nos : in electis sepulchris nostris se-
peli mortuum tuum : nullusque te pro-
hibere poterit quin in monumento eius
sepelias mortuum tuum. * Surrexit A- 7
braham, & adorauit populum terræ, fi-
lios videlicet Heth: *dixitque ad eos: Si 8
placet animæ vestræ vt sepeliam mortuũ B
meum, audite me, & intercedite pro me
apud Ephron filium Seor: *vt det mihi 9
speluncam duplicem, quam habet in ex-
trema parte agri sui : pecunia digna tra-
dat eam mihi coram vobis in possessio-
nem sepulchri. * Habitabat autem E- 10
phron in medio filiorum Heth. Respon-

ditque

ditq; Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens: *Nequaquam ita fiat, domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum. *Adorauit Abraham coram populo terræ. *Et locutus est ad Ephron circumstante plebe: Quæso, vt audias me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in eo. *Responditque Ephron: *Domine mi, audi me: Terra, quam postulas, quadringentis siclis argenti valet: istud est pretium inter me & te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. *Quod cùm audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. *Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tam ipse, quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, *Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. *Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre. hæc est Hebron in terra Chanaan. *Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.

11 C 12 B 14 15 16 17 D 18 19 20

CAP. XXIIII.

ERat autem Abraham senex, dierumque multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei. *Dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: "Pone manum tuam subter femur meum, *vt adiurem te per Dominum, Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: *sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. *Respondit seruus: Si noluerit mulier venire mecum in terrā hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? *Dixitque Abraham: Caue nequando reducas filiū meum illuc. *Dominus Deus cęli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: "Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo: *sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantùm ne reducas illuc. *Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. *Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. *Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: *Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. *Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. *Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo. *Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua: *puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro: descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. *Occurritque ei seruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. *Quæ respondit: Bibe domine mi. celeriterque deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. *Cumq; ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquā, donec cuncti bibant. *Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquam: & haustam omnibus camelis dedit. *Ipse autem contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset Dominus, an non. *Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorū decem. *Dixitq; ad eam: Cuius es filia? indica mihi: est in domo patris tui locus ad manendum? *Quę respondit: Filia sum Bathuelis, filij Melchę, quem peperit ipsi Nachor. *Et addidit, dicens: Palearum quoq; & fœni plurimū est apud nos, & locus spatiosus ad manendum. *Inclinauit se homo, & adorauit

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 B 11 12 13 14 15 16 17 C 18 19 20 21 22 23 24 25 26

*Inf. 47. g. 29

*Su. 12. b. 7. 13. d 15 & 15. d. 18 Inf. 26. a. 2

rauit Dominū, *dicens: Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatem suam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. *Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris suę omnia quæ audierat. *Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, vbi erat fons. *Cumq; vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis: Hæc locutus est mihi homo: venit ad virum, qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ: *dixitque ad eum: Ingredere, benedicte Domini: cur foris stas? præparaui domum, & locū camelis. *Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, deditq; paleas & fœnum, & aquam ad lauandos pedes eius, & virorū qui venerant cum eo. *Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. *At ille: Seruus, inquit, Abraham sum: *& Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. *Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat. *Et adiurauit me dominus meus, dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: *sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo: *ego verò respondi domino meo: Quid si noluerit venire mecum mulier? *Dominus, ait, in cuius cōspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, & diriget viam tuam: accipiesque vxorem filio meo de cognatione mea & de domo patris mei. *Innocens eris à maledictione mea, cùm veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi. *Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam, in qua nunc ambulo, *ecce sto iuxta fontem aquæ; & virgo, quæ egredietur ad hauriendā aquam, audierit à me: Da mihi pauxillum aquę ad bibendū ex hydria tua: *& dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam præparauit Dominus filio domini mei. *Dumque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula: descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. *Quę festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. *Interrogauiq; eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum, filij Nachor, quem peperit ei Meleha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus eius. *Pronusq; adoraui Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius. *Quamobrem si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo: indicate mihi: sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram. *Respondentesque Laban & Bathuel: A Domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum. *En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij domini tui, sicut locutus est Dominus. *Quod cùm audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum. *Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque eius & matri dona obtulit. *Inito conuiuio, vescentes pariter & bibentes manserunt ibi. Surgens autē manè, locutus est puer: Dimitte me, vt vadam ad dominum meum. *Respondentesque fratres eius & mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. *Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me vt pergam ad dominum meum. *Et dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. *Cumque vocata venisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam. *Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius, seruumque Abraham, & comites eius, *imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum. suorum. *Igitur Rebecca & puellæ illius, ascensis camelis, secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum. *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad Puteum, cuius nomen est Viuentis & videntis: habitabat enim in terra australi: *& egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumque ele-

27 D 28 29 30 48 F 49 31 32 50 33 34 35 51 52 53 54 36 37 55 38 39 56 40 E 57 58 G 59 41 42 60 43 61 44 62 45 63

*Sup. 16. d. 14

uaſſet oculos, vidit camelos veniẽtes procul. *Rebecca quoque, conſpecto Iſaac, descendit de camelo, *& ait ad puerum: Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei: Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens citò pallium, operuit ſe. *Seruus autem, cuncta quæ geſſerat, narrauit Iſaac. *Qui introduxit eã in tabernaculũ Saræ matris ſuę, & accepit eam vxorem: & in tantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

64 65 66 67

CAP. XXV.

1. *Par.* 1. c. 32

ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam: * quæ peperit ei Zamran & Ieſan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue. * Ieſan quoque genuit Saba, & Dadan. Filij Dadan fuerũt, Aſſurim, & Latuſim, & Loomim. *At verò ex Madiã ortus eſt Epha, & Opher, & Henoch, & Abida, & Eldaa: omnes hi filij Cetur̃. *Deditque Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac: *filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret, ad plagam orientalẽ. *Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum ſeptuaginta quinque anni. *Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectę̃que ætatis, & plenus dierum: congregatuſque eſt ad populum ſuum. *Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mambre, *quem emerat à filiis Heth: ibi ſepultus eſt ipſe, & Sara vxor eius. *Et poſt obitum illius benedixit Deus Iſaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & videntis *Hæ ſunt generationes Iſmael filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ: &*hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus ſuis. *Primogenitus

1 2 A 3 4 5 6 7 8 9 10 11 B 12 13

*1. *Par.* 1. b. 29

Iſmaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabſam, *Maſma quoque, & Duma, & Maſſa, *Hadar, & Thema, & Iethur, & Naphis, & Cedma. *Iſti ſunt filij Iſmaelis: & hæc nomina per caſtella & oppida eorum, duodecim principes tribuum ſuarum. * Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem, deficienſque mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum. *Habitauit autem ab Heuila vſq; Sur, quæ reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios. coram cunctis fratribus ſuis obiit. *Hæ quoque ſunt generationes Iſaac filij Abraham: Abraham genuit Iſaac: *qui cùm quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia, ſororem Laban. *Deprecatúſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. *Sed collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere? Perrexitque vt conſuleret Dominum. *Qui reſpondens, ait: Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſq; populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. *Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti ſunt. * Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morẽ pellis hiſpidus: vocatumq; eſt nomen eius Eſau. *Protinus alter egrediẽs, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. * Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei paruuli. * Quibus adultis, factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis. *Iſaac amabat Eſau, eò quòd de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob. *Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cùm veniſſet Eſau de agro laſſus, *ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò laſſus ſum. Quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius *Edom. *Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua. *Ille reſpondit: En morior, quid mihi proderunt primogenita? *Ait Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau, & vendidit primogenita. * Et ſic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt; paruipendens quòd primogenita vendidiſſet.

A 13 1 2 A 3 4 B 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 B

*Hebr. 1. c. 16 *Abd.* 1. a

CAP. XXVI.

ORta autem fame ſuper terram, poſt eam ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abijt Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum in Gerara. *Apparuitque ei Dominus, & ait: Ne deſcendas in Ægyptũ, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi. *Et peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, *complens iuramentũ quod ſpopondi Abraham patri tuo. *Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli: daboque poſteris tuis vniuerſas regiones has: *& BENEDICENTVR in ſemine

A 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 A B

*Sup. 12. b. 7. 1. 15. d. 18

*Sup. 12. a. 3. 18. c. 18. 22. d. 17. 8. c. 19

tuo

tuo omnes gentes terræ, *eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legeſque ſeruauerit. *Manſit itaque Iſaac in Geraris. *Qui cùm interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit: Soror mea eſt. timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. *Cumque pertranſiſſẽt dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abimelech rex Palæſtinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua. *Et accerſito eo, ait: Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit: Timui ne morerer propter eam. *Dixitq; Abimelech: Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiã de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum. Præcepitq; omni populo, dicens: *Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. *Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum: benedixitq; ei Dominus. *Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehemẽter effectus eſt: *habuit quoque poſſeſſiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæſtini, *omnes puteos, quos foderant ſerui patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt, implentes humo: *in tantum, vt ipſe Abimelech diceret ad Iſaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *Et ille diſcedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretq; ibi: *rurſum fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham, & quos, illo mortuo, olim obſtruxerant Philiſthiim: appellauitq; eos eiſdem nominibus quibus antè pater vocauerat. *Foderuntq; in Torrẽte, & repererunt aquam viuam. *Sed & ibi iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, dicentium: Noſtra eſt aqua. quam ob rem nomen putei, ex eo quod acciderat, vocauit Calumniã. *Foderunt autem & alium: & pro illo quoq; rixati ſunt, appellauitq; eum, Inimicitias. *Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen eius, Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit creſcere ſuper terram. *Aſcendit autem ex illo loco in Berſabee, *vbi apparuit ei Dominus in ipſa nocte, dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum ſum: benedicam tibi, & multiplicabo ſemẽ tuum propter ſeruum meum Abraham. *Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum: præcepitque ſeruis ſuis vt foderent puteum. *Ad quem locum cùm veniſſent de Geraris, Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, *locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad me, hominem quem odiſtis, & expuliſtis à vobis? * Qui reſponderunt: Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco nos diximus: Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, *vt non facias nobis quidquam mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te lederet: ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini. *Fecit ergo eis conuiuium, & poſt cibum & potum *ſurgentes manè, iurauerunt ſibi mutuò: dimiſitque eos Iſaac pacificè in locum ſuum. * Ecce autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac, annunciantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes: Inuenimus aquam. * Vnde appellauit eum, Abundantiam: & nomen vrbi impoſitum eſt Berſabee, vſque in præſentem diem. *Eſau verò quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci: * quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ.

5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

*Inf. 27. f. 46

CAP. XXVII.

SEnuit autem Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Eſau filium ſuum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui reſpondit: Adſum. *Cui pater: Vides, inquit, quòd ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ. *Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras: cumque venatu aliquid apprehenderis, *fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam moriar. *Quod cùm audiſſet Rebecca, & ille abiiſſet in agrum vt iuſſionem patris impleret, *dixit filio ſuo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: *Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. *Nunc ergo fili mi, acquieſce conſilijs meis: * & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo,

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 B

quibus libenter vescitur: *quas cùm intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. *Cui ille respondit: Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: *si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionē pro benedictione. *Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. *Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius. *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: *pelliculasq; hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. *Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. *Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? *Dixitq; Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. *Rursumq; Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebam. *Dixitq; Isaac: Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. *Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. *Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, *ait: Tu es filius meus Esau? Respōdit, Ego sum. *At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. quo hausto, *dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. *Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini. *Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. *Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, *coctosque de venatione cibos intulit patri, dicēs: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. *Dixitq; illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. *Expauit Isaac stupore vehementi: & vltrà quàm credi potest, admirans, ait: Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixique ei; & erit benedictus. *Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno: & consternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. *Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. *At ille subiunxit: Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice: "primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem: Numquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? *Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, vltrà quid faciam? *Cui Esau: Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, *motus Isaac, dixit ad eum: "In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper, *erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempusq; veniet, cùm excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitq; in corde suo: "Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. *Nunciata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens & vocans Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. *Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: *habitabisq; cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, *& cessset indignatio eius, obliuiscaturq; eorum quæ feceris in eum: postea mittam, & adducam te inde huc. cur vtroque orbabor filio in vno die? *Dixitque Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.

*Sup. 25. d. 35*Hebr. 11. d. 17*Abd. 1. c. 10*Sup. 26. g. 35

CAP. XXVIII.

VOcauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq; ei dicens: Noli accipere coniugē de genere Chanaan:

*sed

*sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filialibus Laban auunculi tui. *Deus autē omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet: vt sis in turbas populorum. *Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tuę, quā pollicitus est auo tuo. *"Cumq; dimisisset eum Isaac, profectus venit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ. *Videns autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret; & quòd post benedictionem præcepisset ei, dicens: Nō accipies vxorem de filiabus Chanaan: *quodq; obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam: *probans quoq; quòd non libenter aspiceret filias Chanaā pater suus: *iuit ad Ismaelem, & duxit vxorē, absque iis quas priùs habebat, Maheleth filiā Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth. *Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. *Cumq; venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitū, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. *Viditq; in somnis scalam stantē super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoq; Dei ascendentes & descendentes per eam, *& Dominum innixum scalæ dicentem sibi: "Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: Terram, in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. *Eritq; semen tuum quasi puluis terræ: "dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionē, & Meridiē: & "BENEDICENTVR IN TE & in semine tuo cunctæ tribus terræ. *Et ero custos tuus quocumq; perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam nisi cōpleuero vniuersa quæ dixi. *Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. *Pauensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cęli. *Surgens ergo Iacob manè, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. *Appellauitq; nomen vrbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur. *Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, *reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & *lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

*Ose 12. d*Inf. 35. a. 2. 48. d. 3*Deut. 12. c. 20. & 19. c. 14*Sup. 26. d. 4*Inf. 31. b. 13

CAP. XXIX.

PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalē. *Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. *Morisque erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent. *Dixitq; ad pastores: Fratres, vnde estis? Qui responderunt: De Haran. *Quos interrogans, Numquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. *Sanúsne est? inquit: Valet, inquiūt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. *Dixitq; Iacob: Adhuc multum diei supereſt, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. *Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. *Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat. *Quam cùm vidisset Iacob, & sciret consobrinā suam, ouesq; Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. *Et adaquato grege, osculatus est eam: & eleuata voce fleuit, *& indicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinans nunciauit patri suo. *Qui cùm audisset venisse Iacob filium sororis suæ, cucurrit obuiam ei: complexúsq; eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autē causis itineris, *respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, *dixit ei: Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias. *Habebat verò duas filias, nomen maioris Lia: minor verò appellabatur Rachel. *Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu. *Quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis. *Respondit Laban: Melius est vt tibi eam dem quàm alteri viro, mane apud me. *Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & vide-

bantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. *Dixitque ad Laban : Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum est,vt ingrediar ad illã.*Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. *Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum,*dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus,facto manè vidit Liam: *& dixit ad socerũ suum: Quid est quod facere voluisti?nónne pro Rachel seruiui tibi ? quare imposuisti mihi? *Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias. *Imple hebdomadam dierum huius copulæ : & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis. *Acquieuit placito: & hebdomada transacta,Rachel duxit vxorem: * cui pater seruam Balam tradiderat. *Tandemque potitus optatis nuptijs,amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis aliis. *Videns autem Dominus quòd despiceret Liam,aperuit vuluam eius,sorore sterili permanente. *Quæ conceptũ genuit filium,vocauitq; nomen eius Ruben , dicens : Vidit Dominus humilitatem meam , nunc amabit me vir meus. *Rursúmque concepit & peperit filium, & ait : Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui , dedit etiam istum mihi. vocauitque nomen eius Simeon. *Concepitque tertiò, & genuit alium filium: dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus,eò quòd peperierim ei tres filios : & idcirco appellauit nomen eius,Leui. *Quartò concepit, & peperit filium , & ait: Modò confitebor Domino. "& ob hoc vocauit eum , Iudam : cessauitque parere.

"Matth. 1. a. 2

CAP. XXX.

CErnens autem Rachel quòd infecunda esset,inuidit sorori suę,& ait marito suo : Da mihi liberos , alioquin moriar.*Cui iratus respõdit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui?*At illa:Habeo,inquit,famulam Balam: ingredere ad illam,vt pariat super genua mea,& habeam ex illa filios. *Deditq; illi Balam in coniugium : quæ, *ingresso ad se viro , concepit , & peperit filium. *Dixitque Rachel: Iudicauit mihi Dominus,& exaudiuit vocem meã, dans mihi filium . & idcirco appellauit nomen eius , Dan. *Rursumque Bala concipiens peperit alterum,*pro quo ait Rachel : Comparauit me Deus cum sorore mea , & inualui : vocauitque eum, Nephthali. *Sentiẽs Lia quòd parere desijsset, Zelpham ancillam suam marito tradidit. *Qua post conceptum edente filium, *dixit: Feliciter. & idcirco vocauit nomen eius, Gad. *Peperit quoque Zelpha alterum. *Dixitq; Lia: Hoc pro beatitudine mea : Beatam quippe me dicent mulieres.propterea appellauit eum, Aser. *Egressus autem Ruben tempore messis triticeę in agrum,reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: Da mihi partem de mandragoris filij tui. *Illa respondit:Parúmne tibi videtur,quòd prę ripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel : Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. *Redeuntique ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mãdragoris filij mei. Dormiuitque cum ea nocte illa. *Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque & peperit filium quintum, *& ait:Dedit Deus mercedẽ mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. appellauitq; nomen eius, Issachar. *Rursum Lia concipiens , peperit sextum filium, *& ait:Dotauit me Deus dote bona : etiam hac vice mecum erit maritus meus , eò quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomẽ eius , Zabulon. *Post quem peperit filiã , nomine Binã. *Recordatus quoq; Dominus Rachelis, exaudiuit eam , & aperuit vuluam eius. *Quæ concepit & peperit filium,dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. *Et vocauit nomen eius,Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.*Nato autẽ Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me vt reuertar in patriã, & ad terram meam. *Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu nosti seruitutem qua seruiui tibi. *Ait illi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo:experimento didici,quia benedixerit mihi Deus propter te: *constitue mercedem tuam quam dem tibi. *At ille respondit: Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua. *Modicum habuisti antequam venirem ad te , & nunc diues effectus es: benedixitq; tibi Dominus ad introitum meum. Iustum est igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ.

*Dixitque

*Dixitque Laban:Quid tibi dabo?At ille ait: Nihil volo:sed si feceris quod postulo, iterum pascam , & custodiam pecora tua. *Gyra omnes greges tuos,& separa cunctas oues varias & sparso vellere : & quodcumq; furuum, & maculosum,variumq; fuerit,tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea. *Respondebitque mihi cras iustitia mea , quando placiti tempus aduenerit coram te : & omnia quæ non fuerint varia , & maculosa , & furua,tam in ouibus quàm in capris,furti me arguent. *Dixitq; Laban: Gratum habeo quod petis. *Et separauit in die illa, capras, & oues,& hircos, & arietes, varios atque maculosos:cunctum autem gregem vnicolorem , id est, albi & nigri velleris,tradidit in manu filiorum suorũ. *Et posuit spatium itineris trium dierũ inter se & generum , qui pascebat reliquos greges eius. * Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisq; corticibus,in his quę spoliata fuerant, candor apparuit : illa verò quæ integra fuerãt,viridia permanserunt:atq; in hunc modũ color effectus est varius. *Posuitque eas in canalibus,vbi effundebatur aqua : vt cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. *Factumq; est vt in ipso calore coitus , oues intuerenturvirgas,& parerent maculosa, & varia,& diuerso colore respersa. *Diuisitq; gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque,Laban: cetera verò , Iacob , separatis inter se gregibus. *Igitur quando primo tempore ascendebantur oues,ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione cõciperent: *quando verò serotina admissura erat , & conceptus extremus , non ponebat eas. Factaque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. *Ditatusque est homo vltra modum , & habuit greges multos, ancillas & seruos,camelos & asinos.

CAP. XXXI.

POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium : Tulit Iacob omnia quę fuerunt patris nostri,& de illius facultate ditatus, factus est inclytus: *animaduertit quoque faciem Laban, quòd non esset erga se sicut heri & nudiustertius,*maximè dicente sibi Domino: Reuertere in terrã patrum tuorum, & ad generationem tuam , eroq; tecum. *Misit, & vocauit Rachel & Liam in agrum,vbi pascebat greges, *dixitque eis: Video faciem patris vestri quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius:Deus autem patris mei fuit mecum. *Et ipsæ nostis quòd totis viribus meis seruierim patri vestro.*Sed & pater vester circumuenit me , & mutauit mercedem meam decem vicibus : & tamen non dimisit eũ Deus vt noceret mihi. *Si quando dixit: Variæ erunt mercedes tuæ : pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò è contrario ait : Alba quæq; accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. *Tulitq; Deus substantiã patris vestri, & dedit mihi. *Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat,leuaui oculos meos , & vidi in somnis ascendentes mares super feminas,varios & maculosos,& diuersorum colorum. *Dixitq; Angelus Dei ad me in somnis:Iacob?Et ego respondi: Adsum. * Qui ait : Leua oculos tuos , & vide vniuersos masculos ascendentes super feminas,varios, maculosos,atque respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. *Ego sum Deus Bethel , "vbi vnxisti lapidem , & votum vouisti mihi. Nunc ergo surge , & egredere de terra hac,reuertens in terram natiuitatis tuæ.*Respõderuntq; Rachel & Lia: Numquid habemus residui quidquã in facultatibus & hereditate domus patris nostri?*Nónne quasi alienas reputauit nos,& vendidit,comeditque pretium nostrum?*Sed Deus tulit opes patris nostri,& eas tradidit nobis,ac filijs nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus,fac. *Surrexit itaque Iacob,& impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abiit. *Tulitq; omnem substantiam suam, & greges , & quidquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suũ in terram Chanaan. *Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues,& Rachel furata est idola patris sui. *Noluitq; Iacob cõfiteri socero suo quòd fugeret. *Cumque abiisset tã ipse quàm omnia quæ iuris sui erant,& amne transmisso pergeret contra Montem Galaad,*nunciatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob. *Qui , assumptis fratribus suis , persecutus est eum diebus septem : & comprehendit eum in Monte Galaad.*Viditque in somnis dicentem sibi Deum : Caue

"Supr. 28. b. 11

ne quidquam asperè loquaris contra Iacob. *Iamq; Iacob extenderat in monte tabernaculũ: cumq; ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis,in eodẽ Monte Galaad fixit tentorium. *Et dixit ad Iacob:Quare ita egisti,vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi,vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? *Non es passus vt oscularer filios meos & filias: stultè operatus es: & nunc quidem *valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris vestri heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quidquã durius. *Esto,ad tuos ire cupiebas,& desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? *Respondit Iacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. *Quòd autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. scrutare,quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idola. *Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit. Cumq; intrasset tentorium Rachelis, *illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli,& sedit desuper: scrutantiq́ue omne tentorium, & nihil inuenienti, *ait: Ne irascatur dominus meus quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. sic delusa solicitudo quærentis est. *Tumensq́ue Iacob, cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, *& scrutatus es omnem supellectilem meam?Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hîc coram fratribus meis & fratribus tuis,& iudicẽt inter me & te. *Idcirco viginti annis fui tecum?oues tuę & caprę steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi:*nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnũ omne reddebam:quidquid furto peribat, à me exigebas: *die noctuq́ue æstu vrebar,& gelu,fugiebatq́ue somnus ab oculis meis.*Sicq; per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quattuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac, affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses:afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri. *Respondit ei Laban: Filiæ meę & filij,& greges tui,& omnia quæ cernis, mea sunt: quid possum facere filiis & nepotibus meis?*Veni ergo,& ineamus fœdus:vt sit in testimonium inter me & te. *Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: *dixitq́ue fratribus suis:Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntq́ue super eum: *quem vocauit Laban Tumulum testis: & Iacob, Aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. *Dixitq́ue Laban: Tumulus iste erit testis inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est, Tumulus testis. *Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis,*si afflixeris filias meas,& si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit. *Dixitq́ue rursus ad Iacob: En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, *testis erit: tumulus,inquam, iste & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans. *Deus Abraham, & Deus Nachor, iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac: *immolatisq́ue victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cùm comedissent, manserunt ibi. *Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reuersusq́ue est in locum suum.

CAP. XXXII.

IAcob *quoque abiit itinere quo cœperat: fueruntq́; ei obuiam Angeli Dei. *Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est, Castra. *Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom: *præcepitq́; eis,dicens:Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum,& fui vsque in præsentem diem. *Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittoq́; nunc legationem ad dominum meum, vt inueniã gratiam in conspectu tuo.*Reuersiq́; sunt nuncij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris.*Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues, & camelos,in duas turmas, *dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam,& percusserit eam,alia turma,quę reliqua est,saluabitur. *Dixitq́ue Iacob:Deus patris mei Abraham,& Deus patris mei Isaac:Domine qui dixisti mihi:Reuertere in terrã tuam, & in locum natiuitatis tuæ,& benefaciam tibi:*minor sum cunctis miserationibus tuis,& veritate tua quam expleuisti seruo tuo.In baculo meo transiui Iordanẽ istum:& nunc cum duabus turmis regredior.*Erue me de manu fratris mei Esau,quia valde eum timeo:ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis. *Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris,quę præ multitudine numerari nõ potest. *Cumq́ue dormisset ibi nocte illa, separauit de his quæ habebat,munera Esau fratri suo, *capras ducentas,hircos viginti,oues ducentas, & arietes viginti, *camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta,& tauros viginti,asinas viginti, & pullos earum decem. *Et misit per manus seruorũ suorum singulos seorsum greges,dixitq́;pueris suis:Antecedite me:& sit spatium inter gregem & gregẽ. *Et præcepit priori,dicens:Si obuium habueris fratrẽ meum Esau: & interrogauerit te,Cuius es?aut,Quò vadis? aut,Cuius sunt ista quę sequeris?*respõdebis: Serui tui Iacob, munera misit domino meo Esau: ipse quoq; post nos venit.*Similiter dedit mandata secundo,& tertio, & cunctis qui sequebãtur greges, dicens:Iisdem verbis loquimini ad Esau, cùm inueneritis eum. *Et addetis: Ipse quoq; seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur:dixit enim: Placabo illũ muneribus quę præcedunt,& postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi. *Præcesserunt itaq;munera ante eum,ipse verò mansit nocte illa in castris. *Cumq́ue maturè surrexisset,tulit duas vxores suas, & totidem famulas, cum vndecim filiis, & transiuit vadum Iaboc. *Traductisq; omnibus quæ ad se pertinebant,*mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsq; manè. *Qui cùm videret quòd eum superare nõ posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. *Dixitq́ue ad eum:Dimitte me,iam enim ascendit aurora. Respondit:Non dimittã te,nisi benedixeris mihi. *Ait ergo:Quod nomen est tibi?Respõdit:Iacob.*At ille,Nequaquam,inquit, Iacob appellabitur nomen tuum,sed Israel: quoniam si contra Deũ fortis fuisti,quanto magis contra homines præualebis? *Interrogauit eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit: Cur quęris nomẽ meum?Et benedixit ei in eodem loco.*Vocauitq́ue Iacob nomen loci illius Phanuel,dicens: Vidi Deum facie ad faciem,& salua facta est anima mea.*Ortusq; est ei statim sol, postquam transgressus est Phanuel: ipse verò claudicabat pede. *Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob, vsque in præsentem diem: eò quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

CAP. XXXIII.

ELeuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitq́; filios Liæ & Rachel,ambarúmque famularum:*& posuit vtramque ancillam,& liberos earum, in principio: Liam verò, & filios eius, in secundo loco: Rachel autem & Ioseph nouissimos. *Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies,donec appropinquaret frater eius. *Currens itaq;Esau obuiam fratri suo,amplexatus est eum:stringensq; collum eius & osculans fleuit.*Leuatisq; oculis,vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti?& si ad te pertinent?Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo. *Et appropinquantes ancillæ & filij earũ,incuruati sunt. *Accessit quoq; Lia cum pueris suis: & cùm similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerũt.*Dixitq; Esau:Quęnam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo. *At ille ait: Habeo plurima,frater mi,sint tua tibi. *Dixitq; Iacob:Noli ita,obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam,quasi viderim vultũ Dei:esto mihi propitius, *& susci pe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente susci piens, *ait: Gradiamur simul,eróque socius itineris tui.*Dixitq́ue Iacob: Nosti domine mi, quòd paruulos habeam teneros,& oues & boues fœtas, mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. *Præcedat dominus meus ante seruũ suum: & ego sequar paulatim ve-

ſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe,donec veniam ad dominum meum in Seir. *Reſpondit Eſau: Oro te, vt de populo qui mecũ eſt, ſaltem ſocij remaneant viæ tuæ. Non eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi. *Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. *Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentorijs,appellauit nomẽ loci illius Socoth, id eſt, tabernacula. *Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorum,quæ eſt in terra Chanaan, poſtquã reuerſus eſt de Meſopotamia Syrię:& habitauit iuxta oppidũ. *Emítq; partẽ agri in qua fixerat tabernacula,à filiis Hemor patris Sichem,centum agnis. *Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.

15 16 17 18 19 20

CAP. XXXIIII.

EGreſſa eſt autẽ Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius. *Quã cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Heuęi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginẽ. *Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtémque deliniuit blanditiis. *Et pergens ad Hemor patrẽ ſuum, Accipe,inquit,mihi puellam hanc coniugem. *Quod cùm audiſſet Iacob, abſentibus filiis,& in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent. *Egreſſo autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob,*ecce filij eius veniebant de agro: auditóque quod acciderat, irati ſunt valdè, eò quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael, &, violata filia Iacob, rem illicitam perpetraſſet. *Locutus eſt itaq; Hemor ad eos: Sichem filij mei adhęſit anima filię veſtrę:date eam illi vxorem: *& iungamus viciſſim connubia:filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite. *Et habitate nobiſcum: terra in poteſtate veſtra eſt, exercete,negotiamini, & poſſidete eam. *Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis:& quęcumque ſtatueritis,dabo: *augete dotem,& munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc vxorem. *Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis: *Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: quod illicitum & nefarium eſt apud nos. *Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omne maſculini ſexus; *tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras: & habitabimus vobiſcum,erimuſq; vnus populus: *ſi autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus. *Placuit oblatio eorum Hemor,& Sichem filio eius:*nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valdè, & ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui. *Ingreſſíq; portam vrbis, locuti ſunt ad populum: *Viri iſti pacifici ſunt,& volunt habitare nobiſcum:negotientur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores,& noſtras illis dabimus. *Vnum eſt, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus maſculos noſtros,ritũ gentis imitantes. *Et ſubſtantia eorum, & pecora,& cuncta quæ poſſidẽt, noſtra erunt: tantùm in hoc acquieſcamus, & habitantes ſimul, vnum efficiemus populum. *Aſſenſíq; ſunt omnes,circumciſis cunctis maribus. *Et ecce,die tertio, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt: arreptis, duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ,gladijs,ingreſſi ſunt vrbem confidenter: *interfectíſq; omnibus maſculis,*Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam. *Quibus egreſſis,irruerũt ſuper occiſos ceteri filij Iacob: & depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtupri. *Oues eorũ, & armenta, & aſinos,& unctáq; vaſtantes quæ in domibus & in agris erant: *paruulos quoque eorum & vxores duxerũt captiuas.*Quibus patratis audacter,Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego,& domus mea. *Reſponderunt: Numquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

1 2 A 3 D 4 5 6 7 8 9 10 11 B 12 13 14 15

CAP. XXXV.

INterea locutus eſt Deus ad Iacob: Surge,& aſcende Bethel,& habita ibi, facque altare Deo qui *apparuit tibi quando fugiebas Eſau fratrem tuum. *Iacob verò conuocata omni domo ſua,ait: Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. *Surgite,& aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudi-

1 A 2 3 4 5

*Sup. 28. c. 13

uit me

uit me in die tribulationis meæ,& ſocius fuit itineris mei. *Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebãt, & inaures quę erant in auribus eorum:at ille infodit ea ſubter terebinthum,quæ eſt poſt vrbem Sichem.*Cúmque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes. *Venit igitur Iacob Luzam,quæ eſt in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipſe & omnis populus cum eo.*Ædificauítque ibi altare, & appellauit nomen loci illius,Domus Dei:ibi enim *apparuit ei Deus cùm fugeret fratrẽ ſuum. *Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ,& ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum: vocatumque eſt nomen loci illius, Quercus fletus. *Apparuit autem iterum Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, benedixitq; ei, *dicens: Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Et appellauit eum Iſrael, *dixitq; ei: Ego Deus omnipotens,creſce,& multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egrediẽtur. *Terramque quam dedi Abraham & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſt te. *Et receſſit ab eo. *Ille verò erexit titulũ lapideũ in loco quo locutus fuerat ei Dẽus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum: *vocansq; nomen loci illius,Bethel. *Egreſſus autem inde, venit verno tempore ad terram quę ducit Ephratam: in qua cùm parturiret Rachel,*ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obſtetrix:Noli timere, quia & hũc habebis filium. *Egrediente autẽ anima prę dolore,& imminente iam morte,vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin,id eſt, filius dextræ. *Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratam,hæc eſt Bethlehem.*Erexitq; Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: Hic eſt titulus monumẽti Rachel, vſque in præſentẽ diem. *Egreſſus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis. *Cúmque habitaret in illa regione,abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. *Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui,& Iudas,& Iſſachar,& Zabulon. *Filij Rachel: Ioſeph & Beniamin.*Filij Balæ ancillę Rachelis:Dan & Nephthali. *Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer: hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. *Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre, Ciuitatem Arbee,hæc eſt Hebron:in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac.*Et completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. *Conſumptúſque ætate mortuus eſt: & appoſitus eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum:& ſepelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui.

4 5 6 7 B 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 D 23 24 25 C 26 27 28 29

*Sup. 28. v. 18

*Sup. 32. v. 28

*Inf. 48. v. 7

*Inf. 49. v. 1

CAP. XXXVI.

HÆ ſunt autem generationes Eſau, ipſe eſt Edõ. *Eſau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi: *Baſemath quoque filiã Iſmael ſororem Nabaioth. *Peperit autem Ada,Eliphaz: Baſemath genuit Rahuel:*Oolibama genuit Iehus & Ihelon & Core. hi filij Eſau qui nati ſunt ei in terra Chanaan. *Tulit autem Eſau vxores ſuas & filios & filias, & omnem animam domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora,& cuncta quę habere poterat in terra Chanaan: & abiit in alteram regionẽ, receſſítque à fratre ſuo Iacob. *Diuites enim erant valde, & ſimul habitare non poterãt: nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregũ. * Habitauitq; Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom. *Hæ autem ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Seir,*& hęc nomina filiorum eius: *Eliphaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quoq; filius Baſemath vxoris eius. *Fueruntq; Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez.*Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Eſau: quę peperit ei Amalech: hi ſunt filij Ada vxoris Eſau. *Filij autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filij Baſemath vxoris Eſau.*Iſti quoq; erant filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, vxoris Eſau, quos genuit ei, Iehus & Ihelon & Core. *Hi duces filiorũ Eſau: Filij Eliphaz primogeniti Eſau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, *dux Core, dux Gathã, dux Amalech. hi filij Eliphaz in Terra Edom,& hi filij Ada.*Hi quoque filij Rahuel filij Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autem duces Rahuel in Terra Edom: iſti filij Baſemath vxoris Eſau.*Hi autẽ filij Oolibama vxoris Eſau: dux Iehus, dux Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filię Anę vxoris Eſau. *Iſti ſunt filij Eſau,& hi duces eorũ: ipſe

1 2 A 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 D 18 C 19

*1. Par. 1. c. 29

*Sup. 13. v. 6

*Ioſ. 24. v. 4

*1. Par. 1. v. 34

eſt Edom.

*1. Par. 1. c. 38

eit Edom.* Isti sunt filij Seir Horræi, habitatores terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana,* & Dison, & Eser, & Disan. hi duces Horræi, filij Seir, in Terra Edom.* Facti sunt autem filij Lotan: Hori & Heman. erat autem soror Lotan, Thamna. *Et isti filij Sobal: Aluan & Manahat & Ebal, & Sepho & Onam. *Et hi filij Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinos Sebeō patris sui: *habuitque filium Dison, & filiam Oolibama.* Et isti filij Dison: Hamdan, & Eseban, & Iethram, & Charan.* Hi quoq; filij Eser: Balaan, & Zauan, & Acan.* Habuit autem filios Disan: Hus & Aram. *Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,* dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces Horræorū qui imperauerunt in Terra Seir. *Reges autem qui regnauerunt in Terra Edom antequam haberent regem filij Israel, fuerunt hi: *Bela filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba.* Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. *Cúmque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. *Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab: & nomen vrbis eius Auith. *Cúmq; mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masreca. *Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.* Cumque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor. * Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adar, nomenq; vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab. *Hęc ergo nomina ducū Esau, in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, *dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, *dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, *dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

CAP. XXXVII.

HAbitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est. * Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer: & erat cum filijs Balæ & Zelphæ vxorum patris sui: accusauítque fratres suos apud patrē crimine pessimo. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eò quòd in senectute genuisset eum: fecitque ei tunicam polymitam. *Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Accidit quoque vt visum somniū referret fratribus suis: quæ causa maioris odij seminariū fuit. *Dixitq; ad eos: Audite somnium meum quod vidi: *Putabā nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrósque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. *Responderunt fratres eius: Numquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atq; sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. *Aliud quoq; vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somniū, quasi solem, & lunam, & stellas vndecim, adorare me. *Quod cùm patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? *Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat. *Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem,* dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente,* Præsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Missus de Valle Hebron, venit in Sichē: *inuenítque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. *At ille respondit: Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. *Dixitq; ei vir: Recesserunt de loco isto: audiui autem eos dicētes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain.* Qui cùm vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: *& mutuò loquebantur: Ecce somniator venit: *venite, occidamus eū, & mittamus in cisternam veterem: dicemúsque, Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua.* Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: *Non interficiatis animam eius, nec effundatis sanguinem: sed proiicite eum in cisternam hanc, quę est in solitudine, manúsque vestras seruate innoxias: hoc autē dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. *Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita: *miserūtque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. *Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum, portantes aromata, & resinam, & stacten, in Ægyptum.* Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius?* Melius est vt venundetur Ismaëlitis, & manus nostrę nō polluantur: frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius.* Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderūt eum Ismaëlitis, viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum.* Reuersúsque Ruben ad cisternam, non inuenit puerū: *& scissis vestibus pergēs ad fratres suos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo? *Tulerūt autem tunicam eius, & in sanguine hœdi, quem occiderant, tinxerūt: *mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui sit, an non.* Quā cùm agnouisset pater, ait: Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. *Scissísque vestibus, indutus est cilicio, lugens filiū suum multo tempore. *Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu,* Madianitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.

*Sap. 10. c. 13

CAP. XXXVIII.

EOdem tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad Virum Odollamitem, nomine Hiram. *Vidítque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingressus est ad eā. *Quæ cōcepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.* Rursumque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. *Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela. quo nato, parere vltrà cessauit. *Dedit autem Iudas vxorē primogenito suo Her, nomine Thamar.* Fuit quoq; Her primogenitus Iudę, nequam in conspectu Domini: & ab eo occisus est.* Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semē fratri tuo.* Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. *Et idcirco percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret.* Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui. *Euolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue vxor Iudæ: qui post luctum consolatione susceptā, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. *Nunciatumque est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues.* Quę, depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum: & mutato habitu, sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eò quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritum.* Quam cùm vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricē: operuerat enim vultum suum, ne agnoscerētur. *Ingredienſq; ad eam, ait: Dimitte me vt coeam tecū: nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis mihi vt fruaris cōcubitu meo? *dixit: Mittam tibi hœdū de gregibus. Rursumq; illa dicente: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.* Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit: Annulū tuum, & armillam, & baculum quē manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit, *& surgens abiit: depositoque habitu, quē sumpserat, induta est viduitatis vestibus. *Misit autem Iudas hœdū per pastorē suum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cùm non inuenisset eam, *interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respōdentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix; *reuersus est ad Iudā, & dixit ei: Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, numquam sedisse ibi scortum. *Ait Iudas: Habeat sibi, certè mendacij arguere nos nō potest: ego misi hœdum quē promiseram, & tu non inuenisti eam. *Ecce autē post tres menses nunciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixítque Iudas: Producite eam vt comburatur. *Quę cùm duceretur ad pœnā, misit

*Num. 6. b. 19

*Num. 6. c. 19

*Inf. 42. c. 12

misit ad socerum suum, dicens: De viro, cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. *Qui, agnitis muneribus, ait: Iustior me est: quia nō tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltrà non cognouit eam. *Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium, vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit coccinū, dicens: *Iste egredietur prior. *Illo verò retrahēte manum, egressus est alter: dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. *Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

*Mat. 1. a. 3

*1. Par. 2. a. 4

CAP. XXXIX.

IGitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitq; eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. *Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens: habitauitque in domo domini sui, *qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quę gereret, ab eo dirigi in manu illius. *Inuenitq; Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, à quo prępositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant: *benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ędibus quàm in agris cunctam eius substantiam: * nec quidquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. *Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. *Qui nequaquā acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: * nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quo modo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? *Huiuscemodi verbis per singulos dies, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. *Accidit autē quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: *& illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. * Cúmque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, *vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebręum, vt illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret mecum: cumq; ego succlamassem, *& audisset vocem meā, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. *In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, *& ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti vt illuderet mihi: *cumque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. *His auditis dominus, & nimiū credulus verbis coniugis, iratus est valdè: **tradiditq; Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebātur, & erat ibi clausus. *Fuit autē Dominus cum Ioseph, & misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. * Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quidquid fiebat, sub ipso erat. *Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

*Psal. 104. b. 18

CAP. XL.

HIs ita gestis, accidit vt peccarēt duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & pistor, domino suo. *Iratusq; contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) *misit eos in carcerē principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. *At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. *Videruntq; ambo somnium nocte vna iuxta interpretationem congruā sibi: *ad quos cùm introisset Ioseph manè, & vidisset eos tristes, *scisitatus est eos dicēs: Cur tristior est hodie solito facies vestra? *Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos Ioseph: Numquid non Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis. *Narrauit prior, prepositus pincernarum, somnium suum: Videbam coram me vitem, *in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere: *calicemq; Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. *Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tres propagines, tres adhuc dies sunt: *post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinū: dabisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut

sicut antè facere consueueras. *Tantùm memēto mei, cùm bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: *quia furto sublatus sū de terra Hebrę̄orum, & hìc innocens in lacū missus sum. *Videns pistorū magister quòd prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego vidi somnium, Quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum: *& in vno canistro quod erat excelsius, portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, aueśque comedere ex eo. *Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tria canistra, tres adhuc dies sunt: *post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciēs grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. *Restituitq; alterū in locū̄m suum, vt porrigeret ei poculum: *alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. *Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

CAP. XLI.

POst duos annos vidit Pharao somniū. Putabat se stare super fluuium, *de quo ascendebant septem boues, pulchrę & crassæ nimis: & pascebātur in locis palustribus. *Alię quoq; septē emergebant de flumine, fœdæ confectæque macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus: *deuorauerúntq; eas, quarum mira species & habitudo corporū erat. Expergefactus Pharao, *rursum dormiuit, & vidit alterum somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formosę: *aliæ quoque totidem spicæ tenues & percussæ vredine oriebantur, * deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quieté, *& facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Ægypti, cunctósque sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. *Tunc demū reminiscēs pincernarum magister, ait: Confiteor peccatum meū: *Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militū̄m: *vbi vna nocte vterq; vidimus somnium præsagū futurorum. *Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, *audiuimus quidquid postea rei probauit euentus. ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce. *Protinus ad regis imperium eductū de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata, obtulerūt ei. *Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat: quæ audiui te sapientissimè conijcere. *Respōdit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. *Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabā me stare super ripam fluminis, *& septē boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus: quæ in pastu paludis virecta carpebant. *& ecce, has sequebantur alię septem boues in tantum deformes & macilentę, vt numquam tales in terra Ægypti viderim: *quę, deuoratis & cōsumptis prioribus, *nullum saturitatis dedere vestigium: sed simili macie & squalore torpebāt. Euigilās, rursus sopore depressus, *vidi somniū: Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenę atque pulcherrimæ. *Alię quoque septem tenues & percussæ vredine, oriebantur è stipula: *quæ priorū pulchritudinē deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium, & nemo est qui edisserat. *Respondit Ioseph: Somnium regis vnū est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. *Septem boues pulchrę, & septem spicæ plenæ: septem vbertatis anni sunt: eandémq; vim somnij comprehendunt. *Septem quoq; boues tenues atque macilentæ, quę ascenderūt post eas, & septē spicę tenues, & vento vrente percussę: septem anni vēturæ sunt famis. *Qui hoc ordine complebūtur: *Ecce septem anni venient fertilitatis magnę in vniuersa terra Ægypti: *quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundātia: consumptura est enim fames omnem terram, *& vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. *Quòd autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium: firmitatis indiciū est, eò quòd fiat sermo Dei, & velociùs impleatur. *Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum Terræ Ægypti: *Qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintam partē fructuum per septem annos fertilitatis, *qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetúrque in vrbibus. *Et præparetur futurę septem annorum fami, quę oppressura est Ægyptum, & non

& non consumetur terra inopia. *Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius: *locutúsq; est ad eos: Num inuenire poterimus talem virũ, qui spiritu Dei plenus sit? *Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quę locutus es, numquid sapientiorẽ & consimilem tui inuenire potero? *Tu eris super domũ meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni solio te præcedam. *Dixitque rursus Pharao ad Ioseph: Ecce, constitui te super vniuersam terram Ægypti. *Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitque eum stola byssina, & collo torquẽ auream circumposuit. *Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ Terrę Ægypti. *Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. *Vertitq; nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti (*triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti. *Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. *Omnis etiam frugũ abundantia in singulis vrbibus condita est. *tantáque fuit abundãtia tritici, vt arenę maris coæquaretur, & copia mensurã excederet. **Nati sunt autem Ioseph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos. *Vocauitq; nomen primogeniti, Manasses, dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. *Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. *Igitur transactis septem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto: *cœperunt venire septem anni inopię: quos prędixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames pręualuit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat. *Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respõdit: Ite ad Ioseph: & quidquid ipse vobis dixerit, facite. *Crescebat autẽ quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Ægyptijs: nã & illos opprimebat fames. *Omnésque prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

*Psal. 104. b. 21. 1. Mac. 2. f. 53. Act. 7. b. 2.

*Inf. 48. c. 20. 49. a. 5.

CAP. XLII.

AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filijs suis: Quare negligitis? *audiui quòd triticum venundetur in Ægypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. *Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto, *Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali: *ingressi sunt terram Ægypti cum alijs qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. *Et Ioseph erat princeps in terra Ægypti, atq; ad eius nutum frumẽta populis vendebantur. Cumq; adorassent eum fratres sui, *& agnouisset eos, quasi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? Qui responderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. *Et tamen fratres ipse cognoscens, nõ est cognitus ab eis. *Recordatúsque somniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ venistis. *Qui dixerunt: Non est ita, domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos. *Omnes filij vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali. *Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terræ huius considerare venistis. *At illi: Duodecim, inquiunt, serui tui, fratres sumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. *Hoc est, ait, quod locutus sum: Exploratores estis. *Iam nunc experimentum vestri capiam: per salutẽ Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. *Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis vtrum vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. *Tradidit ergo illos custodię tribus diebus. *Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & viuetis: Deũ enim timeo. *Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumẽta quę emistis, in domos vestras, *& fratrẽ vestrũ minimũ ad me adducite, vt possim vestros probare

*Inf. 45. a. 5.

sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, * & locuti sunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. * E quibus vnus Ruben, ait: Numquid non dixi vobis: *Nolite peccare in puerum: & non audistis me? en sanguis eius exquiritur. *Nesciebant autem quòd intelligeret Ioseph: eò quòd per interpretem loqueretur ad eos. *Auertitque se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad eos. * Tollensque Simeon, & ligans illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorũ in sacculis suis, datis supra cibariis in viam: qui fecerunt ita. * At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. *Apertoque vnus sacco, vt daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, * dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti turbatique, mutuò dixerunt: Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus? * Veneruntque ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes: * Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse prouinciæ. *Cui respondimus: Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. *Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. * Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici sitis: Fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite, *fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores: & istum, qui tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam. *His dictis, cùm frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus, * dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hęc omnia mala reciderunt. *Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam. *At ille: Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit: si quid ei aduersi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

*Sup. 37. v. 22.

CAP. XLIII.

INterim fames omnem terram vehementer premebat. * Consumptisque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. * Respondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimũ adduxeritis vobiscum. * Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: * sin autem nõ vis, non ibimus: vir enim, vt sæpè diximus, denunciauit nobis, dicens: *Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. *Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei & aliũ habere vos fratrem. * At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viueret: si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisciatus: numquid scire poteramus quòd dicturus esset: Adduci te fratrem vestrum vobiscum? * Iudas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos & paruuli nostri. *^ Ego suscipio puerum: de manu mea require illum. nisi reduxero, & reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tempore. * Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. *Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum. *Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam, quam inuenistis in sacculis, reportate, ne fortè errore factum sit: *sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum. *Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrẽ vestrum quem tenet, & hunc Beniamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero. *Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: descenderuntque in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph. * Quos cùm ille vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum, & occi-

*Sup. 42. d. 20.

*Inf. 44. f. 32.

de victimas,& instrue conuiuium : quoniã mecum sunt comesturi meridie. *Fecit ille quod sibi fuerat imperatum,& introduxit viros domum. *Ibique exterriti, dixerunt mutuò : Propter pecuniam, quam retulimus priùs in saccis nostris, introducti sumus:vt deuoluat in nos calumniam, & violenter subiiciat seruituti,& nos, & asinos nostros. *Quamobrẽ in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem domus* locuti sunt : Oramus domine vt audias nos. ` Iam antè descendimus vt emeremus escas : * quibus emptis,cùm venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorũ:quam nunc eodem põdere reportauimus. *Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt : non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupiis nostris. * At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere : Deus vester, & Deus patris vestri, dedit vobis thesauros in saccis vestris. nam pecuniam, quam dedistis mihi,probatam ego habeo. Eduxítque ad eos Simeon. *Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditq; pabulum asinis eorum. * Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie : audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. *Igitur ingressus est Ioseph domũ suam, obtuleruntq; ei munera,tenentes in manibus suis : & adorauerunt proni in terram. *At ille, clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens : Saluus ne est pater vester senex,de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit?*Qui responderunt:Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati,adorauerunt eum. *Attollens autem Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrem suum vterinum,& ait : Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi?Et rursum : Deus, inquit,misereatur tui, fili mi. * Festinauítque, quia commota fuerant viscera eus super fratre suo, & erumpebant lacrymæ : & introiens cubiculum fleuit. * Rursumque lota facie egressus,continuit se,& ait:Ponite panes. * Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiusmodi conuiuium) * sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis, * sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberuntque & inebriati sunt cum eo.

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

CAP. XLIIII.

PRæcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ,dicens: Imple saccos eorum frumento,quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. * Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici,pone in ore sacci iunioris. Factumque est ita. * Et orto manè,dimissi sunt cum asinis suis. * Iamque vrbem exierant, & processerant paululum : tunc Ioseph accersito dispensatore domus, Surge,inquit, & persequere viros : & apprehensis dicito:Quare reddidistis malũ pro bono? * Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet:pessimam rem fecistis. * Fecit ille vt iusserat. Et apprehensis per ordinem locutus est. * Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantum flagitij cõmiserint? *Pecuniam, quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan : & quo modo consequens est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum?* Apud quemcumque fuerit inuẽtum seruorum tuorum quod quæris,moriatur,& nos erimus serui domini nostri. *Qui dixit eis:Fiat iuxta vestram sententiam : apud quemcumque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. * Itaque festinatò deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli. * Quos scrutatus, incipiens à maiore vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin. * At illi, scissis vestibus, oneratísque rursum asinis,reuersi sunt in oppidum.*Primúsque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph(necdũ enim de loco abierat) omnésq; ante eum pariter in terram corruerũt. *Quibus ille ait:Cur sic agere voluistis?an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia? * Cui Iudas:Quid respondebimus, inquit,domino meo?vel quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum : en omnes serui sumus domini mei,& nos,& apud quem inuentus est scyphus. *Respondit Ioseph: Absit à me vt sic agam : qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus : vos autem abite liberi ad patrẽ vestrum. *Accedens autem propiùs Iudas,cõfidenter ait:Oro domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis,& ne irascaris famulo tuo:tu es enim post Pharaonem* dominus meus. ` Interrogasti priùs seruos tuos : Habetis patrem, aut fratrem? * & nos respondimus tibi domino meo : Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius vterinus frater mortuus est : & ipsum solum habet mater sua,pater verò tenerè diligit eũ. *Dixistiq; seruis tuis:Adducite eum ad me, & ponã oculos meos super illum. * Suggessimus domino meo : Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illũ dimiserit,morietur. *` Et dixisti seruis tuis : Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis ampliùs faciem meã.*Cùm ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. * Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parum tritici.*Cui diximus: Ire non possumus : si frater noster minimus descenderit nobiscũ, proficiscemur simul:alioquin illo absente, nõ audemus videre faciem viri. * Ad quæ ille respondit: ` Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea. *Egressus est vnus,& dixistis: Bestia deuorauit eum : & hucusque non comparet. * Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit,deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. *Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum,& puer defuerit(cùm anima illius ex huius anima pendeat) * videritq; eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cũ dolore ad inferos. * Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi dicens : ` Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrẽ meum omni tempore. * Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. *Non enim possum redire ad patrem meum, absente puero:ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

CAP. XLV.

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coràm astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. *Eleuauitque vocem cum fletu:

1 2

quam audierunt Ægyptij,omnísque domus Pharaonis. *Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph : adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. *Ad quos ille clementer: Accedite,inquit,ad me. Et cùm accessissent propè, ` Ego sum,ait,Ioseph, frater vester,quem vendidistis in Ægyptũ. * Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: * pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptũ. *Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra:& adhuc quinque anni restãt, quibus nec arari poterit nec meti. * Præmisitq; me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendũ habere possitis. *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum : qui fecit me quasi patrem Pharaonis,& dominũ vniuersę domus eius,ac principem in omni terra Ægypti. *Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph:Deus fecit me dominũ vniuersæ terræ Ægypti : descende ad me,ne moreris, * & habitabis in terra Gessen: erísq; iuxta me tu,& filij tui,& filij filiorum tuorum,oues tuæ, & armẽta tua,& vniuersa quæ possides. * Ibiq; te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis)ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides. *En oculi vestri,& oculi fratris mei Beniamin, vident quòd os meũ loquatur ad vos. *Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Ægypto: festinate, & adducite eũ ad me. *Cumq; amplexatus recidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit : illo quoque similiter flente super collũ eius. *Osculatúsq; est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos:post quæ ausi sunt loqui ad eũ. *Auditumque est, & celebri sermone vulgatũ in aula regis:Venerunt fratres Ioseph: & gauisus est Pharao,atque omnis familia eius. *Dixitq; ad Ioseph vt imperaret fratribus suis,dicẽs: Onerantes iumenta, ite in terrã Chanaan, *& tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite ad me : & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. * Præcipe etiam vt tollãt plaustra de terra Ægypti, ad subuectionẽ paruulorum suorum ac coniugum:& dicito : Tollite patrem vestrum, & properate quantociùs veniẽtes. *Nec dimittatis quidquam de supellectili vestra : quia omnes opes

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Ægypti, vestrę erunt. *Feceruntq. filij Israel vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. *Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Beniamin verò dedit trecẽtos argenteos cum quinque stolis optimis: *tãtumdem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Aegypti: & totidem asinas, triticum in itinere panésque portãtes. *Dimisit ergo fratres suos, & proficiscẽtibus ait: Ne irascamini in via. *Qui ascendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. *Et nunciauerunt ei, dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. *Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, * & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

CAP. XLVI.

PRofectúsq; Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum iuramenti. & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, * audiuit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. cui respondit: Ecce adsum. *Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. *Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. *Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti: * tulerúntque eum filij cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem, * & omnia quæ possederat in Terra Chanaan: venitq; in Ægyptum cum omni semine suo, *filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies. * Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. * Primogenitus Ruben. * Filij Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi. * Filij Simeõ: Iamuel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis. *Filij Leui: Gerson & Caath & Merari. *Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul. * Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Semron. *Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. *Hi filij Lia quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. *Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli. * Filij Aser: Iamne & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. * hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sedecim animas. *Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin. * Natique sunt Ioseph filij in Terra Aegypti, quos genuit ei Asenet filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim. *Filij Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. *hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quattuordecim. * Filij Dan: Husim. * Filij Nephthali: Iasiel & Guni & Iesser & Sallem. * Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob: omnes animæ, septem. *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius, sexaginta sex. * Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. * Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressę sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. * Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nunciaret ei, & occurreret in Gessen. * Quò cùm peruenissent, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eundem locum: vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. *Dixitq; pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. *At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui: Ascendam & nunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in Terra Chanaan, venerunt ad me: * & sunt viri pastores ouium, curamq; habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia quę habere potuerũt, adduxerunt secum. * Cumq; vocauerit vos, & dixerit: Quod est opus vestrum? *Respondebitis: Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos & patres nostri. Hæc autem dicetis, vt habitare possitis in Terra Gessen: quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.

Act.7.b.15 *Ioſ.24.a.3* *Pſal.104.b.22* *Iſa.52.a.4* *Exod.1.a.26.b.14* *Num.26.a.5* *1.Par.5.a.1.& 3* *Exo.6.d.1* *1.Par.4.c.24* *1.Par.6.a.1* *1.Par.2.a.3.d.21* *1.Par.7.a.1* *1.Par.7.f.30* *Sup.41.f.53* *1.Par.7.b.6.8.a.1* *Deut.10.d.22*

CAP. XLVII.

INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicẽs: Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de Terra Chanaan: & ecce cõsistunt in Terra Gessen. *Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege: * quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Responderunt: Pastores ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri. *Ad peregrinãdum in terra tua venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum, ingrauescente fame in terra Chanaan: petimúsque vt esse nos iubeat seruos tuos in Terra Gessen. * Dixit itaque rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerũt ad te. *Terra Ægypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terram Gessen. Quòd si nosti in eis esse viros industrios, cõstitue illos magistros pecorum meorum. *Post hęc introduxit Ioseph patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo: qui benedicens illi, *& interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? *Respõdit: Dies peregrinationis meæ cẽtum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. *Et benedicto rege, egressus est foras. * Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Rameses, vt præceperat Pharao. *Et alebat eos, omnem domum patris sui, prębens cibaria singulis. *In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Ægypti & Chanaan. * E quibus omnẽ pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. * Cumq; defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? * Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. * Quæ cùm adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. *Venerũt quoque anno secundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum nostrum quòd deficiẽte pecunia, pecora simul defecerunt: nec clam te est, quòd absque corporibus & terra nihil habeamus. * Cur ergo moriemur te vidente? & nos & terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutẽ regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. *Emit igitur Ioseph omnẽ Terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni, *& cunctos populos eius, à nouissimis terminis Ægypti vsque ad extremos fines eius, *præter terrã sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & ideirco nõ sunt compulsi vendere possessiones suas. * Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: accipite semina, & serite agros, * vt fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis: quattuor reliquas permitto vobis in sementẽ, & in cibum familiis & liberis vestris. *Qui responderunt: Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tãtùm dominus noster, & læti seruiemus regi. *Ex eo tempore vsque in præsentem diẽ, in vniuersa Terra Ægypti, regibus quinta pars solùitur, & factũ est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. *Habitauit ergo Israel in Ægypto, id est, in Terra Gessen, & possedit eam: auctusq; est, & multiplicatus nimis. *Et vixit in ea decem & septem annis: factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum. * Cumque appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suũ Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in cõspectu tuo, *pone manum tuam sub femore meo: & facies mihi misericordiã & veritatem, vt nõ sepelias me in Ægypto: *sed dormiam cũ patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorum meorũ. Cui respondit Ioseph: Ego faciam quod iussisti. *Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Deum, conuersus ad lectuli caput.

Sup.24.c.2 *Sup.28.c.13*

CAP. XLVIII.

HIs ita transactis, nunciatum est Ioseph quòd ægrotaret pater suus: qui, assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim, ire perrexit. * Dictumque est seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. *Et ingresso ad se ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in Terra Chanaan: Benedixítque mihi, * & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc,

hanc, & semini tuo post te, in possessionem sempiternam. * Duo ergo filij tui, 5
*Sup.41. f.50 qui nati sunt tibi in Terra Ægypti antequam huc venirē ad te, mei erunt: Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. * Reliquos 6
*Iesa.13.b. 7.d.29 autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. *Mihi enim, quando veniebam de Mesopotamia, mortua 7
*Sup.35. d.11 est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta B 1
A viam Ephratę, quę alio nomine appellatur Bethlehem. *Videns autem filios eius 2 3 8
dixit ad eum: Qui sunt isti? *Respondit: 9
Filij mei sunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt 4
benedicam illis. *Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clarè vi- 10 C
dere non poterat. Applicitósq; ad se deosculatus, & circumplexus eos, *dixit ad 11 5
filium suum: Non sum fraudatus aspectu 6
tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum. * Cumque tulisset eos Ioseph de 12
gremio patris, adorauit pronus in terram. * Et posuit Ephraim ad dexteram 13
suam, id est, ad sinistrā Israel: Manasseu C
verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum. *Qui 14 B
extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autē super caput Manasse qui ma- 7
*Heb.11.d. 21 ior natu erat, commutās manus. * Bene- 15 8
dixitque Iacob filiis Ioseph, & ait: Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in presen- 11
*Sup.31. d.29.32. a.2 tem diem: * Angelus, qui eruit me de 16
Matt.18.b. 10 cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorū Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. *Videns autem Ioseph quòd 17
posuisset pater suus dexterā manum super caput Ephraim, grauiter accepit: & 14
apprehēsam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre D
super caput Manasse. * Dixitque ad pa- 18
trem: Non ita cōuenit, pater: quia hic est primogenitus, pone dexterā tuam super caput eius. *Qui renuens, ait: Scio fili mi, 15
scio: & iste quidē erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo: & semen illius crescet in gentes. * Benedixitq; eis in tempore illo, dicens: 20
In te benedicetur Israel, atque dicetur:

Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen. *Et ait ad Ioseph filium suum: 21
En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetq; vos ad terram patrum vestrorum. * Do tibi partem vnam extra fra- 22
*Ios.15.b. 16.a.1 *Ios.24. b.1 tres tuos, quam tuli de manu Amorrhęi in gladio & arcu meo.

CAP. XLIX.

VOcauit autem Iacob filios suos, & 1 A
Deut.33. a.b ait eis: Cōgregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. *Congregamini, & audite filij Ia- 2
cob, audite Israel patrē vestrum. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, 3 4
maior in imperio. *Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris *Sup.35. d.22 tui, & maculasti stratum eius. * Simeon 5
1.Paral.5. a.1 & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. 6
* In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum, & in volūtate sua suffoderunt mu- *Sup.34.d. 25
rum. *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: 7
diuidam eos in Iacob, & dispergam eos *Ios.19.a. 1.21.a.b
in Israel. * Iuda, te laudabunt fratres tui: 8 B
manus tua in ceruicibus inimicorū tuorum, adorabūt te filij patris tui. * Catu- 9
*1.Par.5. a.2 lus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescēs accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? * NON 10
*Ioan.1.f. 45 Matt.2.a.6 AVFERETVR sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittēdus est, & ipse erit expectatio gentium. * Ligans ad vineam pullum suum, 11
& ad vitem, ô fili mi, asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine 12
vuæ pallium suum. * Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. *Zabulon in littore maris habi- 13
tabit, & in statione nauium pertingēs vsque ad Sidonem. * Issachar asinus fortis 14
accubans inter terminos. *Vidit requiem 15
quòd esset bona: & terram quòd optima: & suppossuit humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiens. *Dan 16
iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel. * Fiat Dan coluber in via, 17 C
cerastes in semita, mordēs vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. * SALV- 18
TARE tuū expectabo Domine. *Gad, 19
accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum. * Aser, pinguis 20
panis eius, & præbebit delicias regibus.

*Nephtha-

*Nephthali, ceruus emissus, & dans elo- 21
*1.Par.5. a.1 quia pulchritudinis. * Filius accrescens 22
Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filię discurrerunt super murum. *Sed 23
exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntq; illi habentes iacula. * Sedit in 24
forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorū & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel. *Deus patris tui erit adiutor 25
tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictio- 26
nibus vberum & vuluæ. *Benedictiones
patris tui confortatæ sunt benedictioni- D
bus patrum eius: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. *Beniamin lupus rapax, manè 27
comedet prędam, & vespere diuidet spolia. *Omnes hi in tribubus Israel duode- 28
cim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis. *Et præcepit eis, dicens: Ego con- 29
gregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici: quæ est in agro Ephron Hethæi, *con- 30
*Sup.23.d tra Mambre in Terra Chanaan, quam emit Abraham cū agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. *Ibi se- 31
pelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet. *Finitisque 32
mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositusque est ad populum suum.

CAP. L.

QVod cernens Ioseph, ruit super fa- 1 A
ciē patris flens & deosculans eum. 2
* Præcepitque seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem. *Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta 3
dies: iste quippe mos erat eadauerū conditorum. fleuitq; eum Ægyptus septuaginta diebus. *Et expleto planctus tēpore, locutus est Ioseph ad familiam Pha- 4
raonis: Si inueni gratiam in cōspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: *eò 5
*Sup.47. d.29 quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrē meum, ac reuertar. *Dixitq; ei Pharao: Ascende 6
& sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. * Quo ascendente, ierunt cum eo omnes 7
senes domus Pharaonis, cunctiq; maio- 8
res natu Terræ Ægypti: *domus Ioseph cū fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atque armentis, quę dereliquerant in Terra Gessen. *Habuit quoque in co- 9
mitatu currus & equites: & facta est turba non modica. *Veneruntq; ad Aream 10
Atad, quæ sita est trās Iordanem: vbi celebrātes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. * Quod cùm vidissent habitatores Terræ 11
Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste Ægyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti. *Fece- 12
runt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: 13
*Et portantes eum in Terram Chanaan, *Act.7.b. 16
sepelierunt eum in spelunca duplici, *Sup.23. d.16
quam emerat Abrahā cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo 14
contra facié Mambre. *Reuersusq; est Ioseph in Ægyptū cū fratribus suis, & om- C
ni comitatu, sepulto patre. * Quo mor- 15
tuo, timētes fratres eius, & mutuò colloquētes: Ne fortè memor sit iniurię quam passus est, & reddat nobis omne malum 16
quod fecimus, *mandauerunt ei dicētes: Pater tuus præcepit nobis antequā moreretur, * vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris sceleris fra- 17
trum tuorū, & peccati atq; malitię quam exercuerūt in te: nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatē
hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. *Ve- 18
neruntq; ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt: Serui tui sumus. *Quibus ille respōdit: Nolite time- 19
re: num Dei possumus resistere volūtati? 20
*Vos cogitastis de me malum: sed Deus *Sup.45. D vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in presentiarū cernitis, & saluos face- 21
ret multos populos. *Nolite timere: ego
pascam vos & paruulos vestros. consolatusq; est eos, & blandè ac leniter est lo- *Sup.47. f.12 22
cutus. *Et habitauit in Ægypto cū omni domo patris sui: vixitq; centum decē annis. Et vidit Ephraim filios vsque ad ter- *Num.32. f.39
tiā generationem. Filij quoq; Machir fi- 23
lij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. *Quibus transactis, *locutus est fratribus *Heb.11. d.22
suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, 24
& Iacob. * Cumque adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos: "asportate *Exod.13. f.19 Ios.24. f.32
ossa mea vobiscum de loco isto: * mor- 25
tuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

LIBER EXODVS,

HEBRAICE VEELLE SEMOTH.

CAPVT PRIMVM.

HÆc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob: singuli cum domibus suis introierunt: *Ruben, Simeon, Leui, Iudas, *Issachar, Zabulon & Beniamin, *Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. *Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Ægypto erat. *Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa, *filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerũt terram. *Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph: * & ait ad populum suum: Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. *Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra. * Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntque vrbes tabernaculorũ Pharaoni, Phithom & Rameses. *Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant: * oderantque filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes eis: * atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. * Dixit autem Rex Ægypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, * præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. * Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta apræceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares. * Quibus ad se accersitis, rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? * Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt. * Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusque est nimis. * Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos. *Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite: quidquid feminini, reseruate.

Gen. 46. v. 8

*Act. 7. v. 17

CAP. II.

EGressus est post hæc vir de domo Leui: *& accepit vxorem stirpis suæ. *quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. *Cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, *stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. * Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cùm vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis: & allatam *aperiens, cernensq; in ea paruulum vagientem, misertà eius, ait: De infantibus Hebræorũ est hic. *Cui soror pueri: Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræã, quæ nutrire possit infantulum? *Respondit: Vade. Perrexit puella & vocauit matrem suam. *Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: adultumq; tradidit filiæ Pharaonis. * Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. * In diebus illis postquam creuerat Moyses, *egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendã de Hebræis fratribus suis. *Cumque

*Inf. 6. c. 20 *Hebr. 11. v. 23

*Act. 7. c. 21 *Hebr. 11. v. 23

*Hebr. 11. c. 24

que circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo. *Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? * Qui respondit: Quis te constituit principem & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palàm factum est verbum istud? * Audiuitque Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra Madian, & sedit iuxta puteum. *Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. * Superuenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitque Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. * Quæ cùm reuertissent ad Raguel patrẽ suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? * Responderunt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorũ: insuper & hausit aquam nobiscum, potumq; dedit ouibus. *At ille: Vbi est? inquit, Quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panem. * Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. * Accepitque Sephoram filiam eius vxorẽ: * quæ peperit ei filium, quem vocauit Gersam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicẽs: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis. * Post multum verò temporis mortuus est rex Ægypti: & ingemiscẽtes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. * Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob. * Et respexit Dominus filios Israel, & cognouit eos.

*Inf. 18. c. 2. v. 1. *Par. 23. v. 15

CAP. III.

MOyses autẽ pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. * *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. *Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hãc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. * At ille: Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est. * Et ait: * Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. *Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorẽ eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: * & sciens dolorem eius, descẽdi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. *Clamor ergo filiorũ Israel venit ad me: vidiq; afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur. * Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Israel, de Ægypto. * Dixitq; Moyses ad Deum: Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto? * Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quòd miserim te: Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montẽ istum. * Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicã eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen eius? quid dicam eis? * Dixit Deus ad Moysen: EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic dices filijs Israel: QVI EST, misit me ad vos. * Dixitque iterum Deus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus patrũ vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem. * Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorũ apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto: * Et dixi vt educam vos de afflictione Ægypti, in terrã Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle. *Et audient vocem tuam: ingredierisque tu, & seniores Israel, ad regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorũ vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro.

*Act. 7. v. 30

*Mat. 22. v. 32 *Marc. 12. v. 26 *Luc. 20. v. 37

stro. * Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam. * Extendam enim manũ meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos. * Daboque gratiam populo huic coram Ægyptijs: " & cùm egrediemini, non exibitis vacui: * sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisq; eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Ægyptum.

* Infr. 11.a. 2.& 12.c. 35

CAP. IIII.

REspondens Moyses ait: Nõ credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus. * Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. * Dixitque Dominus: Proijce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. * Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, versaque est in virgam. * Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. * Dixitque Dominus rursum: Mitte manũ tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. * Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. * Si non crediderint, inquit, tibi, neq; audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequẽtis. * Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinẽ. * Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum. * Dixit Dominus ad eũ: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nónne ego? * Perge igitur, " & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris. * At ille: Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es. * Iratus Dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuũ, vidensque te lætabitur corde. * Loquere ad eũ, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, " & ostendam vobis quid agere debeatis. * ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quę ad Deum pertinent. * Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. * Abijt Moyses, & reuersus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei: Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace. * Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, & reuertere in Ægyptum: Mortui sunt enim omnes qui quęrebant animam tuam. * Tulit ergo Moyses vxorem suã, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reuersusque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua. * Dixitque ei Dominus reuertenti in Ægyptum: Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. * Dicesque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. * Dixi tibi: Dimitte filium meum vt seruiat mihi; & noluisti dimittere eum: ecce ego interficiã filium tuum primogenitum. * Cumque esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. * Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui, tetigitque pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. * Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum, ob circũcisionem. * Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & osculatus est eum. * Narrauitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. * Veneruntque simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel. * Locutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo, * & credidit populus. Audieruntque quòd visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem illorum: & proni adorauerunt.

CAP. V.

POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hęc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto. * At ille respondit: Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam.

* Mat. 10. d. 19 Lu.

* Infr. 7. a. 2

tam. * Dixeruntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis aut gladius. * Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra. * Dixitque Pharao: Multus est populus terræ: videtis quòd turba succreuerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? * Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens: * Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiẽdos lateres, sicut priùs: sed ipsi vadant, & colligant stipulas. * Et mensuram laterum, quam priùs faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro. * Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus. * Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: * ite, & colligite sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquã de opere vestro. * Dispersusque est populus per omnem Terram Ægypti ad colligendas paleas. * Præfecti quoq; operum instabant, dicentes: Complete opus vestrum quotidie, vt priùs facere solebatis quando dabantur vobis paleæ. * Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut priùs, nec heri, nec hodie? * Veneruntq; præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos? * Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agitur contra populum tuum. * Qui ait: Vacatis otio, & ideirco dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino. * Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum. * Videbantque se præpositi filiorum Israel in malo, eò quòd diceretur eis: Non minuetur quidquã de lateribus per singulos dies. * Occurreruntque Moysi & Aaron, qui stabant ex aduerso, egredientibus à Pharaone: * & dixerunt ad eos: Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & præbuistis ei gladium, vt occideret nos. * Reuersusq; est Moyses ad Dominum, & ait: Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me? * Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberasti eos.

CAP. VI.

DIxitq; Dominus ad Moysen: Nunc videbis quę facturus sim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua. * Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus * qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis. * Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. * Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Ægyptij oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei. * Ideo dic filijs Israel: Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso, & iudicijs magnis. * Et assumam vos mihi in populũ, & ero vester Deus: & scietis quòd ego sum Dominus Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum: * & induxerim in terram, super quam leuaui manum meam vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: daboque illam vobis possidendam, ego Dominus. * Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel: qui non acquieuerunt ei, propter angustiam spiritus, & opus durissimum. * Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: * Ingredere, & loquere ad Pharaonem regẽ Ægypti, vt dimittat filios Israel de terra sua. * Respõdit Moyses coram Domino: Ecce filij Israel non audiũt me: & quo modo audiet Pharao, præsertim cùm incircumcisus sim labijs? * Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Ægypti, vt educerent filios Israel de Terra Ægypti. * " Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben primogeniti Israelis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. * hæ cognationes Ruben. " Filij Simeon: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Soar, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon. * Et hæc nomina filiorũ Leui per cognationes suas: Gerson & Caath & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem.

* Gen. 46. b. 9 Num. 26. a. 5 1. Par. 5. a. 1 " 1. Par. 4. d. 24

1.Par.6.a.1.& 23.a.6 septem. Filij Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas.* Filij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron, & Oziel. anni quoque vitæ Caath, cẽtum triginta tres. 17 18

*Num.3.c.17 Num.26.f.57 1.Par.6.a.2.23.b.12 * Filij Merari: Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas. * Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen. Fueruntque anni vitę Amram, centum triginta ſeptem. * Filij quoque Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri. * Filij quoque Oziel: Miſael, & Eliſaphan, & Sethri. * Accepit autem Aaron vxorem Eliſabeth, filiam Aminadab, ſororẽ Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. * Filij quoque Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. hæ ſunt cognationes Coritarum. * At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes ſuas. * Iſte eſt Aaron & Moyſes, quibus præcepit Dominus vt educerent filios Iſrael de Terra Ægypti per turmas ſuas. * Hi ſunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, vt educant filios Iſrael de Ægypto: iſte eſt Moyſes & Aaron, * in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen, in Terra Ægypti. * Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Ægypti, omnia quæ ego loquor tibi. * Et ait Moyſes coram Domino: En incircumciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?* 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

CAP. VII.

DIxitque Dominus ad Moyſen: Ecce cõſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. * Tu loqueris ei omnia quę mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. * Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna & oſtẽta mea in Terra Ægypti, * & non audiet vos: immittamque manum meam ſuper Ægyptum, & educam exercitum & populum meũ filios Iſrael de Terra Ægypti per iudicia maxima. * Et ſcient Ægyptij quia ego ſum Dominus qui extenderim manum meam ſuper Ægyptum, & eduxerim filios Iſrael de medio eorũ. * Fecit itaque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ita egerunt. * Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem. * Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron: * Cum dixerit vobis Pharao, Oſtendite ſigna: dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. * Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Dominus. tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum. * Vocauit autem Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædã ſimiliter. * Proieceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. * Induratumque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. * Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ingrauatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum. * Vade ad eum manè, ecce egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis: & virgam, quæ conuerſa eſt in draconem, tolles in manu tua. * Dicesque ad eum: Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad præſens audire noluiſti. * Hæc igitur dicit Dominus: In hoc ſcies quòd ſim Dominus: ecce percutiam virga, quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem. * Piſces quoque, qui ſunt in fluuio, morientur, & computreſcent aquæ, & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis. * Dixit quoque Dominus ad Moyſen: Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in ſanguinem: & ſit cruor in omni Terra Ægypti, tam in ligneis vaſis quàm in ſaxeis. * Fecetunque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: * & eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem. * Et piſces, qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota Terra Ægypti. * Feceruntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis; & induratum eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. * Auertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec apposuit cor etiam hac vice. * Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis

*Sup.4.d.15 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

*Inf.17.b.5 *Pſal.77.c.49 *Sap.17.b.7

aquam

quam vt biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis. * Impletique ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſſit Dominus fluuium. 25

CAP. VIII.

DIxit quoque Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi: * ſin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. * Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcendent, & ingredientur domũ tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorũ, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: * & ad te, & ad populum tuũ, & ad omnes ſeruos tuos, intrabunt ranæ. * Dixitque Dñs ad Moyſen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper Terram Ægypti. * Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntq; Terram Ægypti. * Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter, eduxeruntque ranas ſuper Terram Ægypti. * Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt ſacrificet Domino. * Dixitque Moyſes ad Pharaonem: Conſtitue mihi quando deprecer pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua & à ſeruis tuis & à populo tuo: & tantùm in flumine remaneãt. * Qui reſpondit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt ſcias quoniam non eſt ſicut Dominus Deus noſter. * Et recedent ranæ à te, & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remanebũt. * Egreſſiq; ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominum pro ſpõſione ranarũ quam condixerat Pharaoni. * Fecitq; Dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. * Cõgregaueruntq; eas in immenſos aggeres, & computruit terra. * Videns autẽ Pharao quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuũ, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. * Dixitq; Dominus ad Moyſen: Loquere ad Aaron: Extẽde virgam tuam, & percute puluerem terrę: & ſint ſciniphes in vniuerſa Terra Ægypti. * Feceruntq. ita. Et extendit Aaron manum, virgã tenens: percuſſitq; puluerem terræ, & facti ſunt ſciniphes in hominibus, & in iumentis: omnis puluis terræ verſus eſt in ſciniphes per totã Terram Ægypti. * Feceruntq; ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent ſciniphes, & nõ potuerunt: erantq; ſciniphes tam in hominibus quàm in iumẽtis. * Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei eſt hic. induratumq; eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dominus. * Dixit quoque Dominus ad Moyſen: Conſurge diluculo, & ſta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. * Quòd ſi non dimiſeris eum, ecce ego immittã in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, omne genus muſcarum: & implebuntur domus Ægyptiorũ muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint. * Faciamq; mirabilẽ in die illa Terram Geſſen, in qua populus meus eſt, vt non ſint ibi muſcæ: & ſcias quoniam ego Dominus in medio terræ. * Ponamque diuiſionem inter populum meum & populum tuum: cras erit ſignũ iſtud. * Fecitq; Dominus ita. * Et venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorum eius, & in omnem Terrã Ægypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. * Vocauitq; Pharao Moyſen & Aaron, & ait eis: Ite & ſacrificate Deo veſtro in terra hac. * Et ait Moyſes: Non poteſt ita fieri: abominationes enim Ægyptiorũ immolabimus Domino Deo noſtro. quòd ſi mactauerimus ea quę colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. * Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem: & ſacrificabimus Domino Deo noſtro, ſicut præcepit nobis. * Dixitq; Pharao: Ego dimittam vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: verumtamen lõgiùs ne abeatis, rogate pro me. * Et ait Moyſes: Egreſſus à te, orabo Dominum: & recedet muſca à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras: verumtamen noli vltrà fallere, vt non dimittas populũ ſacrificare Domino. * Egreſſuſq; Moyſes à Pharaone, orauit Dominum. * Qui fecit iuxta verbum illius: & abſtulit muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius: non ſuperfuit ne vna quidem. * Et ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt nec hac quidẽ vice dimitteret populum

*Sap.16.b.9 *Sup.3.f.18

CAP.

CAP. IX.

DIxit autem Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populũ meum vt sacrificet mihi. * Quòd si adhuc renuis, & retines eos: * ecce manus mea erit super agros tuos: & super equos, & asinos, & camelos, & boues, & oues, pestis valde grauis. * Et faciet Dominus mirabile, inter possessiones Israel, & possessiones Ægyptiorũ, vt nihil omnino pereat ex his quę pertinẽt ad filios Israel. * Constituitque Dominus tẽpus, dicens: Cras faciet Dominus verbum istud in terra. * Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuaque sunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalibus verò filiorum Israel nihil omnino perijt. * Et misit Pharao ad videdum: nec erat quidquam mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingrauatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum. * Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone. * Sitque puluis super omnem Terram Ægypti: erunt enim in hominibus & iumentis vlcera, & vesicæ turgentes, in vniuersa Terra Ægypti. * Tuleruntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cælum: factaque sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus, & iumẽtis: * nec poterant malefici stare corã Moyse propter vlcera quæ in illis erant, & in omni Terra Ægypti. * Induravitque Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen. * Dixitq; Dominus ad Moysen: Manè consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. * Quia in hac vice mittã omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quòd non sit similis mei in omni terra. * Nunce enim extendens manum percutiam te & populum tuum peste, peribisque de terra. * Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. * Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum? * En pluam cras hac ipsa hora grandinẽ multam nimis, qualis non fuit in Ægypto, à die qua fundata est, vsq; in præsens tempus. * Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa quæ inuẽta fuerint foris, nec congregata de agris, ecciderit̃que super ea grando, morientur. * Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos & iumenta in domos: * qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos & iumenta in agris. * Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum, vt fiat grando in vniuersa Terra Ægypti, super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri, in Terra Ægypti. * * Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram: pluitque Dominus grandinem super Terram Ægypti. * Et grando & ignis mista pariter ferebantur: tantæque fuit magnitudinis, quanta antè numquã apparuit in vniuersa Terra Ægypti ex quo gens illa condita est. * Et percussit grando in omni Terra Ægypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsq; ad iumentũ: cunctamq. herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis cõfregit. * Tantùm in Terra Gessen, vbi erant filij Israel, grando nõ cecidit. * Misitque Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos: Peccaui etiam nunc: Dominus iustus: ego & populus meus, impij. * Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hîc vltrà maneatis. * Ait Moyses: Cùm egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia Domini est terra: * noui autem, quòd & tu, & serui tui, necdum timeatis Dominum Deum. * Linum ergo & hordeum læsum est, eò quòd hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret: * triticum autem & far non sunt læsa, quia serotina erãt. * Egressusque Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum: & cessauerunt tonitrua & grando, nec vltrà stillauit pluuia super terram. * Videns autem Pharao quòd cessasset pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum: * & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius, & induratum nimis: nec dimisit filios Israel, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

CAP.

* Rom. 9. d. 17

* Sap. 16. c. 16. & 19. d. 19

CAP. X.

ET dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonẽ: ego enim indurau cor eius, & seruorum illius: vt faciã signa mea hęc in eo, * & narres in auribus filij tui, & nepotũ tuorum, quoties contriuerim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego Dominus. * Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonẽ, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebręorum: Vsquequo nõ vis subijci mihi? dimitte populũ meum, vt sacrificet mihi. * Sin autem resistis, & nõ vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustã in fines tuos: * quæ operiat superficiem terræ, ne quidquam eius appareat, sed comedatur quod residuũ fuerit grandini. corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris. * Et implebunt domos tuas, & seruorũ tuorum, & omnium Ægyptiorum: quantam non viderũt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram, vsq; in præsentẽ diem. Auertitq. se, & egressus est à Pharaone. * Dixerunt autem serui Pharaonis ad eũ: Vsquequo patiemur hoc scãdalum: dimitte homines, vt sacrificẽt Domino Deo suo. nõne vides quòd perierit Ægyptus? * Reuocaueruntque Moysen & Aaron ad Pharaonẽ: qui dixit eis: Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt qui ituri sunt? * Ait Moyses: Cum paruulis nostris & senioribus pergemus, cũ filijs & filiabus, cum ouibus & armentis: est enim sollemnitas Domini Dei nostri. * Et respondit Pharao: Sic Dominus sit vobiscum, quo modo ego dimittã vos, & paruulos vestros. cui dubium est quòd pessimè cogitetis? * Non fiet ita, sed ite tantùm viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimq. eiecti sunt de conspectu Pharaonis. * Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super Terrã Ægypti ad locustam, vt ascendat super eam, & deuoret omnẽ herbam quæ residua fuerit grandini. * Et extendit Moyses virgam super Terram Ægypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locustas. * Quæ ascenderunt super vniuersam Terram Ægypti: & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt. * Operueruntq. vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihilq. omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta Ægypto. * Quam obrem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos. * Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam. * Egressusq. Moyses de conspectu Pharaonis, orauit Dominum. * Qui flare fecit ventũ ab occidente vehementissimum, & arreptã locustam proiecit in Mare rubrum: non remansit ne vna quidem in cunctis finibus Ægypti. * Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. * Dixit autẽ Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cęlũ: & sint tenebræ super Terram Ægypti, tã densæ vt palpari queant. * Extenditq. Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra Ægypti tribus diebus. * Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbicumq; autem habitabant filij Israel, lux erat. * Vocauitq; Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificate Domino: oues tantùm vestræ & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. * Ait Moyses: Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quę offeramus Domino Deo nostro. * Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cùm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. * Indurauit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. * Dixitq. Pharao ad Moysen: Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam: quocumque die apparueris mihi, morieris. * Respondit Moyses: Ita fiet vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

CAP. XI.

ET dixit Dominus ad Moysen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Ægyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet. * Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa argẽtea & aurea. * Dabit autẽ Dominus gratiam populo suo coram Ægyptijs. * Fuitq. Moyses vir magnus valdè in Terra Ægypti, coram seruis Pharaonis & omni populo. * Et

ait:

* Sap. 16. d. 19

* Sap. 17. a. 2

* Sap. 18. b. 1

* Sup. 3. c. 22 Iosue. 12. 35

* Eccl. 45. a. 1

ait: Hæc dicit Dominus: Media nocte B
egrediar in Ægyptum:* & morietur om- 5
ne primogenitũ in Terra Ægyptiorum,
à primogenito Pharaonis qui sedet in
solio eius, vsque ad primogenitum an-
cillæ quę est ad molam,& omnia primo-
genita iumentorum. * Eritque clamor 6
magnus in vniuersa Terra Ægypti,qua- C
lis nec antè fuit, nec postea futurus est.
* Apud omnes autem filios Israel non 7
mutiet canis ab homine vsque ad pecus:
vt sciatis quanto miraculo diuidat Do-
minus Ægyptios & Israel. * Descẽdent- 8
que omnes serui tui isti ad me, & adora- D
bunt me,dicentes:Egredere tu,&omnis
populus qui subiectus est tibi: post hæc
egrediemur. * Et exiuit à Pharaone ira- 9
tus nimis. Dixit autẽ Dominus ad Moy-
sen: Non audiet vos Pharao,vt multa si-
gna fiant in Terra Ægypti.*Moyses au- 10
tem & Aaron fecerunt omnia ostenta
quæ scripta sunt, coram Pharaone. Et
indurauit Dominus cor Pharaonis, nec
dimisit filios Israel de terra sua.

Cap. xii.

DIxit quoque Dominus ad Moysen 1
& Aaron in Terra Ægypti:* Men- 2
sis iste, vobis principium mensium: pri- A
mus erit in mensibus anni. * Loquimini 3
ad vniuersum cœtum filiorum Israel,&
dicite eis: Decima die mensis huius tol-
lat vnusquisque agnum per familias &
domos suas. * Sin autem minor est nu- 4
merus vt sufficere possit ad vescendum D
agnum, assumet vicinum suum qui iun-
ctus est domui suæ,iuxta numerum ani-
marum quæ sufficere possunt ad esum
agni.* Erit autem agnus absque macula, 5
masculus,anniculus: iuxta quem ritum
tolletis & hœdũ.* Et seruabitis eum vs- 6
que ad quartã decimam diem mẽsis hu-
ius:immolabitq. eũ vniuersa multitudo
filiorum Israel ad vesperam.* Et sument 7
de sanguine eius,ac ponẽt super vtrum- B
que postẽ,& in superliminaribus domo-
rum,in quibus comedent illũ.* Et edent 8
carnes nocte illa assas igni,& azymos pa-
nes cum lactucis agrestibus. * Non com- 9
edetis ex eo crudũ quid, nec coctũ aqua,
sed tantùm assum igni: caput cum pedi-
bus eius & intestinis vorabitis. * Nec re- 10
manebit quidquam ex eo vsque mane. si
quid residuum fuerit, igne comburetis.
* Sic autem comedetis illum: Renes ve- 11
stros accingetis,& calceaméta habebitis
in pedibus,tenẽtes baculos in manibus,
& comedetis festinanter: est enim Phase
(id est transitus) Domini.* Et trãsibo per 12
Terram Ægypti nocte illa, percutiamq;
omne primogenitum in Terra Ægypti
ab homine vsque ad pecus: & in cunctis
dijs Ægypti faciam iudicia, ego Domi-
nus. * Erit autẽ sanguis vobis in signum 13
in ædibus in quibus eritis:& videbo san-
guinem,& transibo vos:nec erit in vobis
plaga disperdens quãdo percussero Ter-
ram Ægypti.*Habebitis autẽ hunc diem 14
in monumentum: & celebrabitis eã sol- C
lemnem Domino in generationibus ve-
stris cultu sempiterno. * Septem diebus 15
azyma comedetis: in die primo non erit
fermentum in domibus vestris: quicum-
que comederit fermẽtatum, peribit ani-
ma illa deIsrael,à primo die vsq; ad diem
septimum. * Dies prima erit sancta atq;
sollemnis,& dies septima eadem festiui-
tate venerabilis: nihil operis facietis in
eis, exceptis his quæ ad vescendum per-
tinent.* Et obseruabitis azyma: in eadẽ 17
enim ipsa die educam exercitũ vestrum
de Terra Ægypti, & custodietis diem
istum in generationes vestras ritu perpe-
tuo. * Primo mense,quartadecima die 18 *Leuit.23.
mensis ad vesperã,comedetis azyma, vs- f.5 Num.28.
que ad diem vigesimã primam eiusdem c.16
mensis ad vesperã. * Septem diebus fer- 19
mentum non inuenietur in domibus ve-
stris:qui comederit fermẽtatum, peribit
anima eius de cœtu Israel, tam de adue-
nis quàm de indigenis terræ. * Omne 20
fermentatum non comedetis: in cunctis D
habitaculis vestris edetis azyma. *Voca- 21
uit autem Moyses omnes seniores filio-
rum Israel,& dixit ad eos: Ite tollentes
animal per familias vestras,& immolate
Phase. * Fasciculumque hyssopi tingite Heb. 12.
in sanguine qui est in limine,& aspergite c.28
ex eo superliminare,& vtrumq; postem:
nullus vestrũm egrediatur ostium do-
mus suæ vsque manè. * Transibit enim 23
Dominus percutiens Ægyptios:cumq;
viderit sanguinem in superliminari, &
in vtroque poste,transcendet ostium do-
mus, & non sinet percussorem ingredi
domos vestras & lædere. * Custodi ver- 24
bum istud legitimum tibi & filijs tuis vs-
que in æternũ. * Cumq; introieritis ter- 25
ram,quã Dominus daturus est vobis vt
pollicitus est, obseruabitis ceremonias
istas. * Et cùm dixerint vobis filij vestri: 26
Quę est ista religio? *dicetis eis:Victima
trãsitus Domini est, quando trãsiuit su-
per domos filiorũ Israel in Ægypto,per-

cutiens

cutiens Ægytios, & domos nostras libe-
rans. Incuruatusque populus adorauit.
* Et egressi filij Israel fecerunt sicut præ- 28
ceperat Dominus Moysi & Aaron. * Fa- 29
ctum est autem in noctis medio, percus- E
sit Dominus omne primogenitũ in Ter-
ra Ægypti, à primogenito Pharaonis,
*Sap.18. qui in solio eius sedebat, "vsque ad pri-
b.5.& 11. mogenitum captiuæ quæ erat in carcere,
b.15 & omne primogenitum iumentorum.
* Surrexitq; Pharao nocte,& omnes ser- 30
ui eius,cunctaque Ægyptus: & ortus est
clamor magnus in Ægypto:neque enim
erat domus in qua non iaceret mortuus.
*Vocatisq; Pharao,Moyse & Aaron no- 31
cte, ait: Surgite & egredimini à populo
meo,vos & filij Israel:ite,immolate Do-
mino sicut dicitis. * Oues vestras & ar- 32
menta assumite vt petieratis,& abeuntes
benedicite mihi. *Vrgebantque Ægyptij 33
populũ de terra exire velociter, dicentes:
Omnes moriemur.*Tulit igitur populus 34
cõspersam farinam antequã fermentare-
tur: & ligans in palliis, posuit super hu-
*Sup.11. meros suos. *Feceruntq; filij Israel "sicut 35
a.1 præceperat Moyses: & petierũt ab Ægy-
ptiis vasa argẽtea & aurea, vestemq; plu-
rimam. *Dns autem dedit gratiã populo 36
coram Ægyptiis vt commodarent eis: &
spoliauerunt Ægyptios.*Profectiq; sunt 37
filij Israel de Rameſſe in Socoth,sexcen- F
ta ferè millia peditum virorum, absque
paruulis.*Sed & vulgus promiscuum in- 38
numerabile ascendit cum eis, oues & ar-
menta & animantia diuersi generis mul-
ta nimis. *Coxeruntque farinam,quam 39
dudum de Ægypto cõspersam tulerant:
& fecerunt subcinericios panes azymos:
neque enim poterant fermentari cogen-
tibus exire Ægyptiis,& nullam facere si-
nentibus moram: nec pulmenti quidquam
occurrerat præparare. *Habitatio autem 40
filiorum Israel qua manserunt in Ægy-
pto, fuit quadringentorum triginta an-
norum.*Quibus expletis,eadẽ die egres- 41
sus est omnis exercitus Domini de terra
Ægypti. * Nox ista est obseruabilis Do- 42
mini, quando eduxit eos de Terra Ægy-
pti: hanc obseruare debẽt omnes filij Is-
rael in generationibus suis.*Dixitq; Do- 43
minus ad Moysen & Aaron: Hæc est re- G
ligio Phase: Omnis alienigena nõ come-
det ex eo. *Omnis autem seruus empti- 44
tius circumcidetur,& sic comedet. *Ad- 45
*Num.9. uena & mercenarius non edent ex eo.
b.12 "In vna domo comedetur, nec efferetis
*Num.29. de carnibus eius foras, "nec os illius con- 46
f.36 fringetis. *Omnis cœtus filiorum Israel 47
faciet illud.*Quòd si quis peregrinorum 48
in vestram voluerit transire coloniam, &
facere Phase Domini, circũcidetur priùs
omne masculinum eius, & tunc ritè ce-
lebrabit: eritque sicut indigena terræ: si
quis autem circumcisus non fuerit, non
vescetur ex eo.*Eadem lex erit indigenæ 49
& colono qui peregrinatur apud vos.
* Feceruntq; omnes filij Israel sicut præ- 50
ceperat Dominus Moysi & Aaron. * Et 51
eadem die eduxit Dominus filios Israel
de terra Ægypti per turmas suas.

Cap. xiii.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, 1
dicens: * Sanctifica mihi omne pri- 2 *Inf.34.
mogenitum quod aperit vuluam in filiis A f.9
Israel, tam de hominibus quàm de iu- Num. 8.c.
mentis: mea sunt enim omnia. * Et ait 3 16
Moyses ad populum : Mementote diei Luc.2.d.23
huius in qua egressi estis de Ægypto & Leu. 27.c.
de domo seruitutis, quoniam in manu 26
forti eduxit vos Dominus de loco isto:
vt non comedatis fermentatum panem.
*Hodie egredimini mense nouarum fru- 4
gum. *Cumq; introduxerit te Dominus 5
in Terrã Chananæi & Hethæi & Amor-
rhæi & Heuæi & Iebusæi, quam iurauit
patribus tuis vt daret tibi, terram fluen-
tem lacte & melle, celebrabis hunc mo-
rem sacrorum mense isto. * Septem die- 6
bus vesceris azymis : & in die septimo
erit sollemnitas Domini.* Azyma come- 7
detis septem diebus:non apparebit apud
te aliquid fermentatum, nec in cunctis
finibus tuis.*Narrabisque filio tuo in die 8
illo,dicens: Hoc est quod fecit mihi Do- B
minus quando egressus sum de Ægypto.
* Et erit quasi signum in manu tua, & 9
quasi monumentum ante oculos tuos:&
vt lex Domini semper sit in ore tuo, in
manu enim forti eduxit te Dominus de
Ægypto. * Custodies huiusce modi cul- 10
tum statuto tempore à diebus in dies.
* Cumque introduxerit te Dominus in 11
Terram Chananæi, sicut iurauit tibi &
patribus tuis,& dederit tibi eam :*"sepa- 12 *Inf.22.d.
rabis omne quod aperit vuluam Domi- 29.& 34.
no, & quod primitiuum est in pecoribus c.19
tuis: quidquid habueris masculini sexus, Ezc.44.g.
consecrabis Domino. * Primogenitum 13 30
asini mutabis oue: quod si non rederne-
ris,interficies. Omne autem primogeni-
tum hominis de filiis tuis, pretio redi-
mes. * Cumque interrogauerit te filius 14
tuus cras,dicens: Quid est hoc? respon-

D debis

debis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo seruitutis. *Nam cũ induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in Terra Ægypti, à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluã masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. *Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationẽ, inter oculos tuos: eò quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto. * Igitur cùm emisisset Pharao populum, non eos duxit Deus per viam Terræ Philisthiim quæ vicina est: reputans ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum. *Sed circumduxit per viã deserti, quæ est iuxta Mare rubrum: & armati ascenderunt filij Israel de Terra Ægypti. *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eò quòd adiurasset filios Israel, dicens: *Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. *Profectíque de Socoth castrametati sunt in Etham in extremis finibus solitudinis.* Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. * Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

*Gen. 50. d. 15

*Num. 14. c. 21 1. Cor. 10. d. 1 Neh. 9. d. 19

CAP. XIIII.

LOcutus est autẽ Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere filiis Israel: Reuersi castrametentur è regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalũ & mare contra Beelsephon: in conspectu eius castra ponetis super mare. * Dicturúsq; est Pharao super filiis Israel: Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum. *Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius. scientq; Ægyptij quia ego sum Dominus. Feceruntq; ita. *Et nunciatum est regi Ægyptiorũ quòd fugisset populus: immutatumq; est cor Pharaonis & seruorum eius super populo, & dixerũt: Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? *Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. * Tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit: & duces totius exercitus.

* Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa. * Cumq; persequerentur Ægyptij vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus, erant in Phihahiroth cõtra Beelsephon. * Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Ægyptios post se: & timuerunt valde: clamaueruntq; ad Dominum, *& dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? *Nónne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptiis? multo enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine. * Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum. * Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. * Dixitque Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur. *Tu autem eleua virgam tuam, & extende manũ tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. *Ego autem indurabo cor Ægyptiorum vt persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. * Et scient Ægyptij quia ego sum Dominus, cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus eius. * Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum *stetit, inter castra Ægyptiorum & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. * Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisaque est aqua. ** Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua. * Persequentésque Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites, per medium maris. * Iamque aduenerat vigilia

*1. Mac. 4. v. 9 Ios. 24. b. 6

*Psal. 77. v. 13. & 104. d. 36 Psal. 113. v. 3 Heb. 11. v. 29

matu-

matutina, * & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorũ per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum: * & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptij: Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. *Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Ægyptios super currus & equites eorum. * Cumq; extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusq; Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. * Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerãt mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. *Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris: *liberauitq; Dominus in die illa Israel de manu Ægyptiorum. *Et viderũt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quã exercuerat Dominus contra eos: timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

*Sap. 18. b. 15

CAP. XV.

TVnc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt:

Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.

* Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

* Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

* Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari rubro.

* Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

* Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum.

* Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos: misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam.

* Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

* Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

* Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

* Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

* Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

* Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

* Ascenderũt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

* Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerũt omnes habitatores Chanaan.

* Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

* Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

* Dominus regnabit in æternũ & vltra.

* Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

* Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanũ in manu sua: egressæq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, *quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare. *Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. *Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eò quòd essent amarę: vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem. * Et murmurauit populus cõtra Moysen, dicens: Quid bibemus? * At ille clamauit ad Dominum. qui ostendit ei lignum: quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eũ, *dicens: Si audie-

*Iudith 5. v. 15 Eccl. 38. v. 3

ris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eus, eustodierisq; omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te:
*Num.33. b.9 ego enim Dominus sanator tuus. *Venerunt autē in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarū, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

CAP. XVI.

*Sap.11.a.2 PRofectiq; sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. *Et murmurauit omnis cōgregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. *Dixeruntq; filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quādo sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? *Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. *Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. *Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vesperè scietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: *& manè videbitis gloriam Domini: audiuit enim murmur vestrum cōtra Dominum: nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos? *Et ait Moyses: Dabit vobis Dominus vesperè carnes edere, & manè panes in saturitate: eò quòd audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eum, nos enim quid sumus? nec cōtra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. *Dixit quoque Moyses ad Aaron: Die vniuersæ congregationi filiorum Israel: Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. *Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube. *Locutus est autē Dominus ad Moysen, dicens: *"Audiui murmurationes filiorum
*Eccl.45.a.4 Israel, loquere ad eos: Vesperè comedetis carnes, & manè saturabimini panibus: scietisq; quòd ego sum Dominus Deus vester. *Factū est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum. *Cumq; operuisset superficiem terræ, "apparuit in solitudine minutum, &
*Num.11.b.7 *Psal.77.c.24 *ip.16.c.20 *Ioan.6.d.31 *1.Cor.10.c.3 quasi pilo tusum in similitudinem pruinę super terram. *Quod cùm vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem: Manhu? quod significat: Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. *Hic est sermo, quem præcepit Dominus: Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum quæ habitāt in tabernaculo sic tolletis. *Feceruntq; ita filij Israel: & collegerunt, alius plus, alius minus. *Et mensi sunt ad mēturam gomor:
*2.Cor.8.b.15 "nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerūt. *Dixitq; Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. *Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scatere cœpit vermibus, atque computruit. & iratus est contra eos Moyses. *Colligebant autem manè singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque incaluisset sol, liquefiebat. *In die autē sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi. *Qui ait eis: Hoc est quod locutus est Dominus: Requies sabbati sanctificata est Domino cras. quodcumq; operandum est, facite: & quę coquenda sunt coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in mane. *Feceruntq; ita vt præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inuentus est in eo. *Dixitq; Moyses: Comedite illud hodie, quia sabbatum est Domini: non inuenietur hodie in agro. *Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini, idcirco non inuenietur. *Venitque septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meā? *Videte quòd Dominus dederit vobis sabbatū, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. *Et sabbatizauit populus die septimo. *Appellauitque domus Israel nomen eius Man:

quod

quod erat quasi semen coriandri album, gustúsque eius quasi similæ cum melle. *Dixit autē Moyses: Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes: vt nouerint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de Terra Ægypti. *Dixitq; Moyses ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor: & repone coram Domino, ad seruandum in generationes vestras, * sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in
*Neh.9.d.13 *Iudith 5.c.15 tabernaculo reseruandum. *"Filij autem Israel comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines terræ Chanaan. * Gomor autem decima pars est Ephi.

CAP. XVII.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonē Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat
*Num.20.a.4 aqua ad bibendum populo. *"Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? *Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? * Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululū, & lapidabit me. * Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum
*Sup.14.c.20 *Psal.77.b.15 1.Cor.10.c.4 de senioribus Israel: & virgam qua "percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. *En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiésque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel: * & vocauit nomen loci illius, Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicētes: Est ne Dominus in nobis, an non? *"Venit autem
*Iudith 4.d.12 *Sap.11.a.3 *Deut.25.d.17 Amalec, & pugnabat cōtra Israel in Raphidim. *Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros: & egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. * Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autē & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. *Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. *Fugauitque Iosue Amalec, & populū eius in ore gladij. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec sub cælo. *Ædificauitque Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens: * Quia manus solij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

CAP. XVIII.

CVmq; audisset Iethro, sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo, & quòd eduxisset Dominus Israel de Ægypto: * tulit Sephoram vxorē Moysi quam remiserat: *& duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicēte patre: "Aduena fui in terra aliena. * Alter *Sup.2.d.22 verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. * Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montem Dei. *Et mādauit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. * Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salutaueruntq; se mutuò verbis pacificis. Cumq; intrasset tabernaculū, * narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israel; vniuersumque laborem, qui accidisset eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. *Lætatúsq; est Iethro super omnibus bonis, quę fecerat Dominus Israeli, eò quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum, *& ait, Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Ægyptiorū, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti. * Nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes deos: eò quòd "superbè egerint contra il-
*Sup.1.b.4 10.c.16.d. & 31.b.7.d.18. & 14.b.8 los. *Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: veneruntq; Aaron & omnes seniores Israel, vt comederent panem cum eo coram Deo. *Al-

tera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam. *Quod cùm vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam? *Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei. *Cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius. *At ille: Non bonam, inquit, rem facis: *stulto labore consumeris & tu, & populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, "solus illud nõ poteris sustinere. *Sed audi verba mea atque consilia, & erit Deus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum: *ostendasq; populo ceremonias & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. * Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, *qui iudicent populũ omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicẽt: leuiúsq; sit tibi, partito in alios onere. *Si hoc feceris, implebis imperiũ Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. * Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat. *Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. *Qui iudicabant plebẽ omni tempore: quidquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. *Dimisitq; cognatum suum: qui reuersus abiit in terram suam.

*Deut.1. b.12

CAP. XIX.

MEnse tertio egressionis Israel de Terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. *Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria è regione montis. *"Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis Israel: *Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. *"Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: "mea est enim omnis terra. *"Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. *Venit Moyses: & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus. *Respondítque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, *ait ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nunciauit ergo Moyses verba populi ad Dominum. *Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua. *Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descẽdet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. *Constituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem, "nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. *Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut cõfodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. cũ cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem. * Descenditque Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumq; lauissent vestimenta sua, *ait ad eos: Estote parati in diẽ tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris. *Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinę vehementiùs perstrepebat: & timuit populus qui erat in castris. *Cumq; eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorũ, steterunt ad radices montis. *"Totus autem mons Sinai fumabat: eo quòd descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis. *Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixiùs tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei. *Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocauit Moysen in eacumen eius. Quò cùm ascendisset, *dixit ad eum: Descende, & contestare populum: ne fortè velit

*Deut. 29. a.2
*Psal.23. a.1
*1.Pet.2. b.9
*Hebr.12. c.18.
*Deut.4. b.11

transcendere terminos ad vidẽdum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. *Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. * Dixitque Moyses ad Dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es, & iussisti, dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. * Cui ait Dominus: Vade, descende: ascendésque tu, & Aaron tecum. sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. *Descenditque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

CAP. XX.

LOcutusque est Dominus cunctos sermones hos: * Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. * Non habebis deos alienos coram me. *"Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. *Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: *& faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. *"Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. *"Memento vt diem sabbati sanctifices. * Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. * Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas. *"Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. *"Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. *"Non occides. * Non mœchaberis. * Non furtum facies. * Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. *"Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, *dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. *Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. *Stetitque populus de longè. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus. *Dixit præterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos vidistis quòd de cælo locutus sim vobis. * Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. *"Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. *"Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum super eo, polluetur. * Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

*Deut.5. a.6
*Psal.80.c.11.96.b.7
Leuit.26. a.1
Deut.4. c.15
Isa.24. d.14
*Deut.5. b.11
Leuit.19. c.12
Matth.5. c.27
*Ezech.20. b.12
Deut.5. b.13
Inf.31. b.14
*Gen.2. a.2
*Deut.5. b.16
Mat.15. a.4
Eph.6.a.2
*Matth.5. c.16
*Rom.7. b.7.13.c.9
*Inf.27.b.8.38.a.7
*Deut.27. b.5
Ios.8.f.31

CAP. XXI.

HÆc sunt iudicia quæ propones eis. *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. *Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat: si habens vxorem, & vxor egredietur simul. * Sin autem dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo. *Quòd si dixerit seruus: Diligo dominum meum & vxorem ac liberos, non egrediar liber: * offeret eũ dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula: & erit ei seruus in sæculum. *Si quis vendiderit filiam suam in famulam, nõ egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. * Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreuerit eam. * Sin autem filio suo desponderit eam, iuxa morem filiarum faciet illi. * Quòd si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. * Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. *"Qui percusserit hominem volens occidere, mor-

Heb.12. c.18
Deut.18. c.16
Deut.15. c.12
Iere.34. c.14
*Leu.24. c.17
Deut.19. f.2

te moriatur. * Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum in quem fugere debeat. * Si quis per industriam occiderit proximũ suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur. * Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. * Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. * Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. * Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: * si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamen vt operas eius, & impensas in medicos restituat. * Qui percusserit seruũ suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. * Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. * Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. * Sin autẽ mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, * * oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, * adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. * Si percusserit quispiã oculum serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. * Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillę suę, similiter dimittet eos liberos. * Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius, dominus quoque bouis innocẽs erit. * Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritq; virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. * Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quidquid fuerit postulatus. * Filium quoque, & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. * Si seruum, ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. * Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam, * reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. * Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient. * Sin autem sciebat quòd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

*Lex.20. b.9 *Prou.20. e.20 Matth.15. a.4 Mar.7. b.10*

Matt.5. f.33 Leu.24. d.20 Deut.19. d.20

CAP. XXII.

SI quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, & quattuor oues pro vna oue. * Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. * Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. * Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. * Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. * Si egressus ignis inuenerit spinas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit. * Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet. * Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd nõ extenderit manum in rem proximi sui, * ad perpetrandam fraudem, tam in boue, quàm in asino, & oue ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest: ad deos vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. * Si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullúsque hoc viderit: * iusiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi sui: * suscipietque Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. * Quòd si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. * Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. * Qui à proximo suo

2.Reg.12. b.6

Gen.31. f.39

quid-

quidquam horum mutuò postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente, reddere compelletur. * Quòd si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet, maximè si conductũ venerat pro mercede operis sui. * * Si seduxerit quis virginẽ necdum desponsatam, dormieritq; cum eà: dotabit eam, & habebit eam vxórem. * Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. * Maleficos nõ patieris viuere. * Qui coierit cum iumento, morte moriatur. * * Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli. * Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in Terra Ægypti. * Viduæ & pupillo non nocebitis. * Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: * & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. * Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. * Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. * Ipsum enim est solum, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. * Diis non detrahes, & principi populi tui nõ maledices. * Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere: * primogenitum filiorum tuorũ dabis mihi. * De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septẽ diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi. * Viri sancti eritis mihi: carnem, quæ à bestiis fuerit prægustata, non comedetis, sed proicietis canibus.

Deut.22. d.29

Lex.19. e.4

Zach.7. e.10

*Aff.23. a.5 *Lex.22. b.8 Ezech.44. f.10 Sap.13. a.2 & b.12 Inf.33. b.19*

CAP. XXIII.

NOn susc ipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. * Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. * Pauperis quoque non misereberis in iudicio. * * Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. * Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. * Non declinabis in iudicium pauperis. * Mendacium fugies. Insontem & iustum non occides: quia auersor impium. * Nec accipies munera,

Deut.22. a.1

Deut.13. f.53

quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. * Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi * peregrini fuistis in Terra Ægypti. * Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. * * Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quidquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri: ita facies in vinea, & in oliueto tuo. * Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus: & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. * Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen externorum deorũ non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. * Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. * Sollemnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, * sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando egressus es de Ægypto: * non apparebis in conspectu meo vacuus. * Et sollemnitatem messis primitiuorum operis tui, quæcumque seminaueris in agro. sollemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. * Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. * Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps sollemnitatis meæ vsque mane. * Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. * Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introduceat in locũ quem paraui. * Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnenduni putes: quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum in illo. * Quòd si audieris vocẽ eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligentes te. * Præcedetq; te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethęum, & Pherezæũ, Chananæumque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. * Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum, sed destrues eos, & cõfringes statuas eorum. * Seruietisque Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. * Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. * Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam

Deut.16. d.19 Eccl.20. d.32 Gen.46.a.5

*Sup.13. c.3 Inf.34. c.22 Deut.16. f.16 *Eccl.35. c.6*

Deut.14. c.12 Inf.34. c.26

Deut.7. b.12

Inf.33. c.2 Ios.24.c.12 Deu.7.c.22

omnem populum, ad quem ingredieris: cúctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam: * emittens crabrones priùs, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. * Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & creſcant contra te beſtiæ. *Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas Terram. *Ponam autem terminos tuos à Mari rubro vſque ad Mare Palæſtinorum, & à deſerto vſque ad fluuium: tradam in manibus veſtris habitatores Terræ, & eiiciam eos de conſpectu veſtro. * Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. *Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, ſi ſeruieris diis eorum: quod tibi certè erit in ſcandalum.

Deut. 7. c. 14

Deut. 7. a. 1. Inf. 34. b. 15

CAP. XXIIII.

MOyſi quoque dixit: Aſcende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſenes ex Iſrael, & adorabitis procul. *Solúſque Moyſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus aſcendet cum eo. *Venit ergo Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: reſponditq; omnis populus vna voce: Omnia verba Domini, quę locutus eſt, faciemus. * Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones Domini: & manè conſurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael. * Miſitque iuuenes de filiis Iſrael, & obtulerũt holocauſta, immolauerũtq; victimas pacificas Domino, vitulos. *Tulit itaque Moyſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras: partem autem reſiduam fudit ſuper altare. *Aſſumenſq; volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia quę locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obediẽtes. *Ille verò ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. * Aſcenderuntq; Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael: *& viderunt Deum Iſrael: & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cęlum, cùm ſerenum eſt. * Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manũ ſuam, videruntq; Deum, & comederunt, ac biberunt. *Dixit autem Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ ſcripſi: vt doceas eos. *Surrexerunt Moyſes & Ioſue miniſter eius: aſcendénſq; Moyſes in montem Dei, *ſenioribus ait: Expectate hîc donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. * Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, *& habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vocauit eum de medio caliginis. * Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſrael. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Hebr. 9. c. 20

CAP. XXV.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine qui offeret vltroneus, accipietis eas. *Hęc ſunt autem quæ accipere debetis: Aurum, & argentum, & æs, * hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarũ, * & pelles arietum rubricatas, pelléſque ianthinas, & ligna ſetim: * oleum ad luminaria concinnanda: aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris: * lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. *Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorũ: & iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum, in cultum eius: ſicque facietis illud: * Arcam de lignis ſetim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos: latitudo, cubitum & dimidium: altitudo, cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. * Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris: faciéſque ſupra, coronam auream per circuitum: * & quattuor circulos aureos, quos pones per quattuor arcæ angulos: duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero. * Facies quoque vectes de lignis ſetim, & operies eos auro. * Inducéſque per circulos qui ſunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: * qui ſemper erunt in circulis, nec vmquam extrahentur ab eis. * Ponéſque in arca teſtificationem quam dabo tibi. *Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo: duos cubitos & dimidium tenebit

Inf. 35. 4. 5

*Heb. 9. a. 2

longi-

longitudo eius, & cubitum ac ſemiſſem latitudo. * Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. *Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero. * Vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantque ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium quo operienda eſt arca, *in qua pones teſtimonium quod dabo tibi. * Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael. * Facies & menſam de lignis ſetim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem. * Et inaurabis eam auro puriſſimo: faciéſque illi labium aureum per circuitum, * & ipſi labio coronam interraſilem altam quattuor digitis: & ſuper illam, alteram coronam aureolam. *Quattuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quattuor angulis eiuſdem menſæ per ſingulos pedes. *Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & poſſit menſa portari. *Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim, & circumdabis auro ad ſubuehẽdam menſam. *Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerẽda ſunt libamina, ex auro puriſſimo. * Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper. *Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, ſcyphos, & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia. * Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. * Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulaq; ſimul & liliũ: & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulaq; ſimul & lilium. hoc erit opus ſex calamorũ, qui producendi ſunt de haſtili: * in ipſo autem cãdelabro erunt quattuor ſcyphi in nucis modum, ſpherulæq; per ſingulos, & lilia. *Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex ſiunt, procedentes de haſtili vno. * Et ſphærulæ igitur & calami ex ipſo erunt, vniuerſa ductilia de auro puriſſimo. *Facies & lucernas ſeptẽ, & pones eas ſuper candelabrũ, vt luceãt ex aduerſo. *Emunctoria quoque & vbi quæ emuncta ſunt extinguantur, fiant de auro puriſſimo. * Omne pondus candelabri cũ vniuerſis vaſis ſuis habebit talentum auri puriſſimi. *Inſpice, & fac ſecundùm exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt.

*Heb. 8. b. 5. Act. 7. f. 44

CAP. XXVI.

TAbernaculum verò ita facies: Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies. *Lõgitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quattuor cubitorum erit. Vnius menſuræ fient vniuerſa tentoria. *Quinque cortinæ ſibi iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt. * Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies cortinarum, vt poſſint inuicem copulari. *Quinquagenas anſulas cortina habebit in vtraque parte, ita inſertas, vt anſa contra anſam veniat, & altera alteri poſſit aptari. *Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda ſunt, vt vnum tabernaculum fiat. *Facies & ſaga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. *Lõgitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos: & latitudo, quattuor: æqua erit menſura ſagorum omnium. * E quibus quinque iunges ſeorſum, & ſex ſibi mutuò copulabis, ita vt ſextum ſagũ in fronte tecti duplices. *Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta anſas in ora ſagi alterius, vt cum altero copuletur. *Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur anſæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat. *Quod autem ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt, vnum ſagum quod amplius eſt, ex medietate eius operies poſteriora tabernaculi. * Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus eſt in ſagorum longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens. * Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & ſuper hoc rurſum aliud operimentum de ianthinis pellibus. *Facies & tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſetim, *quę ſingulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine ſingulos ac ſemiſſem. * In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula altera tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. * Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Auſtrum. *Quibus quadraginta baſes argen-

teas

teas fundes, vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubiiciantur. *In latere quoque ſecũdo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt, * quadraginta habentes baſes argenteas. binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur. * Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies ſex tabulas, *& rurſum alias duas quæ in angulis erigantur poſt tergum tabernaculi. *Eruntque coniunctæ a deorſum vſque ſurſum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ ſunt, ſimilis iunctura ſeruabitur. * Et erunt ſimul tabulæ octo, baſes earum argenteæ ſedecim, duabus baſibus per vnam tabulam ſupputatis. * Facies & vectes de lignis ſetim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, * & quinque alios in altero, & eiuſdem numeri ad occidentalem plagam: * qui mittentur per medias tabulas à ſummo vſque ad ſummum. * Ipſas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. *Et eriges tabernaculũ iuxta exemplar quod tibi in *Monte monſtratum eſt. * Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum: * quod appendes ante quattuor columnas de lignis ſetim, quæ ipſæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas. *Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam teſtimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij ſanctuaria diuidentur. * Pones & propitiatorium ſuper arcam teſtimonij in Sancto ſanctorum: * menſamque extra velum: & contra menſam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: menſa enim ſtabit in parte Aquilonis. * Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij. * Et quinque columnas deaurabis lignorum ſetim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & baſes æneæ.

Sup. 24. c. 10

CAP. XXVII.

Inf. 38. a. 6 FAcies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine. *Cornua autem per quattuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære. *Facieſque in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula. omnia vaſa ex ære fabricabis. * Craticulamque in modum retis æneam: per cuius quattuor angulos erunt quattuor annuli ænei, * quos pones ſubter arulam altaris: eritque craticula vſque ad altaris medium. * Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis: * & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum. * " Non ſolidum, ſed inane & cauum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in Monte monſtratum eſt. *Facies & atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plagã cõtra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine. *Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea. * Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tẽtoria centum cubitorum, columnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri, & capita earum cum cælaturis ſuis argentea. *In latitudine verò atrij, quod reſpicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, baſeſque totidem. *In ea quoque atrij latitudine, quæ reſpicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt. * In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæq; tres & baſes totidem: *& in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem. *In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij: columnas habebit quattuor, cum baſibus totidem. * Omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & baſibus æneis. *In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit. fietque de byſſo retorta, & habebit baſes æneas. *Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. * Præcipe filiis Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloq; contuſum: vt ardeat lucerna ſemper * in tabernaculo teſtimonij, extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vſque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum à filiis Iſrael.

Sup. 20. l. 24

CAP. XXVIII.

APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. *Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriã & decorem. *Et loquẽris cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. *Hæc autem erunt veſtimenta quæ faciẽt: Rationale, & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt ſacerdotio fungantur mihi. * Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum. *Facient autem ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. * Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant. *Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. *Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorũ Iſrael: *ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. *Opere ſculptoris & cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibus filiorũ Iſrael, inciſos auro atque circumdatos: * & pones in vtroq; latere ſuperhumeralis, memoriale filiis Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrumque humerum, ob recordationem. * Facies & vncinos ex auro, * & duas catenulas ex auro puriſſimo ſibi inuicẽ cohærentes, quas inſeres vncinis. * Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturã ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta. *Quadrangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine. * Poneſque in eo quattuor ordines lapidum: in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus: *in ſecundo carbunculus, ſapphirus, & iaſpis: * in tertio ligurius, achates, & amethyſtus: * in quarto chryſolitus, onychinus, & beryllus. incluſi auro erunt per ordines ſuos. * Habebuntque nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. *Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſſimo: *& duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis ſummitate: * catenaſque aureas iunges annulis, qui ſunt in marginibus eius: *& ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. * Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris, quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt. *Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhumerali, * & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari. *Portabitque Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. * Pones autem in rationali iudicij Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in cõſpectu Domini ſemper. *Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, * in cuius medio ſupra erit capitium, & ora per gyrum eius texilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facilè rumpatur. *Deorſum verò, ad pedes eiuſdem tunicæ, per circuitum, quaſi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, * ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, rurſumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. * " Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in cõſpectu Domini, & non moriatur. * Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. *Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, * imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in cunctis muneribus & donariis ſuis. Erit autem lamina ſemper

Eccl. 45. b. 11

in fronte eius, vt placatus sit eis Dominus. * Stringésque tunicam byssó, & tiaram byssinam facies, & balteum opere plumarij. * Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: * vestiésque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. * Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora: * & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij, vel quando appropinquant ad altare vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eum.

CAP. XXIX.

Leuit. 9. a. 2 SEd & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, * panésque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de similа triticea cuncta facies. * Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. * Et Aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filiis suis aqua, * indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo. * Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, * & oleum vnctionis fundes super caput eius: atque hoc ritu consecrabitur. * Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingésque balteo. * Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam initiaueris manus eorum, * * applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Imponentque Aaron & filij eius manus super caput illius, * & mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. * Sumptumque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius. * * Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incensum super altare: *carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato sit. *Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus. * Quem cùm mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare. * ipsum autem arietem secabis in frusta. Iotaque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius. *Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini. * Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. * Quem cùm immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum. * Cumque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios & vestimenta eorum. Consecratisque ipsis & vestibus, * tolles adipem de ariete, & caudam & aruinam, quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem, qui super eos est, armumque dextrum, eò quòd sit aries consecrationis: * tortamque panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini: * ponesque omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino. * Susciпiésque vniuersa de manibus eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est. * Sumes quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabísque illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam. * Sanctificabísque & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete separasti, * quo initiatus est Aaron & filij eius, cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israel: quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino. *Vestem autem sanctam, qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vngantur in ea, & consecrentur manus eorum. * Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculũ testimonij vt ministret in Sanctuario. * Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in

loco sancto: * quibus vescetur Aaron & filij eius. Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedẽt, * vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena nõ vescetur ex eis, quia sancti sunt. * Quòd si remanserit de carnibus consecratis, siue de panibus vsque mane, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt. *Omnia, quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum: * & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cùm immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem. *Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit Sanctum sanctorum. omnis, qui tetigerit illud, sanctificabitur. * Hoc est quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos dies assiduè, * vnum agnum manè, & alterum vesperè, * decimam partem similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. * Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinę oblationis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis: * sacrificium est Domino, oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, vbi constituam vt loquar ad te. * Ibique præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. * Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filiis suis, vt sacerdotio fungantur mihi. * Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus, * & scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra Ægypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

Leuit. 8. f. 31. 24. 9 Matth. 12. a. 4

Num. 28. a. 4

CAP. XXX.

FAcies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim, * habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent. * Vestiésque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciésque ei coronam aureolam per gyrum, * & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. *Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis. *Ponésque altare cõtra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. *Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans, manè. Quando componet lucernas, incendet illud: *& quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. *Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, & victimã, nec libabitis libamina. * Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino. *Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: * Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. * Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino. *Qui habetur in numero, à viginti annis & supra, dabit pretium. *Diues non addet ad mediũ sicli, & pauper nihil minuet. *Susceptamq; pecuniã, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monimẽtum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. *Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens: *Facies & labrũ æneum cum basi sua ad lauandum: ponésq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, * lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, *quando ingressuri sunt tabernaculũ testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, *ne fortè moriantur. legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones. *Locutusque est Dominus ad Moysen, * dicés: Sume tibi aromata, primæ myrrhę & electæ quingentos siclos, & cinnamomi mediũ, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, *casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij, olei de oliuetis mensuram hin: * faciésq; vnctionis oleũ sanctum, vnguentũ compositum opere vnguentarij. *& vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, * mensamq; cũ vasis suis, cãdelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, * & holo-

Num. 1. a. 2

Leu. 27. 25 Num. 3. f. 27 Ezech. 45. d. 12

causti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet. * Sanctificabisq; omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. * Aaron & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. * Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. * Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. *Homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: * faciesque thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum. * Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. * Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. * Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

C 29 30 14 31 32 15 33 16 D 34 17 35 18 36 37 38

CAP. XXXI.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens: *Ecce, vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, * & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, * ad excogitandum quidquid fabre fieri potest ex auro, & argento, & ære, * marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. *Dedíque ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, * tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, * mensamq; & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis, *& holocausti, & omnia vasa eorum, labrum cum basi sua, * vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris. *oleum vnctionis, & thymiama aromatum in Sanctuario, omnia quę præcepi tibi, facient. *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Videte vt sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. * Custodite sabbatum meum. sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. *Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. *Custodiant filij Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum *inter me & filios Israel, signumque perpetuum. sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab opere cessauit. * Deditque Dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, "duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei.

C 1 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 13

*Sup. 20. b. 8 Ezech. 20. b. 12

*Gen. 1. d. 31

"Deut. 9. b. 10

CAP. XXXII.

VIdens autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de Terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. * Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas, de vxorum filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. *Fecitq; populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. * "Quas cùm ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. dixeruntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti. * Quod cùm vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicens: Cras sollemnitas Domini est. *Surgentésque manè, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & "sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. * Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus, quem eduxisti de Terra Ægypti. *Recesserũt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: "Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti. * Rursumque ait Dominus ad Moysen: "Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit: * dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.

A 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 C 11 12 13

"Psal. 105 d. 29

"1. Cor. 10 b. 7

*Deut. 9. b. 12

"3. Reg. 12. g. 28

Inf. 33. 3

*Moy-

*Deut. 9. c. 13 Psal. 105. b. 23 Num. 14. c. 13

*Moyses autem orabat Dominũ Deum suum, dicens: "Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? *Ne quæso dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in mõtibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. *Recordare Abrahã, Isaac, & Israel, seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: "Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. *Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. *Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraque parte, *& factas opere Dei: scriptura quoq; Dei erat sculpta in tabulis. *Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris. *Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantiũ ego audio. *Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros: iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: *arripiensq; vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. *Dixitq; ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? *Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum: *dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de Terra Ægypti, nescimus quid acciderit. *Quibus ego dixi: Quis vestrũm habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. *Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus, (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiã sordis, & inter hostes nudum constituerat) *& stãs in porta castrorum, ait: Si quis est Domini, iungatur mihi Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui: *quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum: ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, &

11 12 13 14 D 15 16 17 18 19 20 E 21 22 23 24 25 26 F 27

*Gen. 12. b. 7 Sup. 23. c. 10 Ioſ. 24. c. 11 Deut. 7. d. 23 "Sup. 32. b. 9 Deut. 9. c. 13

proximum suum. *Fecerunt tq; filij Leui iuxta sermonem Moysi, ce ciderũntque in die illa quasi viginti tria millia hominum. *Et ait Moyses: Cõsecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. *Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. *Reuersusque ad Dominum, ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, *aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. *Cui respondit Dominus: Qui peecauerit mihi, delebo eum de libro meo: *tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi: angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorũ. *Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

28 G 29 30 31 32 33 34 35

CAP. XXXIII.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus quem eduxisti de Terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: "Semini tuo dabo eam: *& mittam præcursorem tui angelũ, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuęum, & Iebusæum, *& intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, "quia populus duræ ceruicis es: ne fortè disperdam te in via. *Audiensq; populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel: Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. *Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. *Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra castra. *Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantq. tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. *Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, de-

A 1 2 3 4 5 6 B 7 8 9

scendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse, *cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicũ suum. Cúmque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, non recedebat de Tabernaculo. *Dixit autem Moyses ad Dominum: Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris: Noui te ex nomine, & inueneristi gratiam coram me. *Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. *Dixitq; Dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. *Et ait Moyses: Si non tuipse præcedas, ne educas nos de loco isto. *In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscũ, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram? * Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam: inueneristi enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. *Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. *Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & *miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. *Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. *Et iterũ: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. *Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: * tollamque manum meam, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

Rom. 9. c. 15

CAP. XXXIIII.

Deut. 10. a. 1 AC deinceps: Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. *Esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super verticem montis. *Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem: boues quoque & oues non pascantur econtra. *Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas. *Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen Domini. *Quo transeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multę miserationis, ac verax, *qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. *Qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem. *Festinúsque Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorans *ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum (populus enim duræ ceruicis est) & auferas iniquitates nostras atque peccata, nósque possideas. *Respondit Dominus: Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ numquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. *Obserua cuncta quæ hodie mando tibi: ego ipse eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque, & Heuæum, & Iebusæum. *Caue ne vmquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam: * sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide: * noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator. * Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne, cùm fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de immolatis. * Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis: ne, postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. *Deos conflatiles nõ facies tibi. *Sollemnitatẽ azymorum custodies. Septem diebus vescêris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum: mense enim veri temporis egressus es de Ægypto. * Omne quod aperit vuluã generis masculini, meum erit. de cunctis animãtibus, tam de bobus, quàm de ouibus, meum erit. *Primogenitum asini redimes oue: sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorũ redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. *Sex diebus operabe-

Sup. 25. a. 2
Psal. 142. a. 2
Ier. 32. a. 18
Deut. 5. a. 9
Deut. 5. a. 2
Ier. 32. a. 2
Sup. 13. a. 2. b. 77. 32. d. 19
Deut. 7. a. 2
1. Reg. 11. a. 2

ris, die

ris, die septimo cessabis arare & metere. *Sollemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ, & sollemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. *Cùm enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. *Nõ immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit mane de victima sollemnitatis Phase. * Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. *Non coques hœdum in lacte matris suæ. * Dixitque Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hęc, quibus & tecum & cum Israel *pepigi fœdus. *Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. *Cumque descenderet Moyses de mõte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. * Videntes autem Aaron & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. *Vocatíq; ab eo, reuersi sunt tam Aaron quàm principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos, *venerunt ad eum etiam omnes filij Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. *Impletisque sermonibus, *posuit velamen super faciem suam. *Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata. * Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

Sup. 23. b. 15 Deut. 16. d. 16 Exod. 35. a. 6 Sup. 23. b. 16
Sup. 23. c. 18. 19
Deut. 15. a. 21
Sup. 24. d. 18
Deut. 9. b. c. 18 Deut. 4. d. 13
2. Cor. 3. a. 13

CAP. XXXV.

IGitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hęc sunt quæ iussit Dominus fieri. *Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. * Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. *Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens: *Separate apud vos primitias Domino. *Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, *hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, *pelles que arietum rubricatas, & ianthinas, ligna setim, *& oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama suauissimum, *lapides onychinos, & gemmas ad ornatũ superhumeralis & rationalis. *Quisquis vestrũm sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperauit: *Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos & bases: *Arcam & vectes, propitiatorium, & velum, quodante illud oppanditur: *Mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus: *Candelabrũ ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium: *Altare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad ostium tabernaculi: *Altare holocausti, & craticulam eius æneam cũ vectibus & vasis suis: labrũ & basim eius: *Cortinas atrij cum columnis & basibus, tentoriũ in foribus vestibuli, *paxillos tabernaculi & atrij cũ funiculis suis: *Vestimenta, quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi. *Egressáq; omnis multitudo filiorũ Israel de conspectu Moysi, *obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quidquid ad cultũ & ad vestes sanctas necessarium erat, *viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatum est. *Si quis habebat hyacinthũ, & purpuram, coccúmq; bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietũ rubricatas, & ianthinas, *argenti æríque metalla, obtulerunt Domino, lignáque setim in varios vsus. *Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpurã, & vermiculũ, ac byssum, *& pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. * Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale, *aromataq; & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum. *Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent

Sup. 25. a. 2

opera quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria Domino dedicauerunt. *Dixitque
*Sup. 31. a. 2 Moyses ad filios Israel: " Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda. *Impleuitq; eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia & omni doctrina,*ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento,& ære, *sculpendisq; lapidibus,& opere carpentario. quidquid fabrè adinueniri potest, *dedit in corde eius: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan: *ambos eruditit sapientia, vt faciant opera abietarij,polymitarij, ac plumarij,de hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, & bysso, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

CAP. XXXVI.

Sup. 26. a. 1 FEcit ergo Beseleel,& Ooliab,& omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum,vt scirent fabrè operari quæ in vsus Sanctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus.
2. Par. 21. d. 29 *Cumque vocasset eos Moyses, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, *tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Qui cùm instarent operi,quotidie manè vota populus offerebat. *Vnde artifices venire compulsi, *dixerunt Moysi: Plus offert populus quàm necessarium est. *Iussit ergo Moyses præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat vltra in opere Sanctuarij. Sicque cessatum est à muneribus offerendis, *eò quòd oblata sufficerent & superabundarent. *Feceruntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario,& arte polymita:*quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quattuor. vna mensura erat omnium cortinarum. *Coniunxitq; cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit. *Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter, *vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuò iungerentur.*vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas,& fieret vnum tabernaculum. *Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi:*vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quattuor: vnius mensuræ erant omnia saga: *quorum quinque iunxit seorsum,& sex alia separatim. *Fecitq; ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur.*Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret.*Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliúdque desuper velamentum de pellibus ianthinis. *Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes. *Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat. *Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas,vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. *E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Austrum, *cum quadraginta basibus argenteis. Duę bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterũ in angulis terminantur. *Ad plagam quoque tabernaculi,quæ respicit ad Aquilonẽ, fecit viginti tabulas, *cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. *Contra occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi,quæ mare respicit,fecit sex tabulas,*& duas alias per singulos angulos tabernaculi retrò: *quæ iunctæ erant à deorsum vsque sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraq; parte per angulos: *vt octo essent simul tabulę,& haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. *Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, *& quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalẽ plagam tabernaculi contra mare. *Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum peruenirẽt. *Ipse autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent:quos & ipsos lamis aureis operuit. *Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario,varium atque distinctum: *& quattuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earum argenteis.

teis. *Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho,purpura,vermiculo, bysso{que retorta, opere plumarij: *& columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit æneas.

CAP. XXXVII.

FEcit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij: vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. *Et fecit illi coronam auream per gyrum, *conflans quattuor annulos aureos per quattuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. *Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestiuit auro,* & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. *Fecit & propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorũ & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. *Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij: *Cherub vnum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius:duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, *extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seque mutuò & illud respicientes. *Fecit &mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti,quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. *circumdeditque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, *ipsique labio coronam auream interrasilẽ quattuor digitorum,& super eamdem, alteram coronam auream. *Fudit & quattuor circulos aureos, quos posuit in quattuor angulis per singulos pedes mensæ* contra coronam: misitque in eos vectes,vt posset mensa portari. *Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos auro. *Et vasa ad diuersos vsus mensæ,acetabula, phialas, & cyathos,& thuribula,ex auro puro,in quibus offerenda sunt libamina. *Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant: *sex in vtroq; latere,tres calami ex parte vna, & tres ex altera: *tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero,sphærulæq.simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorũ, qui procedebant de stipite candelabri. *In ipso autẽ vecte erant quattuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia: * & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno.* & sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant,vniuersa ductilia ex auro purissimo. * Fecit & lucernas septem cum emunctorijs suis,& vasa vbi ea quæ emũcta sunt extinguantur, de auro mundissimo. *Talentum auri appendebat candelabrũ cum omnibus vasis suis. *Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habẽs cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. *Vestiuitq. illud auro purissimo, cum craticula ac parietibus & cornibus.* Fecitq. ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari. *Ipsos autẽ vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. *Composuit & oleum ad sanctificationis vnguẽtum, & thymiama de aromatibus mundissimis,opere pigmentarij.

CAP. XXXVIII.

FEcit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorũ per quadrũ, & trium in altitudine: * cuius cornua de angulis procedebant, operuitq; illud laminis æneis. * Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa,lebetes,forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. *Craticulamq. eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam,* fusis quattuor annulis per totidem retiaculi summitates,ad immittendos vectes ad portandum: * quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: * induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebãt. Ipsum autem altare non erat solidũ, sed cauum ex tabulis,& intus vacuum.*Fecit & labrum æneum cũ basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.* Fecit & atrium,in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum,* columnæ æneę viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. * Æquè ad septentrionalem plagã ten-

2. Par. 1. b. 5

* Sup. 27. b. 8

toria,columnæ, baſesq. & capita columnarum eiuſdem menſuræ, & operis ac metalli,erant. * In ea verò plaga, quæ ad Occidentem reſpicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum baſibus ſuis æneæ,& capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. * Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria: *è quibus, quindecim cubitos columnarum trium,cum baſibus ſuis, vnum tenebat latus: * & in parte altera (quia inter vtraque introitum tabernaculi feci t quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & baſes totidem. *Cuncta atrij tentoria byſſus retorta texuerat. * Baſes columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis ſuis argentea: ſed & ipſas columnas atrij veſtiuit argento. * Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho,purpura,vermiculo,ac byſſo retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat, iuxta menſuram, quam cuncta atrij tentoria habebant.* Columnæ autem in ingreſſu fuere quattuor cum baſibus æneis, capitaq; earum & cælaturæ argenteæ. * Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. * Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij, quæ enumerata ſunt iuxta præceptum Moyſi in ceremonijs Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron ſacerdotis : * quæ Beſeleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moyſen iubente,compleuerat,*iuncto ſibi ſocio Ooliab filio Achiſameech de tribu Dan : qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo & byſſo. * Omne aurum quod expenſum eſt in opere Sanctuarij, & quod oblatum eſt in donarijs,viginti nouem talentorum fuit,& ſeptingentorum triginta ſiclorum, ad menſuram Sanctuarij. * Oblatum eſt autem ab his qui tranſierunt ad numerum à viginti annis & ſuprà, de ſexcentis tribus millibus,& quingentis quinquaginta,armatorum. * Fuerunt præterea centum talenta argenti,è quibus conflatę ſunt baſes Sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. * Centum baſes factæ ſunt de talentis centum,ſingulis talentis per baſes ſingulas ſupputatis. * De mille autem ſeptingentis & ſeptuaginta quinque, fecit capita columnarum, quas & ipſas veſtiuit argento. * Æris quoque oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo millia, & quadringenti ſupra ſicli, * ex quibus fuſæ ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij,& altare æneum cum craticula ſua, omniaque vaſa quæ ad vſum eius pertinent, * & baſes atrij tam in circuitu quàm in ingreſſu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

Cap. xxxix.

DE hyacintho verò & purpura,vermiculo ac byſſo,fecit veſtes, quibus induceretur Aaron quando miniſtrabat in ſanctis, ſicut præcepit Dominus Moyſi. * Fecit igitur ſuperhumerale de auro,hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto,& byſſo retorta, * opere polymitario; inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine, * duaſque oras ſibi inuicem copulatas in vtroque latere ſummitatum, * & balteum ex eiſdem coloribus, ſicut præceperat Dominus Moyſi. * Parauit & duos lapides onychinos, aſtrictos & incluſos auro, & ſculptos arte gemmaria nominibus filiorum Iſrael: * poſuitque eos in lateribus ſuperhumeralis, in monimentum filiorum Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi. * Fecit & rationale opere polymito iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta: * quadrangulum, duplex, menſuræ palmi. * Et poſuit in eo gemmarum ordines quattuor. In primo verſu erat ſardius, topazius,ſmaragdus. * In ſecundo,carbunculus,ſapphirus,& iaſpis.* In tertio, ligurius, achates, & amethyſtus. * In quarto, chryſolithus, onychinus, & beryllus, circumdati & incluſi auro per ordines ſuos. * Ipſique lapides duodecim, ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſrael, ſinguli per nomina ſingulorum. * Fecerunt in rationali & catenulas ſibi inuicem cohærentes, de auro puriſſimo: * & duos vncinos, totidemque annulos aureos. Porrò annulos poſuerunt in vtroque latere rationalis, *è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inſeruerunt vncinis, qui in ſuperhumeralis angulis eminebant. *Hæc & antè & retrò ita conueniebant ſibi,vt ſuperhumerale & rationale mutuò necterentur,* ſtricta ad balteum, & annulis

fortiùs copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent,& à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit Dominus Moyſi. * Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, * & capitium in ſuperiori parte contra medium,oramque per gyrum capitij textilem : * deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho,purpura, vermiculo, ac byſſo retorta : * & tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum : * tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pōtifex quando miniſterio fungebatur, ſicut præceperat Dominus Moyſi. * Fecerunt & tunicas byſſinas opere textili Aaron & filijs eius: * & mitras cum coronulis ſuis ex byſſo: * feminalia quoque linea, byſſina : * cingulum verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto arte plumaria, ſicut præceperat Dominus Moyſi. * Fecerunt & laminam ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſeruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini : * & ſtrinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat Dominus Moyſi.* Perfectum eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonij : feceruntque filij Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi. * Et obtulerūt tabernaculum & tectum & vniuerſam ſupellectilem, annulos,tabulas,vectes,columnas ac baſes, * opertorium de pellibus arietum rubricatis,& aliud operimentum de ianthinis pellibus,* velum: arcam, vectes, propitiatorium,*menſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus: * candelabrum, lucernas,& vtenſilia earum cum oleo: * altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus:* & tentorium in introitu tabernaculi : * altare æneum,retiaculum, vectes, & vaſa eius omnia:labrum cum baſi ſua:tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis: * tentorium in introitu atrij, funiculosque illius & paxillos. Nihil ex vaſis defuit, quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri. * Veſtes quoque, quibus ſacerdotes vtuntur in Sanctuario,Aaron ſcilicet & filij eius, * obtulerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus. * Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa,benedixit eis.

Cap. xl.

LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs: * Menſe primo,prima die mēſis,eriges tabernaculum teſtimonij, * & pones in eo arcam,demittesq. ante illam velum:* & illata mēſa,pones ſuper eam quæ ritè præcepta ſunt. Candelabrū ſtabit cum lucernis ſuis, *& altare aureū in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonij. Tentorium in introitu tabernaculi pones,* & ante illud altare holocauſti: * labrū inter altare & tabernaculū,quod implebis aqua.* Circumdabisq; atrium tentoriis,& ingreſſum eius. * Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificentur: * altare holocauſti & omnia vaſa eius: * labrum cum baſi ſua: omnia vnctionis oleo conſecrabis, vt ſint Sancta ſanctorum.* Applicabisq, Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua * indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrent mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat.* Fecitq; Moyſes omnia quæ præceperat Dominus.* Igitur menſe primo anni ſecundi, prima die menſis, collocatū eſt tabernaculum. * * Erexitq. Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & vectes,ſtatuitque columnas, * & expandit tectū ſuper tabernaculū,impoſito deſuper operimento,ſicut Dominus imperauerat. * Poſuit & teſtimoniū in arca,ſubditis infrà vectibus, & oraculū deſuper. * Cumq. intuliſſet arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum,vt expleret Domini iuſſionē. *Poſuit & menſam in tabernaculo teſtimonij ad plagam Septentrionalem extra velū,* ordinatis coram propoſitionis panibus,ſicut præceperat Dominus Moyſi. * Poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonij è regione mēſæ in parte auſtrali, * locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini. * Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonij contra velū, * & adoleuit ſuper eo incenſum aromatū, ſicut iuſſerat Dominus Moyſi. * Poſuit & tentoriū in introitu tabernaculi teſtimonij,* & altare holocauſti in veſtibulo teſtimonij,offerens in eo holocauſtū, & ſacrificia, vt Dominus imperauerat. * Labrū quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij & altare,implēs illud aqua. *Lauerunt que Moyſes & Aaron ac filij eius manus ſuas & pedes, * cùm ingrederentur tectum

*Sup.28. a.6

*Num.17. a.7

fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi. * Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, * " operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. * Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. * Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: * si pendebat desuper, manebant in eodem loco. * Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

* Num. 9. c. 15 3. Reg. 8. b. 10

LIBER LEVITICVS,

HEBRAICE VAICRA.

CAPVT PRIMVM.

VOCAVIT autē Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonij, dicēs: * Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Homo, qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est, de bobus & ouibus offerens victimas, * " si holocaustū fuerit eius oblatio, ac de armēto; masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi Dominum: * ponetque manum super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens. * immolabitq; vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes per altaris circuitū, quod est ante ostium tabernaculi. * detractaq; pelle hostiæ, artus in fruſta concident, * & subijciēt in altari ignem, strue lignorum antè compoſita: * & membra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori, * intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustū & suauem odorem Dño. * Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum, masculū absque macula offeret: * immolabitque ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem, coram Domino: sanguiné verò illius fundēt super altare filij Aaron per circuitum: * diuidentq. membra, caput, & omnia quæ adhærent iecori: & ponēt super ligna, quibus subijciēdus est ignis: * intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorē suauissimum Domino. * Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino, de turturibus, aut pullis columbæ, * offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: * vesiculam verò gutturis, & plumas proijciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent, * confringetque ascellas eius, & non secabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne suppoſito. Holocaustum est & oblatio suauissimi odoris Domino.

1 A 2 3 B 4 5 6 D 7 8 9 C 10 11 B 12 13 D

* Exod. 29. b. 10

CAP. II.

ANima cùm obtulerit oblationē sacrificij Domino, similа erit eius oblatio. fundetq; super eam oleum, & ponet thus, * ac deferet ad filios Aaron sacerdotes: quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorē suauissimum Domino. * " quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, Sanctum sanctorum de oblationibus Domini. * Cùm autem obtuleris sacrificium coctum in clibano: de similа, panes scilicet absq; fermēto, conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita. * Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ cōspersæ oleo & absq; fermento, * diuides eā minutatim, & fundes super eam oleum. * Sin autem de craticula fuerit sacrificium, æquè similа oleo cōspergetur:

1 A 2 3 4 B 5 6 7

* Eccl. 7. d. 34

* quam offerens Domino, trades manibus sacerdotis. * Qui cùm obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorē suauitatis Domino; * quidquid autem reliquum est, erit Aaron, & filiorum eius, Sāctum sanctorum de oblationibus Domini. * Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absq; fermento fiet, nec quidquam fermēti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino. * Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: super altare verò nō imponentur in odorē suauitatis. * Quidquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres sal. * Si autē obtuleris munus primarū frugum tuarum Domino de spicis adhuc virētibus, torrebis igni, & confringes in morē farris, & sic offeres primitias tuas Domino, * fundens supra oleū, & thus imponens, quia oblatio Domini est. * de qua adolebit sacerdos in memoriā muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus.

8 9 C 10 D 11 12 13 D 14 15 A 16

Mar. 9. b. 49

CAP. III.

QVòd si hostia pacificorū fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem siue feminā, immaculata offeret coram Domino. * Ponetq; manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonij, fundentq; filij Aaron sacerdotes sanguinem per altaris circuitū. * Et offerent de hostia pacificorū in oblationem Domino, * " adipem qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus: * duos renes cū adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. * adolebuntq; ea super altare in holocaustū, ignis igne suppoſito: in oblationē suauissimi odoris Domino. * Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorū hostia, siue masculum obtulerit, siue feminam, immaculata erunt. * Si agnum obtulerit coram Domino, * ponet manū suam super caput victimę suæ: quę immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij: fundentq; filij Aaron sanguinē eius per circuitū altaris. * Et offerent de pacificorū hostia sacrificium Domino: adipē & caudam totam * cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrē atq; vniuersa vitalia, & vtrumq; renunculum cū adipe qui est iuxta ilia, reticulumq. iecoris cū renūculis. * & adolebit ea sacerdos super altare in pabulū ignis & oblationis Domini. * Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, * ponet manum suam super caput eius: immolabitq. eam in introitu tabernaculi testimonij. Et fundent filij Aaron sanguinem eius per altaris circuitum. * Tollentque ex ea in pastum ignis Dominici, adipē qui operit vētrem, & qui tegit vniuersa vitalia: * duos renunculos cum reticulo, quod est super eos iuxta ilia, & arūinā iecoris cum renunculis: * adolebitq. ea super altare sacerdos, in alimoniam ignis, & suauissimi odoris. Omnis adeps, Domini erit * iure perpetuo in generationibus, & cūctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

8 9 10 B 11 12 13 C 14 15 16 D 17

* Exod. 29. b. 13

CAP. IIII.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere filijs Israel: Anima, quę peccauerit per ignorātiam, & de vniuersis mandatis Domini, quæ præcepit vt non fierent, quippiā fecerit: * si sacerdos, qui vnctus est, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatū Domino: * & adducet illum ad ostiū tabernaculi testimonij coram Domino, ponetq. manum super caput eius, & immolabit eum Domino. * Hauriet quoq; de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. * Cumq. intinxerit digitū in sanguine, asperget eo septies coram Domino contra velū Sanctuarij. * ponetq. de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonij. omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. * Et adipē vituli auferet pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quā omnia quæ intrinsecus sunt: * duos renūculos, & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipē iecoris cum renūculis, * sicut aufertur de vitulo hostiæ pacificorū: & adolebit ea super altare holocausti. * Pellē verò & omnes carnes, cū capite & pedibus & intestinis & fimo, * & reliquo corpore, efferet extra castra in locum mūdum, vbi cineres effundi solent: incendetq. ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur. * Quòd si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatū Domini est, * & postea intellexerit peccatū suum, offeret pro peccato suo vitulum,

1 2 A 3 4 5 6 B 7 8 9 10 C 11 12 13 14

adducetque eum ad ostium tabernaculi.
* Et ponent seniores populi manus super caput eius coram Domino. Immolatoque vitulo in conspectu Domini,* inferet sacerdos, qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculũ testimonij,* tincto digito aspergens septies contra velum.* ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonij: reliquum autem sanguinẽ fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij.* Omnemq. eius adipem tollet, & adolebit super altare:
* sic faciens & de hoc vitulo quo modo fecit & priùs: & rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus. * Ipsum autem vitulum efferet extra castra, atq; comburet sicut & priorẽ vitulum: quia est pro peccato multitudinis.* Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur,* & postea intellexerit peccatum suum; offeret hostiam Domino, hircum de capris immaculatũ. * Ponetque manũ suam super caput eius: cumq. immolauerit eũ in loco vbi solet mactari holocaustũ coram Domino, quia pro peccato est,* tinget sacerdos digitum in sanguine hostię pro peccato, tangẽs cornua altaris holocausti, & reliquũ fundẽs ad basim eius. * Adipẽ verò adolebit supra, sicut in victimis pacificorũ fieri solet: rogabitq. pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei.* Quòd si peccauerit anima per ignorantiam, de populo terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atq; delinquat,* & cognouerit peccatũ suum, offeret capram immaculatam. * Ponetque manũ super caput hostiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti.* Tolletque sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. * Omnem autem adipẽ auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorẽ suauitatis Domino: rogabitq. pro eo, & dimittetur ei. * Sin autẽ de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatã;* ponet manum super caput eius, & immolabit eã in loco vbi solent cædi holocaustorum hostiæ.
* Sumetq. sacerdos de sanguine eius digito suo, & tangẽs cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. * Omnem quoq; adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis, qui immolatur pro pacificis; cremabit super altare in incensum Domini: rogabitq. pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei.

Cap. v.

SI peccauerit anima, & audierit vocẽ iurantis, testisq. fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suã. * Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuũ, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit: * & si tetigerit quidquam de immunditia hominis, iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaq. cognouerit postea, subiacebit delicto. * Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs suis vt vel malè quid faceret, vel benè, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq. postea intellexerit delictũ suum,* agat pœnitentiã pro peccato, &
* offerat de gregibus agnã siue capram, orabitq. pro ea sacerdos & pro peccato eius:* sin autem nõ potuerit offerre pecus, offerat *duos turtures, vel duos pullos columbarum, Domino, vnum pro peccato, & alterũ in holocaustum, *dabitq. eos sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo hærear, & non penitus abrumpatur. *Et asperget de sanguine eius parietem altaris. quidquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. * Alterũ verò adolebit in holocaustum, vt fieri solet: rogabitq. pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. * Quòd si nõ quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partẽ ephi decimam. nõ mittet in eam oleũ, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est. * tradetq. eã sacerdoti: qui plenum ex ea pugillũ hauriẽs, cremabit super altare, in monimentum eius qui obtulerit,* rogãs pro illo & expians, reliquã verò partem ipse habebit in munere. * Locutusq. est Dominus ad Moysen, dicens: * Anima si præuaricans ceremonias, per erroré, in his quæ Dño sunt sanctificata, peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatũ de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus Sanctuarij: * ipsumq. quod in-

Inf. 12. d. 3 Luc. 2. d. 24

tulit

tulit damni restituet, & quintã partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. * Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritq. vnum ex his quę Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, * offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationemque peccati: qui orabit pro eo, quia nescius fecerit: & dimittetur ei, * quia per errorem deliquit in Dominum.

Cap. vi.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: * Anima quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit,* siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solẽt peccare homines,
* conuicta delicti, reddet * omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintã insuper partem domino cui dãnum intulerat.* Pro peccato autem suo offeret arietẽ immaculatum de grege, & dabit eũ sacerdoti, iuxta æstimationem mensuramq. delicti:* qui rogabit pro eo corã Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciẽdo peccauit. * Locutusq. est Dominus ad Moysen, dicẽs: * Præcipe Aaron & filijs eius: Hęc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsq; manè: ignis ex eodẽ altari erit.* vestietur tunica sacerdos & feminalibus lineis: tolletq. cineres, quos vorãs ignis exussit, & ponens iuxta altare,* spoliabitur prioribus vestimentis, indutusq. alijs, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet.
* Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies, & impositio holocausto, desuper adolebit adipes pacificorũ. *Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. * Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quę offerent filij Aaron coram Domino, & coram altari. * Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari, in monimentum odoris suauissimi Domino: * reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filijs suis, absque fermento: & comedet in loco Sancto Atrij tabernaculi.
* Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto.* Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificijs Domini. omnis, qui tetigerit illa, sanctificabitur.* Locutusq. est Dominus ad Moysen, dicens: * Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quã offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius manè, & mediũ eius vespere: * quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorẽ suauissimum Domino * sacerdos, qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari.* Omne enim sacrificiũ sacerdotũ igne consumetur, nec quisquã comedet ex eo. * Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicẽs: * Loquere Aaron & filijs eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur corã Domino. Sanctum sanctorum est. * Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.
* Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto.
* Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur. quòd si vas æneũ fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.* Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctũ sanctorũ est.
* Hostia enim quæ cæditur pro peccato, *cuius sanguis infertur in tabernaculũ testimonij ad expiãdum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

Nota. 5. a. 6

Heb. 13. b. 11 Sup. 4. a. 5

Cap. vii.

HÆc quoq; lex hostiæ pro delicto, Sancta sanctorum est: * idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrum altaris fundetur.* Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia:
* Duos renũculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis. * & adolebit ea sacerdos super altare: incẽsum est Domini pro delicto. * Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctũ sanctorum est.* Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit: ad

sacerdo-

sacerdotem,qui eam obtulerit, pertinebit.*Sacerdos qui offert holocausti victimam,habebit pellem eius.* Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur: * siue oleo conspersa, siue arida fuerint,cūctis filijs Aaron mēsura æqua per singulos diuidetur.* Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino.* Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admistione conspersas: * panes quoq; fermentatos, cum hostia gratiarum,quæ immolatur pro pacificis: * ex quibus vnus pro primitijs offeretur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem.* cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquā vsq; mane. * Si voto,vel sponte quispiā obtulerit hostiam, eadē similiter edetur die: sed & si quid in crastinū remanserit,vesci licitū est:* quidquid autē tertius inuenerit dies,ignis absumet. * si quis de carnibus victimæ pacificorū die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potiùs quęcumque anima tali se edulio cōtaminauerit, præuaricationis rea erit.* Caro, quę aliquid tetigerit immundum, nō comedetur,sed cōburetur igni: qui fuerit mundus,vescetur ex ea.* Anima polluta quę ederit de carnibus hostiæ pacificorū,quę oblata est Domino, peribit de populis suis.* Et quæ tetigerit immūditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest,&comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. * Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere filijs Israel: Adipem ouis,& bouis,& capræ, non comedetis. * Adipē cadaueris morticini,& eius animalis quod à bestia captum est,habebitis in varios vsus.* Si quis adipē, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo. * Sanguinē quoque omnis animalis nō sumetis in cibo, tā de auibus quàm de pecoribus. * Omnis anima, quæ ederit sanguinem,peribit de populis suis. * Locutusq. est Dominus ad Moysen,dicens: * Loquere filijs Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium, id est,libamenta eius.* tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum: cumque ambo oblata Domino consecrauerit,tradet sacerdoti, * qui adolebit adipem super altare,pectusculum autem erit Aaron,& filiorum eius. * armus quoque dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. * Qui obtulerit sanguinem &adipem,filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. * Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filijs Israel de hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filijs eius lege perpetua, ab omni populo Israel. * Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in cerimonijs Domini die qua obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur, * & quæ præcepit eis dari Dominus à filijs Israel religione perpetua in generationibus suis. * Ista est lex holocausti,& sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis: *quā constituit Dominus Moysi in mōte Sinai,quando mandauit filijs Israel vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

CAP. VIII.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen, dicens:* Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorum,& vnctionis oleū,vitulum pro peccato, duos arietes, canistrū cum azymis,*& congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi. * Fecit Moyses vt Dominus imperauerat. Congregataq; omni turba ante fores tabernaculi,* ait: Iste est sermo,quem iussit Dominus fieri. * Statimque obtulit Aaron & filios eius.Cumq. lauisset eos,* vestiuit pontificē subucula linea, accingens eū balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit, * quod adstringens cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. * Cidari quoq; texit caput:& super eam, contra frontē, posuit laminam aureā consecratā in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.*Tulit & vnctionis oleū,quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. * Cumq. sanctificans asperfisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumq. cum basi sua sanctificauit oleo.* *Quod fundēs super caput Aaron,vnxit eum, & consecrauit: * filios quoq; eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras,vt iusserat Dominus.*Obtulit & vitulum pro peccato.cumq. super caput eius

*Ecclesiast. 45. c. 18

eius posuisset Aaron, & filij eius, manus suas, *immolauit eum:hauriens sanguinem,& tincto digito,tetigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & sanctificato,fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. * Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duósque renunculos cum aruinulis suis, adoleuit super altare: *vitulum cum pelle & carnibus,& fimo, cremans extra castra,sicut præceperat Dominus. *Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cùm imposuissent Aaron & filij eius manus suas, *immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circuitū altaris.*Ipsumque arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, *lotis priùs intestinis & pedibus.totumque simul arietem incendit super altare, eò quòd esset holocaustum suauissimi odorisDomino,sicut præceperat ei.*Obtulit & arietem secundum, in consecratione sacerdotum: posueruntque super caput eius Aarō & filij eius manus suas. *quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. *Obtulit & filios Aaron. cumq; de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ,& pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum: *adipem verò,& caudam, omnemque pinguedinem quę operit intestina, reticulumque iecoris, & duos renes cum adipibus suis & armo dextro separauit. *Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento,& collyridam conspersam oleo, laganumque posuit super adipes, & armum dextrum, *tradēs simul omnia Aaron & filiis eius. Qui postquam leuauerunt ea coram Domino, *rursum suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eò quòd consecrationis esset oblatio, in odorem suauitatis, sacrificij Domino. *Tulitque pectusculum,eleuans illud coram Domino,de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus. *Assumensq; vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, asperfit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorum. *Cumque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoq; consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens: *Aaron & filij eius comedent eos: *quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet. *Destio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. septem enim diebus finitur consecratio: *sicut & impræsentiarum factum est, vt ritus sacrificij compleretur. * Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini,ne moriamini: sic enim mihi præceptum est.*Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

*Exod. 29. f. 32 Infr. 29.v. 9

CAP. IX.

FActo autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitque ad Aaron: *Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumq; immaculatum, & offer illos coram Domino. *Et ad filios Israel loquēris: Tollite hircum pro peccato, & vitulum atq; agnum anniculos & sine macula, in holocaustum, * bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam consperſam oleo offerentes.hodie enim Dominus apparebit vobis. *Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostium tabernaculi: vbi cùm omnis multitudo astaret, *ait Moyses:Iste est sermo, quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius.*Et dixit ad Aaron:Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustum,& deprecare pro te & pro populo. cumq; mactaueris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus. *Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato suo: *cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim eius. *Adipemque & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi: *carnes verò & pellem eius extra castra combussit igni. *Immolauit & holocausti victimam: obtuleruntque ei filij sui sanguinem eius,quem fudit per altaris circuitum.*ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite & membris singulis obtulerunt. quæ omnia super altare cremauit igni, *lotis

*Exod. 29. a. 1

aqua priùs inteſtinis & pedibus. *Et pro peccato populi offerēs, mactauit hircum: expiatoque altari, * fecit holocauſtum, *addens in ſacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea ſuper altare, abſque ceremonijs holocauſti matutini. *Immolauit & bouem atque arietem, hoſtias pacificas populi: obtuleruntque ei filij ſui ſanguinem, quem fudit ſuper altare in circuitum. *Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculoſque cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris *poſuerunt ſuper pectora. cumq; cremati eſſent adipes ſuper altare, *pectora eorum, & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram Domino, ſicut præceperat Moyſes. *Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicque completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit. *Ingreſſi autem Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populo. *Apparuitque gloria Domini omni multitudini: *& ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare. Quod cùm vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominum, *uentes in facies ſuas.

*2. Mac. 2. c. 11

CAP. X.

ARreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, "poſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. *Egreſſuſque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. *Dixitque Moyſes ad Aaron: Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. *Vocatis autem Moyſes Miſaele & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: Ite & tollite fratres veſtros de conſpectu Sanctuarij, & aſportate extra caſtra. *Confeſtimque pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum. *Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius: Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael, plangant incendium quod Dominus ſuſcitauit: * vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyſi. * Dixit quoque Dominus ad Aaron: *Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. *Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum: * doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi. *Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius, qui erant reſidui: Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare, quia Sanctum ſanctorum eſt. *Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi. *Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: *eò quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos, lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. * Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratuſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanſerant, ait: * Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſanctō, quæ Sancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, *præſertim cùm de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueritis eam in Sanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? *Reſpondit Aaron: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremonijs mente lugubri? * Quod cùm audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

"Num. 3. a. 4. 26. g. 26
1. Par. 24. d. 2

*2. Mac. 2. c. 11

CAP. XI.

LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicēs: *Dicite filijs Iſrael: *Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: *Omne quod habet diuiſam vngulā, & rumi nat

*Deut. 14. a. 3

ruminat in pecoribus, comedetis. *Quidquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cetera, non comedetis illud, & inter immūda reputabitis. *Chœrogryllus qui ruminat, vngulamq; non diuidit, immundus eſt. *Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. *Et ſus: qui cùm vngulam diuidat, non ruminat. *horum carnibus non veſcemini, nec cadauera cōtingetis, quia immunda ſunt vobis. *Hæc ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis. *Quidquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis* execrandumq; erit, carnes eorum nō comedetis, & morticina vitabitis. *Cuncta quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt. *Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis: Aquilam, & gryphem, & haliætum, *& miluum ac vulturem iuxta genus ſuum, *& omne coruini generis in ſimilitudinē ſuam, *ſtruthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum: *bubonem, & mergulum, & ibin, *& cygnum, & onocrotalū, & porphyrionem, *herodionem & charadrion iuxta genus ſuum, vpupā quoque, & veſpertilionē. *Omne de volucribus quod graditur ſuper quattuor pedes, abominabile erit vobis. *Quidquid autem ambulat quidem ſuper quattuor pedes, ſed habet longiora retrò crura, per quæ ſalit ſuper terram, *comedere debetis, vt eſt bruchus in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac locuſta, ſingula iuxta genus ſuum. *Quidquid autem ex volucribus quattuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis: *& quicumque morticina eorū tetigerit, polluetur, & erit immūdus vſque ad veſperum: *& ſi neceſſe fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad occaſum ſolis. *Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & qui tetigerit illud, contaminabitur. *Quod ambulat ſuper manus, ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum. *Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum: quia omnia hæc immunda ſunt vobis. *Hæc quoq; inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, muſtela & mus & crocodilus, ſingula iuxta genus ſuum, *mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa: * omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vſque ad veſperum: *& ſuper quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & veſtimentum, quàm pelles & cilicia: & in quocumque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vſque ad veſperum, & ſic poſtea mundabuntur. *Vas autem fictile, in quod horum quidquam intrò ceciderit, polluetur, & ideirco frangendum eſt. *Omnis cibus, quem comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundum erit. *Et quidquid de mortuinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immundum erit: ſiue clibani, ſiue chytropodes, deſtruentur, & immundi erunt. *Fontes verò & ciſternæ, & omnis aquarum cōgregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. *Si ceciderit ſuper ſementem, non polluet eam. *Si autem quiſpiam aqua ſementē perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. * Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vſque ad veſperum: *& qui comederit ex eo quippiam, ſiue portauerit; lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum. *Omne quod reptat ſuper terram, abominabile erit, nec aſſumetur in cibum. * Quidquid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, ſiue per humū trahitur, non comedetis, quia abominabile eſt. *Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quidquā eorum, ne immundi ſitis. *Ego enim ſum Dominus Deus veſter: *ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terram. *Ego enim ſum Dominus, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. *Iſta eſt lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, *vt differentias noueritis mundi & immundi, & ſciatis quid comedere & quid reſpuere debeatis.

*2. Mac. 6. d. 18

*1. Pet. 1. c. 13

CAP.

CAP. XII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos: "Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ. * "Et die octauo circumcidetur infantulus: *ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. *Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. *Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti *qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. ista est lex parientis masculum aut feminam. *Quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet "duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

*Luc. 2. c. 12 Ioan. 7. c. 12 *Luc. 2. v. 21

*Sup. 5. c. 11 Luc. 2. d. 24

CAP. XIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: *Homo, in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. *Qui cùm viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua; plaga lepræ est, & ad arbitrium eius separabitur. *Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus. *& considerabit die septimo: & siquidem lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus aliis. *Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lauabitque homo vestimenta sua, & mundus erit. *Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit; adducetur ad eum, *& immunditiæ condemnabitur. *Plaga leprę si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, *& videbit eum. Cumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit: *lepra vetustissima iudicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est. *Sin autem efloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite vsque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit, *considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. *Quando verò caro viuens in eo apparuerit, *tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est. *Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, *considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. *Caro autem & cutis in qua vlcus natum est & sanatum, *& in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem: *qui cùm viderit locum lepræ humiliorē carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in vlcere. *Quòd si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus. * & si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. *sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit. *Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rusam habuerit cicatricem, *considerabit eam sacerdos, & ecce versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. * Quòd si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, *& die septimo cōtemplabitur: si creuerit in cutę lepra, contaminabit eum. *sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combustura. *Vir, siue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos.* & siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus

flauus,

flauus, solitoque subtilior; contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. *Sin autem viderit locum maculę equalem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eum septem diebus, *& die septimo intuebitur. Si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: *radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus alijs. *Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisque vestibus suis mundus erit. *Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, *non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit immutatus, quia apertè immundus est. * Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatū esse, & confidenter eum pronunciet mundum. *Vir, siue mulier, in cuius cute candor apparuerit, *intuebitur eos sacerdos. si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculā coloris candidi, & hominē mundum. *Vir, de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est: *& si a fronte ceciderint pili, recalualster & mundus est. *Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, *& hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè leprę, quę orta est in caluitio. *Quicumq; ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitriū sacerdotis, *habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectū, contaminatum ac sordidum se clamabit. *Omni tempore, quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. *Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit *in stamine atque subtegmine, aut certè pellis, vel quidquid ex pelle confectum est, *si alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostendeturque sacerdoti. *qui consideratam recludet septem diebus: *& die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutū iudicabit vestimentū & omne in quo fuerit inuenta: *& idcirco cōburetur flammis. * Quòd si eam viderit non creuisse, *præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludetq; illud septem diebus alijs. *Et cùm viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eò quòd infusa sit in superficie vestimēti vel per totum, lepra. *Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota, abrumpet eum, & à solido diuidet. *Quòd si vltra apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga; debet igne comburi. *si cessauerit, lauabit aqua ea, quę pura sunt, secundò, & munda erunt. * Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis, atq; subtegminis, omnisq; supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

CAP. XIIII.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: *Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: Adducetur ad sacerdotem: *qui egressus de castris, cùm inuenerit lepram esse mundatam, *præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos passeres viuos pro se, quibus vesci licitum est, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyssopum. *& vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: *alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo, tinget in sanguine passeris immolati, *quo asperget illum, qui mundādus est, septies, vt iure purgetur: & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. *Cumque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusq; ingredietur castra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculum suum septē diebus, *& die septimo radet capillos capitis, barbamque & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus & corpore, * die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificiū, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. *Cumque sacerdos purificans hominem, statuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, *tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleiq; sextarium. & oblatis ante Dominum omnibus, *immolabit agnum, vbi solet immolari hostia pro peccato, & holocaustū, id est, in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia: Sancta sanctorum est. *Assumensque sacerdos de sanguine hostiæ, quę immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus dextræ & pedis: * & de olei sextario mittet in manum suam sinistram, *tingetque digitum dextrum in eo, & asperget corā Domino

*Matth. 8. a. 1 Mar. 1. d. 40 Luc. 5. a. 12

septies.

septies. * quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, *& super caput eius. *Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet sacrificium pro peccato. tunc immolabit holocaustum,* & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo ritè mundabitur. *Quòd si pauper est, & nõ potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos, decimamque partem similę conspersę oleo in sacrificium, & olei sextarium, **duosque turtures siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: *offeretque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino. * qui suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul: *immolatoque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextrę illius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri: *olei verò partem mittet in manum suam sinistram, *in quo tingens digitum dextræ manus asperget septies coram Domino: *tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco sanguinis qui effusus est pro delicto: * reliquam autem partem olei, quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum: *& turturem siue pullum columbę offeret, *vnũ pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. *Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationẽ sui. *Locutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: *Cùm ingressi fueritis Terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus, *ibit cuius est domus, nuncians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. * At ille præcipiet vt efferant vniuersa de domo, priusquam ingrediatur eam, & videat vtrùm leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq; postea vt cõsideret leprã domus: *& cùm viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, *egredietur ostium domus, & statim claudet illam septem diebus. *Reuersusq; die septimo, considera-

17 C
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34 E
35
36
37
38
39

*Sup. 5. c. 11. 12. d. 8 Luc. 2. d. 24

40 bit eam. si inuenerit creuisse lepram, *iu- F
bebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciuitatem in locum im-
41 mundum: * domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum im-
42 mundum, *lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri do-
43 mum. * Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis erasus, & alia terra lita,
44 *ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra
45 est perseuerãs, & immunda domus: *quã statim destruent, & lapides eius ac ligna, atq; vniuersum puluerem proiicient extra oppidũ in locum immundum. * Qui
46 intrauerit domum quando clausa est, im-
47 mundus erit vsque ad vesperum: *& qui dormierit in ea, & comederit quippiam,
48 lauabit vestimẽta sua. *Quòd si introiens G
sacerdos viderit lepram non creuisse in domo, postquam denuo lita fuerit, puri-
49 ficabit eam reddita sanitate: *& in purificationẽ eius sumet duos passeres, lignumque cedrinum, & vermiculum atque hys-
50 sopum: *& immolato vno passere in vase
51 fictili super aquas viuas, *tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atq; in aquis viuentibus, & asperget domum septies,
52 *purificabitq; eam tam in sanguine passeris quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignoque cedrino & hyssopo
53 atque vermiculo. * Cumque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit
54 pro domo, & iure mundabitur. * Ista est
55 lex omnis leprę & percussuræ, *leprę ve-
56 stium & domorum, *cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ & in varias species, coloribus immutatis,
57 *vt possit sciri quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

CAP. XV.

1 LOcutusq; est Dominus ad Moysen
2 & Aaron, dicens: *Loquimini filijs A
Israel, & dicite eis: Vir, qui patitur fluxũ
3 seminis, immundus erit. *Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cùm per singula momenta adhæserit carni eius, atque
4 concreuerit fœdus humor. *Omne stratum, in quo dormierit, immundum erit,
5 & vbicumque sederit. *Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit
6 vsque ad vesperum. *Si sederit vbi ille se-

derat,

derat, & ipse lauabit vestimẽta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. *Qui tetigerit carnẽ eius, lauabit ve-
7 stimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperũ. *Si saliuam hu-
8 iuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. *Sagma, super quo sederit, immun-
9 dum erit: *& quidquid sub eo fuerit qui
10 fluxum seminis patitur, pollutũ erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. *Omnis, quẽ tetigerit qui talis est, 11
nõ lotis antè manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. *Vas fictile quod teti-12
gerit, confringetur: vas autẽ ligneum lauabitur aqua. *Si sanatus fuerit qui hu-13
iuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vẽstibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. *Die autem octa-14 A
uo sumet duos turtures, aut duos pullos columbę, & veniet in conspectũ Domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabitq; eos sacerdoti. *qui faciet vnum pro pec-15
cato, & alterum in holocaustũ: rogabitq; pro eo coram Domino, vt emundetur a fluxu seminis sui. *Vir de quo egreditur 16
semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vespe- C
rum. *Vestem & pellem, quam habuerit, 17
lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. *Mulier, cum qua coierit, la- 18
uabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. *Mulier, quæ redeunte mense 19
patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. * Omnis qui tetigerit eam, 20
immundus erit vsque ad vesperum: * & 21
in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. * Qui tetigerit 22
lectũ eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. *Omne vas, super quo illa sede- 23
rit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsque ad vesperum. * Si coierit cum ea vir 24
tempore sanguinis menstrualis, immun- D
dus erit septem diebus: & omne stratum, in quo dormierit, polluetur. * Mulier, 25
quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis nõ in tempore menstruali, vel quę post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore men-

26 struo. *omne stratũ in quo dormierit, &
27 vas in quo sederit, pollutũ erit. *quicumque tetigerit ea, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad
28 vesperum. *Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ: *& die octauo offeret pro se
29 sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarũ, ad ostium tabernaculi testi-
30 monij: *qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustũ, rogabitq; pro ea coram Domino, & pro fluxu immundi-
31 tiæ eius. *Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditiã, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint taberna-
32 culũ meũ quod est inter eos. *Ista est lex eius, qui patitur fluxum seminis, & qui
33 polluitur coitu, *& quę mẽstruis temporibus separatur, vel quę iugi fluit sanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.

CAP. XVI.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen *Sup. 10. A
post mortem duorum filiorum Aa- a. 12
ron, quando offerentes ignem alienũ in-
2 terfecti sunt: *& præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, *ne omni *Exod. 30. b. 10
tempore ingrediatur Sanctuarium, quod Heb. 9. b. 7
est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt nõ moriatur (quia in nube apparebo super oraculũ) *nisi hęc antè
3 fecerit: Vitulum pro peccato offeret, &
4 arietem in holocaustum. * Tunica linea C
vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineã imponet capiti: hæc enim vestimẽta sunt
5 sancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur. *Suscipietq; ab vniuersa mul- B
titudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnũ arietem in holocaustum.
6 *Cumq; obtulerit vitulũ, & orauerit pro
7 se & pro domo sua, *duos hircos stare faciet corã Domino in ostio tabernaculi
8 testimonij: *mittẽsq; super vtrumq; sortem, vnam Domino, & alteram capro e-
9 missario: *cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: *cuius autem in
10 caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super
11 eo, & emittat eum in solitudinem. *His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum:
12 *assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriẽs manu compositũ thymiama in incensum, vltra ve-
13 lum intrabit in sancta: * vt positis super C
ignẽ aromatibus, nebula eorum & vapor

operiat oraculum, quod est supra testimonium,& non moriatur. *Tollet quoque de sanguine vituli,& asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem. *Cumq; mactauerit hircũ pro peccato populi,inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli,vt aspergat è regione oraculi, * & expiet Sanctuariũ ab immunditijs filiorum Israel, & à præuaricationibus eorũ, cunctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. * Nullus hominum sit in tabernaculo, quando ponti fex Sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur.*Cùm autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrũ: *aspergensque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israel.*Postquam emundauerit Sanctuarium,& tabernaculum,& altare,tunc offerat hircum viuentem: *& posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel,& vniuersa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum.*Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, * reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij,& depositis vestibus,quibus priùs indutus erat cùm intraret Sanctuarium, relictisq; ibi, *lauabit carnem suam in loco sancto, indueturq; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo:*& adipem,qui oblatus est pro peccatis,adolebit super altare.*Ille verò, qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra.*Vitulum autẽ & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in Sanctuarium vt expiatio compleretur, asportabũt foras castra, " & comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum: *& quicumque combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua,& sic ingredietur in castra. *Eritq; vobis hoc legitimum sempiternum: " Mense septimo,decima die mensis, affligetis animas vestras, nullumque opus facietis, siue indigena, siue aduena qui peregrinatur inter vos. *In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini. * sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. * Expiabit autem sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo: indueturque stola linea & vestibus sanctis,*& expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonij atque altare, sacerdotes quoque & vniuersum populum. *Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

*Luc. 1. a.10

*Heb. 13. b.11

*Infr.23. c.27

CAP. XVII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filiis Israel,dicens ad eos: Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens: * Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram, in castris vel extra castra, *& nõ obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit,sic peribit de medio populi sui.*Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas, quas occident in agro,vt sanctificentur Domino ante ostiũ tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas Domino.*Fundetq; sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonij,& adolebit adipem in odorem suauitatis Domino:*& nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus,cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternũ erit illis & posteris eorum. * Et ad ipsos dices:Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinãtur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimã," & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eã, vt offeratur Domino, interibit de populo suo. *Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinãtur inter eos, si comederit sanguinẽ,obfirmabo faciem meam contra animã illius, & disperdam eam de populo suo, *quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit.*Idcirco dixi filijs Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinẽ, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos.

*Homo

*Homo quicumque de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem,quibus vesci licitum est,fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. *" Anima enim omnis carnis in sanguine est: vnde dixi filiis Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis,quia anima carnis in sanguine est: & quicumque comederit illum,interibit. *Anima quæ comederit morticinum, vel captum à bestia, tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet. *Quòd si non lauerit vestimenta sua & corpus, portabit iniquitatem suam.

*Gen. 9. d.4 Infr.7.d.26

CAP. XVIII.

LOcutus est Dominus ad Moysen,dicens: * Loquere filiis Israel, & dices ad eos:Ego Dominus Deus vester:*iuxta consuetudinem Terræ Ægypti,in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. *Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. ego Dominus Deus vester. * Custodite leges meas atque iudicia,quę faciens homo,viuet in eis. Ego Dominus. *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet,vt reuelet turpitudinem eius. Ego Dominus. *Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies: mater tua est. non reuelabis turpitudinem eius. *Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est. *Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, quæ domi vel foris genita est,non reuelabis. * Turpitudinem filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. * Turpitudinem filiæ vxoris patris tui,quam peperit patri tuo,& est soror tua,non reuelabis.*Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. * Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis, eò quòd caro sit matris tuæ. * Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. * Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius. *Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. *Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes,vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. *Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. *Ad mulierem quæ patitur menstrua, non accedes,nec reuelabis fœditatem eius. * Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis. *" De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. * Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est. * Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. " Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. * Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciam ante conspectum vestrum, *& quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. * Custodite legitima mea atque iudicia,& non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tã indigena quàm colonus qui peregrinantur apud vos. * Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos,& polluerunt eam. * Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. *Omnis anima,quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. * Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus vester.

*Rom.10. a.5 Exod.20. b.11 Col.3.b.12

*Infr.20. a.2

*Infr.20. c.16

CAP. XIX.

LOcutus est Dominus ad Moysen,dicens: * Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos: " Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. *Vnusquisque patrẽ suum, & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego Dominus Deus vester. * Nolite conuerti ad idola,nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. * Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino, vt sit placabilis, * eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quidquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. * si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus:

*1.Pet.1. c.16 Supr.11. g.44

* portabitq; iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de populo suo. * Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. *Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpēda dimittes. ego Dominus Deus vester. *Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. * " Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. ego Dominus. * " Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. " Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. *Non maledices surdo, nec coram cęco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. * Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. " Non considerabis personam pauperis, nec honores vultum potētis. Iustè iudica proximo tuo. *Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego Dominus. *" Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatū. *" Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. " Diliges amicum tuum sicut teipsum. ego Dominus. *Leges meas custodite. Iumentum tuum nō facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. *Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. * pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem: * orabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum. * Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. *Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. *Quinto autē anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. ego Dominus Deus vester. * Non comedetis cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. * Neque in rotundum attondebitis coma: nec radetis barbam. * Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. ego Dominus. * Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. *Sabbata mea custodite, & Sanctuarium meum metuite. ego Dominus. * Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminī, vt polluamini per eos. ego Dominus Deus vester. *Coram cano capite cōsurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum. ego sum Dominus. * " Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei: * sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos aduenæ in Terra Ægypti. ego Dominus Deus vester. * Nolite facere iniquū aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. *Statera iusta, & æqua sint pōdera, iustus modius, æquusque sextarius. ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti. *Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. ego Dominus.

*Inf.23. d.22 — *Exod.20. b.7 — *Eccl.10.a — *Deut.24. c.14 — *Tob.4.c.15 — *Deut.1. c.17.& 16. d.19 — *2.Ioan.2. b.11.& 3. c.15 — *Eccl.19. b.13 — *Luc.17.a — *Matth.5. g.44.22. d.40 — *Rom.13. c.9 — *Exod.21. c.21

CAP. XX.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: * Hæc loquēris filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, " si quis dederit de semine suo idolō Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eū. *Et ego ponam faciem meam contra illum: succidamque eum de medio populi sui, eò quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meum, ac polluerit nomē sanctum meum. *Quòd si negligens populus terræ, & quasi parui pendens imperium meū, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: * ponā faciem meam super hominē illum, & super cognationem eius, succidamq; & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. *Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cū eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. *" Sāctificamini & estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester. * Custodite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos. *" Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matriq; maledixit, sanguis eius sit super eum.

*Sup.18. c.21 — *1.Pet.1. c.15 — *Exod.21. c.16 — *Matth.15. a.4 *Mar.7. b.10

* Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulteriū perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. *Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. *Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. * Qui dormierit cum masculo coitu femineo, vterque operatus est nefas, morte moriātur: sit sanguis eorum super eos. * Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. *Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. * " Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. *Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eò quòd turpitudinem suam mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam. * Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. * Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. * Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. * Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erunt. * Custodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi. *Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. * Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte & melle. ego Dominus Deus vester, qui separaui vos à ceteris populis. * Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore, & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. *" Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à ceteris populis, vt essetis mei. *" Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

*Iosu.8. c.1 — *Deut.22. d.22 — *Sup.18. c.22 — *1.Pet.1. c.15 — *Deut.10. b.10 *1.Reg.28. b.7

CAP. XXI.

DIxit quoque Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, * nisi tantùm in consanguineis, ac propinquis, id est, super patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque, *& sorore virgine quæ non est nupta viro: *sed nec in principe populi sui contaminabitur. * " Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras. * Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. * " Scortum & vile prostibulum non ducent vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecrati sunt Deo suo, * & panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia & ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos. * Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. * Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusq; est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet: *& ad omnem mortuum nō ingredietur omnino. super patre quoque suo & matre non contaminabitur. *Nec egredietur de sanctis, ne polluat Sāctuarium Domini, quia oleum sanctę vnctionis Dei sui super eum est. ego Dominus. *" Virginē ducet vxorem: * Viduam autem & repudiatam, & sordidā, atque meretricem nō accipiet, sed puellam de populo suo: *ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum. *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, nō offeret panes Deo suo, *nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi vel torto naso, * si fracto pede, si manu, * si gibbus, si lippus, si albu-

*Sup.19. f.27 Ezech.44. f.20 — *Sup.19. f.19 — Ezech.44. f.22

albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus. * Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo: * veſcetur tamen panibus qui offeruntur in Sanctuario, *ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum. Ego Dominus qui ſanctifico eos. * Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Iſrael, cuncta quæ fuerant ſibi imperata.

CAP. XXII.

LOcutus quoque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael, & non contaminẽt nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt. ego Dominus. *Dic ad eos, & ad poſteros eorum: Omnis homo, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino. ego ſum Dominus. * Homo de ſemine Aaron, qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur. Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus, * & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus eſt ſordidus, *immundus erit vſque ad veſperum, & non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt: ſed cùm lauerit carnem ſuam aqua, * & occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt. *"Morticinum & captum à beſtia non comedent, nec polluentur in eis. ego ſum Dominus. * Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, & moriantur in Sanctuario, cùm polluerint illud. ego Dominus qui ſanctifico eos. *Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis & mercenarius non veſcentur ex eis. * Quem autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. *Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur. * ſin autem vidua, vel repudiata, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domum patris ſui: ſicut puella conſueuerat, aletur cibis patris ſui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. *Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in Sanctuarium. * Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ offerunt Domino: * ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cùm ſanctificata comederint. ego Dominus qui ſanctifico eos. * Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Loquere ad Aaron & filios eius & ad omnes filios Iſrael, dicesque ad eos: Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocauſtum Domini, *vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris: *ſi maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. * Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatũ offeret, vt acceptabile ſit: omnis macula non erit in eo. * Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini. * Bouem & ouem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autẽ ex eis ſolui non poteſt. *Omne animal, quod vel contritis, vel tuſis, vel ſectis ablatísq; teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. * De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quidquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea. *Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Bos, ouis, & capra, cùm genita fuerint, ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. * Siue illa bos, ſiue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus ſuis. * Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarum actione Domino, vt poſſit eſſe placabilis, * eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in mane alterius diei. ego Dominus. * Cuſtodite mandata mea, & facite ea. ego Dominus. * Ne polluatis nomen meum ſanctum, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael. Ego Dominus qui ſanctifico vos, *& eduxi de Terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum. ego Dominus.

*Sap.17. d.15 Ezech.44. g.31 Deut. 14. e.21

*Deut.15. d.20 Eccli.35. b.8

CAP.

CAP. XXIII.

LOcutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis ſanctas. *Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia ſabbati requies eſt, vocabitur ſanctus. omne opus non facietis in eo. ſabbatum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris. *Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. * Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt: *& quintadecima die menſis huius, ſolemnitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. * dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctúſque: omne opus ſeruile non facietis in eo: * ſed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus. dies autẽ ſeptimus erit celebrior & ſanctior: nullumque ſeruile opus facietis in eo. *Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Cùm ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtræ, ad ſacerdotem: *qui eleuabit faſciculum coram Domino, vt acceptabile ſit pro vobis, altero die Sabbati, & ſanctificabit illum. *Atque in eodem die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini. * Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum Domini, odoremq; ſuauiſſimum: liba quoque vini, quarta pars hin. * Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex ſegete, vſque ad diem qua offeretis ex ea Deo veſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cunctisq; habitaculis veſtris. * Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulũ primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, *vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificiũ nouum Domino * ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. *Offeretisq; cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocauſtũ cum libamentis ſuis, in odorem ſuauiſſimum Domino. *Facietis & hircum pro peccato, duosq; agnos anniculos hoſtias pacificorum. *Cumque eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarũ coram Domino, cedent in vſum eius. *Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum: omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cũctis habitaculis, & generationibus veſtris. * Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam vſque ad ſolum: nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego ſum Dominus Deus veſter. *Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * "Loquere filiis Iſrael: Menſe ſeptimo, prima die menſis, erit vobis ſabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum: * omne opus ſeruile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino. *Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * "Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetisque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. * Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. * Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: *& quę operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo. *Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum ſempiternũ erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus veſtris. *ſabbatum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis: A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. * Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Loquere filiis Iſrael: A quintodecimo die menſis huius ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino. *Dies primus vocabitur celeberrimus atque ſanctiſſimus: omne opus ſeruile non facietis in eo. * Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino. dies quoque octauus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cœtus atque collectæ: omne opus ſeruile non facietis in eo. *Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas, offeretisque in eis oblationes Domino, holocauſta & libamenta iuxta ritum vniuſcuiuſq; diei: * exceptis ſabbatis Domini, donisque veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſponte tribuetis Domino. * A quinto-

*Exod.12. e.18 Num.28. e.16

*Deut.16. f.9

"Num.29. a.7

Ioan.7. f.37

decimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus. die primo & die octauo erit sabbatum, id est requies. *Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro. * celebrabitisque sollemnitatem eius septem diebus per annum. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, * & habitabitis in vmbraculis septem diebus. omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: * vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cùm educerem eos de Terra Ægypti. ego Dominus Deus vester. * Locutusque est Moyses super solemnitatibus Domini ad filios Israel.

CAP. XXIIII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: * Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter, * extra velum testimonij in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron à vespere vsque ad mane coram Domino, cultu rituque perpetuo in generationibus vestris. * Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini. * Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: * quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues: * & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis Domini. * Per singula sabbata mutabuntur coram Domino susceptі à filiis Israel fœdere sempiterno: * eruntq; Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto: quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini iure perpetuo. * Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelita. * Cumque blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater eius Salumith, filia Dabri de tribu Dan.) * Miseruntque eum in carcerem, donec nossent quid iuberet Dominus. * Qui locutus est ad Moysen, * dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. * Et ad filios Israel loquêris: Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: * & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. * Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. * Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima. * Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei: * fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. * Qui percusserit iumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. * Æquum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester. * Locutusque est Moyses ad filios Israel: & eduxerunt eum, qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

*Exod. 21. b. 12

*Mat. 5. f. 39 *Exod. 21. c. 12 *Deut. 19. d. 21

CAP. XXV.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: * Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizes sabbatum Domino. * Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq; fructus eius: * septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini: agrum non seres, & vineam non putabis. * Quæ sponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum nõ colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis terræ est: * sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te: * iumẽtis tuis & pecoribus, omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum. * Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem: * & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. * Sanctificabisq; annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad

*Exod. 23. b. 12

mo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam: * quia iubileus est & quinquagesimus annus. Non seretis, neque metetis spõte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, * ob sanctificationem iubilei, sed statim oblata comedetis. * Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. * quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorũ iubilei emes ab eo, * & iuxta supputationem frugum vẽdet tibi. * Quanto plures anni remanserint post iubileum, tanto crescet & pretium: & quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit. tempus enim frugum vendet tibi. * Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. * Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore, * & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. * Quòd si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras? * Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum: * seretisq; anno octauo, & comedetis veteres fruges vsque ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera. * Terra quoque non vendetur in perpetuũ: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. * vndẽ cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. * Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. * sin autem nõ habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire: * computabuntur fructus ex eo tempore quo vẽdidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam. * quòd si non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vsque ad annum iubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum. * Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. * si nõ redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in iubileo. * Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. si antè redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum. * Ædes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi: * si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. * Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est. * Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinũ, & vixerit tecum, * ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. Time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. * Pecuniam tuã non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam nõ exiges. * Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt darem vobis Terram Chanaan, & essem vester Deus. * Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, * sed quasi mercenarius & colonus erit: vsque ad annum iubileũ operabitur apud te, * & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationẽ & ad possessionẽ patrum suorum. * mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de Terra Ægypti. non veneant conditione seruorum: * ne affligas eũ per potentiam, sed metuito Deum tuum. * Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt. * Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos: * & hereditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum. fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. * Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: * post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, * & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, * supputatis dumtaxat annis à tempore venditionis suæ vsque ad annum iubileum: & pecunia, qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarij supputata. * Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad iubileum, secũdùm hos reddet & pretium. * si pauci, ponet rationẽ cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, * quibus antè seruiuit

uiuit mercedibus imputatis: non afflíget eum violenter in conſpectu tuo. *Quòd ſi per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis ſuis. * Mei enim ſunt ſerui, filij Iſrael, quos eduxi de terra Ægypti.

CAP. XXVI.

*Exod.20. a.4 Deut.5.a.8 Pſal.96. b.7

EGo Dominus Deus veſter: "Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignè lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. ego enim ſum Dominus Deus veſter. *Cuſtodite ſabbata mea, & pauete ad Sanctuarium meum.ego Dominus. * Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, * & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. * Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. *Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius non tranſibit terminos veſtros. * Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis. *perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in cõſpectu veſtro. *Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. *Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. * Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea.* "Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, vóſque eritis populus meus. *Ego Dominus Deus veſter: qui eduxi vos de Terra Ægyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti. *"Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, * ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: * ego quoque hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem, quæ ãb hoſtibus deuorabitur. * Ponam faciem meam cõtra vòs, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini his qui oderunt vos. fugietis, nemine perſequente. * Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra, *& conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. * Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. * Si ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras in ſeptuplũ propter peccata veſtra: * immittamque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæq; fiant viæ veſtræ. *Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: * ego quoque contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra. *inducamque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cumque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, *poſtquam confregero baculũ panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non ſaturabimini. *Sin autem nec per hęc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me: *& ego incedam aduerſus vos in furore contrario, & corripiã vos ſeptem plagis propter peccata veſtra, * ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarũ veſtrarum. * deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorũ veſtrorum, & abominabitur vos anima mea, * in tantum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam Sanctuaria veſtra, nec recipiam vltrà odorẽ ſuauiſſimum. *Diſperdamque terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cùm habitatores illius fuerint. * vos autem diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladium, eritque terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ. *Tunc placebunt terræ ſabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ: quando fueritis *in terra hoſtili, ſabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eò quòd non requieuerit in ſabbatis veſtris quando habitabatis in ea. *Et qui de vobis remãſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium: cadent, nullo perſequente, * & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes, nemo veſtrûm inimicis audebit reſiſtere.

*peribitis inter Gentes, & hoſtilis vos terra conſumet. * Quòd ſi & de ijs aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrũ ſuorum & ſua affligentur: *donec confiteantur iniquitates ſuas, & maiorum ſuorum, quibus prævaricati ſunt in me, & ambulauerunt ex aduerſo mihi. * Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terrã hoſtilem, donec erubeſcat incircumciſa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis. * Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, & Abraham. Terrę quoque memor ero: *quę cùm relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi in ſabbatis ſuis, patiens ſolitudinem propter illos. Ipſi verò rogabũt pro peccatis ſuis, eò quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas deſpexerint. * Et tamen etiam cùm eſſent in terra hoſtili, non penitus abieci eos, neq; ſic deſpexi vt conſumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim ſum Dominus Deus eorum, *& recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de Terra Ægypti in conſpectu Gentium, vt eſſem Deus eorum. ego Dominus. Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter ſe & filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.

CAP. XXVII.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium. * Si fuerit maſculus à vigeſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram Sanctuarij: *ſi mulier, triginta. *A quinto autem anno vſque ad vigeſimum, maſculus dabit viginti ſiclos: femina decem. * Ab vno menſe vſque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli: pro femina, tres. *Sexagenarius & vltrà maſculus dabit quindecim ſiclos: femina decem. *Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit. *Animal autem, quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, ſanctum erit, *& mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec peius bono. quòd ſi mutauerit: & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino. *Animal immundũ, quod immolari Domino non poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ante ſacerdotem. *qui iudicans vtrùm bonum an malum ſit, ſtatuet pretium. *quod ſi dare voluerit is qui offert, addet ſupra æſtimationem quintam partem. *Homo ſi vouerit domum ſuam, & ſanctificauerit Domino, conſiderabit eam ſacerdos vtrùm bona an mala ſit, & iuxta pretium, quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur: * ſin autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſupra, & habebit domum. *Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit Domino: iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. ſi triginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti. * Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. *ſin autem poſt aliquantum temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum vſque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. *Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem eſtimatæ pecuniæ, & poſſidebit eum. *Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat redimere non poterit: *quia cùm iubilei venerit dies, ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum. *Si ager emptus eſt, & non de poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit Domino, *ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad iubileum, pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. *in iubileo autem reuertetur ad priorem dominum, qui venditerat eum, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ. *Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. "Siclus viginti obolos habet. *Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere: ſiue bos, ſiue ouis fuerit, Domini ſunt. *Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit, iuxta æſtimationem tuam, & addet quintam partem pretij. ſi redimere noluerit, vendetur alteri quantocumque à te fuerit æſtimatum. *"Omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. *Et

*Exod.30. b.13 Num.3. g.47 Ezech.45. d.12

*Ioſ.6. c.17.d.25

omnis consecratio, quę offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.
30 *Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. * Si quis autē voluerit
31 redimere decimas suas, addet quintam
32 partem earum. *Omnium decimarū bouis & ouis & caprę, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimū venerit,
33 sanctificabitur Domino. *Non eligetur nec bonū nec malū, nec altero commutabitur. si quis mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctifi-
34 cabitur Domino, & nō redimetur. *Hæc sunt præcepta, quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel, in monte Sinai.

LIBER NVMERI, HEBRAICE VAIEDABBER.

CAPVT PRIMVM.

1 A LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen in
deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die
mensis secundi, anno al-
tero egressionis eorū ex
Ægypto, dicens: *Tol-
2 lite summā vniuersę congregationis filiorū Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorū, quidquid sexus est
3 masculini *à vigesimo anno & supra, omniū virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron.
4 *Eruntq; vobiscū principes tribuum ac
5 domorum in cognationibus suis, *quorū
B ista sunt nomina: De Ruben, Elisur filius
6 Sedeur. *de Simeon, Salamiel filius Suri-
7 saddai. *de Iuda, Nahasson filius Aminadab. *de Issachar, Nathanael filius Suar.
8 *de Zabulon, Eliab filius Helon. *Filiorū
9 autem Ioseph, de Ephraim, Elisama filius Ammiud. de Manasse, Gamaliel filius
10 Phadassur. *De Beniamin, Abidan filius
11 Gedeonis. *de Dan, Ahiezer filius Amisaddai. *de Aser, Phegiel filius Ochran.
12 *de Gad, Eliasaph filius Duel. *de Nephthali, Ahira filius Enan. *Hi nobilissimi
13 principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel:
14 *quos tulerunt Moyses & Aaron cum
15 omni vulgi multitudine: *& cōgregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina singulorum,
16 à vigesimo anno & supra, *sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratiq; sunt
C in deserto Sinai. *De Rubē primogenito
17 Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorū, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra, procedentiū ad bellum, *quadraginta sex millia quingenti.
18 *De filijs Simeon per generationes ac familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorū, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra, procedentium ad
19 bellum, *quinquaginta nouē millia trecenti. *De filijs Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum
20 recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui ad bella
21 procederēt, *quadragintaquinque millia
22 sexcēti quinquaginta. *De filijs Iuda per
D generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorū à vigesimo anno & supra, omnes qui
23 poterant ad bella procedere, * recensiti sunt septuaginta quattuor millia sexcēti.
24 *De filijs Issachar, per generationes & familias ac domos cognationū suarum, per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederēt,
25 *recensiti sunt quinquaginta quattuor
26 millia quadringenti. * De filijs Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella pro-
27 cedere, *quinquaginta septē millia quadringenti. *De filijs Ioseph, filiorum E-
E phraim per generationes & familias ac domos cognationū suarum recēsiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterāt ad bella pro-
28 cedere, *quadraginta millia quingenti.
29 *Porrò filiorū Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorū à viginti annis & supra, omnes qui pote-

rant

rant ad bella procedere, * triginta duo
35 millia ducēti. *De filijs Beniamin per ge-
36 nerationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorū à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, *sexcenta tria millia virorum quingēti quinqua-
37 ginta. *Leuitæ autem in tribu familiarū
38 suarum non sunt numerati cum eis. *Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens:
39 *Tribum Leui noli numerare, neque ponēs summam eorum cum filijs Israel:
40 *sed cōstitue eos super tabernaculum testimonij & cuncta vasa eius, & quidquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt
F tabernaculum & omnia vtensilia eius: &
41 erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. *Cùm proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cùm castrametandum, erigent. quisquis externorum accesserit, occide-
42 tur. *Metabuntur autem castra filij Israel
43 vnusquisq; per turmas & cuneos atq; exercitum suum. *Porrò Leuitę per gyrum
44 tabernaculi figēt tētoria, ne fiat indignatio super multitudinē filiorum Israel, &
45 excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. *Fecerunt ergo filij Israel iuxta
46 omnia quæ præceperat Dominus Moysi.

CAP. II.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen
2 & Aaron, dicens: *Singuli per tur-
A mas, signa, atq; vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur filij
3 Israel, per gyrū tabernaculi fœderis. *Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritq; princeps filiorū
4 eius Nahasson filius Aminadab. *& omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quattuor millia sexcēti. *Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issa-
5 char, quorum princeps fuit Nathanael fi-
6 lius Suar. *& omnis numerus pugnatorum eius, quinquaginta quattuor millia
7 quadringenti. *In tribu Zabulō princeps
8 fuit Eliab filius Helon. *Omnis de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti. *Vniuersi
9 qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egre-
10 dientur. *In castris filiorū Ruben ad me-
B ridianam plagam erit princeps Elisur fi-
11 lius Sedeur: *& cunctus exercitus pugnatorū eius qui numerati sunt, quadraginta
12 sex millia quingenti. *Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai.
13 *& cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem
14 millia trecenti. * In tribu Gad princeps
15 fuit Eliasaph filius Duel. * & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcēti
16 quinquaginta. *Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringēti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco profi-
17 ciscentur. *Leuabitur autem tabernaculū testimonij per officia Leuitarū & turmas eorū. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos pro-
18 ficiscentur. Ad occidentalem plagā erunt
C castra filiorū Ephraim, quorū princeps
19 fuit Elisama filius Ammiud. * cunctus exercitus pugnatorū eius, qui numerati
20 sunt, quadraginta millia quingēti. *Et cū eis tribus filiorum Manasse, quorū prin-
21 ceps fuit Gamaliel filius Phadassur. *cunctusq; exercitus pugnatorū eius qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.
22 *In tribu filiorum Beniamin princeps
23 fuit Abidan filius Gedeonis. *& cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringēti.
24 *Omnes qui numerati sunt in castris E-
25 phraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. *Ad Aquilonis partē castrametati sunt filij Dā:
A quorū princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.

misaddai. *cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. *Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. *cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. * De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. *cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquaginta tria millia quadringenti. *Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur. * Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationũ suarum & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingẽti quinquaginta. * Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Moysi. *Feceruntque filij Israel iuxta omnia quæ mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

CAP. III.

HÆ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. * Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. * Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. * Mortui sunt enim Nadab & Abiu, cùm offerrent ignẽ alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, & excubent, *& obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, *& custodiant vasa tabernaculi, & seruientes in ministerio eius. *Dabisque dono Leuitas *Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filijs Israel. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filiis Israel, eruntque Leuitæ mei. *Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenitos in Terra Ægypti: sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus. * Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: * Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & supra. *Numerauit Moyses, vt præceperat Dominus, *& inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. *Filij Gerson: Lebni & Semei. * Filij Caath: Amram & Iesaar, Hebron & Oziel. *Filij Merari: Moholi & Musi. *De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: *quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & supra, septem millia quingenti. *Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidentem, *sub principe Eliasaph filio Lael. *Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, *ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtẽsilia eius. *Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua: *omnes generis masculini ab vno mense & supra, octo millia sexcenti habebunt excubias Sanctuarij, *& castrametabuntur ad meridianam plagam. *Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel: *& custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria & vasa Sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctamque huiusmodi supellectilem. *Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ Sanctuarij. *At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Musitæ recensiti per nomina sua: *omnes generis masculini ab vno mense & supra, sex millia ducenti. *Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga septentrionali castrametabuntur. *Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiusmodi pertinent: *columnæque atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. *Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est ad orientalem plagam, Moyses & Aaron cum filijs suis, habentes custo-

*Exod. 6. d. 23
*Leui. 10. a. 2
1. Par. 24. a. 2
*Exod. 13. a. 2
Inf. 8. c. 16
*Exod. 6. c. 16

tes custodiam Sanctuarij in medio filiorũ Israel. quisquis alienus accesserit, morietur. *Omnes Leuitæ, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & supra, fuerunt viginti duo millia. * Et ait Dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab vno mense & supra, & habebis summam eorum. *Tollesq; Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorũ pro vniuersis primogenitis pecorum filiorũ Israel. *Recensuit Moyses, sicut præceperat Dominus, primogenitos filiorum Israel. *& fuerunt masculi per nomina sua, à mense vno & supra, viginti duo millia ducenti septuaginta tres. * Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: *Tolle Leuitas pro primogenitis filiorũ Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitæ mei. ego sum Dominus. * In pretio autem ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numerũ Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, *accipies quinque siclos per singula capita ad mensurã Sanctuarij. *Siclus habet vigintiobolos. *Dabisq. pecuniam Aaron & filiis eius, pretium eorum qui supra sunt. *Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerant à Leuitis * pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexagintaquinque siclorum iuxta pondus Sanctuarij, * & dedit eam Aaron & filiis eius iuxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

CAP. IIII.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: * Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas, *à trigesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. *Hic est cultus filiorũ Caath: Tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum * ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum quod pendet ante fores, inuoluentq; eo arcam testimonij, * & operient rursum velamine ianthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. * Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt: *extẽdentq; desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamẽto ianthinarum pellium, & inducent vectes. * Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt: * & super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducent vectes. * Nec non & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes. *Omnia vasa, quibus ministratur in Sanctuario, inuoluẽt hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes. * Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, * ponentq; cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes. * Cumq; inuoluerint Aaron & filij eius Sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa Sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: * super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium, quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque vasorum, quæ in Sanctuario sunt. *Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: * Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: * sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. * Alij nulla curiositate videant quæ sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: * Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas, * à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in

*Exod. 30. b. 13
Leui. 27. b. 25
Ezech. 45. a. 12
*1. Par. 23 b. 25

tabernaculo fœderis. * Hoc est officium familiæ Gersonitarum, *vt portẽt cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen ianthinum tentoriumq; quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, * cortinas atrij, & velũ in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinẽt, funiculos, & vasa ministerij, *iubente Aaron & filiis eius, portabũt filij Gerson : & scient singuli cui debeant oneri mancipari. * Hic est cultus familiæ Gersonitarũ in tabernaculo fœderis, eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. * Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis, * à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediũtur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. * Hæc sunt onera eorum: Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earũ, *columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilẽ ad numerum accipient, sicq; portabunt. * Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. * Recẽserunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogę filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, *à triginta annis & supra, vsque ad annũ quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: *& inuẽti sunt duo millia septingẽti quinquaginta. *Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculũ fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi. * Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum, * à triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: *& inuẽti sunt duo millia sexcenti triginta. * Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. * Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum, * à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis : * & inuenti sunt tria millia ducenti. * hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi. * Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses, & Aaron, & principes Israel, per cognationes & domos patrum suorum, * à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, * fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. * Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

Cap. V.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: * Præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: * Tam masculum quàm feminam eiicite de castris, ne contaminent ea cùm habitauerim vobiscum. *Fecerũtq; ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi. * Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere ad filios Israel: Vir, siue mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis, quę solẽt hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, * confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamq; partem desuper, ei in quem peccauerint. *Sin autẽ non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. *Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent: * & quidquid in Sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. * Locutusque est Dominus ad Moysen, dicẽs: *Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens *dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuẽta in stupro: *si spiritus zelotypię concitauerit virum contra vxorem suã, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, *adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimã partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleũ, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypię est, & oblatio inuestigans adulterium. *Offeret igitur eã sacerdos, & statuet coram Domino. * assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum

xillum tertæ de pauimento tabernaculi mittet in eam. *Cumq; steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificiũ recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit. * adiurabitq; eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. *Sin autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro: * his maledictionibus subiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo: putrescere faciat femur tuum, & tumẽs vterus tuus disrumpatur. * ingrediantur aquæ maledictæ in ventrẽ tuum, & vtero tumescente putrescat femur. Et respõdebit mulier, Amen, amen. *Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta cõgessit, * & dabit ei bibere. Quas cùm exhauserit, * tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare: ita dumtaxat vt priùs, * pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas. * Quas cùm biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritq; mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. *Quòd si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. * Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, *maritusq; zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eã in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt: * maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

Cap. VI.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, siue mulier, cùm fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare: *à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes siccasque non comedent *cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur: quidquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent. *Omni tempore separationis suæ nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completũ diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius. * Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, *nec super patris quidem & matris & fratris sororisq; funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est. * Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. *Sin autem mortuus fuerit subitò quispiã coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet illico in eadẽ die purgationis suæ, & rursum septima. *in octaua autẽ die offeret duos turtures, vel duos pullos columbę, sacerdoti in introitu fœderis testimonij. * facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo: sanctificabitq; caput eius in die illo: * & consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculũ pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiãt, quoniam polluta est sanctificatio eius. *Ista est lex consecrationis. Cùm dies, quos ex voto decreuerat, complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, * & offeret oblationem eius Domino, agnũ anniculum immaculatũ in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hostiam pacificam, *canistrum quoque panum azymorũ qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum: * quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustum. * Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. * " Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. * Et armum coctum arietis, tortamque absque fermento vnam de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius. *Susceptaque rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini: & sanctificata sacerdotis erunt, sicut pectusculum, quod separari iussum est, & femur. post hæc po-

*Iudic. 13. d. 5

*Act. 21. d. 24

teſt bibere nazaræus vinum. *Iſta eſt lex nazaræi, cùm vouerit oblationem ſuam Domino tempore conſecrationis ſuæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius. iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem ſanctificationis ſuæ. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere Aaron & filiis eius: Sic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis: *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. *Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. *Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. *Inuocabuntque nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.

Eccli. 36. c. 19

CAP. VII.

*Exod. 40 b. 16

FActum " eſt autem in die qua compleuit Moyſes tabernaculum, & erexit illud: vnxitque & ſanctificauit cum omnibus vaſis ſuis, altare ſimiliter & omnia vaſa eius. *Obtulerunt principes Iſrael & capita familiarum, qui erant per ſingulas tribus, præfectique eorum qui numerati fuerant, *munera coram Domino, ſex plauſtra tecta cum duodecim bobus. Vnum plauſtrum obtulere duo duces, & vnum bouem ſinguli, obtuleruntq; ea in conſpectu tabernaculi. *Ait autem Dominus ad Moyſen: *Suſcipe ab eis vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem miniſterij ſui. * Itaque cùm ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra & boues, tradidit eos Leuitis. * Duo plauſtra & quattuor boues dedit filiis Gerſon, iuxta id quod habebant neceſſarium. *quattuor alia plauſtra & octo boues dedit filiis Merari, ſecundùm officia & cultum ſuum, ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. *filiis autem Caath non dedit plauſtra & boues: quia in Sanctuario ſeruiunt, & onera propriis portant humeris. *Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum eſt, oblationem ſuam ante altare. *Dixitque Dominus ad Moyſen: Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris. *Primo die obtulit oblationem ſuam Nahaſſon filius Aminadab de tribu Iuda: * fueruntq; in ea, acetabulum argēteum pondo centum triginta ſiclorum, phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila cōſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: *hircumque pro peccato: * & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Nahaſſon filij Aminadab. *Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Iſſachar, * acetabulum argenteum appēdens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: * mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: * bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: *hircumque pro peccato: * & in ſacrificio pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hęc fuit oblatio Nathanael filij Suar. *Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon, *obtulit acetabulum argenteū appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureum appendēs decem ſiclos, plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumq; pro peccato: * & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Eliab filij Helon. *Die quarto princeps filiorum Ruben, Eliſur filius Sedeur, * obtulit acetabulum argenteum appēdens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *Mortariolum aureum appendēs decem ſiclos, plenum incenſo: * bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. * Die quinto princeps filiorum Simeon, Salamiel filius Suriſaddai, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: *mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filij Suriſaddai. * Die ſexto princeps filiorum Gad, Eliaſaph filius Duel, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos, ad pōdus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: * mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incēſo: * bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. *Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim, Eliſama filius Ammiud, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incēſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. * Die octauo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: * mortariolum aureum appēdens decem ſiclos, plenum incenſo: *bouem de armento, & arietē, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumq; pro peccato: *& in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. * Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila cōſperſa oleo in ſacrificium: * & mortariolum aureum appēdens decem ſiclos, plenum incenſo: * bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. *Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammiſaddai, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: *mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahiezer filij Ammiſaddai. * Die vndecimo princeps filiorum Aſer, Phegiel filius Ochran, *obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteā habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. * Die duodecimo princeps filiorum Nephthali, Ahira filius Enan, * obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenū ſimila oleo conſperſa in ſacrificium: * mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: * bouem de armēto, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: * hircumque pro peccato: * & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. * Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua conſecratum eſt. acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: *ita vt centum triginta ſiclos argēti haberet vnum acetabulum, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt, in commune vaſorum omnium ex argento ſicli duo millia quadringenti, pondere Sanctuarij. * mortariola aurea

duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia pondere Sanctuarij: id eſt, ſimul auri ſicli centum viginti: *boues de armẽto in holocauſtum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum: hirci duodecim pro peccato. *In hoſtias pacificorum, boues viginti quattuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt in dedicatione altaris, quando vnctum eſt. * Cumque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.

CAP. VIII.

LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere Aaron, & dices ad eum: Cùm poſueris ſeptẽ lucernas, candelabrum in auſtrali parte erigatur. Hoc igitur præcipe vt lucernę contra boream è regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis, contra eam partem, quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt. *Fecitq; Aaron, & impoſuit lucernas ſuper candelabrum, vt præceperat Dominus Moyſi. * Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius ſtipes, quàm cuncta quę ex vtroque calamorum latere naſcebantur: iuxta exemplum quod oſtendit Dominus Moyſi, ita operatus eſt candelabrum. * Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Tolle Leuitas de medio filiorum Iſrael, & purificabis eos * iuxta hunc ritum: Aſpergantur aqua luſtrationis, & radant omnes pilos carnis ſuæ. Cumq; lauerint veſtimenta ſua, & mundati fuerint, * tollent bouem de armentis, & libamentum eius ſimilam oleo conſperſam: bouẽ autem alterum de armento tu accipies pro peccato: *& applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, cõuocata omni multitudine filiorum Iſrael. *Cumq; Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filij Iſrael manus ſuas ſuper eos. * & offeret Aaron Leuitas, munus in cõſpectu Domini à filiis Iſrael, vt ſeruiant in miniſterio eius. *Leuitæ quoque ponent manus ſuas ſuper capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocauſtum Domini, vt depreceris pro eis. * Statueſque Leuitas in conſpectu Aaron & filiorum eius, & conſecrabis oblatos Domino, * ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael, vt ſint mei. * & poſtea ingredientur tabernaculum fœderis, vt ſeruiant mihi. Sicque purificabis & conſecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono donati ſunt mihi à filiis Iſrael. * " Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael, accepi eos. *Sup.3. p.13 Exod.13. f.2 Luc.2.d.23
* Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſrael, tam ex hominibus quàm ex iumentis. Ex die quo percuſſi omne primogenitum in Terra Ægypti, ſanctificaui eos mihi: *& tuli Leuitas pro eunctis primogenitis filiorum Iſrael: *tradidiq; eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, vt ſeruiant mihi pro Iſrael in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere ad Sanctuarium. *Feceruntq; Moyſes & Aaron & omnis multitudo filiorum Iſrael ſuper Leuitis quæ præceperat Dominus Moyſi: *purificatique ſunt, & lauerunt veſtimenta ſua. Eleuauitq; eos Aaron in conſpectu Domini, & orauit pro eis, * vt purificati ingrederentur ad officia ſua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius. Sicut præceperat Dominus Moyſi de Leuitis, ita factum eſt. * Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Hæc eſt lex Leuitarum, A viginti quinque annis & ſupra, ingredientur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis. *Cumq; quinquageſimum annum ætatis impleuerint, ſeruire ceſſabunt: *eruntq; miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis, vt cuſtodiant quæ ſibi fuerint commendata, opera autem ipſa non faciant. Sic diſpones Leuitis in cuſtodiis ſuis.

CAP. IX.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai, anno ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de Terra Ægypti, menſe primo, dicens: * " Faciant filij Iſrael Phaſe in tempore ſuo, * quartadecima die menſis huius ad veſperam, iuxta omnes ceremonias & iuſtificationes eius. *Exod.12. a.2
* Præcepitq; Moyſes filijs Iſrael vt facerent Phaſe. *Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad veſperam, in monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moyſi, fecerunt filij Iſrael. *Ecce autem quidam immundi ſuper anima hominis, qui non poterant facere Phaſe in die illo, accedẽtes ad Moyſen & Aaron, * dixerunt eis: Immundi ſumus ſuper anima hominis. quare fraudamur

damur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſrael? *Quibus reſpondit Moyſes: State vt conſulam quid præcipiat Dominus de vobis. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere filiis Iſrael: Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe Domino * in menſe ſecundo, quartadecima die menſis ad veſperam: cum azymis & lactucis agreſtibus comedent illud: * non relinquent ex eo quippiam vſque mane, "& os eius nõ confringent, omnem ritum Phaſe obſeruabunt. * Si quis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuum ipſe portabit. * Peregrinus quoque & aduena ſi fuerint apud vos, facient Phaſe Domino iuxta ceremonias & iuſtificationes eius. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ quàm indigenæ. * " Igitur die qua erectum eſt tabernaculum, operuit illud nubes. A veſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis vſque mane. *ſic fiebat iugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quaſi ſpecies ignis. *Cumque ablata fuiſſet nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiſcebantur filij Iſrael: & in loco vbi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabantur. * Ad imperium Domini proficiſcebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. *Cunctis diebus quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manebant in eodem loco: * & ſi eueniſſet vt multo tempore maneret ſuper illud, erant filij Iſrael in excubiis Domini, & non proficiſcebantur * quot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. * Si fuiſſet nubes à veſpere vſque mane, & ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet, proficiſcebantur: &, ſi poſt diem & noctem receſſiſſet, diſſipabant tentoria. * Si verò biduo aut vno menſe vel longiori tempore fuiſſet ſuper tabernaculum, manebant filij Iſrael in eodem loco, & non proficiſcebantur: ſtatim autem vt receſſiſſet, mouebant caſtra. * Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiſcebantur: erantque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Moyſi.

*Exod.12. f.46 Num.9. f.12
*1.Cor.10 a.1

CAP. X.

LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinẽ quando mouenda ſunt caſtra. *Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi fœderis. * Si ſemel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Iſrael. *Si autem prolixior atque conciſus clangor increpuerit, mouebunt caſtra primi qui ſunt ad orientalem plagam. * In ſecundo autem ſonitu & parivlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem. & iuxta hunc modum reliqui facient, vlulantibus tubis in profectionem. *Quando autem congregandus eſt populus, ſimplex tubarum clangor erit, & non conciſè vlulabunt. * Filij autem Aaron ſacerdotes clangent tubis: eritq; hoc legitimũ ſempiternum in generationibus veſtris. *Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes qui dimicant aduerſum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coram Domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum. *Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri. ego Dominus Deus veſter. *Anno ſecundo, menſe ſecundo, vigeſima die menſis, eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis: *profectique ſunt filij Iſrael per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. *Moueruntq; caſtra primi iuxta imperium Domini in manu Moyſi. *"Filij Iuda per turmas ſuas: quorum princeps erat Nahaſſon filius Aminadab. * In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Nathanael filius Suar. *In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. *Depoſitumque eſt tabernaculum, quod portantes egreſſi ſunt filij Gerſon & Merari. *Profectique ſunt & filij Ruben, per turmas & ordinem ſuum: quorum princeps erat Heliſur filius Sedeur. *In tribu autem filiorũ Simeon, princeps fuit Salamiel filius Suriſaddai. *Porrò in tribu Gad erat princeps Eliaſaph filius Duel. *Profectiq; ſunt & Caathitæ portantes Sanctuarium. Tamdiu tabernaculũ portabatur, donec venirẽt ad erectionis locum. * Mouerunt caſtra & filij Ephraim per turmas ſuas, in quorũ exer-

Sup.1.a.7

citu princeps erat Elisama filius Ammiud. *In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur
* & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. * Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. *In tribu autem filiorũ Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. *Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. *Hæc sunt castra,& profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. *Dixitq; Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo: Proficiscimur ad locum,quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi : quia Dominus bona promisit Israeli. *Cui ille respondit:Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam,in qua natus sum. * Et ille: Noli, inquit, nos relinquere : tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. *Cumque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus,dabimus tibi. * Profecti sunt ergo de Monte Domini viam trium dierum , arcaque fœderis Domini præcedebat eos , per dies tres prouidens castrorum locum. * Nubes quoque Domini super eos erat per diem cùm incederent. * Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses: "Surge Domine,& dissipentur inimici tui,& fugiant qui oderunt te, à facie tua. * Cùm autem deponeretur, aiebat:Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

*Psal.67. a.2

Cap. xi.

"Psal.77. c.19

INterea ortum est "murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus,iratus est. Et "accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. *Cumque clamasset populus ad Moysen , orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. * Vocauitque nomen loci illius,Incensio : eò quòd incensus fuisset cõtra eos ignis Domini. *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens & flens , iunctis sibi pariter filiis Israel , & ait: "Quis dabit nobis ad vescendum carnes ? * Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis : in mentem nobis veniunt cucumeres , & pepones, porrique & cepe,& allia. * Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. * " Erat autem Man quasi semen coriandri , coloris bdellij. * Circuibatque populus , & colligens illud, frangebat mola , siue terebat in mortario,coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. * Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man. * Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias,singulos per ostia tentorij sui.Iratúsque est furor Domini valde : sed & Moysi intoleranda res visa est. * & ait ad Dominum : Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? * Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem , vel genui eam , vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum , & defer in terram , pro qua iurasti patribus eorum? *Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini ? flent contra me, dicentes : Da nobis carnes vt comedamus. *Non possum solus sustinere omnem hunc populum , quia grauis est mihi. *Sin aliter tibi videtur,obsecro vt interficias me,& inueniam gratiam in oculis tuis,ne tantis afficiar malis. * Et dixit Dominus ad Moysen : Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri : & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis , faciésque ibi stare tecum , * vt descendam & loquar tibi : & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. * Populo quoque dices : Sanctificamini : eras comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium ? bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis Dominus carnes , & comedatis : * non vno die , nec duobus , vel quinque aut decem, nec viginti quidem, * sed vsque ad mensem dierum , donec exeat per nares vestras , & vertatur in nauseam , eò quòd repuleritis Dominum, qui in medio vestri est,& fleueritis coram eo,dicentes : Quare egressi sumus ex Ægypto ? * Et ait Moyses : Sexcenta millia peditum huius populi sunt . & tu dicis : Dabo eis esum carnium mense integro ? * " Numquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum ? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur,vt eos satient ? *Cui respondit

*1.Cor.10. a.3

Exod.16. c.14 Sap.16. c.20 Psal.77. c.24 Ioan.6.d. 31

Ioan.6.b. 10

*Isai.59. a.1

spondit Dominus : Numquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. * Venit igitur Moyses,& narrauit populo verba Domini , congregas septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. *Descenditque Dominus per nubem,& locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis Spiritus , prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. *Remanserant autem in castris duo viri,quorum vnus vocabatur Eldad , & alter Medad , super quos requieuit Spiritus . nam & ipsi descripti fuerant,& non exierant ad tabernaculum. * Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer,& nunciauit Moysi , dicens : Eldad & Medad prophetant in castris. * Statim Iosue filius Nun, minister Moysi , & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. * At ille : Quid, inquit, æmularis pro me ? quis tribuat vt omnis populus prophetet , & det eis Dominus Spiritum suum? * Reuersusque est Moyses , & maiores natu Israel in castra. * " Ventus autem egrediens à Domino , arreptans trans mare coturnices detulit , & demisit in castra itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. *Surgens ergo populus toto die illo , & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum, qui parum, decem coros : & siccauerunt eas per gyrum castrorum. * * Adhuc carnes erant in dentibus eorum , nec defecerat huiuscemodi cibus:& ecce furor Domini concitatus in populum , percussit eum plaga magna nimis. * Vocatusque est ille locus , Sepulchra concupiscentiæ : ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ , venerunt in Haseroth , & manserunt ibi.

*Psal.77. a.19

*Psal.77. c.30

Cap. xii.

LOcutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorẽ eius Æthiopissam, * & dixerunt : Num per solum Moysen locutus est Dominus?nónne & nobis similiter est locutus ? Quod cũ audisset Dominus,(*Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra) * statim locutus est ad eum , & ad Aaron & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cumque fuissent egressi, * descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam.Qui cùm issent,*dixit ad eos : Audite sermones meos : Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei , vel per somnium loquar ad illum. *At non talis seruus meus Moyses, "qui in omni domo mea fidelissimus est: * ore enim ad os loquor ei:& palàm , & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo nõ timuistis detrahere seruo meo Moysi? *Iratusque contra eos,abiit: *nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum : & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix.Cumq; respexisset eam Aaron,& vidisset perfusam lepra , * ait ad Moysen: Obsecro domine mi , ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus, * ne fiat hæc quasi mortua , & vt abortiuum quod proïicitur de vulua matris suæ. ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. *Clamauitque Moyses ad Dominum,dicens: Deus,obsecro, sana eam. *Cui respondit Dominus: Si pater eius spuisset in faciem illius , nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi ? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. * Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus : & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

*Heb.3.a.2 *Exod.33. c.11

Cap. xiii.

PRofectusque est populus de Haseroth, fixis tẽtoriis in deserto Pharan. * ibiq; locutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Mitte viros,qui considerẽt Terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus , ex principibus. *Fecit Moyses quod Dominus imperauerat,de deserto Pharan mittens principes viros , quorum ista sunt nomina. * De tribu Ruben,Sammua filium Zechur. *De tribu Simeon,Saphat filium Huri. *De tribu Iuda,Caleb filium Iephone. *De tribu Issachar,Igal filium Ioseph. *De tribu Ephraim,Osée filium Nun. *De tribu Beniamin,Phalti filium Raphu. * De tribu Zabulon,Geddiel filium Sodi. *De tribu Ioseph,sceptri Manasse,Gaddi filium Susi. *De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. *De tribu Aser, Sthur filiũ Michael. *De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi. * De tribu Gad,

Guel filium Machi. * hæc sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam Terram: vocauitq; Osee filium Nun, Iosue. * misit ergo eos Moyses ad considerandā Terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. Cumq; veneritis ad montes, *considerate Terram, qualis sit: & populum qui habitator est eius, vtrùm fortis sit an infirmus, si pauci numero an plures: * ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ an absque muris: * humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quando iam præeoque vuæ vesci possunt. *Cumque ascendissent, exploraverunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. * Ascenderuntq; ad meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai filij Enac. nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. * Pergentésque vsque ad Torrētem botri, abscinderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt: * qui appellatus est Nehelescol, id est, Torrens botri, eò quòd botrū portassent inde filij Israel. *Reuersíque exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, *venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutíq; eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ: *& narrauerunt, dicētes: Venimus in Terram, ad quā misisti nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: * sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. *Amalec habitat in meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. *Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam. * Alij verò, qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad huāc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. *Detraxeruntque Terræ, quam inspexerant, apud filios Israel, dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: populus, quem aspeximus, proceræ staturæ est. * Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

*Deut. 1. f. 24

CAP. XIIII.

IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, * & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: *Vtinam mortui essemus in Ægypto: & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in Terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est reuerti in Ægyptum? * Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. *Quo audito Moyses & Aaron cecidérunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. * At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, sciderunt vestimenta sua, *& ad omnem multitudinem filiorū Israel locuti sunt: Terra, quam circuiuimus, valde bona est. * si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. * Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum Terræ huius, quia sicut panem ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne præsidium: Dominus nobiscum est, nolite metuere. *Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis cunctis filiis Israel. * Et dixit Dominus ad Moysen: Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi, in omnibus signis quæ feci coram eis? * Feriam igitur eos pestilentia, atque cōsumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hęc est. *Et ait Moyses ad Dominum: Vt audiāt Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, * & habitatores Terræ huius, qui audierunt quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem: *quòd occideris tantā multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: * Non poterat introducere populum in Terram, pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. * Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens: * Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumq; innoxium derelin-

*Eccli. 46. b. 9 1. Mach. 2. f. 55. 56

*Exod. 13. d. 21

*Exod. 32. f. 28

*Psal. 102 b. 8 Exod. 34. a. 6

quens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartā generationem. * Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundùm magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto vsque ad locum istum. *Dixitque Dominus: Dimisi iuxta verbum tuū. *Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. *Attamē omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, * " non videbunt Terram pro qua iurauī patribus eorum, nec quisquā ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. * "Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc, quam circuiuit: & semen eius possidebit eam. * Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris rubri. *Locutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: * Vsquequo multitudo hęc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audiui. *Dic ergo eis: Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciā vobis. * "In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, *non intrabitis Terram, super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. *Paruulos autem vestros, de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam: vt videant Terram, quæ vobis displicuit. * Vestra cadauera iacebunt in solitudine. *Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabūt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, * iuxta numerū quadraginta dierū, quibus considerastis Terram: " annus pro die imputabitur. " Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: * quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quę consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet, & morietur. * "Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplādam Terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahētes Terrę quòd esset mala, *mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. *Iosue autē filius Nun, & Caleb filius Iephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam Terram.

*Deut. 1. f. 35

*Isa. 14. b. c

*Psal. 101 d. 26 Deut. 1. f. 41

*Exod. 14. b. 8 Psal. 94. b. 10

*Num. 26. d. 64 1. Cor. 10. d. 10 Heb. 3. d. 17 Iude 1. d. 5

*Deut. 1. f. 42

39 * Locutusque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. * Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locū, de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. * Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? * "Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. *Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscū. *At illi contenebrati ascenderunt in verticē montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses nō recesserunt de castris. *Descēditq; Amalecites & Chananęus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma.

CAP. XV.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis Terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis, *& feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam, vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in sollemnitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus: * offeret quicumque immolauerit victimam, sacrificium similæ, decimam partem ephi, consperſæ oleo, quod mēsuram habebit quartam partem hin: * & vinum ad liba fundēda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam. Per agnos singulos *& arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ consperſa sit oleo tertiæ partis hin: *& vinum ad libamētum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino. * Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votum vel pacificas victimas, *dabis per singulos boues similæ tres decimas consperſæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin: * & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. *Sic facies * per singulos boues & arietes & agnos & hœdos. *Tam indigenæ quàm peregrini * eodem ritu offerent sacrificia. * Vnum præceptum erit atque iu-

diciũ tam vobis quàm aduenis terræ.
* Locutus est Dominus ad Moysen, dicẽs: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos:
* Cùm veneritis in terram, quã dabo vobis, * & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino * de cibis vestris. Sicut de areis primitias separatis, *ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. *Quòd si per ignorantiam præterieritis quidquam horum, quæ locutus est Dominus ad Moysen, *& mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà, *oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulũ de armento, holocaustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ postulant, hircumq; pro peccato: *& rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorũ Israel: & dimittetur eis, quoniam nõ sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incẽsum Domino pro se & pro peccato atque errore suo: *& dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinãtur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.
*Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo: * & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd insciа peccauerit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. * Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium, qui peccauerint ignorantes. *Anima verò, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, (quoniam aduersus Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo:
* verbum enim Domini contempsit, & præceptũ illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam.
*Factum est autem, cùm essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, * obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. *Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.
* Cumque eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. * Dixit quoque Dominus ad Moysen: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos: vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: * quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes, * sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. * Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem Deus vester.

*Deut. 22. b. 12. Mat. 23. a. 5

CAP. XVI.

ECce autem Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atque Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben, * surrexerunt contra Moysen, aliiq; filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilij per nomina vocabantur. * Cumque stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur eleuamini super populum Domini? *Quod cùm audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: *locutusque ad Core & ad omnẽ multitudinem: Manè, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei. *Hoc igitur facite: Tollat vnusquisq; thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum: * & hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcumque elegerit, ipse erit sanctus: multum erigimini filij Leui. *Dixitque rursum ad Core: Audite filij Leui: * Num parum vobis est, quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? *idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis, * & omnis globus tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron vt murmuretis contra eum? * Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus. * numquid parũ est tibi quòd eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? *Reuera induxisti nos in terra, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearũ. an & oculos nostros vis eruere? non venimus. *Iratusq; Moyses valde, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd ne asellum quidem vmquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. * Dixitque ad Core: Tu, & omnis congregatio tua state

*Eccl. 45. b. 22. Iudæ 1. c. 11. 1. Cor. 10. b. 10

seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. *Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulũ suum. *Quod cùm fecissent, stantibus Moyse & Aaron, *& coaceruassent aduersum eos omnẽ multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. *Locutusq; Dominus ad Moysen & Aaron, ait: * Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè disperdã. *Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum vniuersę carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desęuiet? *Et ait Dominus ad Moysen: *Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core, & Dathan & Abiron. *Surrexitq; Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel, * dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum. * Cumq; recessissent à tentoriis eorũ per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorũ, cum vxoribus & liberis, omnique frequentia. * Et ait Moyses: In hoc scietis, quòd Dominus miserit me vt facerẽ vniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: *Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & ceteri visitari solent, non misit me Dominus: * sin autem nouã rem facerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, descẽderintq; viuentes in infernum, scietis quòd blasphemauerint Dñm. * Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum: *& aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorũ. *descenderuntq; viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. * At verò omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. * Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducẽtos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. *Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: * Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illuc; dispergat: quoniam sanctificata sunt *in mortibus peccatorum: producatq; ea in laminas, & affigat altari, eò quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filij Israel. * Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas, affigens altari: * vt haberent postea filij Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio eius, loquente Domino ad Moysen. * Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Domini. *Cumq; oriretur seditio, & tumultus incresceret, * Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. * Dixitque Dominus ad Moysen: *Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumque iacerent in terra, *dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum vt reges pro eis: *iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. *Quod cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama: * & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. * Fuerunt autem qui percussi sunt, quattuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core. *Reuersusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quieuit interitus.

*Sap. 18. d. 21

CAP. XVII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuscuiusq; nomen superscribes virgæ suæ. * nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas seorsum familias continebit: *ponesq; eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquar ad te. *quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus cõtra vos murmurant. *Locutusque est Moyses ad filios Israel: &

dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fueruntq. virgæ duodecim absque virga Aaron. *Quas cùm posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij: *sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperãt flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt. *Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel: viderunt; & receperunt singuli virgas suas. * Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, *Heb.9.a.4 vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. *Fecitq; Moyses sicut præceperat Dominus. *Dixerunt autem filij Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes periimus. * quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

Cap. xviii.

DIxitque Dominus ad Aaron: Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. *sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint, & ministrent tibi: tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. *Excubabunt; Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dumtaxat, vt ad vasa Sanctuarij & ad altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. *sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus ceremoniis eius. Alienigena non miscebitur vobis. *Excubate in custodia Sanctuarij, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israel. * Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius. *Tu autem & filij tui custodite sacerdotiũ vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur. *Locutusq; est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. * Hæc ergo accipies de his, quę sanctificantur & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificiũ, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. *In Sanctuario comedes illud: mares tantùm edẽt ex eo, quia consecratum est tibi. *Primitias autem, quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis, iure perpetuo. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. *Omnem medullã olei, & vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarũ Domino, tibi dedi. *Vniuersa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos: qui mundus est in domo tua, vescetur eis. *Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuũ erit. * Quidquid primum erumpit è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dumtaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immũdum est, redimi facias, *cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere Sanctuarij. Siclus viginti obolos habet. * Primogenitum autẽ bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. sanguinem tantùm eorũ fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem Domino. *Carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum cõsecratum, & armus dexter, tua erunt. * Omnes primitias Sanctuarij, quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis, iure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis. *Dixitq; Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israel. *Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionẽ, pro ministerio quo seruiũt mihi in tabernaculo fœderis: *vt non accedant vltrà filij Israel ad tabernaculũ, nec committant peccatum mortiferum, * solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud *Deut. 18. d.1 possidebũt, * decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. * Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: * Præcipe Leuitis, atque denuncia: Cùm acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum

*Sup. 5. 5.48 Exod. 30. b.15 Leui. 27. c.25 Ezech. 45. d.12

rum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, * vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de areis quàm de torcularibus: *& vniuersis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti. *Omnia quę offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erũt. *Dicésq; ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: *& comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ: quia pretium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij. * Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruãtes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

Cap. xix.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: * Ista est religio victimæ quam cõstituit Dominus. Præcipe filiis Israel, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugũm: *tradetisq. eam Eleazaro sacerdoti. qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium: *Heb.13. d.11 * & tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, *comburetq. eam cunctis videntibus, tã pelle & carnibus eius quàm sanguine & fimo flammæ traditis. *Lignum quoque cedrinũ, & hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat. * Et tunc demum, lotis vestibus & corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusq. erit vsque ad vesperum. *Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immũdus erit vsque ad vesperum. *Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco puríssimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. *Cumq; lauerit, qui vaccæ portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Habebunt hoc filij Israel, & aduenæ qui habitãt inter eos, sanctum iure perpetuo. *Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus: *aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. *Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immũdus erit, & manebit spurcitia eius super eũ. * Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo: Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. *Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. *Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus. * Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas. * in quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos: * atque hoc modo mundus lustrabit immundũ tertio & septimo die. expiatusq; die septimo, lauabit & se & vestimẽta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, & nõ est aqua lustrationis aspersus. *erit hoc præceptum legitimum sempiternũ. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua: Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsque ad vesperum. *Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

Cap. xx.

VEnerunt; filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. *Cumque indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen & Aaron: *& versi in seditionem, dixerũt: Vtinam periissemus inter fratres nostros coram Domino. * Cur eduxistis Ecclesiam *Exod. 17. d.3 Domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumẽta moriamur? *Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & adduxistis in locum istum pessimũ, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, insuper & aquam non habet ad bibendum? * Ingressusque Moyses & Aaron, dimissa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Domi-

num,atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati,cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos. *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
*Tolle virgam,& congrega populum,tu & Aaron frater tuus,& loquimini ad petram coram eis,& illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. *" Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini,sicut præceperat ei,*congregata multitudine ante petrã, dixitq; eis: Audite rebelles & increduli: "Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? *Cumq; eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta.*Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron: 'Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me corã filiis Israel, nõ introducetis hos populos in Terram, quam dabo eis. *Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.
* Misit interea nũcios Moyses de Cades ad regem Edom,qui dicerent:Hæc mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem qui apprehendit nos, *quo modo descenderint patres nostri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore,afflixerintque nos Ægyptij, & patres nostros: * & quo modo clamauerimus ad Dominum,& exaudierit nos,miseritque angelũ,qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi, * obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros,nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram nec ad sinistram declinãtes, donec transeamus terminos tuos. *Cui respondit Edom:Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. *Dixeruntq; filij Israel: Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra,dabimus quod iustum est: nulla erit in pretio difficultas, tantùm velociter transeamus.
* At ille respondit: Non transibis. Statimque egressus est obuius, cum infinita multitudine, & manu forti, * nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet trãsitum per fines suos. quam ob rem diuertit ab eo Israel. *Cumque castra mouissent de Cades, venerunt in montem Hor,qui est in finibus terræ Edom: * vbi locutus est Dominus ad Moysen: * Pergat,inquit,Aaron ad populos suos: non enim intrabit Terrã, quam dedi filiis Israel, eò quòd incredulus fuerit ori meo, ad Aquas contradictionis. *" Tolle Aaron & filium eius cum eo,& duces eos in montem Hor. *Cumque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius: Aaron colligetur,& morietur ibi. *Fecit Moyses vt præceperat Dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. *Cumq; Aaron spoliasset vestibus suis,induit eis Eleazarum filium eius. * Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro.
* Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron,fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

Exod. 17. b. 5. 6 Sap. 11. a. 4

Psal. 77. b. 23 1. Cor. 10. a. 4

Deut. 1. f. 37

Inf. 33. 38 Deut. 32. g. 50

CAP. XXI.

QVod cùm audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnauit contra illum, & victor existens,duxit ex eo prædam. *At Israel voto se Domino obligans ait:Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. *Exaudiuitq; Dominus preces Israel,& tradidit Chananæum,quem ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema. * Profecti sunt autem & de monte Hor,per viam quæ ducit ad Mare rubrum,vt circumirẽt terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris & laboris:*locutusq; contra Deum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto,vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ:anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. *" Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes,ad quorum plagas & mortes plurimorum, * venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccauimus,quia locuti sumus cõtra Dominum & te:ora vt tollat à nobis serpẽtes.Orauitq; Moyses pro populo,*& locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum,& pone eũ pro signo: qui percussus aspexerit eum,viuet. *" Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM, & posuit eum pro signo: quem cùm percussi aspicerent, sanabantur.
*Profectiq; filij Israel castrametati sunt in Oboth. * Vnde egressi fixere tentoria in Ieabarim, in solitudine, quæ respicit Moab contra orientalem plagam.

Sap. 16. a. 5 1. Cor. 10. b. 9 Iudith 8. c. 21

Ioan. 3. b. 14

*Et

*Et inde mouentes, venerũt ad Torrentem Zared. *Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon,quę est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi.
*siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos.*Vnde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. * Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. *Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum,& dabo ei aquã. *Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus.Concinebant: *Puteus,quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis,& in baculis suis.De solitudine,Matthana.*De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. *De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasgi, quod respicit contra desertum. *" Misit autem Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens: *Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. *Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potiùs exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitq; contra eum.
* A quo percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnon vsque Iaboc & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. *Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet,& viculis eius. *Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon. *Ideirco dicitur in Prouerbio: Venite in Hesebon, ædificetur, & constituatur ciuitas Sehon: *Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon.
*" Vę tibi Moab, periisti populę Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem, regi Amorrhæorum Sehon. *Iugum ipsorum disperijt ab Hesebon vsque Dibon, lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba. *Habitauit itaq; Israel in Terra Amorrhæi. * Misitque Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores. *" Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. * Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciesque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. * Percusserunt igitur & hunc cum filijs suis, vniuersumque populum eius vsque ad internecionem, & possederunt terram illius.

Deut. 3. 4. 3. 29. b. 7

CAP. XXII.

PRofectiq; castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. *Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, *& quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent, *dixit ad maiores natu Madian: Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur,quo modo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab.
*" Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terrę filiorum Ammon, vt vocarent eum, & dicerent:Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ,sedens contra me. *Veni igitur,& maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere & eiicere eum de terra mea. noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris.
*Perrexeruntque seniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus. Cumque venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac: *ille respondit: Manete hîc nocte, & respondebo quidquid mihi dixerit Dominus. Manentibus illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eũ: *Quid sibi volunt homines isti apud te? *Respondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, *dicens: Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei, siquo modo possim pugnans abigere eum. *Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis,neque maledicas populo:quia benedictus est. *Qui manè consurgens dixit ad principes:Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. *Reuersi principes dixerunt ad

Iudic. 11. a. 18

Psal. 134. a. 10

Iudic. 11. c. 14 Deut. 11. b. 7

Ioſ. 24. b. 9

Balac: Noluit Balaam venire nobiscum. *Rursum ille multò plures & nobiliores quàm antè miserat, misit. *Qui cùm venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cunctèris venire ad me: *paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti. *Respondit Bālaam: *Si dederit mihi Bālac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. *Obsecro vt hìc maneatis etiā hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus. *Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines isti, surge, & vade cum eis: ita dumtaxat, vt quod tibi præcepero, facias. *Surrexit Balaam manè, & strata asina sua profectus est cum eis. *Et iratus est Deus. Stetitq; angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. *Cernens asina angelum stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, *stetit angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. *Quem videns asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: *& nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiare, obuius stetit. *Cumq; vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis. qui iratus, vehementiùs cędebat fuste latera eius. *Aperuitq; Dominus os asinę, & locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce iam tertiò? *Respondit Balaam: Quia commeruisti, & illusisti mihi: vtinam haberem gladium, vt te percuterem. *Dixit asina: Nónne animal tuum sum, cui semper sedere cōsueuisti vsque in præsentē diem? dic quid simile vmquam fecerim tibi. At ille ait: Numquam. *Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eum pronus in terram. *Cui angelus: Cur, inquit, tertiò verberas asinā tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; contraria: *& nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. *Dixit Balaam: Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. *Ait angelus: Vade cū istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principibus. *Quod cùm audisset Balac, egressus est in occursum eius, in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. *Dixitq; ad Balaam: Misi nuncios vt vocarem te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedē aduentui tuo reddere nequeo? *Cui ille respondit: Ecce adsum: numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? *Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem, quæ in extremis regni eius finibus erat. *Cumque occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. *Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

*Inf. 24. c. 13

*2. Pet. 2. c. 15

CAP. XXIII.

DIxitque Balaam ad Balac: Ædifica mihi hìc septē aras, & para totidem vitulos, eiusdēq; numeri arietes. *Cumq; fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. *Dixitq; Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, donec vadam, si fortè occurrat mihi Dominus, & quodcumque imperauerit, loquar tibi. *Cumque abijsset velociter, occurrit illi Deus. Locutusq; ad eum Balaam: Septē, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. *Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loquēris. *Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum: *assumptaq; parabola sua, dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, & maledic Iacob: propera, & detestare Israel. *Quo modo maledicā, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur? *De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. *Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. *Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. *Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? *Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum

vnde

vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. *Cumq; duxisset eum in locū sublimem, super verticem montis Phasga, ędificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulo atque ariete, *dixit ad Balac: Sta hìc iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam. *Cui cùm Dominus occurrisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loquēris ei. *Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus? *At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor: *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? *Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. **Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. *Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus. *Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinē bibat. *Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. *Et ille ait: Nónne dixi tibi, quòd quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerē? *Et ait Balac ad eum: Veni, & ducam te ad alium locum: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. *Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinē, *dixit ei Balaam: Ædifica mihi hìc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemque numeri arietes. *Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

*Inf. 24. c. 1

CAP. XXIIII.

CVmque vidisset Balaam quòd placeret Domino vt benediceret Israeli, nequaquam abijt vt antè perrexerat, vt augurium quæreret: sed dirigens contra desertum vultum suum, *& eleuans oculos, vidit Israel in tētorijs commorantem per tribus suas: & irruente in se spiritu Dei, *assumpta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: *dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius: *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel! *vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quę fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. *Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. *Deus eduxit illum de Ægypto, *cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Deuorabūt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis. *Accubans dormiuit vt leo, & quasi leęna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. *Iratusque Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedixisti: *reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. *Respondit Balaam ad Balac: Nónne nuncijs tuis, quos misisti ad me, dixi: **Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid vel mali proferam ex corde meo: sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar? *Verumtamen pergens ad populum meū, dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. *Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaā filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: *dixit auditor sermonum Dei, & scientiam nouit altissimi, visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. *Videbo eum, sed non modò: intuebor illū, sed non propè. *ORIETVR STELLA EX Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth. *Et erit Idumæa possessio eius: hereditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. *De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. *Cumque vidisset Amalec, assumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur. *Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum, *& fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. *Assumptaque para-

*Inf. 24. c. 13

*Sup. 23. d. 22

*Matt. 2. a. 2

bola iterũ locutus est: Heu,quis victurus est,quando ista faciet Deus?* Venient in 24
*Dan. 11. f. 13 trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. *Surrexitq; Balaam, 25
& reuersus est in locum suum: Balac quoque via, qua venerat, redijt.

CAP. XXV.

MOrabatur autem eo tempore Israel 1
in Settim, & fornicatus est popu- A
lus cum filiabus Moab,* quæ vocauerunt 2
eos ad sacrificia sua. At illi comederunt
& adorauerunt deos earum. *Initiatusque 3
*Ios. 22. d. 17 est Israel Beelphegor: & iratus Dominus, *ait ad Moysen: *Tolle cunctos 4
*Deut. 4. a. 3 principes populi, & suspende eos contra
solem in patibulis: vt auertatur furor 6
meus ab Israel.* Dixitque Moyses ad Iu- 5
dices Israel: *Occidat vnusquisque pro- 7
*Exod. 32. f. 27 ximos suos,qui initiati sunt Beelphegor. B
*Et ecce vnus de filijs Israel intrauit co- 6 8
ram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba 9
filiorum Israel, qui flebant ante fores ta-
*1. Mac. 2. c. 26 Psal. 105. e. 30 bernaculi. *Quod cùm vidisset Phinees 7
1. Cor. 10. b. 8 filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, sur- B 10
rexit de medio multitudinis, & arrepto
pugione, *ingressus est post virum Israe- 8
litem in lupanar, & perfodit ambos si-
mul, virum scilicet & mulierem, in locis
genitalibus. Cessauitque plaga à filijs If- C 11
rael: *& occisi sunt viginti quattuor mil- 9 12
lia hominum. *Dixitque Dominus ad 10
Moysen:* Phinees filius Eleazari filij Aa- 11
ron sacerdotis auertit iram meam à filijs
Israel: quia zelo meo commotus est con- 13
tra eos, vt non ipse delerem filios Israel
in zelo meo. *Idcirco loquere ad eum: 12
*Eccli. 45. d. 28 1. Mac. 2. f. 54 *Ecce do ei pacem fœderis mei, *& erit 13
tam ipsi quàm semini eius pactum sacer-
dotij sempiternum, quia zelatus est pro
Deo suo, & expiauit scelus filiorum Is-
rael. *Erat autem nomen viri Israelitæ, 14
qui occisus est cum Madianitide, Zam- D
bri filius Salu, dux de cognatione & tri-
bu Simeonis. *Porrò mulier Madianitis, 15
quæ pariter interfecta est, vocabatur
Cozbi,filia Sur principis nobilissimi Ma-
dianitarum. *Locutusque est Dominus 16
Infr. 31. a. 2 ad Moysen,dicens: Hostes vos sentiant 17
Madianitæ,& percutite eos: *quia & ipsi 18
hostiliter egerunt contra vos, & decepêre insidijs per idolum Phogor, &
Cozbi filiam ducis Madian sororem
suam, quæ percussa est in die plagæ pro
sacrilegio Phogor.

CAP. XXVI.

POstquam noxiorum sanguis effusus
est, dixit Dominus ad Moysen & E- A
leazarũ filium Aaron sacerdotem: *Nu- 2 *Sup. 1. a. 2. 3
merate omnem summam filiorum Israel
à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas,cunctos qui possunt ad
bella procedere. *Locuti sunt itaque 3
Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Ie-
richo,ad eos qui erant *à viginti annis &
supra, sicut Dominus imperauerat,quo-
rum iste est numerus: *Ruben primoge- 5
nitus Israel. huius filius, Henoch, à quo *Gen. 46. a. 9
familia Henochitarum: & Phallu,à quo Exod. 6. b. 14
familia Phalluitarum: *& Hesron,à quo 1. Par. 5. 7
familia Hesronitarum: & Charmi,à quo a. 3
familia Charmitarum. *hæ sunt familiæ
de stirpe Ruben: quarum numerus in- 8
uentus est, quadraginta tria millia & se- 9
ptingenti triginta. Filius Phallu,Eliab.
huius filij, Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron princi- *Sup. 16. a. 1
pes populi, qui surrexerunt contra
Moysen & Aaron in seditione Core, B
quando aduersus Dominum rebellauerunt: *& aperiens terra os suum deuora- 10
uit Core, morientibus plurimis, quando
combussit ignis ducentos quinquaginta
viros. Et factum est grande miraculum, 11
*vt, Core pereunte, filij illius non perirent. *Filij Simeon per cognationes suas: 12
Namuel,ab hoc familia Namuelitarum:
Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Ia-
chin, ab hoc familia Iachinitarũ; *Zare, 13
ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc
familia Saulitarum. *hæ sunt familiæ 14
de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit, viginti duo millia ducenti. *Fi- 15
lij Gad per cognationes suas: Sephon,ab
hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab
hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc
familia Sunitarum: *Ozni, ab hoc fa- 16
milia Oznitarum: Her, ab hoc familia
Heritarum: *Arod, ab hoc familia A- 17
roditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. *istæ sunt familiæ Gad,quarum 18
omnis numerus fuit, quadraginta millia
quingenti. *Filij Iuda, Her & Onan, 19 *Gen. 38. a. 3
qui ambo mortui sunt in Terra Chanaan. *Fueruntque filij Iuda, per cogna- 20
tiones suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares,à quo familia Pharesitarum: C
Zare, à quo familia Zareitarum. *Porrò 21
filij Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia

Hamuli-

Hamulitarum. *Istæ sunt familiæ Iuda, 22 44 genti. * Filij Aser per cognationes suas:
quarum omnis numerus fuit,septuagin- Iemna,à quo familia Iemnaitarum: Ies-
ta sex millia quingenti. * Filij Issachar, 23 sui, à quo familia Iessuitarum: Brie, à
per cognationes suas: Thola, à quo fa- 45 quo familia Brieitarũ. *Filij Brie:Heber,
milia Tholaitarum: Phua, à quo fami- à quo familia Heberitarum:& Melchiel,
lia Phuaitarum: * Iasub, à quo fami- 24 46 à quo familia Melchielitarum. *Nomen
lia Iasubitarum: Semran, à quo familia 47 autem filiæ Aser, fuit Sara. *hæ cogna-
Semranitarum. *hæ sunt cognationes 25 tiones filiorum Aser, & numerus eorũ,
Issachar,quarum numerus fuit,sexaginta quinquaginta tria millia quadringenti.
quattuor millia trecenti. *Filij Zabulon 26 48 *Filij Nephthali per cognationes suas:
per cognationes suas: Sared,à quo fami- F
lia Sareditarum: Elon,à quo familia Elo- 49 Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni,à
nitarum: Ialel,à quo familia Ialelitarum. quo familia Gunitarum: *Ieser,à quo fa-
*hæ sunt cognationes Zabulon, quarum 27 milia Ieseritarum: Sellem, à quo fami-
numerus fuit, sexaginta millia quingen- 50 lia Sellemitarum. * hæ sunt cognatio-
ti. * Filij Ioseph per cognationes suas, 28 nes filiorũ Nephthali per familias suas:
Manasse & Ephraim. *De Manasse ortus 29 quorum numerus, qui draginta quinque
est Machir, à quo familia Machiritarum. D 51 millia quadringenti. *Ista est summa fi-
*Iud. 17. a. 1 *Machir genuit Galaad, à quo familia liorum Israel, qui recensiti sunt,sexcenta
Galaaditarum. *Galaad habuit filios:Ie- 30 52 millia,& mille septingenti triginta. *Lo-
zer, à quo familia Iezeritarum: & He- 53 cutusq; est Dominus ad Moysen,dicens:
lec, à quo familia Helecitarum: *& As- 31 *Istis diuidetur terra iuxta numerum vo-
riel, à quo familia Asrielitarum: & Se- 54 cabulorũ in possessiones suas. *Pluribus
chem, à quo familia Sechemitarum: *& 32 maiorem partem dabis, & paucioribus
*Iud. 17. a. 1 Semida,à quo familia Semidaitarum: & minorem: singulis, sicut nunc recensiti
Hepher, à quo familia Hepheritarum. 55 sunt, tradetur possessio: *ita dumtaxat vt
*Fuit autem Hepher pater Salphaad,qui 33 sors Terram tribubus diuidat & familijs.
filios non habebat,sed tantùm filias,quarum ista sunt nomina: Maala, & Noa, 56 *Quidquid sorte contigerit,hoc vel plu-
*Iud. 17. a. 1 & Hegla, & Melcha, & Thersa. *hæ 34 res accipiant, vel pauciores. *Hic quo- 57 *Exod. 6. c. 17
sunt familiæ Manasse, & numerus ea- que est numerus filiorum Leui per fami-
rum, quinquaginta duo millia septingẽ- 58 lias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath,à quo familia Caathitarũ:
ti. * Filij autem Ephraim per cognatio- 35 G Merari, à quo familia Meraritarum. *hæ
nes suas,fuerunt hi: Suthala,à quo fami- sunt familiæ Leui: Familia Lobni, fami-
lia Suthalaitarum: Becher, à quo familia lia Hebroni,familia Moholi,familia Mu-
Bechenitarum: Thehen, à quo familia 59 si, familia Core. At verò Caath genuit
Thehenitarũ. *porrò filius Suthala fuit 36 Amram: *qui habuit vxorem Iochabed
Heran, à quo familia Heranitarum. *hæ 37 filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto.
sunt cognationes filiorum Ephraim,quarum numerus fuit, triginta duo millia E hæc genuit Amran viro suo filios, Aaron
quingenti. *Isti sunt filij Ioseph per fa- 38 & Moysen, & Mariam sororem eorum.
milias suas. Filij Beniamin in cognatio- 60 *De Aaron orti sunt Nadab & Abiu, &
nibus suis: Bela,à quo familia Belaitarũ: 61 Eleazar & Ithamar: *quorum Nadab *Sup. 3. a. 4 Leuit. 10. a. 1
Asbel, à quo familia Asbelitarum: Ahi- & Abiu mortui sunt, cùm obtulissent
ram,à quo familia Ahiramitarum: *Su- 39 62 ignem alienum coram Domino. *Fue- 1. Par. 24. a. 2
pham,à quo familia Suphamitarum:Hu- runtque omnes qui numerati sunt, vi-
pham,à quo familia Huphamitarũ. *Fi- 40 ginti tria millia generis masculini,ab vno
lij Bela:Hered,& Noeman. De Hered,fa- mense & suprà: quia non sunt recensiti
milia Hereditarum: de Noeman,familia 63 inter filios Israel,nec eis cum ceteris data
Noemanitarum. * hi sunt filij Beniamin 41 possessio est. *Hic est numerus filiorum
per cognationes suas, quorum numerus Israel, qui descripti sunt à Moyse & E-
fuit, quadraginta quinque millia sexcen- leazaro sacerdote,in campestribus Moab
ti. *Filij Dan per cognationes suas: Su- 42 64 supra Iordanem contra Iericho. *inter *1. Cor. 10. a. 5
ham, à quo familia Suhamitarum. hæ quos, nullus fuit eorum qui antè nume-
sunt cognationes Dan per familias suas. rati sunt à Moyse & Aaron in deserto
omnes fuere Suamitæ, quorũ numerus 43 65 Sinai. Prædixerat enim Dominus,quòd *Sup. 14. d. 23. 24
erat, sexaginta quattuor millia quadrin- omnes morerentur in solitudine. Nul-
lusque remansit ex eis, nisi Caleb filius
Iephone, & Iosue filius Nun.

CAP. XXVII.

ACcesserunt autem filiæ Salphaad,filij Hepher, filij Galaad,filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph : quarum sunt nomina, Maala,& Noa,& Hegla,& Melcha,& Thersa. *Steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi,ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt: *Pater noster mortuus est in deserto,nec fuit in seditione, quæ * concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. *Retulitq; Moyses causam earum ad iudicium Domini. *Qui dixit ad eum: *Iustam rem postulant filiæ Salphaad:da eis possessionem inter cognatos patris sui,& ei in hereditatem succedant. *Ad filios autem Israel loquêris hæc : *Homo cùm mortuus fuerit absque filio,ad filiam eius transibit hereditas. *si filiam non habuerit , habebit successores fratres suos. *quòd si & fratres non fuerint, dabitis hereditatem fratribus patris eius. *sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui ei proximi sunt. eritque hoc filijs Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. *Dixit quoque Dominus ad Moysen : *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram,quam daturus sum filijs Israel. *cumq; videris eam,ibis & tu ad populum tuum,sicut iuit frater tuus Aaron: *quia offendistis me in deserto Sin in cõtradictione multitudinis,nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. hæ sunt aquæ contradictionis in Cades deserti Sin. *Cui respondit Moyses: *Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis,hominem,qui sit super multitudinem hanc: *& possit exire & intrare ante eos,& educere eos vel introducere: ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. *Dixitq; Dominus ad eum: *Tolle Iosue filium Nun , virum in quo est Spiritus , & pone manum tuam super eum. *Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine: *& dabis ei præcepta cunctis videntibus,& partem gloriæ tuę, vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. * Pro hoc , si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse , & omnes filij Israel cum eo , & cetera multitudo. *Fecit Moyses vt præceperat Dominus. Cumq; tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi. * Et impositis capiti eius manibus , cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

Sup. 26. d. 32 Inf. 36. a. 1 Ios. 17. a. 1

Sup. 16. a. 1

Deut. 32. g. 51 Sup. 20. b. 12

Deut. 3. d. 21

CAP. XXVIII.

DIxit quoque Dominus ad Moysen: *Præcipe filijs Israel , & dices ad eos: Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tẽpora sua. *Hęc sunt sacrificia quæ offerre debetis : Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: *vnum offeretis manè, & alterum ad vesperum: *decimãm partem ephi similæ,quę conspersa sit oleo purissimo,& habeat quartam partem hin. *holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorẽ suauissimum incensi Domini. * & libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario Domini. *Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam, iuxta omnem ritũ sacrificij matutini, & libamentorũ eius, oblationem suauissimi odoris Domino. *Die autẽ sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos,& duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio,& liba *quæ ritè funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum. * In calendis autem offeretis holocaustum Domino,vitulos de armento duos, arietem vnum , agnos anniculos septem immaculatos , * & tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos : & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes: *& decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos. holocaustum suauissimi odoris atque incensi est Domino. * Libamenta autem vini , quæ per singulas fundenda sunt victimas , ista erunt: media pars hin per singulos vitulos , tertia per arietem , quarta per agnum. hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt. *Hircus quoq; offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis. *Mense autẽ primo,quartadecima die mensis,Phasę Domini erit, *& quintadecima die sollemnitas: septem diebus vescentur azymis. *Quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. * Offeretisque

Matt. 12. a. 5

Exod. 12. d. 18 Leuit. 23. a. 5

incensum

incensum holocaustum Domino,vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem : *& sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos,& duas decimas per arietem, *& decimam decimæ per agnos singulos: id est, per septem agnos. *Et hircum pro peccato vnum , vt expietur pro vobis, *præter holocaustum matutinum quod semper offeretis. * Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino,qui surget de holocausto , & de libationibus singulorum. * Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo. *Dies etiã primitiuorum , quando offeretis nouas fruges Domino,expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit : omne opus seruile non facietis in ea. * Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento duos,arietem vnum , & agnos anniculos immaculatos septem : *atque in sacrificijs eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos , per arietes duas, *per agnos decimam decimæ , qui simul sunt agni septem. hircum quoque *qui mactatur pro expiatione : præter holocaustum sempiternum & liba eius. *Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

Lan. 16. f. 29. & 23. a. 24

CAP. XXIX.

MEnsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis . omne opus seruile non facietis in ea,quia dies clangoris est & tubarum. * Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino , vitulum de armento vnum,arietem vnum,& agnos anniculos immaculatos septem : * & in sacrificijs eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos , duas decimas per arietẽ , *vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem : *& hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, *præter holocaustum calendarũ cum sacrificijs suis, & holocaustum sempiternũ cum libationibus solitis. eisdem ceremonijs offeretis in odorem suauissimũ incensum Domino. *Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis,& affligetis animas vestras: omne opus seruile nõ facietis in ea. *Offeretisq; holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum,agnos anniculos immaculatos septem : *& in sacrificijs eorum , similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos , duas decimas per arietem, *decimam decimæ per agnos singulos , qui sunt simul agni septem: *& hircum pro peccato, absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternũ, cum sacrificio & libaminibus eorum. *Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea, sed celebrabitis sollemnitatem Domino septem diebus. *offeretisq; holocaustum in odorem suauissimum Domino , vitulos de armento tredecim,arietes duos,agnos anniculos immaculatos quattuordecim: *& in libamentis eorum, similæ oleo cõsperſæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim : & duas decimas arieti vno, id est, simul arietibus duobus, *& decimam decimæ agnis singulis, qui sũt simul agni quattuordecim: *& hircum pro peccato,absque holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius. *In die altero offeretis vitulos de armento duodecim,arietes duos,agnos anniculos immaculatos quattuordecim : *sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato,absque holocausto sempiterno,sacrificioq; & libamine eius. *Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos,agnos anniculos immaculatos quattuordecim : *sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircũ pro peccato , absque holocausto sempiterno,sacrificioq; & libamine eius. *Die quarto offeretis vitulos decem , arietes duos , agnos anniculos immaculatos quattuordecim: *sacrificiaq; & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno,sacrificioque eius & libamine. *Die quinto offeretis vitulos nouẽ, arietes duos , agnos anniculos immaculatos quattuordecim : *sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato,absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. * Die sexto offeretis vitulos octo , arietes duos , agnos anniculos immaculatos quattuordecim : * sacrificiaque

ficiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. *Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: *sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. *Die octauo, qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis, *offerentes holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: *sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircū pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. *Hæc offeretis Domino in sollemnitatibus vestris: præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis.

CAP. XXX.

NArrauitq; Moyses filijs Israel omnia quæ ei Dominus imperarat: *& locutus est ad principes tribuum filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus: *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: nō faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. *Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quę est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: *quidquid pollicita est & iurauit, opere complebit. *sin autem, statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erūt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eò quòd contradixerit pater. *Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: *quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat. *sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaq; quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus. *Vidua & repudiata quidquid vouerint, reddent. *Vxor in domo viri cùm se voto constrinxerit & iuramento, *si audierit vir, & tacuerit, nec cōtradixerit sponsioni, reddet quodcumque promiserat. *sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit. *Si vouerit, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium, vel ceterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit vt faciat, siue non faciat. *quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quidquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit. *sin autem contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. *Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi, inter virum & vxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CAP. XXXI.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: *Vlciscere priùs filios Israel de Madianitis, & sic colligēris ad populum tuum. *Statimque Moyses, *Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis. *mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum. *Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam: *quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. *Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, *& reges eorum, Eui, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. *Ceperuntque mulieres eorum, & paruulos, omniaque pecora, & cunctam supellectilem: quidquid habere potuerant depopulati sunt: *tam vrbes quàm viculos & castella flamma consumpsit. *Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, *& adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab iuxta Iordanem contra Iericho. *Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ, in occursum eorum extra castra. *Iratusque Moyses

*Sup. 21. d. 17

*Ios. 13. c. 21

principibus exercitus, tribunis, & centurionibus qui venerant de bello, *ait: Cur feminas reseruastis? *Nónne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, vnde & percussus est populus?* Ergo cunctos interficite quidquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: *puellas autem & omnes feminas virgines reseruate vobis: *& manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. *Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis, & ligno, expiabitur. *Eleazar quoque sacerdos, ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est: Hoc est præceptum legis, *quod mandauit Dominus Moysi: *Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, * & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quidquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: *& lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. *Dixit quoque Dominus ad Moysen: *Tollite summam eorum quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: *diuidesque ex æquo prædam, inter eos qui pugnauerunt egressique sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem. *& separabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus, * & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. *Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorum animantium, & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodijs tabernaculi Domini. *Feceruntque Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dominus. *Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuaginta quinque millia, *boum septuaginta duo millia, *asinorum sexaginta millia & mille: *animæ hominum sexus feminei, quæ non cognouerant viros, triginta duo millia. *Dataque est media pars his qui in prælio fuerant, ouium trecenta triginta septem millia quingentæ: *è quibus in partem Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque. *Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: *de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta vnus: *de animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ. *Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum, * ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prælio fuerant. *De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis triginta septem millibus quingentis, *& de bobus triginta sex millibus, *& de asinis triginta millibus quingentis, *& de hominibus sedecim millibus, *tulit Moyses quinquagesimū caput, & dedit Leuitis, qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus. *Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesque, dixerunt: *Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. * Ob hanc causam offerimus in donarijs Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia, ac murænulas, vt depreceris pro nobis Dominum. * Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos, omne aurum in diuersis speciebus, *pondo sedecim millia, septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. *Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. *Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israel coram Domino.

*Num. 25. d. 17

*Iud. 21. d. 11

*Exo. 6. d. 18. & 12. d. 15. & 35. d. 22

CAP. XXXII.

FIlij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, * venerunt ad Moysen, & ad Eleazarum sacerdotē, & principes multitudinis, atque dixerunt: *Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, *terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio vberrima est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima: *precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem,

nec facias nos transire Iordanem. *Qui- 6
bus respondit Moyses: Numquid fratres B
vestri ibunt ad pugnam, & vos hîc sedebitis? *Cur subuertitis mentes filiorum 7
Israel, ne transire audeant in locum, quẽ
eis daturus est Dominus? *nónne ita egerunt patres vestri, quando missi de Ca- 8
desbarne ad explorandam Terrã? *Cum- 9
que venissent vsque ad Vallem botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorũ Israel, vt non intrarent fines, quos
eis Dominus dedit. *Qui iratus iurauit, 10
dicens: * Si videbunt homines isti, qui 11
ascenderunt ex Ægypto, à viginti annis
& supra, Terram, quam sub iuramento
pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob:
& noluerunt sequi me, * præter Caleb 12
filium Iephone Cenezæum, & Iosue fi- C
lium Nun: isti impleuerunt voluntatem
meam. *Iratusque Dominus aduersum 13
Israel, circumduxit eum per desertum
quadraginta annis, donec consumeretur
vniuersa generatio, quæ fecerat malum
in conspectu eius. * Et ecce, inquit, vos 14
surrexistis pro patribus vestris, incrementa & alumni hominum peccatorum,
vt augeretis furorem Domini contra Israel. * Quòd si nolueritis sequi eum, in 15
solitudine populum derelinquet, & vos
causa eritis necis omnium. * At illi pro- 16
pè accedentes, dixerunt: Caulas ouium
fabricabimus, & stabula iumentorum,
paruulis quoque nostris vrbes munitas:
*nos autem ipsi armati & accincti per- 17
gemus ad prælium ante filios Israel, do- D
nec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quidquid habere possumus,
erunt in vrbibus muratis, propter habitatorum insidias. * Non reuertemur in 18
domos nostras, vsque dum possideant filij Israel hereditatem suam: * nec quid- 19
quam quæremus trans Iordanem, quia
iam habemus nostram possessionem in
orientali eius plaga. *Quibus Moyses ait: 20
*Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam: *& omnis vir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat Dominus inimicos
suos, *& subiiciatur ei omnis Terra: tunc 22
eritis inculpabiles apud Dominũ & apud E
Israel, & obtinebitis regiones, quas vultis, coram Domino. *Sin autem quod di- 23
citis, non feceritis, nulli dubium est quin
peccetis in Deum: & scitote quoniã pec- 3
catum vestrum apprehendet vos. *Ædificate ergo vrbes paruulis vestris, & cau- 24
las & stabula ouibus ac iumẽtis: & quod

*Iosue. 4. c. 12.

*Sup. 13. d. 24.

*Iosue. 1. a. 13.

pollicíti estis implete. *Dixeruntque fi- 25
lij Gad & Ruben ad Moysen: Serui tui
sumus, faciemus quod iubet dominus
noster. *Paruulos nostros, & mulieres, & 26
pecora, ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad: * nos autem famuli tui om- 27
nes expediti pergemus ad bellum, sicut
tu domine loqueris. *Præcepit ergo Moy- 28
ses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun,
& principibus familiarum per tribus Israel, & dixit ad eos: *Si transierint filij 29
Gad & filij Ruben vobiscum Iordanem,
omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra subiecta: date
eis Galaad in possessionem. * Sin autem 30
noluerint transire armati vobiscum in
Terram Chanaan, inter vos habitandi
accipiant loca. * Responderuntque filij 31
Gad, & filij Rubẽ: Sicut locutus est Dominus seruis suis, ita faciemus: *ipsi armati pergemus coram Domino in Ter- 32
ram Chanaan, & possessionem iam susceepisse nos confitemur trans Iordanem.
*Dedit itaque Moyses filijs Gad & Ru- 33
ben, & dimidiæ tribui Manasse filij Ioseph, regnum Sehon regis Amorrhæi, &
G regnum Og regis Basan, & terram eorum
cum vrbibus suis per circuitum. *Igitur 34
extruxerũt filij Gad, Dibon, & Ataroth,
& Aroer, *& Etroth, & Sophan, & Ia- 35
zer, & Iegbaa, *& Bethnemra, & Betha- 36
ran, vrbes munitas, & caulas pecoribus
suis. *Filij verò Ruben ędificauerunt He- 37
sebon, & Eleale, & Cariathaim, *& Na- 38
bo, & Baalmeon, versis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus, quas extruxerant. *Porrò filij Ma- 39
chir, filij Manasse, perrexerunt in Galaad,
& vastauerunt eam interfecto Amor- 40
rhæo habitatore eius. *Dedit ergo Moyses Terram Galaad Machir filio Manasse,
qui habitauit in ea. *Iair autẽ filius Ma- 41
nasse abijt & occupauit vicos eius, quos
appellauit Hauoth Iair, id est, Villas Iair.
*Nobe quoque perrexit, & apprehendit 42
Chanath cum viculis suis: vocauitq; eam
ex nomine suo Nobe.

*Gen. 50. d. 22.

CAP. XXXIII.

HÆ sunt mansiones filiorum Israel, 1
qui egressi sunt de Ægypto per tur- A
mas suas in manu Moysi & Aaron, *quas 2
descripsit Moyses iuxta castrorum loca,
quæ Domini iussione mutabant. *Pro- 3
fecti igitur de Rameſſe mense primo,
quintadecima die mensis primi, altera
die Phase, filij Israel in manu excelsa,

videntibus

videntibus cunctis Ægyptijs, * & sepe- 4
lientibus primogenitos, quos percusserat
Dominus (nam & in dijs eorum exercuerat vltionem) * castrametati sunt in 5
Soccoth. * Et de Soccoth venerunt in 6
Etham, quæ est in extremis finibus soli- B
tudinis. * *Inde egressi venerunt contra 7
Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, &
castrametati sunt ante Magdalum. *Pro- 8
fectique de Phihahiroth, transierunt per
medium mare in solitudinem: & ambulãtes tribus diebus per desertum Etham,
castrametati sunt in Mara. *Profecti- 9
que de Mara venerunt in Elim, vbi erant
duodecim fontes aquarum, & palmæ
septuaginta: ibique castrametati sunt.
*Sed & inde egressi, fixerunt tentoria su- 10
per Mare rubrum. Profectique de Mari
rubro, *castrametati sunt in deserto Sin. 11
*Vnde egressi, venerunt in Daphca. 12
*Profectique de Daphca, castrametati 13
sunt in Alus. *Egressique de Alus, in Ra- 14
phidim fixere tentoria, *vbi populo de- C
fuit aqua ad bibendum. *Profectique de 15
Raphidim, castrametati sunt in deserto
Sinai. * Sed & de solitudine *Sinai egres- 16
si, venerunt ad sepulchra concupiscentiæ. *Profectique de sepulchris concu- 17
piscentiæ, castrametati sunt in Haseroth.
*Et de Haseroth venerunt in Rethma. 18
*Profectique de Rethma, castrametati 19
sunt in Remmomphares. *Vnde egressi, 20
venerũt in Lebna. *De Lebna, castrametati sunt in Ressa. *Egressiq; de Ressa ve- 21
nerunt in Ceelatha. *Vnde profecti, ca- 22
strametati sunt in monte Sepher. *Egressi 23
de mõte Sepher, venerunt in Arada. *In- 24
de proficiscẽtes, castrametati sunt in Ma- 25
celoth. *Profectiq; de Maceloth, venerũt 26
in Thahath. *De Thahath, castrametati 27
sunt in Thare. *Vnde egressi, fixere tento- 28
ria in Methca. *Et de Methca, castrame- 29
tati sunt in Hesmona. *Profectiq; de Hes- 30
mona, venerũt in Moseroth. *Et de Mo- 31
seroth, castrametati sunt in Beneiaacan. D
*Profectiq; de Beneiaacan, venerunt in 32
montẽ Gaddad. *Vnde profecti, castra- 33
metati sunt in Ietebatha. *Et de Ietebatha, venerunt in Hebrona. *Egressiq; de 34
Hebrona, castrametati sunt in Asiongaber. *Inde profecti, venerunt in desertũ 35
Sin, hæc est Cades. *Egressiq; de Cades, 36
castrametati sunt in mõte Hor, in extre- 37
mis finibus Terræ Edõ. *Ascenditq; Aa- E
ron sacerdos in montẽ Hor, iubente Do- 38
mino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorũ Israel ex Ægypto,

*Exod. 12. a. 2.

*Exod. 15. g. 27.

*Exod. 17. a. 1.

*Exod. 19. a. 1.

*Sup. 11. g. 35.

*Sup. 13. d. 1.

*Sup. 20. a. 1.

*Sup. 20. d. 22. *Deut. 32. g. 50.

39 mense quinto, prima die mensis, *cùm
40 esset annorum centũ viginti trium. *Audiuitq; Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in Terram Chanaan
41 venisse filios Israel. *Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona.
42 *Vnde egressi, venerunt in Phunon.
43 *Profectiq; de Phunõ, castrametati sunt
44 in Oboth. * Et de Oboth, venerunt in
F Iieabarim, quæ est in finibus Moabitarum. *Profectique de Iieabarim, fixere
45 tentoria in Dibongad. *Vnde egressi, castrametati sunt in Helmondeblathaim.
46 *Egressique de Helmondeblathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo.
47 *Profectiq; de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem contra Iericho. * Ibique castra-
48 metati sunt de Bethsimoth vsque ad Abelsatim in planioribus locis Moabitarum,
49 *vbi locutus est Dominus ad Moysen:
50 *Præcipe filijs Israel, & dic ad eos: Quando transieritis Iordanem, intrantes Ter-
51 ram Chanaan, *disperdite cunctos habi- *Deut. 7. a. 5.
G tatores Terræ illius: confringite titulos, *Iudic. 2. a. 2.
& statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, *mundantes terram, & ha-
53 bitantes in ea. ego enim dedi vobis illam
54 in possessionem, * quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucis angustiorem. Singulis vt sors cecide-
55 rit, ita tribuetur hereditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. *Sin autem nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in Terra habitationis
56 vestræ: *& quidquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

CAP. XXXIIII.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, 1
dicens: *Præcipe filijs Israel, & dices 2
A ad eos: Cùm ingressi fueritis Terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte
ceciderit, his finibus terminabitur.
*Pars meridiana incipiet à solitudine 3 *Ios. 15.
Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit ter- a. 1
minos contra Orientẽ mare salsissimum.
4 *qui circuibunt australem plagam per
ascensum Scorpionis, ita vt transeant in
Senna, & perueniant à meridie vsque ad
Cadesbarne, vnde egredientur confinia
ad villam nomine Adar, & tendẽt vsque
5 ad Asemona. *ibitque per gyrum termi-
B nus ab Asemona vsque ad Torrentem
Ægypti, & maris magni littore finietur.

*Plaga

*Plaga autē occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. *Porrò ad ſeptentrionalem plagā à mari magno termini incipient, peruenientes vſque ad montem altiſſimum, *à quo venient in Emath vſq; ad terminos Sedada: *ibunt-que confinia vſque ad Zephrona, & villam Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis. *Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan vſque Sephama, * & de Sephama deſcendent termini in Rebla contra fontem Daphnim: inde perueniet contra Orientem ad mare Cenereth, *& tendent vſque ad Iordanem, & ad vltimum ſalſiſſimo claudentur mari. Hanc habebitis Terram per fines ſuos in circuitu. *Præcepitque Moyſes filijs Iſrael, dicens: Hæc erit Terra, quam poſſidebitis ſorte, & quam iuſſit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. *Tribus enim filiorum Ruben per familias ſuas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manaſſe, *id eſt, duæ ſemis tribus, acceperunt partem ſuam trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. *Et ait Dominus ad Moyſen: * Hæc ſunt nomina virorum qui Terram vobis diuident, Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, *& ſinguli principes de tribubus ſingulis, *quorum iſta ſunt vocabula: De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. *De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud. *De tribu Beniamin, Elidad filius Chaſelō. *De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. *Filiorū Ioſeph de tribu Manaſſe, Haniel filius Ephod. * De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthā. *De tribu Zabulon, Eliſaphā filius Pharnach. *De tribu Iſſachar, dux Phaltiel filius Ozan. * De tribu Aſer, Ahiud filius Salomi. *De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. *Hi ſunt, quibus præcepit Dominus vt diuiderent filijs Iſrael Terram Chanaan.

*Ioſ. 14. a. 2

CAP. XXXV.

HÆc quoque locutus eſt Dominus ad Moyſen in campeſtribus Moab ſupra Iordanem, contra Iericho: *Præcipe filijs Iſrael vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis * vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum: vt ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis: * quæ à muris ciuitatum forinſecus, per circuitum, mille paſſuum ſpatio tendētur. *contra Orientem duo millia erunt cubiti, & contra Meridiem ſimiliter erunt duo millia: ad mare quoque, quod reſpicit ad Occidentem, eadem menſura erit, & ſeptentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntque vrbes in medio, & foris ſuburbana. *De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem: & exceptis his, alia quadraginta duo oppida, *id eſt, ſimul quadraginta octo cum ſuburbanis ſuis. *Ipſæque vrbes, quæ dabuntur de poſſeſſionibus filiorum Iſrael, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. ſinguli iuxta menſuram hereditatis ſuæ dabunt opida Leuitis. * Ait Dominus ad Moyſen: * Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: *Quando tranſgreſſi fueritis Iordanem in Terram Chanaan, *decernite quæ vrbes eſſe debeant in præſidia fugitiuorum, qui nolentes ſanguinem fuderint: * in quibus cùm fuerit profugus, cognatus occiſi non poterit eum occidere, donec ſtet in conſpectu multitudinis, & cauſa illius iudicetur. *De ipſis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur, *tres erūt trans Iordanem, & tres in Terra Chanaan, *tam filijs Iſrael quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens ſanguinem fuderit. *Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt: reus erit homicidij, & ipſe morietur. * Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: ſimiliter punietur. *Si lign& percuſſus interierit: percuſſoris ſanguine vindicabitur. *Propinquus occiſi, homicidam interficiet: ſtatim vt apprehenderit eum, interficiet. * Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per inſidias: *aut cùm eſſet inimicus, manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit: percuſſor, homicidij reus erit. cognatus occiſi ſtatim vt inuenerit eum, iugulabit. *Quòd ſi fortuitu, & abſque odio * & inimicitijs, quidquam horum fecerit, *& hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem & propinquum ſanguinis quęſtio ventilata: *liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per ſententiā in vrbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur. * Si interfector extra fines vrbium, quæ exulibus deputatæ ſunt, *fuerit inuentus, & percuſſus

*Ioſ. 21. a. 2

*Exod. 20. c. 8 Deut. 4. f. 41

*Deut. 19. a. 2 Ioſ. 20. a. 2

*Deut. 19. c. 11 Ioſ. 20. a. 3

cuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis: abſque noxa erit qui eum occiderit. *debuerat enim profugus vſque ad mortē Pontificis in vrbe reſidere. poſtquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram ſuā. *Hęc ſempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus veſtris. *Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. * Non accipietis pretium ab eo qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur. *Exules & profugi ante mortē Pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt: * ne polluatis terram habitationis veſtrę, quæ inſontium cruore maculatur: nec aliter expiari poteſt, niſi per eius ſanguinem, qui alterius ſanguinem fuderit. *Atque ita emundabitur veſtra poſſeſſio, me commorante vobiſcum. ego enim ſum Dominus qui habito inter filios Iſrael.

CAP. XXXVI.

ACceſſerunt *autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manaſſe de ſtirpe filiorum Ioſeph: locutiq́ue ſunt Moyſi coram principibus Iſrael, atque dixerunt: *Tibi domino noſtro, præcepit Dominus vt Terram ſorte diuideres filijs Iſrael, & vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam patri: *quas ſi alterius tribus homines vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua, & tranſlata ad aliam tribū, de noſtra hereditate minuetur. *atque ita fiet, vt cùm iubileus, id eſt, quinquageſimus annus remiſſionis aduenerit, confundatur ſortium diſtributio, & aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat. *Reſpondit Moyſes filijs Iſrael, & Domino præcipiente, ait: Rectè tribus filiorum Ioſeph locuta eſt. *& hæc lex ſuper filiabus Salphaad à Domino promulgata eſt: *Nubant quibus volunt, tantum vt ſuæ tribus hominibus: *ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua: *& cunctæ feminę de eadem tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in familijs, *nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant * vt à Domino ſeparatæ ſunt. Feceruntq́ue filiæ Salphaad, vt fuerat imperatum: * & nupſerunt, Maala, & Therſa, & Hegla, & Melcha, & Noa, filijs patrui ſui *de familia Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: & poſſeſſio, quæ illis fuerat attributa, manſit in tribu & familia patris earum. *Hæc ſunt mandata atque iudicia, quæ mandauit Dominus per manum Moyſi ad filios Iſrael, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho.

*Num. 27. a. 1

*Tob. 7. d. 14

LIBER DEVTERONOMII, HEBRAICE ELLE HADDEBARIM.

CAPVT PRIMVM.

HÆc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſrael trans Iordanē in ſolitudine campeſtri, contra Mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haſeroth, vbi auri eſt plurimum: *vndecim diebus de Horeb per viā montis Seir vſque ad Cadesbarne. * Quadrageſimo anno, vndecimo mēſe, prima die menſis, locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael omnia quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis: *poſtquam percuſſit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon: & Og regē Baſan, qui manſit in Aſtaroth, & in Edrái, *trans Iordanem in Terra Moab. Cœpitq́ue Moyſes explanare legem, & dicere: *Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb, dicēs: Sufficit vobis quòd in hoc monte manſiſtis: *reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cetera quæ ei proxima ſunt campeſtria atque montana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta littus maris, Terram Chananęorum, & Libani vſque ad flumen magnum Euphraten. * En, inquit, tradidi vobis: ingredi-

*Num. 21. a. 34

ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorum post eos. * Dixique vobis
Exod. 18. c. 18 illo in tempore: *"Non possum solus sustinere vos: quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi. (*Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerũ multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est.) *Nõ valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia. *Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes. *Tunc respondistis mihi: Bona res est, quam vis facere. *Tuliique de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula. *Præcepiq; eis, dicens: Audite illos, & *quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. *"Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. * Præcepique omnia quę facere deberetis. * Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam, quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumque venissemus in Cadesbarne, *dixi vobis: Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noster daturus est nobis. * Vide Terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: ascende & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quidquam paueas.
Num. 13. a. 4 *"Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros qui considerent Terram: & renuncient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. *Cumque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. *Qui cùm perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad Vallem botri: & considerata terra, *sumentes de fructibus eius, vt ostenderent vbertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt: Bona est terra, quã Dominus Deus noster daturus est nobis. *Et noluistis ascendere, sed increduli ad sermonẽ Domini Dei nostri *murmuraſtis in tabernaculis vestris, atque dixistis: Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. *Quò ascendemus? nuncij terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vsque munitæ, filios Enacim vidimus ibi. *Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos: *Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis videntibus. *Et in solitudine (ipse vidisti) portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. *Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro, *"qui præcessit vos in via, & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. * Cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit & ait: *"Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ Terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: *præter Caleb filium Iephone. ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram, quam calcauit, & filijs eius quia secutus est Dominum. *Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc: *sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli. *Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo Terram, & possidebunt eam. * Vos autem reuertimini & abite in solitudinem per viam Maris rubri. *"Et respondistis mihi: Peccauimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cumque instructi armis pergeretis in montem, *ait mihi Dominus: Dic ad eos: *Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. *Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia, ascendistis in montem. *Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma. *Cumque reuersi ploraretis coram Domino,

mino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. *Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

CAP. II.

PRofectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. *Dixitque Dominus ad me: *Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem: * & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. *Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. *Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. *Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. *Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem de Elath, & de Asiongaber, venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab. * Dixitque Dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quidquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi Ar in possessionem. * Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de Enacim stirpe, *quasi gigantes, crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. *In Seir autem prius habitauerunt Horrhæi: quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus. *Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eum. *Tempus autem, quo ambulauimus de Cadesbarne vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus: *cuius manus fuit aduersum eos, vt interirent de castrorum medio. * Postquam autem vniuersi ceciderunt pugnatores, *locutus est Dominus ad me, dicens: *"Tu transibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar: *& accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorũ Ammon, quia filijs Loth dedi eam in possessionem. *Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, *populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis, *sicut fecerat filijs Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam possident vsque in præsens. * Heuæos quoque, qui habitabãt in Haserim vsque Gazan, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. * Surgite, & transite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhęum, & terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum prælium. * Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo: vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. *"Misi ergo nuncios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens: * Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. * Alimenta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tantum est vt nobis concedas transitum, *sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar: donec veniamus ad Iordanem, & transeamus ad Terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. * Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. *Dixitque Dominus ad me: *Ecce cœpi tibi tradere Sehon, & terram eius, incipe possidere eam. * Egressusque est Sehon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa. *Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimusque eum cum filijs suis & omni populo suo. *Cunctasque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. nõ reliquimus in eis

quidquam. * Absque iumentis, quæ in partem venere prædantium: & spolijs vrbium,quas cepimus *ab Aroer,quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est,vsque Galaad.Nō fuit vicus & ciuitas, quæ nostras effugeret manus : omnes tradidit Dominus Deus noster nobis. *Absq; terra filiorum Ammō,ad quam non accessimus:& cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc,& vrbibus montanis, vniuersisq; locis,à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

35 36 37

CAP. III.

ITaque conuersi ascendimus per iter Basan: *egressusq; est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrāi. *Dixitque Dominus ad me: Ne timeas eum:quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua:faciesq; ei *sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum,qui habitauit in Hesebon. *"Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius:percussimusque eos vsque ad internecionem, *vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. non fuit oppidum , quod nos effugeret:sexaginta vrbes,omnem regionem Argob regni Og in Basan.*Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis,portisq; & vectibus,absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. *Et deleuimus eos , sicut feceramus Sehon regi Hesebō,disperdentes omnem ciuitatem, viroscq; ac mulieres & paruulos:*iumenta autem & spolia vrbium diripuimus. *Tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à torrēte Arnon vsque ad montem Hermon, *quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir: * omnes ciuitates , quæ sitæ sunt in planitie,& vniuersam Terram Galaad & Basan vsque ad Selcha & Edrāi ciuitates regni Og in Basan.*Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantū. Monstratur lectus eius ferreus,qui est in Rabbath filiorum Ammon , nouem cubitos habens longitudinis, & quattuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. *Terramque possedimus tempore illo ab Aroer,quę est super ripam torrentis Arnon , vsque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius *dedi Ruben & Gad. *Reliquam autem partem Galaad, & omnē Basan regni Og , tradidi mediæ tribui Manasse,omnem regionē Argob: cunctaq; Basan vocatur Terra gigantū. *Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan,Hauoth Iair,id est,Villas Iair, vsque in præsentem diem. *Machir quoque dedi Galaad.*Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra Galaad vsque ad Torrentē Arnon medium torrentis, & confinium vsque ad torrentem Ieboc,qui est terminus filiorū Ammon: *& planitiem solitudinis, atq; Iordanem , & terminos Cenereth vsque ad mare deserti,quod est salsissimū,ad radices montis Phasga contra orientē.*Præcepiq; vobis in tempore illo,dicēs:Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hereditatem,expediti prędite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti:*absque vxoribus,& paruulis , atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora , & in vrbibus remanere debebūt,quas tradidi vobis,*donec requiē tribuat Dominus fratribus vestris,sicut vobis tribuit:& possideant ipsi etiam Terram,quam daturus est eis trans Iordanē: tunc reuertetur vnusquisque in possessionē suam,quam dedi vobis.*"Iosue quoque in tempore illo præcepi , dicens:Oculi tui viderunt quę fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis , ad quæ transiturus es. * Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. *Precatusque sum Dominum in tempore illo, dicens:*Domine Deus,tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam,manumq; fortissimam. neque enim est alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua , & comparari fortitudini tuæ. * Transibo igitur , & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium , & Libanum. *Iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi : Sufficit tibi: nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. * Ascende cacumen Phasgæ , & oculos tuos circumfer ad occidentem , & ad aquilonem , austrumque & orientem , & aspice. *nec enim transibis Iordanem istum. * Præcipe Iosue, & corrobora eum atque confirma : quia ipse precedet populum istum , & diuidet eis Terram quam visurus es. * Mansimusque in valle contra fanum Phogor.

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 13 14 C 15 16 17 18 A 19 20 D 21 22 23 B 24 25 26 27 28 29

*Inf. 29. b. 7 *Num. 21. g. 33 *Num. 21. e. 21 *Num. 21. g. 35 *Num. 32. c. 29 *Num. 27. d. 18 *Infr. 31. a. 2. & 34. b. 4

CAP. IIII.

ET nunc Israel audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te:vt faciens ea, viuas , & ingrediens possideas Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorū daturus est vobis. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis. *"Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. *Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diē. *Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iustitias,sicut mandauit mihi Dominus Deus meus : sic facietis ea in Terra,quam possessuri estis: *& obseruabitis & implebitis opere. Hęc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis , vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna.*Nec est alia natio tam grandis,quæ habeat deos appropinquantes sibi,sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. * Quæ est enim alia gens sic inclyta,vt habeat ceremonias , iustaque iudicia , & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? *Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè. Ne obliuiscaris verborū, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. *Docebis ea filios ac nepotes tuos, *a die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb,quando Dominus locutus est mihi , dicens : Congrega ad me populum , vt audiant sermones meos , & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, docentque filios suos. *Et accessistis ad radices montis , qui ardebat vsque ad cælum: erantque in eo tenebræ , & nubes , & caligo. *Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis.Vocem verborum eius audistis, & formā penitus non vidistis. *Et ostendit vobis pactum suum,quod præcepit vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.*Mihiq; mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremonias & iudicia , quæ facere deberetis in Terra,quam possessuri estis.*Custodite igitur solicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem , in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: * ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem , aut imaginem masculi vel fœminæ , *similitudinem omnium iumentorum quę sunt super terram , vel auium sub cælo volantium,*atque reptilium quę mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis : *ne fortè eleuatis oculis ad cælum , videas Solem & Lunā,& omnia astra cæli,& errore deceptus adores ea & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus,quę sub cælo sunt.*Vos autem tulit Dominus,& eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hereditarium, sicut est in præsenti die. *"Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros , & iurauit vt non transirem Iordanem , nec ingrederer Terram optimam , quam daturus est vobis. *Ecce morior in hac humo, nō transibo Iordanem:vos transibitis,& possidebitis terram egregiam. *Caue ne quando obliuiscaris pacti Domini Dei tui,quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem eorum , quæ fieri Dominus prohibuit: *"quia Dominus Deus tuus ignis consumens est,Deus æmulator. *Si genueritis filios ac nepotes,& morati fueritis in Terra, deceptiq; feceritis vobis aliquam similitudinem , patrantes malum coram Domino Deo vestro , vt eum ad iracundiā prouocetis: *testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos esse de Terra , quam transito Iordane possessuri estis. non habitabitis in ea longo tempore,sed delebit vos Dominus, *atq; disperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est Dominus. *Ibiq; seruietis dijs,qui hominum manu fabricati sunt,ligno & lapidi qui non vident,nec audiunt,nec comedūt,nec odorantur.*Cumq; quæsieris ibi Dominum Deum tuum,inuenies eum: si tamē toto corde quæsieris, & tota tribulatione animę tuæ.*Postquam te inuenerint omnia quę prædicta sunt , nouissimo tempore reuertēris ad Dominum Deum tuum,& audies vocē eius.*Quia Deus misericors, Dominus Deus tuus est : nō dimittet te, nec omnino delebit , neque obliuiscetur pacti,in quo iurauit patribus tuis.*Interroga de diebus antiquis,qui fuerunt ante te ex die quo creauit Deus hominem super terram,à summo cælo vsque ad summum eius, si facta est aliquādo huiusce modi res,aut vmquam cognitum est,*vt audiret populus vocem Dei loquentis de

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 C 15 16 17 18 19 20 21 22 D 23 24 B 25 26 27 28 29 E 30 31 32 33

*"Num. 25. d. 4 *Sup. 1. f. 37 *Heb. 12. g. 29 *Sup. 4. d. 18

medio ignis, sicut tu audisti & vixisti: *si fecit Deus vt ingrederetur,& tolleret sibi Gentem de medio nationum,per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumque brachium, & horribiles visiones, iuxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester in Ægypto, videntibus oculis tuis:*vt scires quoniam Dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum. *De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis, *quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. *Eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto, *vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretque tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die. *Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quòd Dominus ipse sit Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius. *Custodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tempore super Terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam,*vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum aliquam vrbium possit euadere: *Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben:& Ramoth in Galaad,quæ est in tribu Gad:& Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. *Ista est lex, quam proposuit Moyses coram filijs Israel,*& hæc testimonia & ceremoniæ atque iudicia, quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto, *trans Iordanem in valle contra fanum Thogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filij quoque Israel egressi ex Ægypto *possederunt terram eius, & terram Og regis Basan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum: *Ab Aroer,quæ sita est super ripam torrentis Arnon, vsque ad montem Sion, qui est & Hermon, *omnem planitiem trans Iordanem ad Orientalē plagam, vsque ad mare solitudinis, & vsq; ad radices montis Phasga.

*Exod. 13. d. 21 — *Num. 35. a. 6 — *Ios. 20. c. 8

CAP. V.

VOcauitq; Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi Israel cerimonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. *Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. *Nō cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum qui inpræsentiarum sumus, & viuimus. *Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. *Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annunciarem vobis verba eius. timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem, & ait: *"Ego Dominus Deus tuus,qui eduxi te de Terra Ægypti, de domo seruitutis. *"Non habebis deos alienos in conspectu meo.*"Non facies tibi sculptile,nec similitudinem omniū,quę in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum,& quę versantur in aquis sub terra.* Non adorabis ea, & non coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus: Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiā & quartam generationem his qui oderunt me, * & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. *"Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. *Obserua diem Sabbati, vt sanctifices eum,sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. *"Septimus dies Sabbati est,id est,requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operis tu,& filius tuus,& filia, seruus & ancilla, & bos, & asinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus tuus,& ancilla tua,sicut & tu.*Memento quòd & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi vt obseruares diem Sabbati. *"Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in Terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Non occides. *Neque mœchaberis.*Furtumq; non facies.*Nec loquēris contra proximū tuum falsum testimonium. * Non concupisces vxorem proximi tui: non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem,

*Exod. 20. c. 2 — *Leu. 26. a. 1 — *Deut. 6. a. 4 — *Exod. 34. c. 14 — *Exod. 20. b. 7 — *Leui. 19. c. 12 — *Mat. 5. c. 33 — *Exod. 20. b. 10 — *Gen. 2. c. 3 — *Heb. 4. b. 4 — *Exod. 20. c. 12 — *Matth. 19. d. 18 — *Rom. 7. b. 7

non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. *Hęc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. *Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, & maiores natu, atque dixistis: *Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam. vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. * Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus?Si enim audierimus vltrà vocem Domini Dei nostri, moriemur. *Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis,qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere? *Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi:loquērisque ad nos,& nos audientes faciemus ea.*Quod cùm audisset Dominus, ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi:bene omnia sunt locuti.*Quis det talem eos habere mentem,vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis & filijs eorum in sempiternum? *Vade & dic eis: Reuertimini in tentoria vestra.*Tu verò hìc sta mecū, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia: quæ docebis eos, vt faciant ea in Terra, quam dabo illis in possessionem. *Custodite igitur & facite quę præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: *sed per viam,quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis, & protelentur dies in terra possessionis vestræ.

CAP. VI.

HÆc sunt præcepta, & ceremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester vt docerem vos,& faciatis ea in Terra, ad quam transgredimini possidendam: * vt timeas Dominum Deum tuum,& custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, & filijs, ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui. *Audi Israel, & obserua vt facias quę præcepit tibi Dominus,& bene sit tibi, & multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrū tuorum tibi terram lacte & melle manantē. *Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est.*"Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota fortitudine tua.*Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo. *& narrabis ea filijs tuis,& meditaberis in eis sedens in domo tua,& ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. * Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, *scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ. *Cumq; introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, pro qua iurauit patribus tuis, Abraham,Isaac,& Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non ædificasti, *domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, cisternas,quas non fodisti, vineta & oliueta, quæ non plātasti, *& comederis, & saturatus fueris: *caue diligenter, ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis. *Dominum Deum tuū timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. *Non ibitis post deos alienos cunctarum Gentium, quæ in circuitu vestro sunt: *quoniam Deus æmulator, Dominus Deus tuus in medio tui: nequando iracatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. *Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. *Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: *& fac quod placitum est & bonum in conspectu Domini,vt bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimam, de qua iurauit Dominus patribus tuis, *vt deleret omnes inimicos tuos coram te, *sicut locutus est. *Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid sibi volunt testimonia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis? *dices ei: Serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti: *fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius, in conspectu nostro, *& eduxit nos inde, vt introductis daret Terrā, super qua iurauit patribus nostris. *Præcepitq; nobis Dominus, vt faciamus omnia legitima hęc, & timeamus Dominum Deum nostrū,

*Matt. 22. d. 36 — *Marc. 12. c. 30 — *Luc. 10. b. 27 — *Inf. 11. b. 13 — *Matt. 4. b. 7 — *Luc. 4. b. 12 — *Infrà 10. d. 20

vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. *Eritq; nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis.

CAP. VII.

CVm introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, quam possessurus ingrederis, & deleuerit Gentes multas coram te, *Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, septem Gentes multo maioris numeri quam tu es, & robustiores te: *tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionē. *Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, *neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: *quia seducet filiū tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis. iraſcetuŕque furor Domini, & delebit te citò. *Quin potiùs hæc facietis eis: *Aras eorum subuertite, & cōfringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite. *Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. *Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cùm omnibus sitis populis pauciores: *sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris: eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. *Et scies, quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes: *& reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltrà non differat, protinus eis restituens quod merentur. *Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie vt facias. *Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi, & misericordiam quam iurauit patribus tuis: *& diliget te ac multiplicabit, benedicétque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouiū tuarum super Terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. *Benedictus eris inter omnes populos. *Non erit apud te sterilis vtriusq; sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. *Auferet Dominus à te omnem languorem: & infirmitates Ægypti pessimas, quas nouisti, nō inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. *Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorum, ne sint in ruinam tui. *Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gentes istæ quàm ego, quo modo potero delere eas? *noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Ægyptijs, *plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumque robustam, & extentum brachium, vt educeret te Dominus Deus tuus. sic faciet cunctis populis, quos metuis. *Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atq; disperdat qui te fugerint, & latere potuerint. *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis: *ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atq; per partes. Non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. *Dabitq; eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur. *Tradetq; reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorū sub cælo: nullus poterit resistere tibi, donec cōteras eos. *Sculptilia eorū igne combures: non concupisces argentum & aurū, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offēdas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. *Nec inferes quippiam ex idolo in domū tuā, ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiā detestaberis, & velut inquinamentū ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

CAP. VIII.

OMne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressíque possideatis Terram, pro qua iurauit Dominus patribus vestris. *Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertū, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrùm custodires mandata illius, an non. *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas

rabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. *Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. *Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus eruditit te, *vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum. *Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarumque & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi: *terrā frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & oliueta nascuntur: terram olei ac mellis. *Vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerū omnium abundantia perfruēris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: *vt cùm comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quā dedit tibi. *Obserua, & caue nequando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie: *ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, *habuerisque armenta boum, & ouium greges, argenti & auri cunctarumque rerum copiam, *eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis: *& ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, *in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquę: qui eduxit riuos de petra durissima, *& cibauit te Manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. *Et postquam afflixit ac probauit, ad extremum misertus est tui, *ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt. *Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies. *Sin autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris deos alienos, coluerisq; illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino dispereas. *Sicut Gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri.

CAP. IX.

AVdi Israel: Tu transgredieris hodie Iordanē, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes & ad cælum vsque muratas, *populum magnum atq; sublimem, filios Enacim, quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. *Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipse transibit ante te, ignis deuorans atque consumens, qui conterat eos & deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi. *Ne dicas in corde tuo, cùm deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem, cùm propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. *Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui, ingredieris vt possideas terras earum: sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt: & vt compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramēto pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. *Scito ergo quòd nō propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionē, cùm durissimę ceruicis sis populus. *Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in solitudine. Ex eo die, quo egressus es ex Ægypto vsq; ad locum istum, semper aduersum Dominum contendisti. *Nam & in Horēb prouocasti eū, & iratus delere te voluit, *quando ascendi in montē, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscū Dominus: & perseueraui in mōte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. *Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba quę vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est. *Cumq; transissent quadraginta dies, & totidē noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, *dixitq; mihi: *Surge, & descende hinc citò: quia populus tuus, quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quam demonstrasti eis, feceruntq; sibi conflatile. *Rursumq; ait Dominus ad me: Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit: *dimitte me vt conterā eum, & deleam nomē eius de sub cælo, & constituā te super

Gentem, quæ hac maior & fortior sit.
*Cumque de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtraque teneré manu,*vidissemq; vos peccasse Domino Deo vestro, & feciſſe vobis vitulũ conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius,quã vobis ostenderat:*proieci tabulas de manibus meis, confregique eas in conspectu vestro. *Et procidi ante Dominũ sicut priùs, quadraginta diebus & noctibus panẽ non comedens, & aquam non bibens,propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis: *timui enim indignationem & iram illius, qua aduersum vos concitatus,delere vos voluit. Et exaudiuit me Dominus etiam hac vice. *Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum.*Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vitulum, arripiens,igne combussi,& in frusta comminuens, omninoque in puluerem redigens, proieci in torrentem, qui de monte descendit. *In incendio quoque & in tentatione, & in Sepulchris concupiscentiæ prouocastis Dominum: *& quando misit vos de Cadesbarne,dicens: Ascendite, & possidete Terram, quam dedi vobis, & contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis: *sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. *Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus: *& orans dixi: Domine Deus, ne disperdas populũ tuum, & hereditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua,quos eduxisti de Ægypto in manu forti.*Recordare seruorum tuorum, Abraham, Isaac, & Iacob: ne aspicias duritiam populi huius,& impietatem atque peccatum: *ne fortè dicant habitatores terræ, de qua eduxisti nos: Non poterat Dominus introducere eos in Terram, quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine.*qui sunt populus tuus & hereditas tua,quos eduxisti in fortitudine tua magna,& in brachio tuo extẽto.

*Num. 11. a. 1. 16. a. 1 21. d. 5

CAP. X.

*Exod. 34. a. 1 IN*tempore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerũt,& ascende ad me in montem: facieſq; arcam ligneam,*& scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confregisti, poneſque eas in arca. *Feci igitur arcam de lignis settim.Cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum,ascendi in montem,habens eas in manibus. *Scripsitque in tabulis,iuxta id quod priùs scripserat, verba decem, quæ locutus est Dominus ad vos in mõte de medio ignis, quando populus congregatus est: & dedit eas mihi. *Reuersusque de monte, descendi, & posui tabulas in arcam,quam feceram, quæ hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus.*Filij autem Israel mouerunt castra ex Beroth filiorum Iacan in Mosera, vbi *Aaron mortuus ac sepultus est, pro quo, sacerdotio functus est Eleazar filius eius. *Inde venerunt in Gadgad:de quo loco profecti, castrametati sunt in Ietebatha, in Terra aquarum atque torrentium.*Eo tempore separauit tribũ Leui, vt portaret arcã fœderis Domini, & staret corã eo in ministerio, ac beneditceret in nomine illius vsque in præsentẽ diem. *Quam ob rem non habuit Leui partẽ, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse Dominus possessio eius est,sicut promisit ei Dominus Deus tuus. *Ego autem steti in monte,sicut priùs,quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiam hac vice,& te perdere noluit. *Dixitque mihi: Vade,& præcede populum, vt ingrediatur, & possideat Terram, quam iuraui patribus eorũ vt traderem eis. * Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te,nisi vt timeas Dominum Deum tuum,& ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: *custodiasq; mandata Domini, & ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, vt bene sit tibi? *Ecce Domini Dei tui cælum est,& cælum cæli,terra,& omnia quæ in ea sunt: *& tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus,& amauit eos, elegitq; semen eorum post eos, id est vos, de cunctis Gentibus, sicut hodie cõprobatur. *Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius: *quia Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium,Deus magnus & potens,& terribilis,qui*personã non accipit,nec munera. *Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atq; vestitum.*& vos ergo amate peregrinos,quia

*Num. 33. d. 31 *Num. 20. d. 28

*Act. 10. b. 34 2. *Par. 19. c. 7 *Iob* 34. b. 19 *Sap.* 6. b. 9 *Eccli.* 35. c. 15 *Rom.* 2. b. 11 *Gal.* 2. b. 6

& ipsi fuistis aduenæ in Terra Ægypti.
*Dominum Deum tuum timebis, & ei soli seruies: ipsi adhærebis, iurabisque in nomine illius. *Ipse est laus tua,& Deus tuus, qui fecit tibi hęc magnalia & terribilia,quæ viderunt oculi tui. *In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum:& ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cæli.

*Exp. 4. b. 11 *Mat. 4. b. 10 *Luc. 4. b. 8 *Gen. 46. b. 27 *Act. 7. a. 5

CAP. XI.

AMa itaque Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia atque mandata, omni tempore. *Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius & robustam manum, extentumq; brachium, *signa & opera quę fecit in medio Ægypti Pharaoni regi,& vniuersæ terræ eius, *omnique exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus: quo modo operuerint eos aquę maris rubri, cùm vos persequerentur, & deleuerit eos Dominus vsque in præsentem diem:*vobisque quæ fecerit in solitudine,donec veniretis ad hunc locum: *& *Dathan atque Abiron filijs Eliab,qui fuit filius Ruben:quos *aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israel. *Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit, *vt custodiatis vniuersa mãdata illius,quę ego hodie præcipio vobis, & possitis introire, & possidere Terrã,ad quam ingredimini, *multoque in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem.*Terra enim, ad quam ingrederis possidendã, non est sicut Terra Ægypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ:*sed montuosa est & campestris, de cælo expectans pluuias. *quam Dominus Deus tuus semper inuisit,& oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. *Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum vestrum,& seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: *dabit pluuiam terræ vestrę temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, *fœnumque ex agris ad pascenda iumenta, & vt ipsi comedatis ac saturemini. * Cauete ne fortè decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, seruiatisq; dijs alienis,& adoretis eos:*iratusq; Dominus claudat cælum,& pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum, pereatisque velociter de terra optima, quam Dominus daturus est vobis.*Ponite hęc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. *Docete filios vestros vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque surrexeris. *Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ: *vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in Terra, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis quamdiu cælum imminet terrę. *Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei, *disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt. *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Eufrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. *Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: *benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: *maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis. *Cùm verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal: *qui sunt trans Iordanem, post viam quæ vergit ad solis occubitum, in Terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrantem procul. *Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt possideatis illam. *Videte ergo vt impleatis ceremonias atque iudicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

*Sup. 6. b. 6 *Iesa. 1. a. 3

CAP. XII.

HÆc sunt præcepta atque iudicia, quæ facere debetis in Terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus quibus super humũ gradiêris. *Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum. *Dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: disperdite nomina eorum de locis illis. *Non facietis ita Domino Deo vestro: *sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis: *& offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ouium. * Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri: ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester. *Non facietis ibi quæ nos hîc facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. * Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. *Transibitis Iordanem, & habitabitis in Terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum: & absque vllo timore habitetis *in loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo. illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum: & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vouebitis Domino. * Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos & filij ac filiæ vestræ, famuli & famulæ, atque Leuites qui in vrbibus vestris commoratur. neque enim habet aliam partem & possessionem inter vos. *Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: *sed in eo, quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies quęcumque præcipio tibi. *Sin autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionem Domini Dei tui, quã dedit tibi in vrbibus tuis: siue immundum fuerit, hoc est, maculatum & debile: siue mundum, hoc est, integrum & sine macula, quod offerri licet, sicut capream & ceruum, comedes, *absque esu dumtaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes. *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum: *sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & seruus & famula, atque Leuites qui manet in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram Domino Deo tuo, in cunctis ad quæ extenderis manũ tuam. *Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. *Quando dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, *sicut locutus est tibi, & volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua: *locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis & pecoribus, quæ habueris, sicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. *Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vescêris eis: & mundus & immundus in commune vescentur. *Hoc solum caue, ne sanguinem comedas. sanguis enim eorum pro anima est: & idcirco non debes animã comedere cum carnibus: * sed super terram fundes quasi aquam, *vt bene sit tibi & filijs tuis post te, cùm feceris quod placet in conspectu Domini. *Quæ autem sanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegerit Dominus: * & offeres oblationes tuas carnem & sanguinem super altare Domini Dei tui: sanguinem hostiarum fundes in altari: carnibus autem ipse vescêris. * Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi & filijs tuis post te in sempiternum, cùm feceris quod bonum est & placitum in cõspectu Domini Dei tui. *Quando disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingrediêris possidendas, & possederis eas, atque habitaueris in terra earum: *caue ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersæ, & requiras ceremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. *Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas auersatur Dominus, fecerunt

*Sup. 7. d. 25 2. Mac. 12. g. 40

*Gen. 28. c. 14 *Inf. 19. b. 8 Exod. 34. c. 24

*Inf. 19. a. 1

dijs suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.

CAP. XIII.

SI surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, *& euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: *non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrùm diligatis eum an nõ, in toto corde, & in tota anima vestra. *Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. *Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de Terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. * Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuam, clàm dicens: Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu, & patres tui, * cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxtà vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terrę, *non acquiescas ei, nec audias, neque pareat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eum, *sed statim interficies. *sit primùm manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manum. *Lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis: *vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quippiam huius rei simile. *Si audieris in vna vrbium tuarũ, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: * Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suę, atque dixerunt: Eamus, & seruiamus dijs alienis quos ignoratis: *quære solicitè & diligenter, rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, *statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, ac omnia quæ in illa sunt, vsque ad pecora. * quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. non ædificabitur amplius, *& non adhærebit de illo anathemate quidquã in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te sicut iurauit patribus tuis, * quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

CAP. XIIII.

FIlij estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo. *quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt sis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus quæ sunt super terram. *Ne comedatis quæ immunda sunt. *Hoc est animal quod comedere debetis, Bouem, & ouem, & capram, *ceruum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, cameloparda lum. *Omne animal, quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. *De his autem quæ ruminãt, & vngulam non findunt, comedere non debetis, vt camelum, leporem, chœrogryllũ: hęc quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. *Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. *Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis: Quę habent pinnulas & squamas, comedite: *quæ absq; pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. *Omnes aues mundas comedite. *Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & haliæetum, *ixion, & vulturem ac miluum iuxta genus suum: * & omne coruini generis, *& struthionem, ac noctuam, & larum, atque accipitrem iuxta genus suũ: *herodium ac cygnũ, & ibin, *ac mergulum, porphyrionẽ. & nycticoracem, *onocrotalũ, & charadrium, singula in genere suo: vpupã quoque & vespertilionem. * Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur. *Omne quod mundum est, comedite. * Quidquid autẽ morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut

*Sup. 17. b. 7

vende ei:quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. *Non coques hœdũ in lacte matris suæ. *Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos, *& comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit vt in eo nomẽ illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis:vt discas timere Dominũ Deum tuum omni tempore. *Cùm autem longior fuerit via, & locus quẽ elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, *vendes omnia, & in pretium rediges, portabisque manu tua,& proficiscêris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus: * & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, siue ex armentis,siue ex ouibus, vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua:& comedes coram Domino Deo tuo,& epulaberis tu & domus tua; * & Leuites qui intra portas tuas est: caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. * Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quę nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. *Venietque Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent & saturabuntur:vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

*Exod. 23. d. 19. 34. c. 26

CAP. XV.

SEptimo anno facies remissionẽ, *quę hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. * A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. *Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem. * Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quę iussit,& quæ ego hodie prȩcipio tibi,benedicet tibi,vt pollicitus est. *Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. * Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus tuus dat-

B
1
2
3
4
D
5
6
7

rus est tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, *sed aperies eam pauperi, *& dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. *Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis; & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra tè ad Dominum,& fiat tibi in peccatum. *Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. *Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi,in septimo anno dimittes eum liberum: *& quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patiêris: *sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. * Memento quòd & ipse seruieris in Terra Ægypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. *Sin autem dixerit: Nolo egredi: eò quòd diligat te, & domum tuam,& bene sibi apud te esse sentiat: *assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum. ancillæ quoque similiter facies. *Non auertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quę agis. *De primogenitis,quę nascuntur in armentis,& in ouibus tuis, quidquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo.Nõ operaberis in primogenito bouis,& non tondebis primogenita ouiũ. *In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos,in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. *Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum,aut in aliqua parte deforme vel debile,nõ immolabitur Domino Deo tuo. *sed intra portas vrbis tuæ comedes illud:tã mundus quàm immundus similiter vescentur eis, quasi caprea & ceruo. *Hoc solum obseruabis,vt sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

*Math. 5. g. 43 Luc. 6. c. 34

*Mat. 26. a. 10

*Exod. 21. a. 2 Ier. 34. c. 14

*Leuit. 22. f. 20 Eccli. 35. b. 14

CAP.

CAP. XVI.

OBserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. *Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ouibus,& de bobus, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. *Non comedes in eo panem fermentatum:Septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Ægypto:vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ. *Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo vsque mane. *Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi; *sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi:immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto. *Et coques, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, manęque consurgẽs vades in tabernacula tua. *Sex diebus comedes azyma:& in die septima, quia collecta est Domini Dei tui,non facies opus. *Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris. *& celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuę,quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui: *& epulaberis coram Domino Deo tuo,tu,filius tuus,& filia tua,seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: * & recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto:custodiesque ac facies quæ præcepta sunt. * Sollemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies,quando collegeris de area & torculari fruges tuas: * & epulaberis in festiuitate tua, tu, filius tuus & filia, seruus tuus & ancilla, Leuites quoque & aduena, pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt. *Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis,in loco quem elegerit Dominus:benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum

1
A
2
3
4
5
C
6
7
B
8
9
10
11
12
13
14
15

tuarum,erisq; in lætitia. *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuũ in conspectu Domini Dei tui, in loco quẽ elegerit: in sollemnitate azymorum,in sollemnitate hebdomadarum, & in sollemnitate tabernaculorũ. Non apparebit ante Dominum vacuus. *Sed offeret vnusquisq; secundùm quod habuerit iuxta benedictionẽ Domini Dei sui, quã dederit ei. *Iudices & magistros cõstitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populũ iusto iudicio, *nec in alteram partem declinẽt. *Non accipies personã, nec munera:quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. *Iustè quod iustum est persequêris: vt viuas & possideas Terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. *Non plantabis lucum,& omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. *Nec facies tibi,neque constitues statuam: quæ odit Dominus Deus tuus.

16
17
18
19
20
21
22

*Exod. 23. c. 15. 34. c. 20 Eccli. 35. a. 6

*Sup. 1. c. 27 Leuit. 19. c. 15 Exod. 23. b. 8 Eccli. 20. d. 31

CAP. XVII.

NOn immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo est macula, aut quippiam vitij: quia abominatio est Domino Deo tuo. *Cùm reperti fuerint apud te,intra vnam portarum tuarũ quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, *vt vadant & seruiant dijs alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi: *& hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel: *educes virum ac mulierẽ,qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. *In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. *Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem,causam & causam, leprã & lepram: & iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum, quẽ elegerit Dominus Deus tuus. *Venieque ad sacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæreque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij

1
A
2
3
4
5
C
6
7
B
8
9

*Infrà 19. d. 15 Matt. 18. b. 16 2. Cor. 13. a. 1 Sup. 13. c. 9

*2. Par. 19 c. 10

veritatem.

veritatem. *Et facies quodcumque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus,& docuerint te *iuxta legem eius; 11 6 B
sequêrisque sententiam eorum. nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram.
*Qui autem superbierit, nolens obedire 12
sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis,morietur homo ille, & auferes malũ de Israel:*cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. * Cùm ingressus fueris Terram, 14 9
quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisque in illa, & dixeris: Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: *eum constitues, quem Dominus 15
Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. * Cumque fuerit constitutus, non 16
multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero D
sublevatus,præsertim cùm Dominus præceperit vobis, vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini.*Non habebit vxores plurimas,quæ alliciant animum eius,neque argenti & auri immensa pondera. *Postquam autem sederit in 18
solio regni sui,describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine,accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, * & habebit secum, legetque illud 19
omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. * Nec eleuetur cor 20
eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram,vt longo tempore regnet ipse,& filij eius, super Israel.

CAP. XVIII.

Sup. 10. b. 9 Num. 18. c. 20 1. Cor. 9. b. 13
NOn *habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu 1
sunt, partem & hereditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini,& oblationes eius comedent, * & nihil aliud 2
accipient de possessione fratrum suorum: Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. *Hoc erit iudicium 3
sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: siue bouem, siue ouem immolauerint, dabunt sacerdoti armum ac
Num. 18. c. 21 ventriculum: *primitias frumenti, vini, 4
& olei, & lanarum partem ex ouium tonsione. *Ipsum enim elegit Dominus 5
Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt stet,& ministret nomini Domini ipse, & filij eius in sempiternum. *Si exierit Le- 6 B
uites ex vna vrbium tuarum ex omni Israel in qua habitat,& voluerit venire,desiderãs locum quem elegerit Dominus,
*ministrabit in nomine Domini Dei sui, 7
sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino. *Partem ciborum eamdem accipiet, quam & 8
ceteri: excepto eo,quod in vbe sua ex paterna ei successione debetur. * Quando 9
ingressus fueris Terram,quam Dominus Deus tuus dabit tibi,caue ne imitari velis
Leuit. 20. d. 27 abominationes illarum gentium. *nec 10
inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos scisciteturr,& obseruet somnia atq;
1. Reg. 28. a. 7 auguria, nec sit maleficus, *nec incantator, nec qui pythones consulat,nec diuinos, *aut quærat à mortuis veritatem. 11
*omnia enim hæc abominatur Dominus,& propter istiusmodi scelera delebit 12 C
eos in introitu tuo. * perfectus eris, & 13
absque macula cum Domino Deo tuo.
*Gentes istæ, quarum possidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à
Domino Deo tuo aliter institutus es.
*Ioan. 1. c. 45 Act. 3. d. 22 *Exod. 20. d. 21* *PROPHETAM de gente tua & de 15
fratribus tuis sicut me,suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, *vt pe- 16
tisti à Domino Deo tuo in Horeb, quãdo concio congregata est,atq; dixisti: Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei,
& ignem hunc maximum amplius non 17
videbo,ne moriar. *Et ait Dominus mihi: Bene omnia sunt locuti. *Prophetam 18
Ioan. 1. c. 45 suscitabo eis de medio fratrum suorũ similem tui: & ponam verba mea in ore D
eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. *qui autem verba eius,quę 19
loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. *Propheta autem 20
qui arrogantiá deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quę ego non præcepi illi
vt diceret, aut ex nomine alienorum 21
deorum, interficietur. * Quòd si tacita cogitatione responderis: Quo modo
possum intelligere verbum, quod Do- 22
minus non est locutus? *hoc habebis signum: Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit:
hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit:
& idcirco non timebis eum.

CAP.

CAP. XIX.

Num. 35. a. 10 Deut. 20. a. 2
CVm disperdiderit Dominus Deus 1
tuus gentes,quarum tibi traditurus A
est terram,& possederis eam,habitaueris- 2
que in vrbibus eius & in ædibus: *tres ciuitates separabis tibi in medio Terræ,
quam Dominus Deus tuus dabit tibi in
possessionem, *sternens diligenter viam: 3
& in tres æqualiter partes totam Terræ tuę prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus
est, quò possit euadere.*Hæc erit lex ho- 4
micidæ fugientis,cuius vita seruanda est:
Qui percusserit proximum suum ne-
sciens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur: *sed abijsse cum eo simpliciter 5
in siluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu,ferrumque lapsum de manubrio amicum
eius percusserit,& occiderit:hic ad vnam
suprædictarum vrbium confugiet, & vi- B
uet: *ne forsitan proximus eius,cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, per- 6
sequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius,qui
non est reus mortis: quia nullum contra
eum,qui occisus est,odium priùs habuisse
monstratur. *Idcirco præcipio tibi, vt 7
tres ciuitates æqualis inter se spatij diuidas. *Cùm autem dilatauerit Dominus 8 4
Gen. 28. a. 14 Deut. 12. a. 20 Exod. 34. a. 24 Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit
patribus tuis, & dederit tibi cunctã Terram, quam eis pollicitus est, *(si tamen 9 5
custodieris mandata eius, & feceris quæ
hodie præcipio tibi,vt diligas Dominum
Deum tuũ, & ambules in vijs eius omni tempore)addes tibi tres alias ciuitates, &
suprædictarum trium vrbium numerum
duplicabis: *vt non effundatur sanguis 10 6
innoxius in medio Terræ, quam Domi- C B
nus Deus tuus dabit tibi possidendam,ne
Num. 35. a. 30 sis sanguinis reus. *Si quis autem odio 11
habens proximũ suum, insidiatus fuerit
vitæ eius,surgensque percusserit illum,& mortuus fuerit,fugeritq; ad vnam de su- 7
prædictis vrbibus,*mittent seniores ciuitatis illius,& arripient eum de loco effugij, tradentque in manu proximi, cuius 12
sanguis effusus est, & morietur. *Non 13
miserebereris eius, & auferes innoxiũ sanguinem de Israel, vt bene sit tibi. *Non 14
assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione
tua,quam Dominus Deus tuus dabit tibi
in Terra, quam acceperis possidendam. 15
*Non stabit testis vnus contra aliquem, D
quidquid illud peccati & facinoris fuerit:
sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum *Si steterit testis men- 16
dax contra hominem,accusans eum pre-
uaricationis, *stabunt ambo, quorum 17
causa est, ante Dominum in conspectu
sacerdotum & iudicum qui fuerint in
diebus illis. *Cumq; diligentissimè per- 18
Dan. 13. g. 62 scrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium:
19 *reddent ei sicut fratri suo facere cogita-
uit, & auferes malum de medio tui: *vt 20
audientes ceteri timorem habeant,& nequaquam talia audeant facere.*Non mi- 21
Exod. 21. c. 23. 24 Leu. 24. c. 19 Matth. 5. f. 39. sereberis eius,*sed animam pro anima,oculum pro oculo,dentem pro dente,manum pro manu, pedem pro pede exiges.

CAP. XX.

SI exieris ad bellũ contra hostes tuos, 1
& videris equitatus & currus, & ma- A
iorem quàm tu habeas aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos:quia
Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de Terra Ægypti.*Appropinquãte 2
autem iam prælio, stabit sacerdos ante
aciem, & sic loquetur ad populũ: *Audi 3
Israel,vos hodie contra inimicos vestros
pugnam committitis, non pertimescat
cor vestrum,nolite metuere,nolite cedere, nec formidetis eos: * quia Dominus 4
Deus vester in medio vestri est,& pro vobis contra aduersarios dimicabit,vt eruat
vos de periculo. *Duces quoque per sin- 5
gulas turmas audiente exercitu proclamabunt: *Quis est homo qui ædificauit *1. Mac. 3. g. 56*
domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne
fortè moriatur in bello, & alius dedicet
eam. *Quis est homo qui plantauit vi- 6 B
neam, & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat,
& reuertatur in domum suam: ne fortè
moriatur in bello,& alius homo eius fũgatur officio.*Quis est homo qui despõdit vxorem,& non accepit eam? vadat,& 7
reuertatur in domũ suam, ne fortè moriatur in bello,& alius homo accipiat eã.
*His dictis addent reliqua, & loquentur 8
ad populum:*Quis est homo formidolo- *Iudic. 7. a. 3*
sus,& corde pauido?vadat, & reuertatur
in domum suam, ne pauere faciat corda
fratrum suorũ, sicut ipse timore perter- 9
ritus est. *Cumque siluerint duces exer- C
citus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos ad bellandum cuneos præ-

parabit.

parabit. *Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatẽ, offeres ei primùm pacem. *Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. *Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. *Cumq; tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt, in ore gladij, *abſque mulieribus & infantibus, iumentis, & ceteris quæ in ciuitate ſunt. Omnem prædã exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtium tuorũ, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. *Sic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul valde ſunt, & nõ ſunt de his vrbibus, quas in poſſeſſionem accepturus es. *De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere: *ſed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuęũ, & Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: *ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipſi operati ſunt dijs ſuis: & peccetis in Dominum Deum veſtrum. *Quando obſederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circũdederis vt expugnes eam, non ſuccîdes arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt, & non homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum. *Si qua autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in ceteros apta vſus, ſuccîde, & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem, quæ contra te dimicat.

10 11 12 13 14 19 20

CAP. XXI.

QVando inuentum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, *egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpatia ciuitatũ: *& quam viciniorem ceteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcidit vomere, *& ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quę numquam arata eſt, nec ſementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulæ: *accedentque ſacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum,

1 2 3 4 5

omne negotium, & quidquid mundum, vel immundũ eſt, iudicetur. *Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus ſuas ſuper vitulam, quæ invalle percuſſa eſt, *& dicent: Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. *propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis: *tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fuſus eſt, cùm feceris quod præcepit Dominus. *Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſq; duxeris, *& videris in numero captiuorum mulierẽ pulchram, & adamaueris eam, volueriſq; habere vxorem, *introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circumcidet vngues, *& deponet veſtẽ, in qua capta eſt: ſedenſq; in domo tua, flebit patrẽ & matrem ſuam vno menſe: & poſtea intrabis ad eam, dormieſque cum illa, & erit vxor tua. *Si autem poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiã: quia humiliaſti eam. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam, genuerintq; ex eo liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, *voluerităq; ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitũ, & præferre filio odioſæ, *ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabităq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. *Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contemſerit: *apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, *dicentque ad eos: Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuijs: *lapidibus eũ obruet populus ciuitatis: & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. *Quando peccauerit homo quod morte plectendũ eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: *non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia *maledictus à Deo eſt qui pendet in

6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

*Gal. 3. b. 13

ligno:

ligno: & nequaquam contaminabis Terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

CAP. XXII.

*Iud. 21. b. 4

NOn *videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo, *etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat eã frater tuus, & recipiat. *Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienã. *Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſublevabis eum eo. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte feminea: abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. *Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis deſuper incubantem: non tenebis eam cum filijs: *ſed abire patièris, captos tenens filios: vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. *Cùm ædificaueris domum nouam, facies murũ tecti per circuitum: ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente. *Non ſeres vineam tuam altero ſemine: ne & ſementis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. *Non arabis in boue ſimul & aſino. *Non induêris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt. *Funiculos in fimbrijs facies per quattuor angulos pallij tui, quo operièris. *Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, *quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen peſſimum, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam non inueni virginem: *tollent eam pater & mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt: *& dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, *imponit ei nomen peſſimum, vt dicat: Non inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ. expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis: *apprehendentq; ſenes vrbis illius virũ, & verberabunt illum, *condemnantes inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam diffamauit nomen peſſimum ſuper virginem Iſrael: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ

Num. 15. b. 38

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

ſuæ. *Quòd ſi verum eſt quod obiicit, & non eſt in puella inuenta virginitas: *eiicient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malum de medio tui. *Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt, adulter & adultera: & auferes malum de Iſrael. *Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, *educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cùm eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi ſui. & auferes malum de medio tui. *Sin autẽ in agro repererit vir puellam, quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus: *puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animam eius, ita & puella perpeſſa eſt. *ſola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. *Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: *dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: nõ poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. *Non accipiet homo vxorem patris ſui, nec reuelabit operimentum eius.

*Leuit. 20. b. 11

*Exod. 22. c. 17

20 21 22 29 30

CAP. XXIII.

NOn intrabit eunuchus, attritis vel amputatis teſticulis & abſciſſo veretro, eccleſiam Domini. *Non ingredietur mamzer, hoc eſt, de ſcorto natus, in eccleſiam Domini, vſque ad decimam generationem. *Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini, in æternum: *quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egreſſi eſtis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: *& noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitq; maledictionem eius in benedictionem tuam, eò quòd diligeret te. *Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitę tuę in ſempiternum. *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt. nec Ægyptiũ, quia ad

*Neh. 13. a. 2. Num. 22. a. 5

1 2 3 4 5 6 7

uena

uena fuisti in terra eius. *Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in ecclesiam Domini. *Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. *Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, *& non reuertetur, priusquam ad vesperam lauetur aqua: & post solis occasum regredietur in castra. * Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, *gerens paxillum in balteo. cumq; sederis, fodies per circuitū, & egesta humo operies *quo releuatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. *Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugerit. *habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requieſcet: ne contristes eum. * Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. *Nō offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis, in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris: quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum. *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniā, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: *sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura, id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in Terra, ad quam ingredièris possidendam. *Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. * Si nolueris polliceri, absque peccato eris. *Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. *Ingressus vineā proximi tui, comede vuas quantū tibi placuerit: foras autē ne efferas tecum. *Si intraueris in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

CAP. XXIIII.

*Matth. 5. c. 32. 19. a. 7. Marc. 10. a. 4

SI *acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. *Cumq; egressa alterum maritum duxerit, *& ille quoque oderit eam, deritq; ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: *non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias Terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam. *Cùm acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domi suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. *Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam: quia animam suam oppositi tibi. *Si deprehēsus fuerit homo solicitans fratrem suum de filijs Israel, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui. *Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcumque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod præcepi eis, & imple solicitè. *Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cùm egrederemini de Ægypto. *Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredièris domum eius vt pignus auferas: *sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. *Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, *sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenę, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: *sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. *Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. *Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentū. *Memento quòd seruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. *Quando messueris segetē in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertêris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patiêris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. *Si fruges collegeris oliuarum, quidquid remanserit in arboribus, non reuertêris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ.

*Leuit. 13. c. 14 Tob. 4. c. 13

*4. Reg. 14. b. 6 2. Paral. 25 a. 4 Ezech. 18. d. 20

1 A 2 3 4 B 5 6 7 8 9 C 10 11 12 D 13 14 15 16 17 18 19 20

duæ. *Si vindemiaueris vineam tuā, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. * Memento quòd & tu seruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

21 22

CAP. XXV.

SI fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. * Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarū modus: *ita dumtaxat, " vt quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. *"Nō ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. *"Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: * & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. * Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: " Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel: nec me in coniugem sumere. *Statimque accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit: Nolo eam vxorem accipere: *accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuetque in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. * Et vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalceati. * Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius: *abscides manum illius, nec flectêris super eam vlla misericordia. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: * nec erit in domo tua modius maior & minor. * pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore super Terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. *abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. *" Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto: * quomodo occurrerit tibi: & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & nō timuerit Deum. * Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes, in Terra, quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cælo. Caue ne obliuiscaris.

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 C 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

CAP. XXVI.

CVmque intraueris Terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea: * tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, vt tibi inuocetur nomen eius: *accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: profiteor hodie corā Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in Terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. * Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui: * & loquêris in conspectu Domini Dei tui: Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in pauciſſimo numero: creuitque in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis. *Afflixeruntque nos Ægyptij, & persecuti sunt imponentes onera grauissima: * & clamauimus ad Dominum Deum patrum nostrorum: qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem, atque angustiam: * & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis: * & introduxit ad locū istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. *Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo. *Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum est. *Quando compleueris decimam cunctarū frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur: *loquêrisque in conspectu Domini Dei tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & "dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: non

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 *Sup. 14. l. 29

præteriui mandata tua, nec ſum oblitus
imperij tui. *Non comedi ex eis in luctu 14
meo, nec ſeparaui ea in qualibet immun-
ditia, nec expendi ex his quidquam in re
funebri. Obediui voci Domini Dei mei,
Iſai.63. d.15 Baruc.2. d.16 & feci omnia ſicut præcepiſti mihi. Re- 15
ſpice de ſanctuario tuo, & de excelſo cæ-
lorũ habitaculo, & benedic populo tuo
Iſrael, & Terræ, quam dediſti nobis, ſi- D
cut iuraſti patribus noſtris, terræ lacte &
melle manantis. *Hodie Dominus Deus 16
tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc
atque iudicia: & cuſtodias & impleas ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua.
*Sup.7.a.6 * Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi 17
Deus, & ambules in viis eius, & cuſto-
dias ceremonias illius, & mandata atque
iudicia, & obedias eius imperio. * & Do- 18
minus elegit te hodie, vt ſis ei populus
peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſto-
dias omnia præcepta illius: * & faciat te 19 D
excelſiorem cunctis gentibus quas crea-
uit, in laudem, & nomen, & gloriam
ſuam: vt ſis populus ſanctus Domini
Dei tui, ſicut locutus eſt.

CAP. XXVII.

PRæcepit autem Moyſes & ſeniores 1
Iſrael, populo dicentes: Cuſtodite A
omne mandatũ quod præcipio vobis ho-
die. *Cumq; tranſieritis Iordanẽ in Ter- 2
ram, quam Dominus Deus tuus dabit
tibi, eriges ingentes lapides, & calce leui-
gabis eos, *vt poſſis in eis ſcribere omnia 3
verba legis huius, Iordane tranſmiſſo: vt
introeas Terram, quam Dominus Deus
tuus dabit tibi, terram lacte & melle ma-
Exod.20. d.25 Ioſ.8.f.31 nantẽ, ſicut iurauit patribus tuis. Quã- 4
do ergo tranſieritis Iordanem, erigite la-
pides, quos ego hodie præcipio vobis, in 1
monte Hebal, & leuigabis eos calce: * & 5 A
ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, de B
lapidibus quos ferrũ non tetigit, * & de 6
ſaxis informibus & impolitis: & offeres
ſuper eo holocauſta Domino Deo tuo, 2
* & immolabis hoſtias pacificas, come- 7
desque ibi, & epulaberis coram Domi-
no Deo tuo. * Et ſcribes ſuper lapides 8
omnia verba legis huius planè & lucidè.
*Dixeruntq; Moyſes & ſacerdotes Leui- 9
tici generis ad omnem Iſraelem: Atten-
de, & audi Iſrael: hodie factus es populus
Domini Dei tui: * audies vocem eius, & 10 6
facies mandata atque iuſtitias, quas ego 7
præcipio tibi. *Præcepitq; Moyſes popu- 11
lo in die illo, dicens: * Hi ſtabunt ad be- 12
nedicendum populo ſuper montem Ga-
rizim, Iordane tranſmiſſo: Simeon, Leui, 13
Iudas, Iſſachar, Ioſeph, & Beniamin. * Et C
è regione iſti ſtabunt ad maledicendum
in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aſer, &
Zabulon, Dan, & Nephthali. * Et pro- 14 *Dan.9. c.11
nunciabunt Leuitę, dicentque ad omnes
viros Iſrael excelſa voce: * Maledictus 15
homo qui facit ſculptile & cõflatile, abo-
minationẽ Domini, opus manuum arti-
ficum, ponetq; illud in abſcondito. & re-
ſpõdebit omnis populus, & dicet: Amen.
* Maledictus qui non honorat patrem 16
ſuum, & matrem. & dicet omnis popu-
lus: Amen. *Maledictus qui trãsfert ter- 17
minos proximi ſui. & dicet omnis popu-
lus: Amen. * Maledictus qui errare facit 18
cæcũ in itinere. & dicet omnis populus:
Amen. * Maledictus qui peruertit iudi- 19
cium aduenæ, pupilli, & viduæ. & dicet
omnis populus: Amen. *Maledictus qui 20
dormit cum vxore patris ſui, & reuelat D
operimentum lectuli eius. & dicet omnis
populus: Amen. *Maledictus qui dormit 21
cum omni iumento. & dicet omnis po-
pulus: Amen. * Maledictus qui dormit 22
cum ſorore ſua, filia patris ſui, vel matris
ſuę. & dicet omnis populus: Amen. *Ma- 23
ledictus qui dormit cum ſocru ſua. & di-
cet omnis populus: Amen. *Maledictus 24
qui clàm percuſſerit proximum ſuum. &
dicet omnis populus: Amen. * Maledi- 25
ctus qui accipit munera, vt percutiat ani-
mam ſanguinis innocentis. & dicet om-
nis populus: Amen. * Maledictus qui 26
non permanet in ſermonibus legis hu-
ius, nec eos opere perficit. & dicet omnis
populus: Amen.

CAP. XXVIII.

SI autem audieris vocem Domini Dei 1
tui, vt facias atque cuſtodias omnia A
mandata eius, quæ ego præcipio tibi ho-
die, faciet te Dominus Deus tuus excel-
ſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur
in terra. *Venientq; ſuper te vniuerſę be- 2
nedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi 3
tamen præcepta eius audieris. *Bene-
dictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. 4
* Benedictus fructus ventris tui, & fru-
ctus terræ tuæ, fructusque iumentorum
tuorum, greges armentorum tuorum, &
caulæ ouium tuarum. *Benedicta horrea 5
tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. *Bene- 6
dictus eris tu ingrediẽs & egrediens. * Da- 7
bit Dominus inimicos tuos, qui conſur-
gunt aduerſum te, corruentes in con-
ſpectu tuo: per vnam viam venient con-

tra te,

tra te, & per ſeptem fugient à facie tua.
* Emittet Dominus benedictionẽ ſuper 8
cellaria tua, & ſuper omnia opera ma-
nuum tuarum: benedicetq; tibi in terra,
quam acceperis. *Suſcitabit te Dominus 9
ſibi in populũ ſanctum, ſicut iurauit tibi:
* cuſtodieris mãdata Domini Dei tui, &
ambulaueris in viis eius. * Videbuntque 10
omnes terrarũ populi quòd nomen Do- B
mini inuocatũ ſit ſuper te, & timebunt
te. *Abundare te faciet Dominus omni- 11
bus bonis, fructu vteri tui, & fructu iu-
mentorũ tuorum, fructu terrę tuę, quam
iurauit Dominus patribus tuis vt daret
tibi. *Aperiet Dominus theſaurũ ſuum 12
optimum, cęlum, vt tribuat pluuiam ter-
ræ tuæ in tempore ſuo: benedicetq; cun-
ctis operibus manuũ tuarum. Et fœne-
rabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœ-
nus accipies. *Conſtituet te Dominus in 13
caput, & non in caudã: & eris ſemper ſu-
prà, & non ſubter: ſi tamẽ audieris man-
data Domini Dei tui quæ ego præcipio
tibi hodie, & cuſtodieris & feceris, * ac 14
non declinaueris ab eis, nec ad dexteram,
nec ad ſiniſtram, nec ſecutus fueris deos
alienos, neque colueris eos. * Quòd ſi 15
audire nolueris vocẽ Domini Dei tui, vt
cuſtodias, & facias omnia mandata eius
& ceremonias, quas ego præcipio tibi ho-
die, veniẽt ſuper te omnes maledictiones
iſtæ, & apprehendẽt te. *Maledictus eris 16
in ciuitate, maledictus in agro. *Maledi- 17
ctum horreum tuum, & maledictæ reli-
quię tuæ. *Maledictus fructus vẽtris tui, 18
& fructus terrę tuæ, armenta boum tuo-
rum, & greges ouium tuarum. *Maledi- 19
ctus eris ingrediens, & maledictus egre-
diens. *Mittet Dominus ſuper te famem 20
& eſuriem, & increpationem in omnia
opera tua, quæ tu facies: donec conterat C
te, & perdat velociter, propter adinuen-
tiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti
me. * Adiungat tibi Dominus peſtilen- 21
tiã, donec conſumat te de terra, ad quam
ingredieris poſſidendam. * Percutiat te 22
Dominus egeſtate, febri & frigore, ardo-
re & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine,
& perſequatur donec pereas. *Sit cælum, 23
quod ſupra te eſt, æneum: & terra, quam
calcas, ferrea. *Det Dominus imbrẽ ter- 24
ræ tuæ puluerem, & de cęlo deſcẽdat ſu-
per te cinis, donec conteraris. *Tradat te 25
Dominus corruentem ante hoſtes tuos.
per vnam viam egrediaris contra eos, &
per ſeptem fugias, & diſpergaris per om-
nia regna terræ. *ſitque cadauer tuum in 26
eſcam cunctis volatilibus cæli, & beſtiis
terræ, & non ſit qui abigat. *Percutiat te 27
Dominus vlcere Ægypti, & partem cor-
poris, per quam ſtercora egeruntur, ſca-
bie quoque & prurigine: ita vt curari ne-
queas. *Percutiat te Dominus amẽtia & 28
cæcitate ac furore mentis, * & palpes in
meridie ſicut palpare ſolet cęcus in tene-
bris, & non dirigas vias tuas. Omniq;
tempore calumniam ſuſtineas, & oppri-
maris violẽtia, nec habeas qui liberet te.
* Vxorem accipias, & alius dormiat cum 30
ea. Domum ædifices, & nõ habites in ea.
Plantes vineam, & non vindemies eam.
* Bos tuus immoletur coram te, & non 31
D comedas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in
conſpectu tuo, & nõ reddatur tibi. Oues
tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui
te adiuuet. *Filij tui & filiæ tuæ tradan- 32
tur alteri populo, videntibus oculis tuis,
& deficientibus ad conſpectũ eorum to-
ta die, & non ſit fortitudo in manu tua.
* Fructus terræ tuæ, & omnes labores 33
tuos, comedat populus quem ignoras: &
ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & op-
preſſus cunctis diebus, * & ſtupens ad 34
terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.
*Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in 35
genibus & in ſuris, ſanariq; non poſſis
à planta pedis vſque ad verticem tuum.
* Ducet te Dominus, & regem tuum, 36
quem conſtitueris ſuper te, in gentem,
quã ignoras tu & patres tui: & ſeruies ibi
diis alienis, ligno, & lapidi. *Et eris per- 37
ditus in prouerbium ac fabulã omnibus
populis, ad quos te introduxerit Domi-
nus. *Sementem multam iacies in ter- 38 *Mich.6. l.15 Aggæi 1. v.6
ram, & modicum congregabis: quia lo-
cuſtę deuorabunt omnia. *Vineam plan- 39
tabis, & fodies: & vinum non bibes, nec
colliges ex ea quippiam: quoniam vaſta-
bitur vermibus. *Oliuas habebis in om- 40
nibus terminis tuis, & non vngẽris oleo:
quia defluent, & peribunt. *Filios gene- 41
rabis & filias, & non fruẽris eis: quo-
niam ducentur in captiuitatem. *Omnes 42
E arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo
conſumet. *Aduena, qui tecum verſatur 43
in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſubli-
mior: tu autem deſcẽdes, & eris inferior.
* Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœnera- 44
bis ei. Ipſe erit in caput, & tu eris in cau-
dam. *Et veniẽt ſuper te omnes maledi- 45
ctiones iſtæ, & perſequẽtes apprehẽdent
te, donec intereas: quia non audiſti vo-
cem Domini Dei tui, nec ſeruaſti man-
data eius & ceremonias, quas præcepit

tibi. *Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum: *eo quòd nõ seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisq; lætitia, propter rerum omnium abundantiam: *seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. *Adducet Dominus super te Gentem de lõginquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu: cuius linguam intelligere nõ possis: * Gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli, *& deuoret fructum iumentorũ tuorum, ac fruges Terræ tuæ: donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium: donec te disperdat,* & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciã in omni Terra tua. " Obsideberis intra portas tuas in omni Terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus: *& comedes fructũ ventri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus. *Homo delicatus in te, & luxuriosus valde, inuidebit fratri suo, & vxori, quę cubat in sinu suo, *ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet: eò quòd nihil aliud habeat in obsidione & penuria, qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. *Tenera mulier & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere, propter mollitiem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filij & filiæ carnibus, *& illuuie secundarũ, quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt. comedent enim eos clàm propter rerum omnium penuriã in obsidione & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. * Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius, quę scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomẽ eius glorioſum & terribile, hoc est, Dominum Deum tuum: * augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseuerãtes, infirmitates pessimas & perpetuas. * & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi: * Insuper & vniuersos languores, & plagas, quæ non

*Barue. 2. a. 2 Thren. 4. b. 10

sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conterat: *& remanebitis pauci numero, qui priùs eratis sicut astra cæli præ multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui. * Et sicut antè lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans: sic lętabitur disperdens vos atque subuertens, vt auferamini de Terra, ad quam ingredieris possidendam. *Disperget te Dominus in omnes populos, à summitate terræ vsque ad terminos eius: & seruies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. *In gentibus quoque illis non quiescès, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore: *Et erit vita tua quasi pẽdens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. *Manè dices: Quis mihi det vesperum? & vespere: Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. * Reducet te Dominus classibus in Ægyptũ, per viam de qua dixit tibi vt eã amplius non videres. Ibi vendêris inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

CAP. XXIX.

HÆc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. *Vocauitque Moyses omnem Israel, & dixit ad eos: " Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæq; terræ illius, *tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia, * & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quę possunt audire, vsque in præsentem diem. * " Adduxit vos quadraginta annis per desertũ: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. * Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: vt scire tis quia ego sum Dominus Deus vester. *Et venistis ad hunc locum: " egressusq; est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos, * & tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. *Cu-

Exod. 19. v. 4

Sup. 8. v. 2

Sup. 3. a. 1

stodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. *Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel, * liberi & vxores vestræ, & aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorũ cæsoribus, & his qui comportát aquas: *vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: *vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. * Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, * sed cunctis præsentibus & absentibus. *Vos enim nostis quo modo habitauerimus in Terra Ægypti, & quo modo trãsierimus per medium nationum, quas transeuntes, * vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebãt. *Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vt vadat & seruiat diis illarum Gentium: & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. *Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & absumat ebria sitientem, *& Dominus non ignoscat ei: sed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeãt super eum omniá maledicta, quę scripta sunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen eius sub cælo, *& consumat eum in perditionẽ ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones, quæ in Libro legis huius ac fœderis continentur. *Dicetq; sequens generatio, & filij qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus, *sulphure & salis ardore comburens, ita vt vltrà non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum " subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo. * Et dicent omnes Gentes: " Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quæ est hæc ira furoris eius immensa? * Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti: * & seruierunt diis alienis, & adorauerunt eos, quos nescie-bant, & quibus nõ fuerant attributi: *idcirco iratus est furor Domini cõtra Terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt: * & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitq; in terram alienam, sicut hodie comprobatur. * Abscondita, Domino Deo nostro: quę manifesta sunt, nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa verba legis huius.

CAP. XXX.

CVm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in cõspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas disperserit te Dominus Deus tuus, * & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: *reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te antè disperſit. * Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, * & " assumet, atque introducet in Terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet quàm fuerunt patres tui. *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. *Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te & persequuntur. *Tu autem reuertêris, & audies vocem Domini Dei tui: faciesq; vniuersa mandata quæ ego præcipio tibi hodie: *& abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuũ tuarum, in sobole veteri tui, & in fructu iumentorum tuorum, in vbertate terrę tuæ, & in rerũ omnium largitate. Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: *si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: & reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, * nec in cælo situm, vt possis dicere: " Quis

2. Mach. 1 v. 29

*Rom.10. b.6

noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? *Neque trans mare poſitum: vt cauſeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre: vt poſſimus audire & facere quod præceptum eſt? * Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. * Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum: * vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & cuſtodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in Terra, ad quam ingrediêris poſſidendam. * Si autem auerſum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & ſeruieris eis: *prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore morêris in Terra, ad quam, Iordane tranſmiſſo, ingredieris poſſidendam. * Teſtes inuoco hodie cælum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum: * & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in Terra, pro qua iurauit Dominus patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret eam illis.

13 8 14 9 15 10 16 11 17 12 18 13 19 14 20

CAP. XXXI.

ABiit itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba hæc ad vniuerſum Iſrael, *& dixit ad eos: Centum viginti annorũ ſum hodie, non poſſum vltrà egredi, & ingredi, præſertim cùm & Dominus dixerit mihi: Non tranſibis Iordanem iſtum. * Dominus ergo Deus tuus tranſibit ante te: ipſe delebit omnes gentes has in cõſpectu tuo, & poſſidebis eas: & Ioſue iſte tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus. *Facietq; Dominus eis ſicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitq; eos. *Cùm ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter facietis eis ſicut præcepi vobis. *Viriliter agite, & cõfortamini: noliti timere, nec paueatis ad conſpectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. * Vocauitq; Moyſes Ioſue, & dixit ei coram omni Iſrael: "Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in Terram, quam daturum ſe patribus eorũ iurauit Dominus, & tu eam ſorte diuides. * Et Dominus qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. *Scripſit itaq; Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis ſenioribus Iſrael. *Præcepitq; eis, dicẽs: Poſt ſeptem annos, anno remiſſionis, in ſollemnitate tabernaculorũ, *conuenientibus cunctis ex Iſrael, vt appareant in cõſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis, * & in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis, & aduenis, qui ſunt intra portas tuas: vt audientes diſcant, & timeãt Dominũ Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleantque omnes ſermones legis huius. * filij quoque eorum qui nunc ignorant; vt audire poſſint, & timeant Dominum Deum ſuum cunctis diebus quibus verſantur in Terra, ad quam vos, Iordane tranſmiſſo, pergitis obtinendam. *Et ait Dominus ad Moyſen: Ecce propè ſunt dies mortis tuæ: voca Ioſue, & ſtate in tabernaculo teſtimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyſes & Ioſue, & ſtetẽrũt in tabernaculo teſtimonij: *apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ ſtetit in introitu tabernaculi. *Dixitque Dominus ad Moyſen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iſte conſurgens fornicabitur poſt deos alienos in Terra, ad quã ingreditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cũ eo. * Et iraſcetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abſcondã faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eũ omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illo die: Verè quia nõ eſt Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. *Ego autem abſcondam, & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala quę fecit, quia ſecutus eſt deos alienos. *Nunc itaque ſcribite vobis canticum iſtud, & docete filios Iſrael: vt memoriter teneãt, & ore decantent, & ſit mihi carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael. *Introducam enim eum in Terram, pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cumq; comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, auertentur ad deos alienos, & ſer-

A 1 2 D 3 4 5 6 B 7

*Sup.3. d.21 Num.27. c.13

*Num.21. c.24

*Sup.7. d.2

*Ioſ.1.b.6 3.Reg.2. a.2

F 21 8 B 9 10 22 23 11 24 25 12 26 G 13 27 14 C 28 15 29 16 17 30 18 19

CAP. XXXII.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. *Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meũ, quaſi imber ſuper herbã, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. * Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo noſtro. * Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus. * Peccauerũt ei, & non filij eius in ſordibus: generatio praua atque peruerſa. *Hęccine reddis Domino populę ſtulte & inſipiens? nũquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? * Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi.

A 1 2 3 4 5 6 G 7

* Quando diuidebat Altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael.

8 B 9

* Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius.

10 * Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis: circumduxit eum, & docuit: & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.

11 * Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.

12 * Dominus ſolus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus.

13 * Conſtituit eum ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.

14 * Butyrum de armẽto, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan: & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum.

C 15 * Increaſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: increaſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

16 * Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

17 * Immolauerunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant: noui recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

18 * Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui.

19 * Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui & filiæ.

20 * Et ait: Abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorũ: generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij.

21 * Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & "ego prouocabo eos in non populo, in gente ſtulta irritabo illos.

*Rom.10. d.19 Ieuem.15. v.14

D 22 * Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: deuorabitque terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.

23 *Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis.

24 * Conſumentur fame, & deuorabunt

K 4 eos aues

eos aues morsu amarissimo: dētes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpētium.
* Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.
* Dixi: Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
* Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.
* Gens absque consilio est, & sine prudentia.
*Ieremi.9. c.12 * " Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.
* Quo modo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia? nónne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?
* Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.
*De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.
* Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.
*Nónne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?
*Eccli.28. c.1 Rom.12. d.19 Heb.10. f.30 * " Mea est vltio, & ego retribuam in tēpore, vt labatur pes eorū: iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora.
*Iudicabit Dominus populum suū, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.
*Ierem.2. f.28 * Et dicet: "Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?
* De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.
*1.Reg.2. a.6 Tob.13.a.2 Sap.16. b.13 *Iob 10. b.7 * " Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, " & non est qui de manu mea possit eruere.
* Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum.
* Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.
* Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis.

43 * "Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.
44 G * Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun.
45 * Compleuitq; omnes sermones istos, 46 loquēs ad vniuersum Israel. * & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba, quę ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt legis 47 huius: *quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes longo perseueretis tempore in Terra, ad quā, Iordane transmisso, ingredimini possidendam. * Locutusq; est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens:
E 49 * Ascende in montem istum Abarim, id est, transituum, in montem Nebo, qui est in Terra Moab contra Iericho: & vide Terram Chanaan, quam ego tradā filiis Israel obtinendam, & morere in monte.
50 * Quem conscendens iungēris populis tuis, " sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: * " quia præuaricati estis contra me, in medio filiorum Israel, ad Aquas contradictionis in Cades deserti Sin: & non 52 sanctificastis me inter filios Israel. * Econtra videbis terram, & non ingredièris in eam, quam ego dabo filiis Israel.

*Num.27. c.13.& 20. d.26 *Num.20. a.4.& 27. c.14

Cap. xxxiii.

1 A HÆc est benedictio, qua benedixit Moyses, homo Dei, filiis Israel ante mortem suam.
2 * Et ait: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex.
3 * Dilexit populos, " omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.
4 * Legem præcepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Iacob.
5 * Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel.
6 * Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero.
7 B * Hæc est Iudæ benedictio: Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.

*Sap.3.a.1

8 * Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. * Qui dixit patri suo, & 9 matri suæ: Nescio vos; & fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, * iudicia tua ô 10 Iacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum.
11 * Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant.
12 * Et Beniamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.
13 C * Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente. * De pomis 14 fructuum solis ac lunæ. * de vertice anti- 15 quorum montium, de pomis collium æternorum: * & de frugibus terræ, & de 16 plenitudine eius. Benedictio illius "qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem nazaræi inter fratres suos. * Quasi primogeniti 17 tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manasse.
18 * Et Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. 19 * Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.
20 * Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. 21 * Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.
22 D * Dan quoque ait: Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan.
23 * Et Nephthali dixit: Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit.
24 * Aser quoque ait: Benedictus in filiis 25 Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. *Ferrum & æs calceamentū eius. Sicut dies iuuentutis tuę,

26 ita & senectus tua. * Non est Deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt 27 nubes, *habitaculū eius sursum, & subter brachia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicetque: Conterere.
28 * Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore.
29 * Beatus es tu Israel: quis similis tui populе, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

Cap. xxxiiii.

1 A Ascendit" ergo Moyses de campestribus Moab super Montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho: ostenditq; ei Dominus omnē Terram Galaad 2 vsq; Dan, * & vniuersum Nephthali, terramq; Ephraim & Manasse, & omnē terram Iuda vsque ad mare nouissimum, * & 3 australem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor.
4 B * Dixitq; Dominus ad eū: "Hæc est Terra, pro qua iurauī Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.
5 * Mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini, in terra Moab, iubente Domino: 6 * & sepeliuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentē diem.
7 * Moyses cētum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. *Fleueruntq; eum filij Israel in campestribus 8 C Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. * Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi. 10 * Et non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, * in omni- 11 bus signis atque portentis, quæ misit per 12 D eum, vt faceret in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, * & cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

*2.Mach.2 c.4 Sup.3.d.26 *Gen.12. f.7.& 15. l.18

LIBER IOSVE,

HEBRAICE IEHOSVA.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei: * Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum, in Terram, quam ego dabo filiis Israel. *" Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi. * A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. *Nullus poterit vobis resistere cūctis diebus vitæ tuæ: " sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. *" Confortare, & esto robustus: tu enim sorte diuides B populo huic Terram, pro qua iuraui patribus suis, vt traderem eam illis. * Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexterā vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. *Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & C noli timere: quoniam tecū est Dominus Deus tuus in omnibus ad quęcumq; perrexeris. *Præcepitque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite: * Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium trāsibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. * Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait: *Mementote sermonis, quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terrā. *" Vxores vestræ, & filij, ac iumenta manebunt in Terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem: vos autem trāsite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis, * donec D det Dominus requiē fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque Terram, quā Dominus Deus vester daturus est eis: & sic reuertemini in Terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea, quā vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra solis ortum. *Respōderuntq; ad Iosue, atq; dixerunt: Omnia, quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocūq; miseris, ibimus. *Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantùm sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cū Moyse. *Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantùm cōfortare, & viriliter age.

Deut. 11. c. 24

Heb. 13. a. 6 Inf. 3. b. 7

"Deut. 31. b. 6. f. 23 3. Reg. 2. a. 2

Num. 32. d. 20

CAP. II.

MIsit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in absconditō: & dixit eis: Ite, & considerate Terrā, vrbemq; Iericho. "Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerūt apud eam. *Nunciatumque est regi Iericho, & dictū: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorarent Terram. * Misitq; rex Iericho ad Rahab dicens: Educ viros, qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem Terram considerare venerunt. * Tollensq; mulier viros, abscondit, & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent: *cumq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt: persequimini citò, & comprehendetis eos. *Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitq; eos stipula lini, quæ ibi erat. *Hi autem qui missi fuerant, secuti

Iac. 2. d. 25 Heb. 11. f. 31

Inf. 6. c. 17

cuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis: illisq; egressis statim porta clausa est. *Necdum obdormierāt qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait: * Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terram: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores Terræ. * Audiuimus quòd " siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto: " & quæ feceritis duobus Amorrhæorū regibus, qui erant trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfeci stis. * Et hæc audiētes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum. * Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisq; mihi verum signum, * vt saluetis patrem meū & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. *Qui respondерunt ei: Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. cumque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem. *Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. *Dixitq; ad eos: Ad mōtana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibiq; latitate tribus diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam vestram. * Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos: *si ingredientibus nobis Terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratresque & omnem cognationem tuam, congregaueris in domum tuam. * Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cūctorum autem sanguis, qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. *Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in mediū, erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. *Et illa respondit: Sicut locuti estis, ita fiat. dimittensq; eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. * Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem viam, non reperērūt eos. *Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: &, transmisso Iordane, venerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntque ei omnia quæ acciderant sibi, * atque dixerunt Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

" Exod. 14. 21

" Num. 21. 24

CAP. III.

IGitur Iosue de nocte consurgens mouit castra: egredientesq; de Setim, venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel, & morati sunt ibi tres dies. *Quibus euolutis, transierūt pręcones per castrorum medium, * & clamare cœperūt: Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes ftirpis Leuiticę portātes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedētes: *sitq; inter vos & arcam spacium cubitorum duūm millium: vt procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia priùs non ambulastis per eam: & cauete ne appropinquetis ad arcam. *Dixitque Iosue ad populum: Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. *Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos. *Dixitq; Dominus ad Iosue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. *Tu autem præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, & die eis: Cùm ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state in ea. *Dixitque Iosue ad filios Israel: Accedite huc, & audite verbum Domini Dei vestri. *Et rursum: In hoc, inquit, scietis quòd Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergesæum quoque & Iebusæum, & Amorrhæum. * Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. * Parate duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus. *Et cū posuerint vestigia pedum suorum, sacerdotes qui portant arcam Domini Dei vniuersæ terræ, in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistent. * Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanem: &

" Act. 7. f. 45 Eccli. 24. c. 36

sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum. *Ingressisq; eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat) * steterunt aquæ descendẽtes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul, ab vrbe quæ vocatur Adom vsque ad locum Sarthan: quæ autem inferiores erant, in Mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, vsquequo omnino deficerent. *Populus autem incedebat contra Iericho: & sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisq; populus per arentem alueum transibat.

CAP. IIII.

QVibus transgressis, dixit Dominus ad Iosue: * Elige duodecim viros singulos per singulas tribus: *& præcipe eis, vt tollãt de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. *Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus, * & ait ad eos: Ite ante arcã Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel, * vt sit signum inter vos: & quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? *respondebitis eis: Defecerunt aquæ Iordanis ante arcã fœderis Domini, cùm transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum. * Fecerunt ergo filij Israel sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibiq́ue posuerunt eos. * Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabãt arcam fœderis: & sunt ibi vsque in præsentem diem. *Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses. Festinauitq́; populus, & transiit. *Cumq́; transissent omnes, transiuit & arca Domini, sacerdotesque pergebant ante populum.

*Filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant filios Israel, sicut eis præceperat Moyses: * & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana atque campestria vrbis Iericho. *In die illo magnificauit Dominus Iosue corã omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen, dũ adiueret. *Dixitq́; ad eum: * Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, vt ascendant de Iordane. * Qui præcepit eis, dicens: Ascendite de Iordane. *Cumq́; ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccã humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebãt sicut antè consueuerant. * Populus autem ascendit de Iordane, decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis cõtra Orientalem plagam vrbis Iericho. *Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis, *& dixit ad filios Israel: Quãdo interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volũt lapides isti? *docebitis eos, atque dicetis: Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, *siccante Domino Deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec transiretis: * " sicut fecerat priùs in mari rubro, quod siccauit donec transiremus: * vt discant omnes terrarũ populi fortissimam Domini manum, vt & vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

*Num. 32. c. 28

*Exod. 14. c. 21

CAP. V.

POstquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalẽ plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quòd siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel. * Eo tempore ait Dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secũdò filios Israel. *Fecit quod iusserat Dominus, & circũcidit filios Israel in colle præputiorum. *Hæc autem causa est secundę circumcisionis: Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per lõgissimos vię circuitus, *qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus est in deserto, *per quadraginta annos itineris latissimę

solitu-

solitudinis, incircumcisus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè iurauerat vt non ostenderet eis Terram lacte & melle manantem. * Horum filij in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat. *Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarẽtur. *Dixitq́; Dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatumq́; est nomen loci illius Galgala, vsque in præsentem diem. *Manseruntque filij Israel in Galgalis, & fecerunt Phase, quartadecima die mensis ad vesperum, in campestribus Iericho: * & comederunt de frugibus Terræ die altero, azymos panes, & polentam eiusdem anni. *Defecitq́; manna postquam comederunt de frugibus Terræ, nec vsi sunt vltrà cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni Terræ Chanaan. *Cùm autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentem gladium, perrexitq́; ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? * Qui respõdit: Nequaquam: sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. *Cecidit Iosue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum? * " Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, sanctus est. Fecitq́; Iosue vt sibi fuerat imperatum.

*Exod. 3. c. 5. act. 7. d.

CAP. VI.

IEricho autem clausa erat atque munita, timore filiorũ Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. *Dixitq́; Dominus ad Iosue: Ecce dedi in manu tua Iericho, & regem eius, omnesq́; fortes viros. * Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus. *Septimo autem die sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & præcedant arcã fœderis: septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangẽt buccinis. *Cumq́; insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturq́ue singuli per locũ contra quem steterint. *Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam fœderis: & septem alij sacerdotes tollant septem iubileorum buccinas, & incedãt ante arcam Domini. *Ad populum quoque ait: Ite, & circuite ciuitatem, armati, præcedentes arcam Domini. *Cumq́; Iosue verba finisset, & septẽ sacerdotes septem buccinis clangerẽt ante arcã fœderis Domini, *omnisq; præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. *Præceperat autem Iosue populo, dicẽs: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis: Clamate, & vociferamini. *Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra, mãsit ibi. *Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini, *& septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat. *Circuieruntq́; ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. *Die autẽ septimo, diluculò consurgentes, circuierunt vrbem, sicut dispositum erat, septies. * Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem: * sitq́; ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. sola Rahab meretrix viuat, cum vniuersis qui cum ea in domo sunt: " absconditenim nuncios quos direximus. *Vos autem cauete, ne de his, quæ præcepta sunt, quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. * Quidquid autem auri & argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris eius. * " Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonituque increpuit, muri illico corruerunt: & ascendit vnusquisq; per locũ, qui contra se erat: " ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoque & oues & asinos in ore gladij percusserunt. *Duobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quę illius

*Sup. 2. b. 7

*Heb. 11. f. 31

*Heb. 11. f. 30

*2. Mac. 12. c. 15

*Sup. 2. b. 7

sunt,

sunt, sicut illi iuramento firmastis. *"Ingressique iuuenes, eduxerunt Rahab, & parētes eius, fratres quoque, & cunctam supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerūt.* "Vrbem autem, & omnia quæ erant in ea, succenderunt; absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt. *Rahab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem: eò quòd absconderit nuncios, quos miserat vt explorarent Iericho. In tempore illo, imprecatus est Iosue, dicens: *"Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. *Fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni terra.

*Heb. 11. f. 31

*Infrà 8. a. 2

*3. Reg. 16. g. 34

CAP. VII.

*Inf. 22. d. 16

*1. Paral. 2. a. 7

FIlij "autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. "Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratusq; est Dominus contra filios Israel. *Cumq; mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad Orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascēdite, & explorate Terrā. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai. *Et reuersi dixerunt ei: Non ascēdat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciss imos? * Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes, *percussi sunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta sex homines: persecutiq; sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitq; cor populi, & instar aquæ liquefactum est. *Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vsque ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel: miseruntque puluerem super capita sua, *& dixit Iosue: Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populū istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus, mansissemus trans Iordanem. *Mi Domine Deus quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem? *Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? * Dixitq; Dominus ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? *Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum: tuleruntq; de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. * Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet: quia pollutus est anathemate. non ero vltrà vobiscum, donec cōteratis eum qui huius sceleris reus est. *Surge, sanctifica populum, & dic eis: "Sanctificamini in crastinum: hæc enim dicit Dominus Deus Israel: Anathema in medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. *Accedetisque manè singuli per tribus vestras: & quamcumque tribum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros. *Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israel. *Surgēs itaque Iosue manè, applicuit Israel per tribus suas, & inuēta est tribus Iuda. *Quæ cùm iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi: * cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. *Et ait Iosue ad Achan: Fili mi, da gloriā Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. * Respondítque Achan Iosue, & dixit ei: Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic & sic feci. * vidi enim inter spolia pallium coccineū valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumq; fossa humo operui. *Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererūt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul. *Auferentesq; de tentorio tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proieceruntque ante Dominum. *"Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentumque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & asinos,

*Sup. 3. b. 5 Leuit. 20. b. 8 Num. 11. b. 18 1. Reg. 16. b. 5

*2. Reg. 18. d. 17

asinos, & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem Achor: * vbi dixit Iosue: Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. * Congregaueruntque super eum acerruum magnū lapidum, qui permanet vsque in præsentē diem. Et auersus est furor Domini ab eis. Vocatūq; est nomen loci illius, Vallis Achor, vsque hodie.

CAP. VIII.

DIxit autem Dominus ad Iosue: Ne timeas, neq; formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manu tua regē eius, & populum, vrbemq; & terram. *Facies q; vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. *Surrexitq; Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortium misit nocte, * præcepitque eis, dicens: Ponite insidias post ciuitatem: nec lōgiùs recedatis: & eritis omnes parati. * "ego autem, & reliqua multitudo quę mecum est, accedemus ex aduerso contra vrbem. Cumque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus: * donec persequentes ab vrbe longiùs protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut priùs. *Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem: tradetq; eam Dominus Deus vester in manus vestras. *Cumq. ceperitis, succēdite eam, & sic omnia facietis, vt iussi. *Dimisitq; eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntque inter Bethel & Hai, ad Occidentalem plagam vrbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi, *surgensq. diluculò recensuit socios, & ascēdit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum. * Cumq. venissent & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad Septētrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. *Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter Bethel & Hai, ex occidentali parte eiusdē ciuitatis: * omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciē dirigebat, ita vt nouissimi illius multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. *Sup. 6. d. 4

*Quod cùm vidisset rex Hai, festinauit manè, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitq; aciē contra desertum, ignorans quòd post tergum laterent insidiæ. * Iosue verò & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viā. *At illi vociferantes pariter, & se mutuò cohortantes, persecuti sunt eos. Cumq. recessissent à ciuitate, * & ne vnus quidem in vrbe Hai & Bethel remansisset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant aperta oppida relinquentes,) *dixit Dominus ad Iosue: Leua clypeum, qui in manu tua est, contra vrbem Hai, quoniam tibi tradā eam. * Cumq. eleuasset clypeū ex aduerso ciuitatis, insidiæ, quę latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & succēderunt eam. *Viri autem ciuitatis, qui persequebātur Iosue, respicientes & videntes fumū vrbis ad cælum vsque conscendere, non potuerunt vltrà huc illucq. diffugere: præsertim cùm bi qui simulauerāt fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissimè restitissent. * Videnq; Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascēderet, reuersus percussit viros Hai. *Siquidem & illi qui ceperant & succēderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire cœperunt. Cùm ergo ex vtraque parte aduersarij cæderētur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, * regem quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerūt Iosue. *Igitur omnibus interfectis, qui Israelē ad desertā tendentem fuerant persecuti, & in eodē loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatē. *Erant autē qui in eodem die conciderant à viro vsq. ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. *Iosue verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeū donec interficerentur omnes habitatores Hai. *Iumenta autem & prædā ciuitatis diuiserūt sibi filij Israel, sicut præceperat Dominus Iosue. *Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum: * regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & solis occasum. Præcepitq. Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proiecerūtq. in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno acerno lapidū, qui permanet vs-

que

que in præsentem diem. *Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte Hebal: *sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi: Altare verò de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta Domino, immolauitque pacifica victimas. *Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel. * Omnis autem populus, & maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel. * Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volumine. *Nihil ex his quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis, qui inter eos morabantur.

*Exod. 20. d. 25 Deut. 27. a. 4

CAP. IX.

QVibus auditis, cuncti reges trans Iordanē, qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus, * congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel vno animo, eademq; sententia. *At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quę fecerat Iosue, Iericho & Hai: * & callidè cogitantes, tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque cōsutos, *calceamentaq; perantiqua quę ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frusta comminuti: *perrexeruntq; ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderuntq; viri Israel ad eos, atque dixerunt: *Ne fortè in terra, quę nobis sorte debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum. *At illi ad Iosue, Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait: Qui nam estis vos? & vnde venistis? * Responderunt: De terra lōginqua valde venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famā potentię eius, cuncta quæ fecit in Ægypto, * & duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi Basan qui erat in Astaroth: *dixeruntq; nobis seniores, & omnes habitatores Terræ nostræ: Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite: Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. * En, panes quādo egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. * vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti. vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. * Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini nō interrogauerunt. *Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est quòd non occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis. *Post dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. *Moueruntq; castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. * Et non percusserunt eos, eò quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes. *Qui responderunt eis: Iurauimus illis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. * Sed hoc faciemus eis: Reseruētur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peieraueri-mus: * sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquasq; comportent. Quibus hæc loquentibus: *vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis: Procul valde habitamus à vobis, cùm in medio nostri sitis? * Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasq; comportans in domum Dei mei. *Qui responderunt: Nunciatum est nobis seruis tuis, quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem Terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidi-

*Num. 21. c. 13

*2. Reg. 21. a. 2

mus

mus animabus nostris, vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniuimus. *Nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. *Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur. * Decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsque in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

CAP. X.

QVæ cùm audisset Adonisedec rex Ierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai, & subuertisset eam (sicut enim feceratIericho & regi eius, sic fecitHai & regi illius) & quòd transfugissentGabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum, *timuit valde. Vrbs enim magna eratGabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnesq; bellatores eius fortissimi. * Misit ergo Adonisedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens: *Ad me ascendite, & ferte presidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel. * Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, rex Ierusalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. *Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum: ascende citò, & libera nos, ferque præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. *Ascenditq; Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi. * Dixitque Dominus ad Iosue: Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus ex eis tibi resistere poterit. * Irruit itaque Iosue super eos repentè, tota nocte ascendēs de Galgalis: * Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Beth horon, & percussit vsque Azeca & Maceda. * Cumq; fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azeca: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel. *Tunc locutus est Iosue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitq; coram eis: Sol contra Gabaon ne moueris, & Luna contra vallem Aialon. *Steteruntque " Sol & Luna, donec vlciscereturse gēs de inimicis suis. Nónne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaq; Sol in medio cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. *Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. * Reuersusq; est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. *Fugerant enim quinque reges, & se abscondērat in spelunca vrbis Maceda. *Nunciatumq; est Iosue, quòd inuēti essent quinque reges latentes in spelunca vrbis Maceda. *Qui præcepit sociis, & ait: Voluite saxa ingētia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiāt: *vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosq; fugientiū cædite: nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras. *Cęsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad internecionem penè consumptis, hi qui Israel effugere potuerūt, ingressi sunt ciuitates munitas. *Reuersusq; est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani & integro numero: nullusq; contra filios Israel mutire ausus est. *Præcepitq; Iosue, dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges, qui in ea latitāt. *Feceruntq; ministri vt sibi fuerat imperatum: & eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. *Cumque educti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cùm perrexissent, & subiectorem colla pedibus calcarent, *rursum ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicatis. *Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi vsque ad vesperum. * Cumq; occumberet sol, præcepit sociis vt deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncam, in qua latuerant,

*Isai. 28. f. 21 Eccli. 46. c. 5

*Deut. 21. d. 23

L & po-

& posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsq; in præsens. *Eodem quoque die Macedam cepit Iosue, & percussit eam in ore gladij, regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitq; regi Maceda, sicut fecerat regi Iericho. *Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam: * quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israel: percusseruntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiserunt in ea vllas reliquias. Fecerunt; regi Lebna, sicut fecerant regi Iericho. *De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel: & exercitu per gyrum dispositio oppugnabat eam. *Tradiditque Dominus Lachis in manus Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnemque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. * Eo tempore ascendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionem. *Transiuitq; de Lachis in Eglon, & circumdedit, * atque expugnauit eam eadem die: percussitque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea, iuxta omnia quæ fecerat Lachis. * Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam: * cepit eam, & percussit in ore gladij, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumens gladio. * Inde reuersus in Dabir, * cepit eam atque vastauit: regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. *Percussit itaque Iosue omnem Terram montanam & meridianam atque campestrem, & Asedoth, cum regibus suis: non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præcepeperat ei Dominus Deus Israel, * à Cadesbarne vsque Gazam. Omnem Terram Gosen vsque Gabaon, * vniuersosque reges, & regiones eorum, vno impetu cepit atq; vastauit: Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo. *reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

Sup. 6. a. 2

CAP. XI.

QVæ cùm audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon, & ad regem Semeron, atq; ad regem Achsaph: * ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & in regionibus Dor iuxta mare: * Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebusæum in montanis: Heuęum quoque qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maspha. *Egressiq; sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis. *conueneruntq; omnes reges isti in vnum ad Aquas Merom, vt pugnarent contra Israel. *Dixitq; Dominus ad Iosue: Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel: equos eorum subneruabis, & currus igne combures. *Venitq; Iosue, & omnis exercitus cum eo, aduersus illos ad Aquas Merom subitò, & irruerunt super eos, *tradiditque illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsq; ad Sidonę magnam, & Aquas Maserephoth, campumq; Masphe, qui est ad Orientalem illius partem. Ita percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: *fecitq; sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusque combussit igni. *Reuersusque statim cepit Asor: & regem eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatū tenebat. *Percussitq; omnes animas, quæ ibidem morabantur: nō dimisit in ea vllas reliquias, sed vsque ad internecionem vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem peremit incendio. *Et omnes per circuitū ciuitates, regesq; earum cepit, percussit atque deleuit, *sicut præceperat ei Moyses famulus Domini. *Absque vrbibus, quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, ceteras succendit Israel: vnam tantùm Asor munitissimam flamma consumpsit. *Omnemque prædam istarum vrbium ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. *Sicut præceperat Dominus Moysi seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa compleuit: non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat Dominus

Deut. 7. a. 1

Exod. 34. b. 11 Deut. 7. a. 1

Moysi.

Moysi. *Cepit itaque Iosue omnem Terram montanam, & meridianam, terramque Gosen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montemq; Israel, & campestria eius: *& partem montis quæ ascendit Seir vsque Baalgad, per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit. * Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos. *Non fuit ciuitas quæ se traderet filiis Israel, præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. * Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirēt, sicut præceperat Dominus Moysi. *In illo tempore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis, Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, vrbesque eorum deleuit. *Non reliquit vllum de stirpe Enacim, in Terra filiorum Israel: absque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis relicti sunt. * Cepit ergo Iosue omnem Terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundùm partes & tribus suas. quieuitque Terra à præliis.

CAP. XII.

HI sunt reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt Terram eorum trans Iordanē ad solis ortum, à torrente Arnon vsq; ad montē Hermon, & omnem Orientalem plagam quæ respicit solitudinem. *Sehon rex Amorrhęorum, qui habitauit in Hesebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad, vsque ad torrentem Iaboc, qui est terminus filiorū Ammon. *& à solitudine vsque ad mare Ceneroth contra Orientem, & vsque ad Mare deserti, quod est mare salsissimum, ad Orientalem plagam per viam quæ ducit Bethsimoth: & ab australi parte, quę subiacet Asedoth, Phasga. * Terminus Og regis Basan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai, & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos * Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad: terminos Sehon regis Hesebon. *Moyses famulus Domini, & filij Israel percusserunt eos, tradiditque Terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse. *Hi sunt reges Terrę, quos percussit Iosue, & filij Israel, trans Iordanem ad Occidentalem plagam, à Baalgad in campo Libani, vsque ad montem cuius pars ascēdit in Seir: tradiditq; eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, * tam in montanis quàm in planis atque campestribus. In Asedoth, & in solitudine, ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebusæus. *Rex Iericho vnus: rex Hai, quæ est ex latere Bethel, vnus: *rex Ierusalem vnus, rex Hebron vnus: * rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, * rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, * rex Dabir vnus, rex Gader vnus, * rex Herma vnus, rex Hered vnus, * rex Lebna vnus, rex Odullam vnus, * rex Maceda vnus, rex Bethel vnus, *rex Taphua vnus, rex Opher vnus, *rex Aphec vnus, rex Saron vnus, * rex Madon vnus, rex Asor vnus, *rex Semeron vnus, rex Achsaph vnus, *rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus, * rex Cades vnus, rex Iachanan Carmeli vnus, * rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentium Galgal vnus, * rex Thersa vnus: omnes reges triginta vnus.

CAP. XIII.

IOsue senex, proiectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum: Senuisti, & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est: * omnis videlicet Galilæa, Philisthiim, & vniuersa Gessuri. *A fluuio turbido, qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem: Terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philisthiim diuiditur, Gazęos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. * Ad meridiem verò sunt Heuæi, omnis Terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, vsque Apheca & terminos Amorrhæi, * eiusque confinia. Libani quoque regio contra Orientem, à Baalgad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath. *Omnium qui habitant in monte, à Libano vsque ad Aquas Maserephoth, vniuersique Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat ergo in partem hereditatis Israel, sicut præcepi tibi. *Et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, * cum qua Ruben & Gad possederunt terram, *quam tradidit eis Moyses famu-

Num. 32. f. 31

lus Domini, trans fluenta Iordanis ad
orientalem plagam. *Ab Aroer, quæ sita 9
est in ripa torrentis Arnon, & in vallis
medio, vniuersáq; campestria Medaba,
vsq; Dibon. *& cunctas ciuitates Sehon, 10
regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, vsq; ad terminos filiorum Ammon.
*& Galaad, ac terminum Gessuri & Ma- 11
chati, & omnem montem Hermon, &
vniuersam Basan, vsque ad Salecha, *om- 12
ne regnum Og in Basan, qui regnauit in
Astaroth & Edrai, ipse fuit de reliquiis
Raphaim: percussitq; eos Moyses, atque
deleuit. *Noluerunto; disperdere filij Is- 13
rael Gessuri & Machati: & habitauerunt
in medio Israel vsq; in præsentem diem.
*Num. 18. c. 1 *" Tribui autem Leui non dedit posses- 14
sionem: sed sacrificia & victimæ Domini
Dei Israel, ipsa est eius hereditas, sicut locutus est illi. *Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas. *Fuitq; terminus eorum 16 1 C
ab Aroer, quę sita est in ripa torrẽtis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media:
vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba, *& Hesebon, cũctosq; viculos earum, 17 2
qui sunt in cãpestribus: Dibon quoque,
& Bamothbaal, & oppidum Baalmaon,
*& Iassa, & Cedimoth, & Mephaath, 18
*& Cariathaim, & Sabama, & Sarathasar 19
in monte conuallis. *Bethphogor & A- 20
sedoth, Phasga & Bethiesimoth, *& om- 21 4 B
nes vrbes campestres, vniuersaque regna
Sehon regnis Amorrhęi, qui regnauit in
*Num. 31. c. 8 Hesebon, " quem percussit Moyses cum
principibus Madian: Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe duces Sehon
habitatores Terræ. * Et Baalam filium 22
Beor ariolum occiderunt filij Israel gladio cum ceteris interfectis. *Factusq; est 23 6
terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarum per
cognationes suas vrbium & viculorum.
*Deditq; Moyses tribui Gad & filiis eius 24 7
per cognationes suas possessionem, cuius
hæc diuisio est. *Terminus Iaser, & om- 25
nes ciuitates Galaad, & dimidiam par- D C
tem terræ filiorum Ammon, vsque ad A- 8
roer, quæ est contra Rabba. * & ab He- 26
sebon vsque Ramoth, Masphe & Betonim: & à Manaim vsque ad terminos
Dabir. * in valle quoque Betharan, & 27 9
Bethnemra, & Socoth, & Saphon reliquam partem regni Sehon regis Hesebon: huius quoque finis, Iordanis est,
vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad orientalem pla- 28
gam. * hæc est possessio filiorum Gad
per familias suas, ciuitates & villæ earum. * Dedit & dimidiæ tribui Manas- 29
se, filiisque eius iuxta cognationes suas
possessionem, * cuius hoc principium 30
est: à Manaim vniuersam Basan, & cuncta regna Og regis Basan, omnesque
vicos Iair, qui sunt in Basan, sexaginta
oppida. * & dimidiam partem Galaad, 31
& Astaroth, & Edrai, vrbes regni Og
in Basan: filiis Machir, filij Manasse,
dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas. * Hanc possessionem 32
diuisit Moyses in campestribus Moab
trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam. *" Tribui autem Le- 33 *Num. 18. v. 8
ui non dedit possessionem: quoniam
Dominus Deus Israel ipse est possessio
eius, vt locutus est illi.

CAP. XIIII.

HOc est quod possederunt filij Israel 1 A
in Terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos & Iosue filius
Nun, & principes familiarum per tribus
Israel: *sorte omnia diuidẽtes, sicut prę- 2 *Num. 34. c. 13
ceperat Dominus in manu Moysi, nouẽ tribubus, & dimidiæ tribui. *Duabus 3
enim tribubus, & dimidiæ, dederat Moyses trans Iordanem possessionem: absque
Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter
fratres suos: * sed in eorum successerunt 4 B
locum filij Ioseph in duas diuisi tribus,
Manasse & Ephraim: nec acceperunt Leuitę aliam in Terra partem, nisi vrbes ad
habitandum, & suburbana earũ ad alenda iumenta & pecora sua. *Sicut præce- 5
perat Dominus Moysi, ita fecerũt filij Israel, & diuiserunt Terram. *Accesserunt 6
itaq; filij Iuda ad Iosue in Galgala, locutusq; est ad eũ Caleb filius Iephone Cenezeus: *Nosti quid locutus sit Dominus *Num. 14. d. 22
ad Moysen hominem Dei de me & te
in Cadesbarne. *Quadraginta annorum 7
eram quando misit me Moyses famulus
Domini de Cadesbarne, vt considerarem
Terram, nunciauiq; ei quod mihi verum
videbatur. *Fratres autẽ mei, qui ascenderant mecũ, dissoluerunt cor populi: & 8
nihilominus ego secutus sum Dominũ
Deum meũ. *Iurauitq; Moyses in die illo, dicens: Terra, quam calcauit pes tuus, 9
erit possessio tua, & filiorum tuorũ in æternũ: quia secutus es Dominum Deum
meum. *Concessit ergo Dominus vitam 10
mihi, sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. Quadraginta & quinque anni

sunt,

sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum, *fic valẽs, 11
vt eo valebam tempore quãdo ad explorandum missus sum: *" illius in me tem- D
*Iosue 14. a. 11 poris fortitudo vsque hodie perseuerat,
tam ad bellandum quàm ad gradiẽdum.
*Da ergo mihi mõtem istum, quem pol- 12
licitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ
atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi. *Benedixitq; ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionem. *atque ex 13 14
eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem: quia se- D
cutus est Dominum Deum Israel. *No- 15
men Hebron antè vocabatur Cariath
Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim
situs est: & Terra cessauit à præliis.

CAP. XV.

*Iosue 14. a. 1 IGitur " sors filiorum Iudæ per cogna- 1 A
tiones suas ista fuit: A termino Edom,
desertum Sin contra Meridiem, & vsque
ad extremã partem australis plagæ. *ini- 2
tium eius à summitate maris salsissimi, &
à lingua eius, quę respicit Meridiem. *E- 3
grediturq; contra Ascensum Scorpionis,
& pertransit in Sina: ascenditq; in Cades-
barne, & peruenit in Esron, ascendens ad
Addar, & circuiens Carcaa, * atque inde 4
pertransiens in Asemona, & perueniens
ad Torrentem Ægypti: eruntq; termini
eius mare magnum. hic erit finis meridianæ plagæ. *Ab Oriente verò erit ini- 5
tium, mare salsissimum vsq; ad extrema
Iordanis: & ea quæ respiciunt ad Aquilonem, à lingua maris vsque ad eundem B
Iordanis fluuium. * ascenditq; terminus 6
in Beth Hagla, & transit ab Aquilone in
Beth Araba: ascendens ad lapidem Boën
filij Ruben. * & tendens vsque ad termi- 7
nos Debera de Valle Achor, contra Aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex
aduerso Ascensionis Adommim, ab australi parte torrentis: transitq; aquas, quę
vocantur Fons solis: & erunt exitus eius
ad Fontem Rogel. * ascenditq; per con- 8
uallem filij Ennom ex latere Iebusæi ad
Meridiem, hæc est Ierusalem: & inde se
erigens ad verticem montis, qui est contra Geennom ad Occidentem in summitate vallis Raphaim contra Aquilonem.
*pertransitque à vertice montis vsque ad 9
fontem aquæ Nephtoa: & peruenit vs- C
que ad vicos montis Ephron: inclinaturque in Baala, quę est Cariathiarim, id est,
vrbs siluarum. * & circuit de Baala con- 10
tra Occidentem, vsque ad montem Seir:
transitque iuxta latus montis Iarim ad
Aquilonem in Cheslon: & descendit in
Bethsames, transitque in Thamna. * & 11
peruenit contra Aquilonem partis Accaron ex latere: inclinaturq; Sechrona, &
transit montem Baala: peruenitque in
Iebneel, & magni maris contra Occidentem fine concluditur. *hi sunt termini fi- 12
liorum Iuda per circuitum in cognationibus suis. *Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut D
præceperat ei Dominus: Cariath Arbe
patris Enac, ipsa est Hebron. *" Deleuit- 14 *Iudic. 1. v. 10
que ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai &
Ahiman & Tholmai de stirpe Enac. * Atque inde conscendens venit ad habitato- 15
res Dabir, quæ priùs vocabatur Cariath
Sepher, id est, ciuitas litterarum. *Dixit- 16
que Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & ceperit eã, dabo ei Axam filiam
meam vxorem. * Cepitq; eam Othoniel 17 A
filius Cenez frater Caleb iunior: deditq;
ei Axam filiam suam vxorem. *Quę, cùm 18
pergerent simul, suasa est à viro suo vt
peteret à patre suo agrum, suspirauitque
vt sedebat in asino. Cui Caleb: Quid habes, inquit? * At illa respondit: Da mihi 19
benedictionem: Terram australem &
arentem dedisti mihi, iunge & irriguam.
Dedit itaque ei Caleb irriguum superius
& inferius. *Hęc est possessio tribus filio- 20
rum Iuda per cognationes suas. *Erantq; 21
ciuitates ab extremis partibus filiorũ Iuda iuxta terminos Edom à Meridie: Cab- E
seel & Eder & Iagur, *& Cina & Dimona & Adada, *& Cades & Asor & Iethnam, *Ziph & Telem & Baloth, * Asor 22 23 24
noua & Carioth, Hesron, hæc est Asor. 25
*Amam, Sama, & Molada, *& Asergadda & Hassemon & Bethphelet, * & Ha- 26 27 28
sersual & Bersabee & Baziothia *& Baala & Iim & Esem, * & Eltholad & Cesil 29 30
& Harma, * & Siceleg & Medemena & 31
Sensenna, * Lebaoth & Selim & Aën & 32
Remon. omnes ciuitates vigintinouẽ, &
villæ earum. *In cãpestribus verò: Estaol F
& Sarea & Asena, *& Zanoe & Ængannim & Taphua & Enaim, *& Ierimoth 33 34
& Adullam, Socho & Azeca, *& Saraim 35
& Adithaim & Gedera & Gederothaim: 36
vrbes quattuordecim, & villæ earũ. *Sanan & Hadassa & Magdalgad, * Delean 37 38
& Masepha & Iecthel, * Lachis & Ba- 39

schat & Eglon, * Chebbon & Leheman & Cethlis * & Gideroth & Bethdagon & Naama & Maceda: ciuitates sedecim, & villæ earum. * Labana & Ether & Asan, * Iephtha & Esna & Nesib, * & Ceila & Achzib & Maresa: ciuitates nouem, & villæ earum. * Accaron cum vicis & villulis suis. * Ab Accaron vsque ad mare: omnia quæ vergunt ad Azotum & vicinos eius. * Azotus cũ vicis & villulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis, vsque ad torrentem Ægypti, & mare magnum terminus eius. * Et in monte: Samir & Iether & Socoth * & Danna & Cariathsenna, hæc est Dabir: * Anab & Isthemo & Anim, * Gosen & Olon & Gilo: ciuitates vndecim & villę earum. * Arab & Ruma & Esaan, * & Ianum & Beththaphua & Apheca, * Athmatha & Cariatharbe, hęc est Hebron, & Sior: ciuitates nouem, & villę earum. * Maon & Carmel & Ziph & Iota, * Iezrael & Iucadam & Zanoë, * Accain, Gabaa, & Thamna: ciuitates decem, & villæ earum. * Halhul, & Bessur, & Gedor, * Mareth, & Bethanoth, & Eltecon: ciuitates sex & villæ earum. * Cariathbaal, hæc est Cariathiarim vrbs siluarum, & Arebba: ciuitates duæ, & villæ earum. * In deserto Betharaba, Meddin, & Sachacha * & Nebsan, & ciuitas salis, & Engaddi: ciuitates sex, & villæ earum. * Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere: habitauitq; Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.

40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63

CAP. XVI.

CEcidit quoque sors filiorum Ioseph, ab Iordane contra Iericho & aquas eius ab Oriente: solitudo quæ ascẽdit de Iericho ad montem Bethel: * & egreditur de Bethel Luza: transitq; terminum Archi, Atharoth. * & descendit ad Occidentem iuxta terminum Iephleti, vsque ad terminos Beth horon inferioris, & Gazer: finiunturq; regiones eius mari magno: * possederuntq; filij Ioseph Manasses & Ephraim. * Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas: & possessio eorum contra Orientem Ataroth Addar vsque Beth horon superiorem. * Egrediunturque confinia in mare: Machmethath verò Aquilonem respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathselo: & pertransit ab Oriente Ianoë. * descenditq; de Ianoë in Ataroth & Naaratha: & peruenit in Iericho, egrediturq; ad Iordanem. * De Taphua pertransit contra mare in Vallem arundineti, suntque egressus eius in mare salsissimum. hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas. * Vrbesque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & villæ earum. * Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

1 A 2 3 B 4 5 6 7 8 9 10 C

CAP. XVII.

CEcidit autem sors tribui Manasse: (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & Basan: * * & reliquis filiorũ Manasse iuxta familias suas, filiis Abiezer, & filiis Helec, & filiis Esriel, & filiis Sechem, & filiis Hepher, & filiis Semida. isti sunt filij Manasse filij Ioseph, mares, per cognationes suas. * * Salphaad verò filio Hepher filij Galaad filij Machir filij Manasse, non erant filij, sed solæ filiæ: quarũ ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. * Veneruntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun, & principum, dicentes: Dominus præcepit per manum Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditque eis iuxta imperium Domini possessionem in medio fratrum patris earum. * Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque Terra Galaad & Basan trans Iordanem. * Filiæ enim Manasse possederũt hereditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant. * Fuitq; terminus Manasse ab Aser, Machmethath quę respicit Sichem: & egreditur ad dextram iuxta habitatores Fontis Taphuæ. * Etenim in sorte Manasse ceciderat Terra Taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim. * Descenditque terminus Vallis arundineti in meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quę in medio sunt vrbium Manasse: terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare: * ita vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, & vtramque claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Aser ab Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriente. * Fuitq; hereditas Manasse in Issachar &

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 9 10 C 11

*Num. 26. l. 30

*Num. 27. l. 1. & 36. d. 11

in Aser,

in Aser, Bethsan & viculi eius, & Ieblaam cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis: similiterq; habitatores Thenac cum viculis suis, & habitatores Mageddo cum viculis suis, & tertia pars vrbis Nopheth. * Nec potuerunt filij Manasse has ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra sua. * Postquam autẽ conualuerunt filij Israel, subiecerunt Chananęos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerũt eos. * Locutiq; sunt filij Ioseph ad Iosue, & dixerunt: Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi vnius, cùm sim tãtæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? * Ad quos Iosue ait: Si populus multus es, ascende in siluam, & succide tibi spatia in Terra Pherezæi & Raphaim: quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. * Cui respondentes filij Ioseph: Non poterimus ad montana conscendere, cùm ferreis curribus vtantur Chananæi, qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bethsan cum viculis suis, & Iezrael mediam possidẽs vallem. * Dixitq; Iosue ad domum Ioseph, Ephraim & Manasse: Populus multus es, & magnæ fortitudinis, nõ habebis sortem vnam, * sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia: & poteris vltra procedere cùm subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

12 13 14 15 16 17 18

CAP. XVIII.

COngregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis Terra subiecta. * Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quæ necdum acceperãt possessiones suas. * Ad quos Iosue ait: Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorũ dedit vobis? * Eligite de singulis tribubus ternos viros, vt mittam eos, & pergant atque circumeant Terram, & describant eam iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis: referantq; ad me quod descripserint. * Diuidite vobis Terram in septẽ partes: Iudas sit in terminis suis ab australi plaga, & domus Ioseph ab Aquilone. * mediam inter hos Terram in septem partes describite: & huc venietis ad me, vt coram Domino Deo vestro mittam vobis hîc sortem: * quia non est inter vos pars Leuitarum, sed sacerdotium Domini est eorum hereditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse, iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad Orientalem plagam: quas dedit eis Moyses famulus Domini. * Cumq; surrrexissent viri, vt pergerent ad describendam Terram, præcepit eis Iosue, dicens: Circuite Terram, & describite eam, ac reuertimini ad me: vt hîc coram Domino, in Silo, mittam vobis sortem. * Itaque perrexerunt: & lustrantes eam, in septem partes diuiserunt, scribentes in volumine. Reuersiq; sunt ad Iosue in castra Silo. * Qui misit sortes coram Domino in Silo, diuisitque Terram filiis Israel in septem partes. * Et ascẽdit sors prima filiorum Beniamin per familias suas, vt possiderent Terram inter filios Iuda & filios Ioseph. * Fuitq; terminus eorum contra Aquilonem à Iordane: pergens iuxta latus Iericho septentrionalis plagę, & inde contra Occidentem ad montana conscendens, & perueniens ad solitudinem Bethauen, * atque pertrãsiens iuxta * Luzam ad Meridiem, ipsa est Bethel: descenditq; in Ataroth addar, in montem qui est ad Meridiem Beth horon inferioris: * Et inclinatur circuiens cõtra mare ad Meridiem montis qui respicit Beth horon contra Africum: suntque exitus eius in Cariath baal, quæ vocatur & Cariathiarim, vrbem filiorum Iuda. hæc est plaga contra mare, ad Occidẽtem. * A Meridie autẽ ex parte Cariathiarim egreditur terminus cõtra mare, & peruenit vsque ad fontem aquarum Nephtoa. * Descenditq. in partem montis, qui respicit Vallem filiorum Ennom: & est contra septentrionalem plagã in extrema parte Vallis Raphaim. Descenditq. in Geennom (id est, Vallem Ennom) iuxta latus Iebusęi ad Austrum: & peruenit ad Fontem Rogel, * trãsiens ad Aquilonem, & egrediẽs ad Ensemes, id est, fontem solis: * & pertransit vsque ad tumulos, qui sunt è regione Ascensus Adommim: descenditq. ad Abenboen, id est, lapidem Boen filij Ruben: & pertrãsit ex latere Aquilonis ad campestria: descenditque in planitiem, * & prætergreditur contra Aquilonem Beth hagla: suntq; exitus eius contra linguam maris salsissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad australem plagam: * qui est terminus illius ab Oriente. hæc est possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. * Fueruntque

1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 9 10 11 12 13 14 C 15 16 17 18 D 19 20 21

*Gen. 28. l. 19

ciuitates eius, Iericho & Beth hagla & Vallis Casis, * Beth Araba & Samaraim 22
& Bethel * & Auim & Aphara & Ophe- 23
ra, * Villa Emona & Ophni & Gabee: 24
ciuitates duodecim, & villæ earum. * Ga- 25
baon & Rama & Beroth, * & Mesphe 26
& Caphara, & Amosa * & Recem, Iare- 27
phel & Tharela, * & Sela, Eleph, & Ie- 28
bus, quæ est Ierusalem, Gabaath & Ca-
riath: ciuitates quattuordecim, & villæ
earum. Hæc est possessio filiorum Be-
niamin iuxta familias suas.

CAP. XIX.

ET egressa est sors secunda filiorum 1
Simeon per cognationes suas: fuitq; A
hereditas * eorum in medio possessionis 2
filiorum Iuda: Bersabee & Sabee & Mo-
lada * & Hasersual, Bala & Asem * & El- 3
tholad, Bethul & Harma * & Siceleg & 4
Bethmarchaboth & Hasersusa * & Beth- 5
lebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, 6
& villæ earum. * Ain & Remmon & A- 7
thar & Asan: ciuitates quattuor, & villæ
earum: * omnes viculi per circuitum vr- 8
bium istarũ vsque ad Baalath Beer Ra-
math contra australem plagam. Hæc est
hereditas filiorũ Simeon iuxta cognatio-
nes suas, * in possessione & funiculo filio- 9
rum Iuda: quia maior erat. & idcirco fi-
lij Simeon possederunt in medio hered-
tatis eorum. * Ceciditque sors tertia filio- 10
rũ Zabulon per cognationes suas: & fa-
ctus est terminus possessionis eorum vs-
que Sarid. * Ascenditque de Mari & Me- 11
rala, & peruenit in Debbaseth, vsque ad
torrentem qui est contra Ieconam. * Et 12
reuertitur de Sared contra Orientẽ in fi-
nes Ceseleththabor: & egreditur ad Da-
bereth, ascenditq; contra Iaphie. * Et in- 13
de pertransit vsque ad oriẽtalem plagam
Gethhepher & Thacasin: & egreditur in
Remmon, Amthar & Noa. * Et circuit 14
ad Aquilonem Hanathon: suntq; egres- B
sus eius Vallis Iephtahel, * & Cateth & 15
Naalol & Semeron & Iedala & Bethle-
hem: ciuitates duodecim, & villæ earum.
* Hęc est hereditas tribus filiorum Zabu- 16
lon per cognationes suas, vrbes & viculi
earum. * Issachar egressa est sors quarta 17
per cognationes suas. * fuitq; eius here- 18
ditas, Iezrael & Casaloth & Sunem * & 19
Hapharaim & Seon, & Anaharath * & 20
Rabboth & Cesion, Abes, * & Rameth, 21
& Engannim, & Enhadda, & Bethphe-
ses. * Et peruenit terminus eius vsq; Tha- 22
bor & Seheśima & Bethsames: eruntq; 48
exitus eius Iordanis: ciuitates sedecim, 23
& villæ earum. * Hæc est possessio filio-
rum Issachar per cognationes suas, vrbes 24
& viculi earum. * Ceciditque sors quinta
tribui filiorũ Aser per cognationes suas:
* fuitq; terminus eorũ Halcath & Chali 25
& Beten & Axaph * & Elmelech & A- 26
maad & Messal: & peruenit vsq; ad Car-
melum maris & Sihor & Labanath. * Ac 27
reuertitur contra Orientem Bethdagon:
& pertransit vsque Zabulon & Vallem
C Iephthael contra Aquilonem in Bethe-
mec & Nehiel. Egreditursq; ad leuam Ca-
bul, * & Abran & Rohob & Hamon & 28
Cana, vsque ad Sidonem magnam. * re- 29
uertiturq; in Horma vsque ad ciuitatem
munitissimam Tyrum, & vsque Hosa:
eruntq; exitus eius in mare de funiculo
Achziba: * & Amma & Aphec & Ro- 30
hob. ciuitates vigintiduæ, & villę earum.
* Hæc est possessio filiorum Aser per co- 31
gnationes suas, vrbesque & viculi earum.
* Filiorum Nephthali sexta sors cecidit 32
per familias suas: * & cœpit terminus de
Heleph & Elon in Saananim, & Adami,
quæ est Neceb, & Iebnael vsque Lecum:
& egressus eorum vsque ad Iordanem:
* reuertiturq; terminus contra Occiden- 34
tem in Azanotthabor, atque inde egre-
ditur in Hucuca, & pertransit in Zabu-
lon contra Meridiem, & in Aser contra
Occidentem, & in Iuda ad Iordanẽ con-
tra ortum solis. * ciuitates munitissimæ, 35
Assedim, Ser, & Emath, & Reccath &
Cenereth, * & Edema & Arama, Asor 36
* & Cedes & Edrai, Enhasor * & Ieron & 37
Magdalel, Horem & Bethanath & Beth- 38
sames: ciuitates decem & nouem, & vil-
læ earum. * Hæc est possessio tribus filio- 39
rum Nephthali per cognationes suas, vr-
bes & viculi earum. * Tribui filiorũ Dan 40
per familias suas egressa est sors septi-
ma: * & fuit terminus possessionis eius 41
D Sara & Esthaol, & Hirsemes, id est, ciui- D
tas solis. * Selebin & Aialon & Iethela, 42
* Elon & Themna & Acron, * Elthece, 43
Gebbethon & Balaath, * & Iud & Bane 44
& Barach & Gethremmon: * & Meiar- 45
con & Arecon, cum termino qui respi- 46
cit Ioppen, * & ipso fine çoncluditur. 47
Ascenderuntque filij Dan, & pugnaue-
runt contra Lesem, ceperuntque eam: &
percusserunt eam in ore gladij, & posse-
derunt, & habitauerunt in ea, vocantes
nomẽ eius Lesem Dan, ex nomine Dan
patris sui. * Hæc est possessio tribus filio-
rum Dan, per cognationes suas, vrbes &

viculi

viculi earum. * Cumque complesset sorte 49
diuidere Terram singulis per tribus suas,
dederunt filij Israel possessionem Iosue
filio Nun in medio sui, * iuxta præce- 50
ptum Domini, vrbem quam postulauit,
Thamnath Saraa in monte Ephraim:
& ædificauit ciuitatem, habitauitque in
ea. * Hæ sunt possessiones, quas sorte di- 51
uiserunt Eleazar sacerdos & Iosue filius
Nun, & principes familiarum ac tri-
buum filiorum Israel, in Silo, coram Do-
mino ad ostium tabernaculi testimonij,
partitique sunt Terram.

CAP. XX.

ET locutus est Dominus ad Iosue, di- 1
cens: Loquere filiis Israel, & dic eis: A
*Separate vrbes fugitiuorum, * de quibus 2
locutus sum ad vos per manum Moysi;
* vt confugiat ad eas quicumq; animam 3
percusserit nescius: & possit euadere iram
proximi, qui vltor est sanguinis: * cùm ad 4
vnam harum cõfugerit ciuitatum, stabit B
ante portam ciuitatis, & loquetur senio-
ribus vrbis illius ea quæ se comprobent
innocentem: sicq; suscipient eum, & da- 9
bunt ei locum ad habitandum. * Cumq; 5
vltor sanguinis eũ fuerit persecutus, non
tradent in manus eius: quia ignorãs per-
cussit proximum eius, nec ante biduum,
triduumve, eius probatur inimicus. * Et 6
habitabit in ciuitate illa, donec stet ante C
iudicium causam reddẽs facti sui, & mo-
riatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo
tempore: tunc reuertetur homicida, &
ingredietur ciuitatẽ & domum suam de
qua fugerat. * Decreuerunturque Cedes in 7
Galilæa montis Nephthali, & Sichem in
montẽ Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est
Hebron, in monte Iuda. * Et trans Ior- 8
danem contra Orientalem plagam Ieri- D
cho, * statuerunt Bosor, quæ sita est in
campestri solitudine, de tribu Ruben, &
Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gau-
lon in Basan de tribu Manasse. * Hæ ci- 9
uitates constitutæ sunt cunctis filiis Is-
rael, & aduenis qui habitabant inter eos:
vt fugeret ad eas qui animam nescius
percussisset, & non moreretur in manu
proximi, effusum sanguinem vindicare
cupientis, donec staret ante populum
expositurus causam suam.

CAP. XXI.

ACcesseruntq; principes familiarum 1
Leui ad Eleazarum sacerdotem, & A
Iosue filium Nun, & ad duces cognatio- 49
num per singulas tribus filiorum Israel: 2
* locutiq; sunt ad eos in Silo Terræ Cha-
naan, atque dixerunt: * Dominus præ- *Num. 35.
cepit per manum Moysi, vt darentur no- a. 2.
bis vrbes ad habitandum, & suburbana 3
earum ad alenda iumenta. * Dederuntq;
filij Israel de possessionibus suis iuxta
imperium Domini, ciuitates & suburba-
na earum. * Egressaq; est sors in familiam 4
Caath filiorum Aaron sacerdotis, de tri-
bubus Iuda, & Simeon, & Beniamin, ci-
uitates tredecim: * Et reliquis filiorum 5
Caath, id est, Leuitis qui superfuerant, de
tribubus Ephraim, & Dan, & dimidia
tribu Manasse, ciuitates decem. * Porrò 6
filiis Gerson egressa est sors, vt acciperent
de tribubus Issachar & Aser & Nepth-
ali, dimidiaque tribu Manasse in Basan, ci-
uitates numero tredecim. * Et filiis Me- 7
rari per cognationes suas, de tribubus
Ruben & Gad & Zabulon, vrbes duode-
cim. * Dederuntq; filij Israel Leuitis ci- 8
uitates & suburbana earum, sicut præce-
pit Dominus per manum Moysi, singu-
lis sorte tribuentes. * De tribubus filio- 9
rum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuita- B
tes: * quarum ista sunt nomina, * filiis Aa- 10 *1. Par. 6.
ron per familias Caath Leuitici generis a. 2.
(prima enim sors illis egressa est) * Ca-
riatharbe patris Enac, quæ vocatur He-
bron, in monte Iuda, & suburbana eius
per circuitũ. * * Agros verò & villas eius, 12 *Sup. 14.
dederat Caleb filio Iephone ad possiden- a. 14
dum. * Dedit ergo filiis Aaron sacerdo- 13
tis Hebron confugij ciuitatem, ac subur-
bana eius: & Lobnam cum suburbanis
suis: * & Iether, & Estemo, * & Ho- 14
lon, & Dabir, * & Ain, & Ieta, & Beth- 15
sames, cum suburbanis suis: ciuitates no-
uem, de tribubus, vt dictum est, duabus.
* De tribu autẽ filiorum Beniamin, Ga- 17
baon, & Gabae, * & Anathoth & Almon, 18
cum suburbanis suis: ciuitates quattuor.
* Omnes simul ciuitates filiorum Aaron 19
sacerdotis, tredecim, cum suburbanis
suis. * Reliquis verò per familias filiorum 20
Caath Leuitici generis, hæc est data pos-
sessio. * De tribu Ephraim vrbes confu- 21
gij, Sichem cum suburbanis suis in mon-
te Ephraim, & Gazer * & Cibsaim & 22
Beth horon, cum suburbanis suis, ciuita-
tes quattuor. * De tribu quoque Dan, 23
Eltheco & Gabathon, * & Aialon & Ge- 24
C thremmon, cum suburbanis suis, ciui-
tates quattuor. * Porrò de dimidia tri- 25
bu Manasse, Thanach & Gethremmon,
cum suburbanis suis, ciuitates duę. * Om- 26

nes ciuitates decem, & suburbana earum, datæ sunt filiis Caath inferioris gradus. * Filiis quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan, & Bosram, cum suburbanis suis, ciuitates duas. *Porrò de tribu Issachar, Cesion, & Dabereth, *& Iaramoth, & Enganim, cum suburbanis suis, ciuitates quattuor. *De tribu autem Aser, Masal & Abdon, * & Helcath & Rohob, cum suburbanis suis, ciuitates quattuor. * De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij, Cedes in Galilæa, & Hammoth Dor, & Carthan, cum suburbanis suis, ciuitates tres. * Omnes vrbes familiarum Gerson, tredecim, cum suburbanis suis. * Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Iecnam & Cartha *& Damna & Naalol, ciuitates quattuor cum suburbanis suis. * De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine, Misor & Iaser & Iehtson & Mephaath, ciuitates quattuor cum suburbanis suis. *De tribu Gad ciuitates confugij, Ramoth in Galaad, & Manaim & Hesebon & Iaser, ciuitates quattuor cum suburbanis suis. *Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes suas, duodecim. * Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo * cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. * Deditque Dominus Deus Israeli omnem Terram, quam traditurum se patribus eorum iuraverat: & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. * Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. *Ne vnum quidem verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

CAP. XXII.

EOdem tempore vocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, * dixitque ad eos: Fecistis omnia quę præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis, * nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentē diem, custodientes imperium Domini Dei vestri. * Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, "quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trās Iordanem: *ita dumtaxat, vt custodiatis attentè, & opere compleatis mādatum & legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. *Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. *Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco medię quę superfuit, dedit Iosue sortem inter ceteros fratres suos trans Iordanem ad Occidentalem plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, * dixit ad eos: In multa substantia atque diuitiis reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. *Reuersiq; sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, à filiis Israel de Silo, quę sita est in Chanaan, vt intrarent Galaad Terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moysi. * Cumq; venissent ad tumulos Iordanis in Terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitę magnitudinis. * Quod cùm audissent filij Israel, & & ad eos certi nuncij detulissent, ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse, altare in Terra Chanaan, super Iordanis tumulos, contra filios Israel: * conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent & dimicarēt contra eos. *Et interim miserunt ad illos in Terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, * & decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus. * Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, in Terram Galaad, dixeruntq; ad eos: * Hæc mandat omnis populus Domini: Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificātes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? *An parum vobis est "quod peccastis in Beelphegor, & vsque in præsentem diē macula huius sceleris in nobis permanet? multique de populo corruerunt. * Et vos hodie reliquistis Dominum, & cras in vniuersum Israel ira eius desæuiet. *Quòd si putatis immundam esse terram possessionis vestrę, transite ad Terram, in quæ tabernaculum Domini est, & habitate inter nos: tantùm vt à Domino, & à nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri. * "Nónne Achan filius Zare præteriit mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atq; vtinam solus periisset in scelere suo. *Responderuntque filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, principibus legationis Israel: * Fortissimus Deus Dominus, Fortissimus Deus Dominus, ipse nouit, & Israel simul intelliget: si præuaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti: * & si ea mente fecimus, vt holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat & iudicet: * & non ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus: Cras dicent filij vestri filiis nostris: Quid vobis & Domino Deo Israel? *terminum posuit Dominus inter nos & vos, ô filij Ruben, & filij Gad, Iordanem fluuium: & idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem auertent filij vestri filios nostros à timore Domini. Putauimus itaque melius, *& diximus: Extruamus nobis altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas, *sed in testimonium inter nos & vos, & sobolem nostram vestramq; progeniem, vt seruiamus Domino, & iuris nostri sit offerre, & holocausta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquam dicant cras filij vestri filiis nostris: Non est vobis pars in Domino. *Quòd si voluerint dicere, respondebunt eis: Ecce altare Domini, quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimoniū nostrum ac vestrum. *Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à Domino, & eius vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculum eius. * Quibus auditis, Phinees sacerdos, & principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt: & verba filiorū Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse, libentissimè susceperunt. * Dixitque Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: Nunc scimus quòd nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis à præuaricatione hac, & liberastis filios Israel de manu Domini. * Reuersusq; est cum principibus à filiis Ruben & Gad, de Terra Galaad, finium Chanaan, ad filios Israel, & retulit eis. * Placuitque sermo cunctis audientibus. Et laudauerunt Deum filij Israel, & nequaquam vltrà dixerunt, vt ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent Terram possessionis eorum. * Vocaueruntque filij Ruben, & filij Gad, altare quod extruxerant, Testimonium nostrum, quòd Dominus ipse sit Deus.

CAP. XXIII.

EVoluto autem multo tēpore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & perseni-lis ætatis: *vocauit Iosue omnē Israelem, maioresq; natu, & principes ac duces, & magistros, dixitque ad eos: Ego senui, & progressioris ætatis sum: * vosq; cernitis omnia, quę fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quo modo pro vobis ipse pugnauerit: * & nunc quia vobis sorte diuisit omnē Terram, ab Orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum, multęq; adhuc supersunt nationes: * Dominus Deus vester disperdet eas & auferet à facie vestra, & possidebitis Terrā, sicut vobis pollicitus est. *tantùm confortamini, & estote soliciti, vt custodiatis cuncta quę scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram: * ne postquam intraueritis ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: *sed adhæreatis Domino Deo vestro: quod feciſtis vsque in diem hanc. * Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gētes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. * Vnus è vobis persequetur hostium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. * Hoc tantum diligentissimè præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum. *Quòd si volueritis gētium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare: *iam nunc scitote quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foueam ac laqueum, & offendiculū ex latere vestro, & fudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de Ter-

*Num. 32. f. 31 Sup. 13. b. 8

*Num. 25. 4. 4 Deut. 4. 1. 3

de Terra hac optima, quam tradidit vobis. * En ego hodie ingredior viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quòd de omnibus verbis, quæ se Dominus præsturum vobis esse pollicitus est, vnum non præterierit incassum. * Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atq; disperdat de Terra hac optima, quam tradidit vobis, * eò quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: citò atque velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima, quam tradidit vobis.

*3.Reg.2. a.2

CAP. XXIIII.

CONgregauitq; Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: steteruntq; in conspectu Domini: * & ad populum sic locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Trans fluuium habitauerũt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: seruieruntque diis alienis. * Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eum in Terram Chanaan: multiplicauiq; semen eius, * & dedi ei Isaac: Illiq; rursum dedi Iacob & Esau. E quibus, Esau dedi monte Seir ad possidendum: Iacob verò, & filij eius descenderunt in Ægyptum. * Misiq; Moysen & Aaron, & percussi Ægyptum multis signis atque portentis. * Eduxiq; vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare: persecutiq; sunt Ægyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad Mare rubrum. * Clamauerunt autem ad Dominum filij Israel: qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore: * & introduxi vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat trãs Iordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis Terram eorum, atq; interfecistis eos. * Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israelem. Misitq; & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis: * & ego nolui audire eum, sed econtrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. * Transistisq; Iordanem, & venistis ad Iericho. Pugnauerunteq; contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus, & Pherezæus, & Chananęus, & Hethęus, & Gergesæus, & Heuæus, & Iebusæus: & tradidi illos in manus vestras. * Misiq; ante vos crabrones: & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio nec in arcu tuo. * Dediq; vobis Terram, in qua non laborastis, & vrbes quas nõ ædificastis, vt habitaretis in eis: vineas & oliueta, quæ non plantastis. * Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atq; verissimo: & auferte deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite Domino. * Sin autem malum vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimùm debeatis, vtrùm diis, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino. * Respondituq; populus, & ait: Absit à nobis vt relinquamus Dominum, & seruiamus diis alienis. * Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros, de Terra Ægypti, de domo seruitutis: fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via, per quam ambulauimus, & in cunctis populis, per quos transiuimus. * Et eiecit vniuersas gentes, Amorrhæum habitatorẽ Terræ, quam nos intrauimus. Seruiemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster. * Dixitq; Iosue ad populũ: Non poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. * Si dimiseritis Dominum, & seruieritis diis alienis, conuertet se, & affliget vos, atq; subuertet postquã vobis præstiterit bona. * Dixitq; populus ad Iosue: Nequaquã ita vt loqueris, erit, sed Domino seruiemus. * Et Iosue ad populum, Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominũ vt seruiatis ei. Respõderuntque: Testes. * Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel. * Dixitq; populus ad Iosue: Domino Deo nostro seruiemus, & obediẽtes erimus præceptis eius. * Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. * Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem, posuitque eum

*Sup.11. d.10 Exod.23. f.28 Deut.7. c.20

*1.Reg.7. a.5 Tob.14. c.10

subter

subter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini: * & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audierit omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro. * Dimisitque populum, singulos in possessionem suam. * Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, centum & decem annorum: * sepelieruntq; eum in finibus possessionis suę in Thamnathsare, quę est sita in monte Ephraim, à Septẽtrionali parte montis Gaas. * Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerũt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. * Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. * Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

*Gen.50. d.25 Exod.13. d.19 *Gen.33. d.19

LIBER IVDICVM, HEBRAICE SOPHETIM.

CAPVT PRIMVM.

POST mortem Iosue consuluerunt filij Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? * Dixitq; Dominus: Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius. * Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascẽde mecum in sortem meã, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Simeon. * Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananęum ac Pherezæum in manus eorum: & percusserũt in Bezec decem millia virorum. * Inueneruntque Adonibezec in Bezec, & pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum. * Fugit autem Adonibezec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum. * Dixitq; Adonibezec: Septuaginta reges, amputatis manuum ae pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. * Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cundam incendio ciuitatem. * Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad meridiem, & in campestribus. * Pergensque Iudas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariath Arbe) percussit Sesai, & Ahiman, & Tholmai: * atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath Sepher, id est, ciuitas litterarum. * Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meã vxorem. * Cumque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. * Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ cùm suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes? * At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius. * Filij autem Cinæi cognati Moysi, ascenderunt de ciuitate palmarũ, cum filiis Iuda, in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. * Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephaath, & interfecerunt eum. Vocatumque est nomen vrbis, Horma, id est, anathema. * Cepitq; Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis. * Fuitque Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus

*Sup.

ribus

ribus abundabant. *Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac. *Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Beniamin: habitauitque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem, vsque in præsentem diem. *Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis. *Nam cùm obsiderẽt vrbem, quę priùs Luza vocabatur, *viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. * Qui cùm ostendisset eis, percussérunt vrbem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem cognationem eius, dimiserunt. * Qui dimissus, abiit in Terram Hetthim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitq; eam Luzam: quę ita appellatur vsque in præsentem diem. *Manasses quoque non deleuit Bethsan, & Thanac cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpitque Chananæus habitare cum eis. *Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. * Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. * Zabulon non deleuit habitatores Cetron, & Naalol: sed habitauit Chananæus in medio eius, factusque est ei tributarius. * Aser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob: *habitauitq; in medio Chananęi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. *Nephthali quoque non deleuit habitatores Bethsames, & Bethanath: & habitauit inter Chananæum habitatorem Terrę, fueruntq; ei Bethsamitæ & Bethanitæ tributarij. * Arctauitq; Amorrhęus filios Dan in monte, nec dedit eis locũ vt ad planiora descenderent: * habitauitq; in monte Hares, quod interpretatur testaceo, in Aialon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusque est ei tributarius. * Fuit autem terminus Amorrhæi ab Ascensu Scorpionis, petra, & superiora loca.

*Num. 14. d. 24 Ioſ. 15. c. 14.

CAP. II.

ASceditq; Angelus Domini de Galgalis ad Locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in Terram, pro qua iuraui patribus vestris: & pollicitus sum, vt nõ facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: *ita dumtaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus Terræ huius, sed aras eorum subuertere tis: & noluistis audire vocẽ meam: cur hoc feci stis? *Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. *Cumque loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel: eleuauerunt ipsi vocem suam, & & fleuerunt. *Et vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, siue lacrymarum: immolaueruntque ibi hostias Domino. * Dimisit ergo Iosue populum, & abierũt filij Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam: *seruieruntque Domino cunctis diebus eius, & seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel. * Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorum, *& sepelierunt eum in finibus possessionis suę in Thamnathsare in monte Ephraim, à Septẽtrionali plaga montis Gaas. *Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexeruut alij, qui non nouerant Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. *Feceruntque filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim. *Ac dimiserunt Dominũ Deum patrũ suorum, qui eduxerat eos de Terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, deosq; populorum, qui habitabãt in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt Dominum, * dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. *Iratusq; Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersariis suis: * sed quocumquẽ pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehemẽter afflicti sunt. * Suscitauitque Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt, * fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Citò deseruerũt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum: & audiẽtes mandata Domini, omnia fecere contraria. *Cumque Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. *Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora quàm fecerant

* Ioſ. 24. 28

cerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam, per quam ambulare consueuerunt. * Iratusque est furor Domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocẽ meam audire contempsit: * & ego non delebo gentes, quas dimisit Iosue, & mortuus est: * vt in ipsis experiar Israel, vtrùm custodiant viam Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. *Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

CAP. III.

HÆ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui nõ nouerant bella Chananæorum: *vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinẽ præliandi: *quinque satrapas Philisthinorum, omnemq; Chananæum, & Sidonium, atque Heuęum, qui habitabat in monte Libano, de monte Baal Hermon vsque ad introitum Emath. *Dimisitq; eos, vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audiret mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. *Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi: *& duxerũt vxores filias eorum, ipsiq; filias suas filiis eorum tradiderunt, & seruierunt diis eorum. * Feceruntque malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astaroth. * Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ, seruieruntq; ei octo annis. *Et clamauerũt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filiũ Cenez, fratrem Caleb minorem: * fuitq; in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel. Egressusq; est ad pugnã, & tradidit Dominus in manus eius Chusan Rasathaim regem Syriæ, & oppressit eum. *Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. *Addiderunt autem filij Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius. *Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abijitque & percussit Israel, atque possedit Vrbem palmarum. *Seruieruntq; filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis: *& postea clamauerũt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, filium Gera, filij Iemini, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Miseruntq; filij Israel per illum munera Eglon regi Moab. *Qui fecit sibi gladiũ ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore. *Obtulitq; munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. *Cumque obtulisset ei munera, prosecutus est socios, qui cũ eo venerant. *Et reuersus de Galgalis, vbi erant idola, dixit ad Regẽ: Verbum secretum habeo ad te ô Rex. Et ille imperauit silentium: egressisq; omnibus qui circa eum erant, * ingressus est Aod ad eum: sedebat autẽ in æstiuo cœnaculo solus, dixitque: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. * Extenditq; Aod sinistram manum, & tulit sicã de dextero femore suo, infixitq; eam in ventre eius *tam validè, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladiũ, sed ita vt percusserat, reliquit in corpore: statimque per secreta naturæ alui stercora proruperunt. *Aod autem clausis diligẽtissimè ostiis cœnaculi, & obfirmatis sera, *per posticũ egressus est. Seruiq; regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atq; dixerunt: Forsitan purgat aluum in æstiuo cubiculo. *Expectantesque diu donec erubescerent, & videntes quòd nullus aperiret, tulerũt clauem: & aperiẽtes inuenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum. *Aod autem, dum illi turbarentur, effugit, & pertrãsiit Locum idolorum, vnde reuersus fuerat. Venitque in Seirath: * & statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderuntq; cum eo filij Israel, ipso in fronte gradiente. * Qui dixit ad eos: Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, & occupauerunt vada Iordanis quæ transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quemquam: *sed percussérunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros. nullus eorum euadere potuit. *Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israel: & quieuit Terra octoginta annis. * Post

hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.

CAP. IIII.

1 Addideruntque filij Israel facere malum in cõspectu Domini post mortem Aod, * & tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor: habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram, ipse autem habitabat in Haroseth gentium. * Clamaueruntq; filij Israel ad Dominum: nongẽtos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresserat eos. * Erat autẽ Debbora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore. * Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascendebantq; ad eam filij Israel in omne iudicium. * Quæ misit & vocauit Barac filium Abinoem de Cedes Nephthali: dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade, & duc exercitum in montem Thabor, tollesque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, & de filiis Zabulon: * ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison, Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua. * Dixitq; ad eam Barac: Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecũ, non pergam. * Quę dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debbora, & perrexit cum Barac in Cedes. * Qui, accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorũ, habens Debboram in comitatu suo. * Haber autem Cinæus recesserat quondam à ceteris Cinæis fratribus suis filiis Hobab, cognati Moysi: & tetenderat tabernacula vsque ad vallem, quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. * Nunciatumque est Sisaræ, quòd ascẽdisset Barac filius Abinoem in montem Thabor: * & congregauit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth gentium ad torrentem Cison. * Dixitq; Debbora ad Barac: Surge, hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descẽdit itaque Barac de monte Thabor, & decẽ millia pugnatorum cum eo. * Perterruitq; Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem, in ore gladij, ad conspectum Barac: in tantum, vt Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, * & Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum, vsque ad Haroseth gentium, & omnis hostium multitudo vsq; ad internecionem caderet. * Sisara autem fugiens peruenit ad tẽtorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Iabin regem Azor, & domum Haber Cinæi. * Egressa igitur Iahel in occursum Sisarę, dixit ad eum: Intra ad me domine mi: intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculũ eius, & opertus ab ea pallio, * dixit ad eam: Da mihi, obsecro, paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit vtrẽ lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. * Dixitque Sisara ad eam: Sta ante ostium tabernaculi: & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicens: Numquid hic est aliquis? Respondebis: Nullus est. * Tulit itaque Iahel vxor Haber clauũ tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondite & cum silentio, posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti consocians defecit, & mortuus est. * Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat: egressaque Iahel in occursum eius, dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cùm intrasset ad eam, vidit Sisaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius. * Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israel: * qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

*1. Reg. 12 b. 9

*Psal. 82. c. 10

CAP. V.

1 Cecineruntq; Debbora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes:
2 * Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.
3 * Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.
4 * Domine cùm exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, cælique ac nubes distillauerunt aquis.
5 * Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel.
6 * In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel, quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.

7 * Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt: donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel.
8 * Noua bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel.
9 * Cor meum diligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.
10 * Qui ascenditis super nitentes asinos, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini.
11 * Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini & clementia in fortes Israel: tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.
12 * Surge, surge Debbora, surge, surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abinoem.
13 * Saluatę sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.
14 * Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.
15 * Duces Issachar fuere cum Debbora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.
16 * Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.
17 * Galaad trans Iordanẽ quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.
18 * Zabulõ verò & Nephthali obtulerũt animas suas morti in regione Merome.
19 * Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanaan in Thanach iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.
20 * De cælo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.
21 * Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrens Cison: conculca anima mea robustos.
22 * Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.
23 * Maledicite terrę Meroz, dixit Angelus Domini: maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortissimorum eius.
24 * Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo.
25 * Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.
26 * Sinistram manum misit ad clauũ, & dexterã ad fabrorum malleos, percussitq; Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.
27 * Inter pedes eius ruit: defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis.
28 * Per fenestrã respiciens, vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?
29 * Vna sapientior ceteris vxoribus eius, hæc socrui verba respondit:
30 * Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei: vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur.
31 * Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.
32 * Quieuitque Terra per quadraginta annos.

CAP. VI.

1 Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos
2 in manu Madian septem annis, * & oppressi sunt valde ab eis. Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca. * Cumque seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalec, ceteriq; Orientalium nationũ:
4 * & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant vsque ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel, nõ
5 oues, non boues, non asinos. * Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa complebant, innumera multitudo hominũ, & camelorum, quidquid
6 tetigerant deuastantes. * Humiliatusque
7 est Israel valde in conspectu Madian. * Et clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas. * Qui misit ad
8 eos virum prophetam, & locutus est: Hęc dicit Dominus Deus Israel: Ego vos feci conscendere de Ægypto, & eduxi vos
9 de domo seruitutis, * & liberaui de ma-

nu Ægyptiorum, & omnium inimicorum, qui affligebant vos: eiecíque eos ad introitum veſtrum, & tradidi vobis Terram eorum. * Et dixi : Ego Dominus 10
Deus veſter, ne timeatis deos Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. Et noluiſtis audire vocem meam. *Venit 11
autem Angelus Domini, & ſedit ſub quercu, quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cumque Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian, *apparuit ei Angelus Domini, 12
& ait: Dominus tecum, virorum fortiſſime. * Dixitq; ei Gedeon : Obſecro, mi 13
domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hęc omnia? vbi ſunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres noſtri, atque dixerunt: De Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian. *Reſpexitq; ad eum Dominus, 14
*1. Reg. 12. c. 11 & ait: *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian : ſcito quòd miſerim te. *Qui reſpondens ait: 15
Obſecro, mi domine, in quo liberabo Iſrael? ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. *Dixitque ei Dominus: Ego ero te- 16
cum : & percuties Madian quaſi vnum virum. *Et ille, Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi ſignum quòd tu 17
ſis qui loqueris ad me. *Nec recedas hinc, 18
donec reuertar ad te, portans ſacrificiũ, D
& offerens tibi. Qui reſpondit: Ego præſtolabor aduentum tuum. *Ingreſſus eſt 19
itaque Gedeon & coxit hœdum, & de farinę modio azymos panes: carneſque ponens in caniſtro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei. * Cui dixit Angelus Domini: 20
Tolle carnes & azymos panes, & pone ſupra petram illam, & ius deſuper funde. Cumque feciſſet ita, *extendit Angelus 21
Domini ſummitatem virgę, quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: aſcenditq; ignis de petra, & carnes azymoſq; panes conſumpſit : Angelus autẽ Domini euanuit ex oculis eius. *Videnſque Gedeon quòd eſſet Angelus 22
Domini, ait: Heu mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini facie ad faciem. *Dixitque ei Dominus: Pax tecum: ne ti- 23
meas, non morieris. *Ædificauit ergo ibi 24
Gedeon altare Domino, vocauitq; illud, E
Domini pax, vſque in præſentem diem. Cumque adhuc eſſet in Ephra, quę eſt fa-

25 miliæ Ezri, *nocte illa dixit Dominus ad eum: Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorũ ſeptem, deſtrueſq; aram Baal, quæ eſt patris tui: & nemus, quod
26 circa aram eſt, ſuccide: *& ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius, ſuper quam antè ſacrificiũ poſuiſti: tolleſq; taurum ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum,
27 quæ de nemore ſuccideris. *Aſſumptis ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dominus. Timens autem domũ patris ſui, & homines
28 illius ciuitatis, per diem noluit id facere, F
ſed omnia nocte compleuit. * Cumque ſurrexiſſent viri oppidi eius manè, viderunt deſtructam aram Baal, lucumq; ſuciſum, & taurum alterum impoſitum ſu-
29 per altare, quod tunc ædificatũ erat. *Dixeruntque ad inuicem : Quis hoc fecit? Cumq; perquirerent auctorem facti, dictum eſt. Gedeon filius Ioas fecit hæc
30 omnia. *Et dixerunt ad Ioas: Produc filium tuũ huc, vt moriatur: quia deſtruxit
31 aram Baal, & ſuccidit nemus. *Quibus ille reſpondit: Numquid vltores eſtis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduerſarius eſt eius, moriatur antequam lux craſtina veniat: ſi Deus eſt, vindicet ſe de eo, qui ſuffodit aram eius. *Ex illo die vocatus eſt
32 Gedeon, Ierobaal, eò quòd dixiſſet Ioas: Vlciſcatur ſe de eo Baal, qui ſuffodit aram eius. *Igitur omnis Madian, & Amalec, & Orientales populi congregati
33 ſunt ſimul: & tranſeuntes Iordanem, caſtrametati ſunt in valle Iezrael. *Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domum Abie-
34 zer, vt ſequeretur ſe. *Miſitq; nuncios in vniuerſum Manaſſen, qui & ipſe ſecutus eſt eum: & alios nuncios in Aſer & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei.
35 *Dixitque Gedeon ad Deum: Si ſaluum facis per manum meam Iſrael, ſicut locutus es, *ponam hoc vellus lanæ in area: ſi
36 ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra
37 ſiccitas, ſciam quòd per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſrael. * Factumq; eſt ita. Et de nocte conſurgens,
38 expreſſo vellere, concham rore impleuit. *Dixitque rurſus ad Deum: Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in vellere. Oro
39 vt ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madens. *Fecitque Deus nocte illa
40 vt poſtulauerat: & fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.

CAP.

CAP. VII.

IGitur Ierobaal qui & Gedeon, de nocte conſurgẽs, & omnis populus cum 1 A
eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem caſtra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelſi.
*Dixitque Dominus ad Gedeon: Mul- 2
tus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Iſrael, & dicat: Meis viribus liberatus ſum. *Loquere ad populum, & cun- 3
Deut. 20. 8. Iudith. 7. 19 ctis audientibus prædica: Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur. Receſſeruntq; de monte Galaad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tantum decem millia remanſerunt. *Di- 4
xitque Dominus ad Gedeon: Adhuc po- B
pulus multus eſt, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipſe pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. *Cumque deſcen- 5
diſſet populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum : qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.
*Fuit itaque numerus eorum qui manu 6
ad os proiiciente lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. *Et ait Domi- 7 C
nus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum. *Sumptis itaque pro numero ci- 8
barijs & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua: & ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. Caſtra autem Madian erant ſubter in valle. *Eadem nocte dixit Do- 9
minus ad eum: Surge, & deſcende in caſtra : quia tradidi eos in manu tua. * ſin 10 G
autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus. *Et cùm audieris 11
quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes. Deſcendit ergo ipſe & Phara puer eius in partem caſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ. *Madian autem & 12 D
Amalec, & omnes Orientales populi, ſi ſi iacebant in valle, vt locuſtarũ multitudo : cameli quoque innumerabiles erant, ſicut arena quę iacet in littore maris. *Cumque veniſſet Gedeon, narrabat 13
aliquis ſomnium proximo ſuo : & in hunc modum referebat quod viderat:

Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere : cumque perueniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. *Reſpondit is, cui loquebatur: 14
Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitæ: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius. * Cumque audiſſet Gedeon 15 E
ſomnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait: Surgite, tradidit enim Dominus in 16
manus noſtras caſtra Madian. *Diuiſitq; trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum.
*Et dixit ad eos: Quod me facere videri- 17
tis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectamini. *Quando 18
perſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite & conclamate, Domino & Gedeoni.
*Ingreſſuſque eſt Gedeon, & trecenti 19
F viri qui erant cum eo, in partem caſtrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe la-
genas. *Cumque per gyrum caſtrorum 20
in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque: Gladius Domini &
Gedeonis: * ſtantes ſinguli in loco ſuo 21
per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulanteſque fugerunt: *& nihi- 22
lominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. *Immiſitque Dominus gla- *Pſal. 82. f. 10
dium in omnibus caſtris, & mutua ſe
cæde truncabant, *fugientes vſque ad 23
Bethſetta, & crepidinem Abelmehula in Tebbath. Conclamantes autem viri G
Iſrael de Nephtali, & Aſer, & omni Manaſſe, perſequebantur Madian. * Miſit- 24
que Gedeon nuncios in omnem montem Ephraim, dicens: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Bethbera atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas
atque Iordanem vſque Bethbera. * Ap- 25 *Pſal. 82. f. 12. Iſa. 10. f. 26
prehenſoſq; duos viros Madian, Oreb, & Zeb, interfecit Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torcular Zeb. Et perſecuti ſunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

CAP. VIII.

DIxeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. *Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? nónne melior est racemus Ephraim, vindemijs Abiezer? *In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. *Cumq; venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eũ cum trecentis viris qui secum erant: & prę lassitudine, fugientes persequi non poterãt. *Dixitq; ad viros Soccoth: Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valdè defecerunt: vt possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian. *Responderunt principes Soccoth: Forsitan palmæ manuũ Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes. *Quibus ille ait: Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conterã carnes vestras cum spinis tribulisq; deserti. *Et inde conscendẽs, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Soccoth. *Dixit itaq; & eis: Cùm reuersus fuero victor in pace, destruã turrim hanc. *Zebee autem & Salmana requiescebant cũ omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorũ, cęsis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium. *Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur, ad Orientalem partem Nobe & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. *Fugeruntq; Zebee & Salmana, quos persequẽs Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. *Reuertensq; de bello ante solis ortum, *apprehendit puerum de viris Soccoth: interrogauitq; eum nomina principum & seniorũ Soccoth, & descripsit septuaginta septẽ viros. *Venitq; ad Soccoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana, super quibus exprobrastis mihi, dicentes: Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris, qui lassi sunt & defecerunt, panes. *Tulit ergo seniores ciuitatis & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atq; comminuit viros Soccoth. *Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. *Dixitq; ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidistis in Thabor? Qui responderũt: similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. *Quibus ille respondit: Fratres mei fuerũt, filij matris meæ. viuit Dominus, quia si seruasſetis eos, non vos occiderem. *Dixitq; Iether primogenito suo: Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. *Dixeruntq; Zebee & Salmana: Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatẽ robur est hominis. Surrexit Gedeõ, *& interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari solent. *Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. *Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. *Dixitque ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerãt. *Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expandentesq; super terrã pallium, proiecerunt in eo inaures de præda: *& fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. *Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq; est omnis Israel in eo, & factũ est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. *Humiliatus est autem Madian coram filijs Israel, nec potuerunt vltrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. *Abijt itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua: *habuitq; septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius: eò quòd plures haberet vxores. *Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filiũ nomine Abimelech. *Mortuusq; est Gedeõ filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. *Postquã autẽ mortuus est Gedeon, auersi sũt filij Israel, & fornicati sunt cum Baalim. Percusseruntque cum Baal fœdus, vt esset eis in deũ: *nec recordati

*Psal. 82. b. 12

*Osi. 10. d. 14

dati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omniũ per circuitum: * nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon, iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

CAP. IX.

ABijt autem Abimelech filius Ierobaal in Sichẽ ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnẽ cognationem domus patris matris suæ, dicens: *Loquimini ad omnes viros Sichẽ: Quid vobis est melius, vt dominẽtur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir? simulque considerate, quòd os vestrum & caro vestra sum. *Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorũ post Abimelech, dicentes: Frater noster est. *Dederuntq; illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberit. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutique sunt eum. *Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansitq; Ioatham filius Ierobaal minimus, & absconditus est. *Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abieruntq; & constituerunt regem Abimelech, iuxta quercum quæ stabat in Sichem. *Quod cum nunciatum esset Ioatham, iuit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuataq; voce, clamauit, & dixit: Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus. *Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: dixeruntque oliuæ: Impera nobis. *Quæ respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire vt inter ligna promouear? *Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe. *Quæ respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suauissimos, & ire vt inter cetera ligna promouear? *Locutaq; sunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis. *Quæ respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cetera promoueri? *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos. *Quę respondit eis: Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. si autẽ non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. *Nunc igitur, si rectè & absque peccato constituistis super vos regẽ Abimelech, & bene egistis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficijs eius, qui pugnauit pro vobis, *& animam suã dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, *qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfeciſtis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituistis regẽ Abimelech filiũ ancillę eius super habitatores Sichem, eò quòd frater vester sit: *si ergo rectè & absq; vitio egistis cum Ierobaal, & domo eius, hodie lætamini in Abimeleh, & ille lętetur in vobis. *Sin autẽ peruersè: egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidũ Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech. *Quę cùm dixisset, fugit, & abijt in Bera: habitauitq; ibi ob metũ Abimelech fratris sui. *Regnauit itaq; Abimelech super Israel tribus annis. *Misitq; Dominus spiritũ pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui cœperũt eũ detestari, *& scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal, & effusionẽ sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, & in ceteros Sichimorum principes, qui eum adiuuerant. *Posueruntq; insidias aduersus eum in summitate mõtium: & dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. nũciatumq; est Abimelech. *Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit in Sichimam. Ad cuius aduentũ erecti habitatores Sichem, *egressi sunt in agros, vastantes vineas, vuasque calcantes: & factis cantantium choris, ingressi sunt fanũ Dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech, *clamante Gaal filio Obed: Quis est Abimelech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? numquid non est filius Ierobaal, & constituit principẽ Zebul seruum suũ super viros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? *vtinã daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Dictumq; est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & veni. *Zebul enim princeps ciuitatis, auditis sermonibus Gaal filij Obed, iratus est valde, *& misit clàm ad Abimelech nuncios, dicens: Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatem. *Surge itaque nocte cum populo qui

tecũ est, & latita in agro: *& primo mane oriente sole,irrue super ciuitatem. illo autem egrediente aduersum te cum populo suo, fac ei quod potueris. *Surrexit itaq; Abimelech eum omni exercitu suo nocte, & tetẽdit insidias iuxta Sichimam in quattuor locis. *Egressusq; est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autẽ Abimelech,& omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. *Cumq; vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit.Cui ille respondit: Vmbras montium vides quasi capita hominum,& hoc errore deciperis. *Rursumque Gaal ait: Ecce populus de vmbilico terræ descendit, & vnus cuneus venit per viam quæ respicit quercum. *Cui dixit Zebul: Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris: Quis est Abimelech vt seruiamus ei?Nónne hic populus est,quem despiciebas?Egredere, & pugna contra eum. *Abijt ergo Gaal, spectante Sichimorũ populo, & pugnauit contra Abimelech, *qui persecutus est eum fugientẽ, & in vrbem compulit: ceciderunt̃q; ex parte eius plurimi,vsque ad portam ciuitatis: *& Abimelech sedit in Ruma: Zebul autem , Gaal & socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est commorari. *Sequenti ergo die egressus est populus in campum.Quod cùm nunciatum esset Abimelech,*tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Videns̃q; quòd egrederetur populus de ciuitate, surrexit, & irruit in eos *cum cuneo suo, oppugnans, & obsidens ciuitatem: duę autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur. *Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem : quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsaq̃ destructa,ita vt sal in ea dispergeret.*Quod cùm audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt fanum dei sui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant,& ex eo locus nomẽ acceperat,qui erat munitus valde.*Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos,*ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi,præcidit arboris ramum,impositumq̃;ferens humero, dixit ad socios: Quod me videtis facere,citò facite. *Igitur certatim ramos de arboribus prẽcidentes,sequebantur ducem. Qui circumdantes præsidiũ, succenderunt: atque ita factum est,vt fumo & igne mille homines necarentur ,

33 50 34 51 35 52 36 53 37 54 38 55 39 56 40 57 41 F 1 42 A 2 43 3 44 4 45 B 5 46 6 47 48 7 8 49 G 9

viri pariter & mulieres,habitatorum turris Sichem.*Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes,quod circumdans obsidebat exercitu.*Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis , clausa firmissimè ianua , & super turris tectum stantes per propugnacula. *Accedens̃q; Abimelech iuxta turrim , pugnabat fortiter: & appropinquans ostio , ignẽ supponere nitebatur: *'& ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech , & confregit cerebrum eius. *'Qui vocauit citò armigerum suũ, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me : ne fortè dicatur quòd à femina interfectus sim. Qui iussa perficiens,interfecit eũ. *Illoq; mortuo, omnes qui cum eo erãt de Israel, reuersi sunt in sedes suas: *& reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum , interfectis septuaginta fratribus suis. *Sichimitis quoque , quod operati erant , retributum est , & venit super eos maledictio Ioatham filij Ierobaal.

*2.Reg.11. d. 21

*1.Reg.31. h. 4 1.Par.10. d. 4

CAP. X.

POst Abimelech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Issachar , qui habitauit in Samir montis Ephraim: *& iudicauit Israelem viginti & tribus annis, mortuusq; est, ac sepultus in Samir. *Huic successit Iair Galaadites,qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos, *habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum,& principes triginta ciuitatum,quę ex nomine eius sunt appellatæ Hauoth Iair, id est,oppida Iair,vsque in præsentẽ diem,in Terra Galaad. *Mortuusque est Iair ac sepultus in loco cui est vocabulũ Camon. *Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idolis, Baalim & Astaroth , & dijs Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philisthijm : dimiserunt̃que Dominum, & non coluerũt eum.*Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthijm & filiorum Ammon. *Afflictiq; sunt , & vehementer oppressi per annos decem & octo , omnes qui habitabant trans Iordanem in Terra Amorrhæi,qui est in Galaad: * in tantum , vt filij Ammon , Iordane transmisso , vastarent Iudam & Beniamin & Ephraim: afflictusque est

que est Israel nimis. * Et clamantes ad Dominum , dixerunt : Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum,& seruiuimus Baalim.*Quibus locutus est Dominus : Numquid non Ægyptij & Amorrhæi, filijque Ammon & Philisthijm, *Sidonij quoq; & Amalec & Chanaan, oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorũ? *Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos: ideirco non addam vt vltrà vos liberem: *ite, & inuocate deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiæ. *Dixeruntque filij Israel ad Dominum : Peccauimus , redde tu nobis quidquid tibi placet : tantùm nunc libera nos. *Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorũ deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo : qui doluit super miserijs eorum. *Itaque filij Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Israel, in Maspha castrametati sunt. *Dixerũtque principes Galaad singuli ad proximos suos : Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare , erit dux populi Galaad.

10 C 11 12 13 14 15 C D 16 17 18

CAP. XI.

FVit illo tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator,filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. *Habuit autem Galaad vxorem,de qua susceptit filios: qui postquam creuerant,eiecerunt Iephte,dicentes: Heres in domo patris nostri esse non poteris,quia de altera matre natus es. *Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in Terra Tob: congregatiq̃ sunt ad eum viri inopes,& latrocinantes,& quasi principem sequebantur. *In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Israel.*Quibus acriter instantibus, perrexerunt maiores natu de Galaad , vt tollerent in auxiliũ sui Iephte de Terra Tob: *dixeruntq; ad eũ: Veni & esto princeps noster, & pugna cõtra filios Ammon. *Quibus ille respõdit: 'Nónne vos estis , qui odistis me , & eiecistis de domo patris mei,& nunc venistis ad me necessitate compulsi?*Dixeruntq; principes Galaad ad Iephte : Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscũ,& pugnes contra filios Ammon , sisque dux omnium qui habitant in Galaad. *Iephte quoq; dixit eis:Si verè venistis ad me,vt pugnem pro vobis contra filios Ammon , tradideritque eos Dominus in manus meas , ego ero vester princeps? *Qui responderunt ei: Dominus,qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa faciemus. *Abijt itaque Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutusque est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha. *Et misit nuncios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent : Quid mihi & tibi est, quia venisti cõtra me, vt vastares terram meã? *Quibus ille respondit: 'Quia tulit Israel terra meam , quando ascendit de Ægypto, à finibus Arnon vsque Iaboc atque Iordanem : nunc ergo cum pace redde mihi eam. *Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon: * Hæc dicit Iephte: Non tulit Israel Terram Moab, nec Terrã filiorum Ammon: *sed quando de Ægypto conscenderunt,ambulauit per solitudinẽ vsque ad Mare rubrum, & venit in Cades. *'Misitq; nuncios ad regẽ Edom,dicens: Dimitte me vt transeam per terrã tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoq; ad regem Moab, qui & ipse transitũ præbere contempsit.Mansit itaque in Cades,*& circuiuit ex latere Terrã Edom, & Terram Moab: venitq; contra Orientalem plagam Terræ Moab, & castrametatus est trãs Arnõ : nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe cõfinium est Terrę Moab. *Misit itaque Israel nuncios ad Sehon regẽ Amorrhęorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei : Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium. *Qui & ipse Israel verba despiciens,nõ dimisit eũ transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata,egressus est contra eũ in Iasa, & fortiter resistebat. *Tradiditq; eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo,qui percussit eum,& possedit omnem Terram Amorrhęi habitatoris regionis illius, *& vniuersos fines eius,de Arnon vsq; Iaboc,& de solitudine vsque ad Iordanem. *Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel,& tu nunc vis possidere terrã eius? *Nónne ea quę possidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur?Quę autẽ Dominus Deus noster victor obtinuit,in nostrã cedẽt possessionẽ: *'nisi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab:aut doce,repetes,quòd iurgatus sit contra Israel , & pugnauerit

19 C 20 21 22 23 24 25 E

*Num. 21. c. 13

*Num. 20. c. 14

*Num. 21. c. 13

*Num. 22. c. 2

contra eum, *quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroër, & villis 26
illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem, per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? * Igitur non ego pecco in te, 27
sed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei, inter Israel & inter filios Ammon. * Noluitque acquiescere 28
rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuncios mandauerat. *Factus est ergo super Iephte Spiritus Domini, & circuiens Galaad, & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios
Ammon, *votum vouit Domino, dicens: 30
Si tradideris filios Ammon in manus F
meas, *quicumque primus fuerit egres- 31 B
sus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram Domino. *Transiuitque Iephte ad filios Am- 32
mon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius. *Percussitq; 33
ab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis. humiliatique sunt filij Ammon à filijs
Israel. *Reuertente autem Iephte in 34
Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. non enim habebat alios liberos. * Qua 35
visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu me, filia mea, decepisti me, & ipsa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. * Cui 36
illa respondit: Pater mi, si aperuisti os G
tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. *Dixitque 37
ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod deprecor: Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.
*Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam 38
duobus mensibus. Cumque abijsset cum
socijs ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. * Expletisque 39
duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virũ. Exinde mos increbruit in Is-
rael, & consuetudo seruata est: *vt post 40
anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quattuor.

CAP. XII.

ECce autem in Ephraim orta est seditio. nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Iephte: Quare va- 1 A
dens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.
*Quibus ille respondit: Disceptatio erat 2
mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauique vos, vt præberetis mihi auxiliũ, & facere noluistis.
*Quod cernens posui animam meam in 3
manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium? *Vocatis itaque 4
ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in me-
dio Ephraim & Manasse. *Occupauerunt- 5
que Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Cumque
venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset: Obsecro vt me
transire permittatis: dicebant ei Galaaditæ: Numquid Euphrathæus es? quo dicente: Non sum: *interrogabant eum: 6
Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur C
Spica. Qui respondebat, Sibboleth: eadem littera spicam exprimere non valens. Statimq; apprehensum iugulabant
in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt
in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. *Iudicauit itaque Iephte Ga- 7
laadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. *Post 8
hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlehem: *qui habuit triginta filios, & toti- 9
dem filias, quas emittens foras, maritis D
dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit vxores, introducens in domum suam.
Qui septem annis iudicauit Israel. *mor- 10
tuusque est, ac sepultus in Bethlehem.
*Cui successit Ahialon Zabulonites: & 11
iudicauit Israel decem annis: *mortuus- 12
que est, ac sepultus in Zabulon. * Post 13
hunc iudicauit Israel Abdon, filius Illel, Pharathonites: *qui habuit quadraginta 14
filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarũ, & iudicauit Israel octo annis: * mor- 15
tuusque est, ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

CAP.

CAP. XIII.

RVrsumque *filij Israel fecerunt ma- 1 A
lum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. *Erat autem quidam vir 2
de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem. *Cui ap- 3
paruit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es & absque liberis: *sed concipies D
& paries filium: *caue ergo ne bibas vi- 4
num ac siceram, nec immundum quidquam comedas: *quia concipies, & pa- 5
ries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum.
*Quæ cùm venisset ad maritum suum, 6
dixit ei: Vir Dei venit ad me, habens vul- B
tum angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogassem, quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit
mihi dicere: * sed hoc respondit: Ecce 7
concipies & paries filium: caue ne vinum bibas, nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer nazaræus Dei
ab infantia sua, ex vtero matris suę vsque ad diem mortis suæ. *Orauit itaque Ma- 8
nue Dominum, & ait: Obsecro Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus face-
re de puero, qui nasciturus est. *Exaudi- 9
uitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Dei vxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cùm vi- 10
disset Angelum, *festinauit, & cucurrit 3
ad virum suum: nunciauitque ei, dicens: Ecce apparuit mihi vir, quem antè videram. *Qui surrexit, & secutus est vxo- 11
rem suam: venienque ad virum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit: Ego sum. *Cui Manue: Quan- 12
do, inquit, sermo tuus fuerit expletus, C 4
quid vis vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit? *Dixitq; Angelus Do- 13
mini ad Manue: Ab omnibus, quæ locutus sum vxori tuę, abstineat se: *& quid- 14
quid ex vinea nascitur, non comedat: vinum & siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei præcepi, im-
pleat atque custodiat. *Dixitque Manue 15 6
ad Angelum Domini: Obsecro te vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. *Cui respondit Ange- 16
lus: Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, 17
offer illud Domino. Et nesciebat Manue quòd Angelus Domini esset. *Dixitque
ad eum: Quod est tibi nomen, vt, si ser- 18
mo tuus fuerit expletus, honoremus te? *Gen. 32. 29.
*Cui ille respondit: 'Cur quæris nomen 19
meum, quod est mirabile? *Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super petram, offerens Domi- D
no, qui facit mirabilia: ipse autem & 20
vxor eius intuebantur. *Cumque ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cùm vidissent Manue & vxor
eius, proni ceciderunt in terram, *& vl- 21
trà eis non apparuit Angelus Domini. Statimque intellexit Manue Angelum
Domini esse, *& dixit ad vxorem suam: 22
Morte moriemur, quia vidimus Deum.
*Cui respondit mulier: Si Dominus nos 23 B
vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque
ea quæ sunt ventura dixisset. *Peperit 24
itaque filium, & vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. * Cœpitque Spiri- 25
tus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

CAP. XIIII.

DEscendit ergo Samson in Thamnatha. vidensque ibi mulierem de filia- 1 A
bus Philisthijm, *ascendit, & nunciauit 2
patri suo, & matri suæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum: quam quæso vt mihi acci- 3
piatis vxorem. * Cui dixerunt pater & mater sua: Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de
Philisthijm, qui incircumcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum: Hanc
mihi accipe: quia placuit oculis meis.
*Parentes autem eius nesciebant quòd 4
res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthijm. eo enim tempore Philisthijm dominabantur Israeli.
*Descendit itaque Samson cum patre 5
suo & matre in Thamnatha. Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occur-
rit ei. * Irruit autem Spiritus Domini in 6
Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frusta discerpens, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. *Descenditque & 7
locutus est mulieri, quæ placuerat oculis

eius. *Et post aliquot dies reuertens vt 8
acciperet eam, declinauit vt videret ca-
dauer leonis, & ecce examen apum in
ore leonis erat ac fauus mellis. *Quę cùm 9
sumpsisset in manibus, comedebat in via:
veniensque ad patrem suum & matrem,
dedit eis partem, qui & ipsi comederunt:
nec tamen eis voluit indicare quòd mel
de corpore leonis assumpserat. *Descen- 10
dit itaque pater eius ad mulierem, & fe- C
cit filio suo Samson conuiuium. sic enim
iuuenes facere consueuerant. *Cùm ergo 11
ciues loci illius vidissent eum, dederunt
ei sodales triginta vt essent cũ eo. *Qui- 12
bus locutus est Samson: Proponam vobis B
problema: quod si solueritis mihi intra
septem dies conuiuij, dabo vobis trigin-
ta sindones, & totidem tunicas: *sin au- 13
tem non potueritis soluere, vos dabitis
mihi triginta sindones, & eiusdem nu-
meri tunicas. Qui responderunt ei: Pro-
pone problema, vt audiamus. *Dixitque 14
eis: De comedẽte exiuit cibus, & de forti
egressa est dulcedo. nec potuerũt per tres
dies propositionẽ soluere. *Cumq; ades- 15
set dies septimus, dixerunt ad vxorẽ Sam-
son: Blandire viro tuo, & suade ei vt in-
dicet tibi quid significet problema. quod
si facere nolueris, incendemus te, & do-
mum patris tui. an idcirco vocastis nos
ad nuptias vt spoliaretis? *Quæ funde- 16
bat apud Samson lacrymas, & querebatur D
dicens: Odisti me, & non diligis: id-
circo problema, quod proposuisti filijs
populi mei, non vis mihi exponere. At
ille respondit: Patri meo & matri nolui
dicere: & tibi indicare potero? *Septẽ igi- 17
tur diebus conuiuij flebat ante eum: tan-
demq; die septimo cùm ei esset molesta,
exposuit. Quæ statim indicauit ciuibus
suis. *Et illi dixerunt ei die septimo ante 18
solis occubitum: Quid dulcius melle, &
quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non
arassetis in vitula mea, non inuenissetis
propositionẽ meam. *Irruit itaq; in eum 19
Spiritus Domini, descẽditq; Ascalonem,
& percussit ibi triginta viros. quorũ abla-
tas vestes dedit ijs qui problema solue-
rant. Iratusq; nimis ascendit in domum
patris sui: *vxor autem eius accepit ma- 20
ritum vnum de amicis eius & pronubis.

CAP. XV.

POst aliquantulum autem temporis, 1
cùm dies triticeę messis instarent, ve- A
nit Samson, inuisere volens vxorẽ suam,
& attulit ei hœdum de capris. Cumq; cu-
biculum eius solito vellet intrare, prohi-
buit eũ pater illius, dicens: *Putaui quòd 2
odisses eam, & ideo tradidi illam amico
tuo: sed habet sororem, quæ iunior &
pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. *Cui 3
Samson respondit: Ab hac die non erit
culpa in me contra Philisthæos: faciam
enim vobis mala. *Perrexitque & cepit 4
trecentas vulpes, caudasque earum iun-
xit ad caudas, & faces ligauit in medio:
*quas igne succendens, dimisit, vt huc il- 5
lucq; discurrerent. Quæ statim perrexe-
runt in segetes Philistinorum. Quibus
succensis, & comportatæ iam fruges, &
adhuc stãtes in stipula, concremate sunt,
in tantum, vt vineas quoque & oliueta
flamma consumeret. *Dixeruntque Phi- 6
listhijm: Quis fecit hanc rem? Quibus di-
ctum est: Samson gener Thamnathæi:
quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit,
hæc operatus est. Ascenderuntque Phi-
listhijm: & combusserunt tam mulierem
quàm patrem eius. *Quibus ait Samson: 7
Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vo-
bis expetam vltionem, & tunc quiescam.
*Percussitq; eos ingenti plaga, ita vt stu- 8
pentes suram femori imponerent. Et
descendens habitauit in spelunca petræ
Etam. *Igitur ascendentes Philisthijm in 9
Terram Iuda, castrametati sunt in loco,
qui postea vocatus est Lechi, id est, ma-
xilla, vbi eorũ effusus est exercitus. *Di- 10
xeruntq; ad eos de tribu Iuda: Cur ascen-
distis aduersum nos? Qui responderunt:
Vt ligemus Samson, venimus, & redda- C
mus ei quę in nos operatus est. *Descen- 11
derunt ergo tria millia virorum de Iuda,
ad specum silicis Etam, dixeruntque ad
Samson: Nescis quòd Philisthijm impe-
rẽt nobis? quare hoc facere voluisti? Qui-
bus ille ait: Sicut fecerũt mihi, sic feci eis.
*Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere 12
in manus Philisthinorũ. Quibus Samson,
Iurate, ait, & spondete mihi quòd nõ oc-
cidatis me. *Dixerũt: Non te occidemus, 13
sed vinctũ trademus. Ligaueruntq; eum
duobus nouis funibus, & tulerunt eum
de petra Etam. *Qui cùm venisset ad lo- 14
cum Maxillæ, & Philisthijm vociferãtes
occurrissent ei, irruit Spiritus Domini in
eum: & sicut solent ad odorem ignis lina
consumi, ita vincula quibus ligatus erat,
dissipata sunt & soluta. *Inuentamque 15
D maxillam, id est, mandibulam asini, quæ
iacebat, arripiens, interfecit in ea mille
viros, *& ait: In maxilla asini, in man- 16
dibula pulli asinarũ, deleui eos, & percussi

mille

mille viros. *Cumque hæc verba canens 17
complesset, proiecit mandibulam de ma-
nu, & vocauit nomen loci illius Ramath-
lechi, quod interpretatur eleuatio maxil-
læ. *Sitiensq; valde, clamauit ad Domi- 18
num, & ait: Tu dedisti in manu serui tui
salutẽ hanc maximam atque victoriam:
en siti morior, incidamq; in manus incir-
cumcisorum. *Aperuit itaque Dominus 19
molarem dentẽ in maxilla asini, & egres-
sæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis, re-
focillauit spiritum, & vires recepit. Idcir-
co appellatum est nomen loci illius, Fons
inuocantis de maxilla, vsque in præsen-
tem diem. *Iudicauitque Israel in diebus 20
Philisthijm viginti annis.

CAP. XVI.

ABijt quoque in Gazam, & vidit ibi 1
mulierem meretricem, ingressusque A
est ad eam. *Quod cùm audissent Phi- 2
listhijm, & percrebruisset apud eos, in-
trasse vrbem Samson, circumdederunt
eum, positis in porta ciuitatis custodi-
bus: & ibi tota nocte cum silentio præ-
stolantes, vt facto mane exeuntem occi-
derent. *Dormiuit autem Samson vsque 3
ad medium noctis: & inde consurgens,
apprehendit ambas portæ fores cum po-
stibus suis & sera, impositasque humeris
suis portauit ad verticem montis, qui re-
spicit Hebron. *Post hæc amauit mulie- 4
rem, quę habitabat in Valle Sorec, & vo-
cabatur Dalila. *Veneruntq; ad eã prin- 5
cipes Philisthinorum, atq; dixerunt: De-
cipe eum, & disce ab illo, in quo habeat
tantam fortitudinem, & quo modo eum
superare valeamus, & vinctum affligere. B
quod si feceris, dabimus tibi singuli mille
& centum argenteos. *Locuta est ergo 6
Dalila ad Samson: Dic mihi, obsecro, in
quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit
quo ligatus erumpere nequeas? *Cui re- 7
spondit Samson: Si septem neruiceis fu-
nibus, necdum siccis & adhuc humenti-
bus, ligatus fuero, infirmus ero vt ceteri
homines. *Attuleruntq; ad eam satrapæ 8
Philisthinorum septem funes, vt dixerat:
quibus vinxit eum, *latentibus apud se 9
insidijs, & in cubiculo finẽ rei expectan-
tibus, clamauitq; ad eum: Philisthijm su-
per te Samson. Qui rupit vincula, quo
modo si rumpat quis filũ de stuppę tor-
tum putamine, cùm odorem ignis acce-
perit: & non est cognitũ in quo esset for-
titudo eius. *Dixitq; ad eũ Dalila: Ecce 10
illusisti mihi, & falsum locutus es: saltem C
nunc indica mihi quo ligari debeas. *Cui 11
ille respondit: Si ligatus fuero nouis funi-
bus, qui numquam fuerunt in opere, in-
firmus ero, & aliorum hominum similis.
*Quibus rursum Dalila vinxit eum, & 12
clamauit: Philisthijm super te Samson, in
cubiculo insidijs præparatis. Qui ita ru-
pit vincula quasi fila telarum. *Dixitque 13
Dalila rursum ad eum: Vsquequo decipis
me, & falsum loqueris? ostende quo vin-
ciri debeas. Cui respondit Samson: Si se-
ptem crines capitis mei cũ licio plexue-
ris, & clauum his circumligatum terræ
fixeris, infirmus ero. *Quod cùm fecisset 14
Dalila, dixit ad eum: Philisthijm super te
Samson. Qui consurgens de somno ex-
traxit clauum cum crinibus & licio. *Di- 15
D xitq; ad eũ Dalila: Quo modo dicis quòd
amas me, cùm animus tuus non sit mecũ?
Per tres vices mẽtitus es mihi, & noluisti
dicere in quo sit maxima fortitudo tua.
*Cumque molesta esset ei, & per multos 16
dies iugiter adhæreret, spatium ad quie-
tem non tribuens, defecit anima eius, &
ad mortem vsque lassata est. *Tunc ape- 17
riens veritatem rei, dixit ad eam: Ferrum
numquam ascendit super caput meum,
quia nazaræus, id est, consecratus Deo,
sum de vtero matris meæ: si rasum fuerit
caput meũ, recedet à me fortitudo mea,
& deficiam, eroque sicut ceteri homines.
*Vidensq; illa quòd cõfessus ei esset om- 18
nem animum suum, misit ad principes
Philisthinorum ac mandauit: Ascendite
adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor
E suum. Qui ascenderũt, assumpta pecunia 19
quam promiserant. *At illa dormire eum
fecit super genua sua, & in sinu suo recli-
nare caput. Vocauitque tonsorem, & ra-
sit septem crines eius, & cœpit abigere
eum, & à se repellere: statim enim ab eo
20 fortitudo discessit: *dixitque: Philisthijm
super te Samson. Qui de somno consur-
gens, dixit in animo suo: Egrediar sicut
antè feci, & me excutiam, nesciẽs quòd
21 recessisset ab eo Dominus. *Quem cùm
apprehẽdissent Philisthijm, statim erue-
runt oculos eius, & duxerũt Gazam vin-
ctum catenis, & clausum in carcere mo-
22 lere fecerunt. *Iamq; capilli eius renasci
23 cœperãt, *& principes Philisthinorũ cõ-
uenerunt in vnum vt immolarẽt hostias
magnificas Dagõ deo suo, & epularẽtur,
F dicentes: Tradidit deus noster inimicum
24 nostrũ Samson in manus nostras. *Quod
etiam populus videns, laudabat deum
suum, eademque dicebat: Tradidit

deus

deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos. *Lætantesque per 25
conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat
ante eos, feceruntq; eum stare inter duas columnas. *Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me, vt tangam colum- 26
nas, quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululũ requiescam.
*Domus autem erat plena virorum ac 27
mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus spectan- G
tes ludentem Samson. *At ille inuocato 28
Domino ait: Domine Deus, memento
mei, & redde mihi nunc fortitudinem
pristinam Deus meus, vt vlciscar me de
hostibus meis, & pro amissione duorum
luminum vnam vltionem recipiam. *Et 29
apprehendens ambas columnas, quibus
innitebatur domus, alteramq; earum de-
xtera, & alteram læua tenens, *ait: Mo- 30
riatur anima mea cum Philisthiim. con-
cussisq; fortiter columnis, cecidit domus
super omnes principes, & ceteram mul-
titudinem quæ ibi erat: multoque plures
interfecit moriens, quàm antè viuus oc-
ciderat. *Descendentes autem fratres 31
eius & vniuersa cognatio tulerunt cor-
pus eius, & sepelierunt inter Saraa &
Esthaol in sepulchro patris sui Manue:
iudicauitque Israel viginti annis.

CAP. XVII.

FVit eo tempore vir quidam de monte 1
Ephraim nomine Michas, *qui dixit 2
matri suæ: Mille & centum argenteos, A
quos separaueras tibi, & super quibus me
audiente iuraueras, ecce ego habeo, &
apud me sunt. Cui illa respondit: Bene-
dictus filius meus Domino. *Reddidit 3
ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei: Con-
secraui & voui hoc argentum Domino,
vt de manu mea suscipiat filius meus, & B
faciat sculptile atque conflatile: & nunc
trado illud tibi. *Reddidit igitur eos ma- 4
tri suæ: quæ tulit ducentos argenteos, &
dedit eos argẽtario, vt faceret ex eis scul-
ptile atq; conflatile, quod fuit in domo
Michæ. *Qui ædiculam quoq; in ea Deo 5
separauit, & fecit ephod, & theraphim,
id est, vestem sacerdotalem, & idola: im-
pleuitq; vnius filiorum suorum manum,
& factus est ei sacerdos. * In diebus illis 6
non erat rex in Israel, sed vnusquisque, C

quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. 7
*Fuit quoque alter adolescens de Bethle-
hem Iuda, ex cognatione eius: eratq; ipse
Leuites, & habitabat ibi. *Egressusque de 8
ciuitate Bethlehẽ, peregrinari voluit vbi-
cumq; sibi commodum reperisset. Cum-
que venisset in montem Ephraim, iter fa-
ciens, & declinasset parumper in domum
Michæ, *interrogatus est ab eo vnde ve- 9
niisset. Qui respondit: Leuita sum de D
Bethlehem Iuda, & vado vt habitem vbi
potuero, & vtile mihi esse perspexero.
*Dixitq; Michas: Mane apud me, & esto 10
mihi parens ac sacerdos: daboq; tibi per
annos singulos decem argenteos, ac ve-
stem duplicem, & quæ ad victum sunt
necessaria. * Acquieuit, & mansit apud 11
hominem, fuitq; illi quasi vnus de filijs.
*impleuitq; Michas manum eius, & ha- 12
buit puerum sacerdotem apud se, *Nunc 13
scio, dicens, quòd benefaciet mihi Deus
habenti Leuitici generis sacerdotem.

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Israel, & 1
A tribus Dan quærebat possessionem si-
bi, vt habitaret in ea: vsque ad illum enim
diem inter ceteras tribus sortem non ac-
ceperat. *Miserunt ergo filij Dan, stirpis 2
& familiæ suæ quinque viros fortissimos
de Saraa & Esthaol, vt explorarent ter-
ram, & diligenter inspicerent: dixerunt-
que eis: Ite, & considerate terram. Qui
cùm pergentes venissent in montem
Ephraim, & intrassent domum Michæ,
requieuerunt ibi: *& agnoscentes vocem 3
adolescentis Leuitæ, vtentesq; illius di-
uersorio, dixerunt ad eum: Quis te huc B
adduxit? quid hîc agis? quam ob causam
huc venire voluisti? *Qui respondit eis: 4
Hæc & hęc præstitit mihi Michas, & me
mercede conduxit, vt sim ei sacerdos.
*Rogauerunt autem eum, vt consuleret 5
Dominum, vt scire possent an prospero
itinere pergerent, & res haberet effectũ.
*Qui respondit eis: Ite in pace: Dominus 6
respicit viam vestram, & iter quò pergi-
tis. *Euntes igitur quinque viri venerunt 7
Lais: videruntque populum habitantem
in ea absque vllo timore, iuxta consuetu-
dinem Sidoniorum, securum & quietum,
nullo ei penitus resistente, magnarumq; C
opum, & procul à Sidone atque à cun- 8
ctis hominibus separatum. *Reuerũq; ad
fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid 9
egissent scisscitantibus respõderunt: *Sur-
gite, ascendamus ad eos: vidimus enim

terram

terram valde opulentã & vberem: nolite
negligere, nolite cessare. eamus, & possi-
deamus eam, nullus erit labor. *Intrabi- 10
mus ad securos, in regionem latissimam,
tradetq; nobis Dominus locum, in quo
nullius rei est penuria, eorũ quæ gignun-
tur in terra. *Profecti igitur sunt de co- 11
gnatione Dan, id est, de Saraa & Esthaol,
sexcenti viri accincti armis bellicis, *a- 12
scendentesq; manserunt in Cariathiarim
Iudæ: qui locus, ex eo tempore, Castro-
rum Dan nomen accepit, & est post ter-
gum Cariathiarim. *Inde transierunt in 13
montem Ephraim. Cumq; venissent ad D
domum Michæ, *dixerunt quinque viri, 14
qui priùs missi fuerant ad considerandam
Terram Lais, ceteris fratribus suis: No-
stis quòd in domibus istis sit ephod, &
theraphim, & sculptile, atque conflatile:
videte quid vobis placeat. *Et cùm pau- 15
lulum declinassent, ingressi sunt domum
adolescentis Leuitę, qui erat in domo Mi-
chæ: salutaueruntq; eum verbis pacificis.
*Sexcenti autem viri ita vt erant armati, 16
stabant ante ostium. *At illi qui ingressi 17
fuerant domum inuenis, sculptile, &
ephod, & theraphim, atq; conflatile tol-
lere nitebantur, & sacerdos stabat ante
ostiũ, sexcentis viris fortissimis haud pro- E
cul expectantibus. *Tulerunt igitur qui 18
intrauerant, sculptile, ephod, & idola, at-
que conflatile. Quibus dixit sacerdos:
Quid facitis? *Cui responderunt: Tace, 19
& pone digitum super os tuum: veniq;
nobiscum, vt habeamus te patrem, ac sa-
cerdotem. Quid tibi melius est, vt sis sa-
cerdos in domo vnius viri, an in vna tri-
bu & familia in Israel? *Quod cùm audis- 20
set, acquieuit sermonibus eorum, & tulit
ephod, & idola, ac sculptile, & profectus
est cum eis. *Qui cùm pergerent, & ante 21
se ire fecissent paruulos ac iumenta, &
omne quod erat pretiosum, * & iam à 22
domo Michæ essent procul, viri qui ha-
bitabant in ædibus Michę conclamantes
secuti sunt, *& post tergum clamare cœ- 23
perũt. Qui cùm respexissent, dixerunt ad F
Michã: Quid tibi vis? cur clamas? *Qui re- 24
spondit: Deos meos, quos mihi feci, tuli-
stis, & sacerdotẽ, & omnia quæ habeo, &
dicitis: Quid tibi est? *Dixeruntq; ei filij 25
Dan: Caue ne vltrà loquaris ad nos, &
veniant ad te viri animo concitati, & ipse
cum omni domo tua pereas. *Et sic cœ- 26
pto itinere perrexerunt. Videns autẽ Mi-
chas, quòd fortiores se essent, reuersus est
in domũ suam. *Sexcenti autẽ viri tule- 27

runt sacerdotẽ, & quę supra diximus: ve-
neruntq; in Lais ad populum quiescentẽ
atque securum, & percusserunt eos in ore
gladij: vrbemque incendio tradiderunt,
*nullo penitus ferente præsidium, eò 28
quòd procul habitarent à Sidone, & cum G
nullo hominum haberent quidquam so-
cietatis ac negotij. Erat autem ciuitas si-
ta in regione Rohob: quam rursum ex-
struentes habitauerũt in ea, *vocato no- 29
mine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum pa-
tris sui, quem genuerat Israel, quæ priùs
Lais dicebatur. *Posueruntque sibi scul- 30
ptile, & Ionatham filium Gersam filij
Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu
Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ.
*Mansitque apud eos idolum Michæ 31
omni tempore, quo fuit domus Dei in
Silo. in diebus illis non erat rex in Israel.

CAP. XIX.

FVit quidam vir Leuites habitans in 1
A latere montis Ephraim, qui accepit
vxorem de Bethlehem Iuda: *quæ reli- 2
quit eum, & reuersa est in domum patris
sui in Bethlehem, mansitque apud eum
quattuor mensibus. *Secutusque est eam 3
vir suus, volẽs reconciliari ei, atque blan-
diri, & secum reducere, habens in comi-
tatu puerum & duos asinos: quæ suscepit
eum, & introduxit in domum patris sui.
Quod cùm audisset socer eius, eumque
vidisset, occurrit ei lætus, *& amplexatus 4
est hominem. Mansitque gener in domo
soceri tribus diebus, comedens cum eo &
bibens familiariter. *Die autem quarto 5
de nocte consurgens, proficisci voluit.
quem tenuit socer, & ait ad eum: Gusta
B priùs pauillum panis, & conforta stoma-
chum, & sic proficiscẽris. *Sederuntque 6
simul, ac comederunt & biberunt. Dixit-
que pater puellę ad generũ suum: Quæso
te vt hodie hîc maneas, pariterque læte-
mur. * At ille consurgens, cœpit velle
proficisci. Et nihilominus obnixè eum
socer tenuit, & apud se fecit manere.
8 *Mane autẽ facto, parabat Leuites iter.
Cui socer rursum: Oro te, inquit, vt pau-
lulum cibi capias, & assumptis viribus,
donec increscat dies, postea proficiscaris.
9 Comederũt ergo simul. *Surrexitq; ado-
lescens, vt pergeret cũ vxore sua & pue-
ro. Cui rursum locutus est socer: Consi-
dera quòd dies ad occasũ decliuior sit, &
propinquat ad vesperum: mane apud me
etiam hodie, & duc lætum diem, & cras
C proficiscẽris vt vadas in domum tuam.

*Noluit

*Noluit gener acquieſcere ſermonibus 10
eius: ſed ſtatim perrexit, & venit contra
Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieru- 25
ſalem, ducens ſecũ duos aſinos onuſtos,
& concubinam. *Iamque erant iuxta Ie- 11
bus, & dies mutabatur in noctem: dixit-
que puer ad dominum ſuum: Veni, ob-
ſecro, declinemus ad vrbem Iebuſæo- 26
rum, & maneamus in ea. *Cui reſpondit 12
dominus: Non ingrediar oppidum gen-
tis alienæ, quæ non eſt de filijs Iſrael, ſed 27
tranſibo vſque Gabaa: *& cùm illuc per- 13
uenero, manebimus in ea, aut certè in
vrbe Rama. *Tranſierunt ergo Iebus, & 14 28
cœptum carpebant iter, occubuitque eis C
ſol iuxta Gabaa, quæ eſt in tribu Beniа-
min: *diuerteruntque ad eam, vt ma- 15
nerent ibi. Quò cùm intraſſent, ſedebant 29
in platea ciuitatis, & nullus eos recipere D
voluit hoſpitio. *Et ecce, apparuit homo 16
ſenex, reuertens de agro & de opere ſuo
veſperi, qui & ipſe de mõte erat Ephraim,
& peregrinus habitabat in Gabaa. ho-
mines autem regionis illius erant filij Ie- 30
mini. *Eleuatiſque oculis, vidit ſenex ſe- 17
dentem hominem cum ſarcinulis ſuis in
platea ciuitatis: & dixit ad eum: Vnde
venis? & quò vadis? *Qui reſpondit ei: 18
Profecti ſumus de Bethlehem Iuda, &
pergimus ad locum noſtrum, qui eſt in
latere montis Ephraim, vnde ieramus in
Bethlehem: & nunc vadimus ad domum
Dei, nulluſque ſub tectum ſuum nos
vult recipere, *habentes paleas & fœ- 19
num in aſinorum pabulum, & panem ac
vinum in meos & ancillæ tuæ vſus, &
pueri qui mecum eſt: nulla re indigemus E
niſi hoſpitio. *Cui reſpondit ſenex: Pax 20
tecum ſit, ego præbebo omnia quæ ne-
ceſſaria ſunt: tantùm, quæſo, ne in platea
maneas. *Introduxitque eum in domum 21
ſuam, & pabulũ aſinis præbuit: ac poſt-
quam lauerunt pedes ſuos, recepit eos in
conuiuium. *Illis epulantibus, & poſt 22
laborem itineris, cibo & potu reficienti-
bus corpora, venerunt viri ciuitatis illius,
filij Belial, (id eſt, abſque iugo) & circum-
dantes domum ſenis, fores pulſare cœ-
perunt, clamantes ad dominum domus,
*Gen. 19. b. 5 atque dicentes: *Educ virum, qui ingreſ-
ſus eſt domum tuam, vt abutamur eo.
*Egreſſuſque eſt ad eos ſenex, & ait: No- 23
lite fratres, nolite facere malum hoc: quia F
ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, &
ceſſate ab hac ſtultitia: *habeo filiam vir- 24
ginem, & hic homo habet concubinam,
educam eas ad vos, vt humilietis eas, &
vestram libidinem compleatis: tantùm,
obſecro, ne ſcelus hoc contra naturam
operemini in virum. *Nolebant acquie- 25
ſcere ſermonibus illius. quod cernens
homo, eduxit ad eos concubinam ſuam,
& eis tradidit illudendam: qua cùm tota
nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam ma- 26
nè. *At mulier, recedentibus tenebris,
venit ad oſtium domus, vbi manebat do-
minus ſuus, & ibi corruit. *Mane facto, 27
ſurrexit homo, & aperuit oſtium, vt cœ-
ptam expleret viam: & ecce concubina
eius iacebat ante oſtium ſparſis in limine
manibus. *Cui ille, putans eam quieſcere, 28
C loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua
nihil reſpondente, intelligens quòd erat
mortua; tulit eam, & impoſuit aſino,
reuerſuſque eſt in domum ſuam. *Quam 29
cùm eſſet ingreſſus, arripuit gladium, &
cadauer vxoris cum oſſibus ſuis in duo-
decim partes ac fruſta concidens, miſit
in omnes terminos Iſrael. *Quod cùm 30
vidiſſent ſinguli, conclamabant: Num-
quam res talis facta eſt in Iſrael, ex eo die
quo aſcenderunt patres noſtri de Ægy-
pto, vſque in præſens tempus: ferte ſen-
tentiam, & in commune decernite quid
facto opus ſit.

CAP. XX.

1 EGreſſi itaque ſunt omnes filij Iſrael,
A & pariter congregrati, quaſi vir v-
nus, *de Dan vſque Berſabee, & Terra
Galaad, ad Dominum in Maſpha: *Om- 2 *Oſee 9. b. 9
neſque anguli populorum, & cunctę tri-
bus Iſrael in eccleſiam populi Dei con-
uenerunt, quadringenta millia pedi-
tum pugnatorum. (*Nec latuit filios 3
Beniamin, quòd aſcendiſſent filij Iſrael
in Maſpha.) Interrogatuſque Leuita, ma-
ritus mulieris interfectæ, quomodo tan-
tum ſcelus perpetratum eſſet, *reſpon- 4
dit: Veni in Gabaa Beniamin cum vxore
mea, illucque diuerti: *& ecce homines 5
ciuitatis illius circumdederunt nocte
domum, in qua manebam, volentes me
occidere, & vxorem meam incredibili
furore libidinis vexantes, denique mor-
tua eſt. *Quam arreptam, in fruſta con- 6
cîdi, miſique partes in omnes terminos
poſſeſſionis veſtræ: quia numquam tan-
tum nefas, & tam grande piaculum fi-
ctum eſt in Iſrael. *Adeſtis omnes filij 7
Iſrael, decernite quid facere debeatis.
*Stanſque omnis populus, quaſi vnius 8
B hominis ſermone reſpondit: Non rece-
demus in tabernacula noſtra, nec ſuam

quiſquam

quiſquam intrabit domum: *ſed hoc 9
contra Gabaa in commune faciamus.
*Decem viri eligantur è centum ex om- 10
nibus tribubus Iſrael, & centum de mil-
le, & mille de decem millibus, vt com-
portent exercitui cibaria, & poſſimus
pugnare contra Gabaa Beniamin, & red-
dere ei pro ſcelere, quod meretur. *Con- 11
uenitque vniuerſus Iſrael ad ciuitatem,
quaſi homo vnus, eadem mente, vno-
que conſilio. *& miſerunt nuncios ad 12
omnem tribum Beniamin, qui dicerent:
Cur tantum nefas in vobis repertum eſt?
*Tradite homines de Gabaa, qui hoc 13
flagitium perpetrarunt, vt moriantur,
& auferatur malum de Iſrael. Qui no-
luerunt fratrum ſuorum filiorum Iſrael
audire mandatum: *ſed ex cunctis vrbi- 14
bus, quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt
in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, &
contra vniuerſum populum Iſrael dimi-
carent. *Inuentique ſunt viginti quinque 15
millia de Beniamin educentium gla-
dium, præter habitatores Gabaa, *qui 16
ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſini-
ſtra vt dextra præliantes: & ſic fundis C
lapides ad certum iacientes, vt capillum
quoque poſſent percutere, & nequa-
quam in alteram partem ictus lapidis de-
ferretur. *Virorum quoque Iſrael, abſque 17
filijs Beniamin, inuenta ſunt quadrin-
genta millia educentium gladios, & pa-
ratorum ad pugnam. *Qui ſurgentes 18
venerunt in domum Dei, hoc eſt, in Si-
lo: conſuleruntque Deum, atque di-
xerunt: Quis erit in exercitu noſtro
princeps certaminis contra filios Benia-
min? Quibus reſpondit Dominus: Iu-
das ſit dux veſter. *Statimque filij Iſrael 19
ſurgentes manè, caſtrametati ſunt iuxta
Gabaa: *& inde procedentes ad pu- 20
gnam contra Beniamin, vrbem oppu-
gnare cœperunt. *Egreſſique filij Ben- 21
iamin de Gabaa, occiderunt de filijs Iſ-
rael die illo viginti duo millia virorum.
*Rurſum filij Iſrael & fortitudine & 22
numero confidentes, in eodem loco, in
quo priùs certauerant, aciem direxe-
runt: *ita tamen vt priùs aſcenderent 23
& flerent coram Domino vſque ad no- D
ctem: conſulerentque eum, & dicerent:
Debeo vltrà procedere ad dimicandum
contra filios Beniamin fratres meos, an
non? Quibus ille reſpondit: Aſcendite
ad eos, & inite certamen. *Cumque fi- 24
lij Iſrael altera die contra filios Beniamin
ad prælium proceſſiſſent, *eruperunt filij 25
Beniamin de portis Gabaa: & occurren-
tes eis, tanta in illos cęde bacchati ſunt, vt
decem & octo millia virorum educentiũ
gladiũ proſternerent. *Quamobrem om- 26
nes filij Iſrael venerunt in domũ Dei, &
ſedentes flebant coram Domino: ieiuna-
ueruntq; die illo vſque ad veſperã, & ob-
tulerunt ei holocauſta, atq; pacificas vi-
ctimas, *& ſuper ſtatu ſuo interrogaue- 27
runt. Eo tẽpore ibi erat arca fœderis Dei,
*& Phinees filius Eleazari filij Aarõ præ- 28
poſitus domus. Conſuluerunt igitur Do-
minũ atq; dixerunt: Exire vltrà debemus
ad pugnã contra filios Beniamin fratres
noſtros, an quieſcere? Quibus ait Domi-
nus: Aſcendite, cras enim tradam eos in
manus veſtras. *Poſuerũtq; filij Iſrael in- 29
ſidias per circuitum vrbis Gabaa: *& ter- 30
tia vice, ſicut ſemel & bis, contra Benia-
min exercitum produxerunt. *Sed & filij 31
E Beniamin audacter eruperũt de ciuitate,
& fugiẽtes aduerſarios longiùs perſecuti
ſunt, ita vt vulnerarent ex eis ſicut primo
die & ſecundo, & cæderent per duas ſe-
mitas vertentes terga, quarum vna fere-
batur in Bethel, & altera in Gabaa, atque
proſternerent triginta circiter viros: *pu- 32
tauerunt enim ſolito eos more cædere.
Qui fugam arte ſimulantes, inierũt con-
ſilium vt abſtraherent eos de ciuitate, &
quaſi fugientes ad ſupradictas ſemitas
perducerent. *Omnes itaque filij Iſrael 33
ſurgentes de ſedibus ſuis, tetenderunt a-
ciem in loco, qui vocatur Baalthamar. In-
ſidię quoque, quæ circa vrbẽ erant, pau-
latim ſe aperire cœperunt, *& ab Occi- 34
dentali vrbis parte procedere. Sed & alia
decẽ millia virorũ de vniuerſo Iſrael, ha-
bitatores vrbis ad certamina prouocabãt.
Ingrauatumq; eſt bellũ contra filios Ben-
iamin: & non intellexerũt quòd ex omni
parte illis inſtaret interitus. *Percuſſitq; 35
eos Dominus in conſpectu filiorũ Iſrael,
& interfecerunt ex eis in illo die viginti
quinque millia & centum viros, omnes
bellatores & educentes gladiũ. *Filij au- 36
F tem Beniamin, cùm ſe inferiores eſſe vi-
diſſent, cœperũt fugere. Quod cernentes
filij Iſrael, dederunt eis ad fugiendum lo-
cum, vt ad prępparatas inſidias deuenirẽt,
quas iuxta vrbem poſuerant. *Qui cùm 37
repẽtè de latibulis ſurrexiſſent, & Benia-
min terga cædentibus daret, ingreſſi ſunt
ciuitatẽ, & percuſſerũt eam in ore gladij.
*Signum autem dederant filij Iſrael his 38
quos in inſidijs collocauerant, vt poſtquã
vrbem cepiſſent, ignem accenderent: vt

aſcendente

ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarent. *Quod cùm cernerent filij Israel in ipso certamine positi (putauerunt enim filij Beniamin eos fugere, & instantiùs persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris) * & viderent quasi columnam fumi de ciuitate conscendere; Beniamin quoque aspiciens retrò, cùm captam cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri: *qui priùs simulauerant fugam, versa facie fortiùs resistebant. Quod cùm vidissent filij Beniamin, in fugam versi sunt, *& ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos aduersarijs persequentibus. sed & hi qui vrbem succenderant, occurrerunt eis. *Atque ita factum est, vt ex vtraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat vlla requies morientium. Ceciderunt, atque prostrati sunt ad Orientalem plagam vrbis Gabaa. * Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores. *Quod cùm vidissent qui remanserãt de Beniamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad Petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt quinque millia virorum. Et cùm vltrà tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia. *Et sic factum est, vt omnes qui ceciderant de Beniamin in diuersis locis, essent vigintiquinque millia, pugnatores ad bella promptissimi. *Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere, & fugere in solitudinem potuerunt, sexcenti viri: sederuntque in Petra Remmon mensibus quattuor. *Regressi autem filij Israel, omnes reliquias ciuitatis, à viris vsque ad iumenta, gladio percusserunt, cunctasque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.

39 40 41 42 43 44 45 46 47 48

Cap. xxi.

IVrauerunt quoque filij Israel in Maspha & dixerunt: Nullus nostrûm dabit filijs Beniamin de filiabus suis vxorem. *Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam, leuauerunt vocẽ, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes: *Quare Domine Deus Israel factum est hoc malũ in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? *Altera autẽ die diluculo consurgentes, extruxerunt altare: obtuleruntq; ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt: *Quis non ascendit in exercitu Domini de vniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant, cùm essent in Maspha, interfici eos qui defuissent. * Ductique pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus vna de Israel, *vnde vxores accipient? omnes enim in commune iurauimus, non daturos nos his filias nostras. *Idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu non fuisse. (*Eo quoq; tempore cùm essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.) *Miserunt itaq; decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis: Ite, & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorũ. *Et hoc erit quod obseruare debebitis: *Omne generis masculini, & mulieres quęcognouerũt viros, interficite, virgines autem reseruate. *Inuentæq; sunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerũt eas ad castra in Silo, in Terrã Chanaan. *Miseruntq; nuncios ad filios Beniamin, qui erant in Petra Remmon, & præceperunt eis, vt eos susciperẽt in pace. *Veneruntque filij Beniamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent. *Vniuersusq; Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel. *Dixeruntq; maiores natu: Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? omnes in Beniamin feminæ conciderũt, *& magna nobis cura, ingentiq; studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel. *Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento & maledictione, qua diximus: Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorẽ Beniamin. *Ceperuntq; consilium, atque dixerunt: Ecce sollemnitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad Septentrionem vrbis Bethel, & ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona. *Præceperuntq; filijs Beniamin, atque dixerunt: Ite, & latitate in vineis. *Cumq; videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repẽtè de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in Terrã Beniamin. *Cumq; venerint

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 G 11 12 13 14 C 15 16 17 18 19 A 20 D 21 4 22

rint

patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis: Miseremini eorũ: non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperent, non dedistis, & à vestra parte peccatũ est. *Feceruntq; filij Beniamin, vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum, rapuerunt sibi de his quę ducebant choros, vxores singulas: abieruntq; in possessionem suam, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. * Filij quoque Israel reuersi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israel: sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

23 24

LIBER RVTH.

CAPVT PRIMVM.

IN diebus vnius iudicis, quãdo iudices præerant, facta est fames in Terra. Abijtque homo de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua ac duobus liberis. *ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Iuda. Ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi. * Et mortuus est Elimelech maritus Noëmi: remansitque ipsa cum filijs. * Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera verò Ruth. Manseruntque ibi decem annis, * & ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito. * Et surrexit vt in patriã pergeret, cum vtraque nuru sua, de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset Dominus populũ suum, & dedisset eis escas. * Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ, cũ vtraque nuru: & iam in via reuertẽdi posita in Terrã Iuda, * dixit ad eas: Ite in domũ matris vestrę, faciat vobiscũ Dominus misericordiã, sicut fecistis cum mortuis & mecum. * Det vobis inuenire requiẽ in domibus virorum, quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, * & dicere: Tecũ pergemus ad populum tuũ. * Quibus illa respondit: Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltrà habeo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? * Reuertimini filiæ meæ, & abite: iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. etiam si possem hac nocte cõcipere, & párere filios, * si eos expectare velitis, donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me. * Eleuata igitur voce, rursum flere cœperunt: Orpha osculata est socrum, ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui suæ. * cui dixit Noëmi: En reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cum ea. * Quæ respondit: Ne aduersẽris mihi vt relinquam te & abeam: quocumque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. * Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, si nõ sola mors me & te separauerit. * Videns ergo Noëmi, quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditũ persuadere: * profectæq; sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama pererebruit: dicebantq; mulieres: Hæc est illa Noëmi. * Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id est, pulchram) sed vocate me Mara (id est, amaram) quia amaritudine valde repleuit me Omnipotẽs. * Egressa sum plena, & vacuã reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quã Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? * Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 13 A C 14 15 16 17 18 D 19 20 21 22

CAP. II.

ERat autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, & magnarũ opum, nomine Booz. * Dixitque Ruth Moabitis ad socrũ suam: Si iubes, vadam in agrum, & colligã spicas, quæ fugerint manus metentiũ, vbicumq; clementis in me patris familias reperero gratiã. Cui illa respõdit: Vade filia mea. * Abiit itaque & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autẽ vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech. * Et ecce, ipse veniebat de Bethlehem, dixitque messoribus: Dominus vobiscũ. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus. * Dixitq. Booz iuueni, qui messoribus præerat: Cuius est hæc puella? * Cui respondit: Hęc est Moabitis, quę venit cũ Noëmi, de regione Moabitide, * & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de mane vsq; nũc stat in agro, & ne ad momentũ quidem domum reuersa est. * Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendũ, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, * & vbi messuerint, sequere. Mandaui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi: sed etiã si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. * Quę cadens in faciem suam & adorans super terram, dixit ad eum: Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinã mulierẽ? * Cui ille respõdit: Nunciata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populũ, quem antea nesciebas. * Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedẽ recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. * Quæ ait: Inueni gratiã apud oculos tuos domine mi, qui cõsolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarũ tuarum. * Dixitq. ad eã Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panẽ, & intinge buccellam tuã in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comeditq. & saturata est, & tulit reliquias. * Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: * & de vestris quoq; manipulis proiicite de industria, & remanere permittite, vt absq; rubore colligat, & colligentẽ nemo corripiat. * Collegit ergo in agro vsq; ad vesperã: & quæ collegerat virga cædẽs & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensurã, id est, tres modios. * Quos portans reuersa est in ciuitatẽ, & ostendit socrui suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. * Dixitq. ei socrus sua: Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitque ei apud quem fuisset operata: & nomen dixit viri, quòd Booz vocaretur. * Cui respondit Noëmi: Benedictus sit à Domino: quoniam eamdem gratiam, quã prębuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumq. ait: Propinquus noster est homo. * Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. * Cui dixit socrus: Melius est, filia mea, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. * Iuncta est itaque puellis Booz: & tamdiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAP. III.

POstquam autẽ reuersa est ad socrum suã, audiuit ab ea: Filia mea, quęram tibi requiẽ, & prouidebo vt benè sit tibi. * Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. * Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. non te videat homo, donec esum potumque finierit. * Quando autẽ ierit ad dormiendũ, nota locũ in quo dormiat: veniesq. & discooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis: ipse autẽ dicet tibi quid agere debeas. * Quæ respondit: Quidquid præceperis faciam. * Descenditque in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus. * Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, isset q. ad dormiẽdum iuxta aceruum manipulorum, venit abscõdite, & discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit. * Et ecce, nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: viditque mulierem iacentem ad pedes suos, * & ait illi: Quæ es? Illaq. respondit: Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulã tuam, quia propinquus es. * Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes, pauperes siue diuites. * Noli ergo metuere, sed quidquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierẽ te esse virtutis. * Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. * Quiesce hac nocte: & facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absq; vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus. dormi vsq; mane. * Dormiuit itaq; ad pedes eius, vsq; ad noctis abscessum. Surrexit itaq; antequam homines se cognoscerent mutuò, & dixit Booz: Caue ne quis nouerit quòd huc veneris. * Et rursum, Expande, inquit, palliũ tuum quo operiris, & tene vtraq; manu. Qua extẽdente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quæ portans ingressa est ciuitatem, * & venit ad socrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitque ei omnia, quæ sibi fecisset homo. * Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam. * Dixitque Noëmi: Expecta filia donec videamus quem res exitum habeat. neq; enim cessabit homo nisi compleuerit quod locutus est.

CAP. IIII.

AScendit ergo Booz ad portã, & sedit ibi. Cumq. vidisset propinquum præterire, de quo priùs sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hîc: vocans eũ nomine suo. Qui diuertit, & sedit. * Tollens autẽ Booz decẽ viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hîc. * Quibus sedentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimelech vendet Noëmi, quæ reuersa est de regione Moabitide: * quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedẽtibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis: eme, & possside. sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, vt sciam quid facere debeam. nullus enim est propinquus, excepto te, qui prior es; & me, qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emã. * Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoq; Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen propinqui tui in hereditate sua. * Qui respondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatẽ familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. * Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat proximo suo. hoc erat testimonium cessionis in Israel. * Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod statim soluit de pede suo. * At ille maioribus natu, & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quòd possederim omnia quæ fuerũt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noëmi: * & Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis. * Respondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu: Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificauerũt domum Israel: vt sit exemplũ virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem: * fiatque domus tua, sicut domus Phares, " quem Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. * Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxorem: ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium. * Dixeruntq. mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non est passus vt deficeret successor familię tuæ, & vocaretur nomen eius in Israel. * Et habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, quæ te diligit: & multo tibi melior est, quàm si septem haberes filios. * Susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. * Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noëmi: vocauerunt nomẽ eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid. * Hæ sunt generationes Phares: " Phares genuit Esron, * Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, * Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, * Salmon genuit Booz Booz genuit Obed, * Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid.

" Deut. 25. v. 7

" Gen. 38. v. 29

" 1. Par. 2. v. 4. & 4. v. 1 Mat. 1. v. 3

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM. DICIMVS.

CAPVT PRIMVM.

EVIT vir vnus de Ramathaimsophim, de mõte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephratæus: * & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi. * Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini. * Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: * Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat vuluam eius. * Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret quòd Dominus conclusisset vuluam eius: * sicque faciebat per singulos annos, cùm redeunte tempore ascenderent ad templum Domini: & sic prouocabat eam. porrò illa flebat, & non capiebat cibũ. * Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum, quàm decẽ filij? * Surrexit autem Anna postquam comederat & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super Sellam ante postes templi Domini, * cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, * & votum vouit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq. seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. * Factum est autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius. * Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æstimauit ergo eam Heli temulentã, * dixitque ei: Vsquequo ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades. * Respondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. * Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei, locuta sum vsque in præsens. * Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. * Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viã suam, & comedit, vultusq. illius non sunt ampliùs in diuersa mutati. * Et surrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino: reuersique sunt, & venerunt in domum suam Ramatha. Cognouit autẽ Elcana

Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus. * Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel: eò quòd à Domino postulasset eũ.
* Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam sollemnem, & votum suum, * & Anna nõ ascendit: dixit enim viro suo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eũ, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. * Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonũ tibi videtur, & mane donec ablactes eũ: precorq. vt impleat Dominus verbũ suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. * Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus: * & immolauerunt vitulum, & obtulerũt puerum Heli. * Et ait Anna: Obsecro mi domine, viuit anima tua domine: ego sum illa mulier, quæ steti coram te hîc orãs Dominum. * Pro puero isto orani, & dedit mihi Dominus petionem meam, quam postulaui eum. * Idcirco & ego commodaui eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait:

CAP. II.

EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo: dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.
* Non est sanctus, vt est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.
* Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedãt vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum, Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.
* Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.
* Repleti priùs, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est.
* * Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.
* Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat.
* Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.
* Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir.
* Dominum formidabunt aduersarij eius: & super ipsos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.
* Et abiit Elcana Ramatha, in domũ suam: puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.
* Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, * neq; officium sacerdotum ad populum: sed quicumq; immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, * & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo. * Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. * Dicebatq. illi immolans: Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantũcumq; desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam vi. * Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à sacrificio Domini. * Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. * Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam sollemnem. * Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodasti Domino. Et abierunt in locũ suum. * Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud Dominum. * Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebãt cũ mulieribus quę obseruabant ad ostiũ

tabernaculi: * & dixit eis: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo? * Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populũ Domini. * Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et nõ audierunt vocem patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos. * Puer autẽ Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Domino quàm hominibus.

* Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid nõ apertè reuelatus ſum domui patris tui, cùm eſſent in Ægypto in domo Pharaonis? * Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſrael. * Quare calce abieciſtis victimam meam, & munera mea quę præcepi vt offerrẽtur in templo: & magis honoraſti filios tuos quam me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei? * Propterea ait Dominus Deus Iſrael: * Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui, miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc à me: ſed quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. * Ecce dies veniunt, & præcidã brachium tuũ, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. * Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael: & nõ erit ſenex in domo tua omnibus diebus. * Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit. * Hoc autem erit tibi ſignum, quod venturũ eſt duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: In die vno morientur ambo. * Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animã meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. * Futurum eſt autem, vt quicumque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatq́ue: Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

* 3. Reg. 2. c. 27

CAP. III.

PVer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta. * Factum eſt ergo in die quadam, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre: * lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei. * Et vocauit Dominus Samuel. Qui reſpondens, ait: Ecce ego. * Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocaui: reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit. * Et adiecit Dominus rurſum vocare Samuelem. Conſurgensq́ue Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego: quia vocaſti me. Qui reſpondit: Non vocaui te fili mi: reuertere, & dormi. * Porrò Samuel necdum ſciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei ſermo Domini. * Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertiò. Qui conſurgens, abiit ad Heli, * & ait: Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerũ: & ait ad Samuelem: Vade, & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. * Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit, ſicut vocauerat ſecundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. * Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Iſrael: quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. * In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiã, & complebo. * Prædixi enim ei quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eò quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. * Idcirco iuraui Domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſque in æternum. * Dormiuit autẽ Samuel vſque manè, aperuitq́ue oſtia domus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli. * Vocauit ergo Heli Samuelẽ, & dixit: Samuel fili mi? Qui reſpõdens, ait: Præſto ſum. * Et interrogauit eum: Quis eſt ſermo, quem locutus eſt Dominus ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem, ex omnibus verbis quæ dicta ſunt, tibi.

* Indica-

* Indicauit itaq; ei Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcõdit ab eo. Et ille reſpondit: Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. * Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terrã. * Et cognouit vniuerſus Iſrael, à Dan vſq; Berſabee, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini. * Et addidit Dominus vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

CAP. IIII.

ET factum eſt in diebus illis, conuenerunt Philiſthiim in pugnam: & egreſſus eſt Iſrael obuiam Philiſthiim in prælium, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidem adiutorij. Porrò Philiſthiim venerunt in Aphec, * & inſtruxerunt aciẽ contra Iſrael. Inito autem certamine, terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros, quaſi quattuor millia virorum. * Et reuerſus eſt populus ad caſtra: dixeruntq́. maiores natu de Iſrael: Quare percuſſit nos Dominus hodie coram Philiſthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum. * Miſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcã fœderis Domini exercituũ ſedentis ſuper Cherubim: erantq́ue duo filij Heli cũ arca fœderis Dei, Ophni & Phinees. * Cumq́. veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra. * Et audierunt Philiſthiim vocem clamoris, dixeruntq́ue: Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca Domini veniſſet in caſtra. * Timueruntq́. Philiſthiim, dicentes: Venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt, dicentes: * Vę nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiuſtertius: væ nobis. Quis nos ſaluabit de manu Deorum ſublimium iſtorum? hi ſunt Dij, qui percuſſerunt Ægyptũ omni plaga, in deſerto. * Confortamini, & eſtote viri, Philiſthiim: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierunt vobis: confortamini, & bellate. * Pugnauerunt ergo Philiſthiim, & cæſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſque in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum. * Et arca Dei capta eſt: duoq́ue filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees. * Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput. * Cumq́. ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellã contra viam ſpectãs. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus eſt, nunciauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. * Et audiuit Heli ſonitum clamoris, dixitq́ue: Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, & venit, & nunciauit Heli. * Heli autẽ erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat. * Et dixit ad Heli: Ego ſum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum eſt fili mi? * Reſpondens autem ille, qui nunciabat, Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſthiim, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper & duo filij tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta eſt. * Cumq́ue ille nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir & grandęuus: & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis. * Nurus autem eius, vxor Phinees, prægnans erat, vicinaq́ue partui: & audito nũcio quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe & peperit: irruerant enim in eam dolores ſubiti. * In ipſo autem mométo mortis eius, dixerũt ei quæ ſtabant circa eam: Ne timeas, quia filiũ peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animaduertit. * Et vocauit puerum, Ichabod, dicens: Tranſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei, & pro ſocero ſuo & pro viro ſuo; * & ait: Tranſlata eſt gloria ab Iſrael, eò quòd capta eſſet arca Dei.

CAP. V.

PHiliſthiim autem tulerunt arcã Dei, & aſportauerunt eam à Lapide adiutorij in Azotum. * Tuleruntq́. Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon. * Cumque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcã Dñi: & tulerunt Dagon, & reſtituerũt eum in locum ſuum. * Rurſumq́. manè die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon,

& duæ palmæ manuú eius abscisſę erant B 4
ſuper limen: * porrò Dagon ſolus trun- 5
cus remanſerat in loco ſuo. Propter hác
cauſam non calcant ſacerdotes Dagon,
& omnes qui ingrediũtur templũ eius,
ſuper limen Dagon in Azoto, vſque in
hodiernum diem. * Aggrauata eſt autem 6
manus Domini ſuper Azotios, & de-
* Pſal. 77. molitus eſt eos: & percuſſit in ſecretio- 8.66
ri parte natium Azotum, & fines eius.
Et ebullierunt villæ & agri in medio re-
gionis illius, & nati ſunt mures, & facta B
eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate. 6
* Videntes autem viri Azotij huiuſce- 7
modi plagam, dixerunt: Nó maneat ar- C
ca Dei Iſrael apud nos: quoniam dura
eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Da-
gon deum noſtrum. * Et mittentes con- 8
gregauerũt omnes ſatrapas Philiſthino-
rum ad ſe, & dixerũt: Quid faciemus de
arca Dei Iſrael? Reſpõderuntq. Gethei:
Circumducatur arca Dei Iſrael. Et cir-
cumduxerunt arcam Dei Iſrael. * Illis 9
autem circumducẽtibus eam, fiebat ma-
nus Domini per ſingulas ciuitates inter-
fectionis magnæ nimis: & percutiebat
viros vniuſcuiuſq; vrbis, à paruo vſq; ad
maiorem, & cõputreſcebant prominen-
tes extales eorũ. Inieruntq. Gethei con-
ſilium, & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.
* Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. 10 D
Cumq. veniſſet arca Dei in Accaron, ex-
clamauerunt Accaronitæ, dicentes: Ad-
duxerunt ad nos arcam Dei Iſrael, vt in-
terficiat nos & populũ noſtrum. * Mi- 11
ſerunt itaq; & cõgregauerunt omnes ſa-
trapas Philiſthinorũ: qui dixerunt: Di-
mittite arcã Dei Iſrael, & reuertatur in
lõcũ ſuum, & non interficiat nos cũ po-
pulo noſtro. * Fiebat enim pauor mor- 12
tis in ſingulis vrbibus, & grauiſſima val-
de manus Dei. viri quoque, qui mortui
non fuerãt, percutiebantur in ſecretiori
parte natium: & aſcendebat vlulatus vr-
biſcuiuſque ciuitatis in cælum.

CAP. VI.

FVit ergo arca Domini in regione 1
Philiſthinorũ ſeptem menſibus. * Et 2 A
vocauerũt Philiſthiim ſacerdotes & di-
uinos, dicentes: Quid faciemus de arca
Domini? indicate nobis quomodo re-
mittamus eam in locum ſuum. Qui di-
xerunt: * Si remittitis arcam Dei Iſrael, 3
nolite dimittere eam vacuam, ſed quod
debetis, reddite ei pro peccato, & tunc
curabimini: & ſcietis quare non recedat
manus eius à vobis. * Qui dixerũt: Quid 4
eſt quod pro delicto reddere debeamus
ei? Reſponderuntq; illi: * Iuxta nu- 5
merum prouinciarum Philiſthinorum,
quinque anos aureos facietis, & quin-
que mures aureos: quia plaga vna fuit
omnibus vobis, & ſatrapis veſtris. Facie-
tiſq; ſimilitudines anorum veſtrorum,
& ſimilitudines murium, qui demoliti
ſunt terram. & dabitis Deo Iſrael glo-
riam: ſi fortè releuet manum ſuam à vo-
bis, & à diis veſtris, & à terra veſtra. B 6
* Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut
aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor
ſuum? " nónne poſtquam percuſſus eſt, * Exod. 12.
tunc dimiſit eos, & abierunt? * Nunc f. 31 7
ergo arripite & facite plauſtrum no-
uum vnum: & duas vaccas fœtas, qui-
bus non eſt impoſitum iugum, iungite
in plauſtro, & recludite vitulos earum.
domi. * Tolletisq. arcam Domini, & po- 8
netis in plauſtro, & vaſa aurea, quæ ex-
ſoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſel-
lam ad latus eius: & dimittite eam vt va-
dat. * Et aſpicietis: & ſi quidem per viam 9
finium ſuorum aſcenderit contra Beth-
ſames, ipſe fecit nobis hoc malum gran-
de: ſin autem, minimè: ſciemus quia ne-
quaquam manus eius tetigit nos, ſed
caſu accidit. * Fecerunt ergo illi hoc mo- 10
do: & tollentes duas vaccas, quæ lacta-
bant vitulos, iunxerunt ad plauſtrum,
vitulosq; earum concluſerunt domi.
* Et poſuerunt arcam Dei ſuper plau- 11
ſtrum, & capſellam, quæ habebat mures C
aureos & ſimilitudines anorum. * Ibant 12
autem in directum vaccæ, per viam quæ
ducit Bethſames, & itinere vno gradie-
bantur, pergentes & mugientes: & non
declinabant neque ad dextram neque
ad ſiniſtram: ſed & ſatrapæ Philiſthiim
ſequebantur vſque ad terminos Bethſa-
mes. * Porrò Bethſamitæ metebant tri- 13
ticum in valle: & eleuantes oculos ſuos,
viderunt arcam, & gauiſi ſunt cùm vi-
diſſent. * Et plauſtrum venit in agrum 14
Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat au-
tem ibi lapis magnus, & conciderunt li-
gna plauſtri, vaccaſque impoſuerunt ſu-
per ea holocauſtum Domino. * Leuitæ 15 A
autem depoſuerunt arcam Dei, & cap-
ſellam quæ erat iuxta eam, in qua erant
vaſa aurea, & poſuerunt ſuper lapidem
grandem. Viri autem Bethſamitę obtu-
lerunt holocauſta, & immolauerunt vi-
ctimas in die illa Domino. * Et quin- 16
que ſatrapæ Philiſthinorum viderunt,
& reuer-

& reuerſi ſunt in Accaron in die illa. * Hi 17 C
ſunt autem ani aurei, quos reddiderunt D
Philiſthiim pro delicto, Domino: Azo-
tus vnum, Gaza vnum, Aſcalon vnum,
Geth vnum, Accaron vnum: * & mures 18
aureos ſecundùm numerum vrbiũ Phi-
liſthiim, quinque prouinciarum, ab vrbe
murata vſque ad villam quæ erat abſque
muro, & vſque ad Abelmagnum, ſuper
quem poſuerunt arcam Domini, quæ
erat vſque in illum diem in agro Ioſue
Bethſamitis. * Percuſſit autem de viris 19
Bethſamitibus, eò quòd vidiſſent arcam
Domini: & percuſſit de populo ſeptua-
ginta viros, & quinquaginta millia ple-
bis. Luxitque populus, eò quòd Domi-
nus percuſſiſſet plebem plaga magna.
* Et dixerunt viri Bethſamitę: Quis po- 20 D
terit ſtare in cõſpectu Domini Dei ſan-
cti huius? & ad quem aſcendet à nobis?
* Miſeruntque nuncios ad habitatores 21
Cariathiarim, dicentes: Reduxerũt Phi-
liſthiim arcam Domini, deſcendite, &
reducite eam ad vos.

CAP. VII.

VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & 1
reduxerunt arcam Domini, & intu- A
lerunt eam in domum Abinadab in Ga-
baa: Eleazarum autem filium eius ſan-
ctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Do-
mini. * Et factum eſt, ex qua die manſit 2
arca Domini in Cariathiarim, multipli-
cati ſunt dies (erat quippe iam annus vi-
geſimus) & requieuit omnis domus Iſ-
rael poſt Dominum. * Ait autem Sa- 3
muel ad vniuerſam domum Iſrael, dicẽs:
* Deut. 6. Si in toto corde veſtro reuertimini ad
Dominum, auferte deos alienos de me-
dio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præpa-
rate corda veſtra Domino, & ſeruite ei
ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim.
* Abſtulerunt ergo filij Iſrael Baalim & 4
Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli. B
* Dixit autẽ Samuel: Congregate vni- 5
uerſum Iſrael in Maſphath, vt orem pro
vobis Dominum. * Et conuenerunt in 6
Maſphath: hauſeruntq. aquam, & effu-
derunt in conſpectu Domini, & ieiuna-
uerunt in die illa, atq; dixerunt ibi: Pec-
cauimus Domino. Iudicauitque Samuel
filios Iſrael in Maſphath. * Et audierunt 7
Philiſthiim quòd congregati eſſent filij
Iſrael in Maſphath, & aſcenderunt ſa-
trapæ Philiſthinorum ad Iſrael. Quod
cùm audiſſent filij Iſrael, timuerũt à fa-
cie Philiſthinorum. * Dixerunt q. ad Sa- 8
muelem: Ne ceſſes pro nobis clamare ad C
Dominũ Deum noſtrũ, vt ſaluet nos de
manu Philiſthinorum. * Tulit autẽ Sa- 9
muel agnum lactẽtem vnum, & obtulit
illum holocauſtum integrum Domino:
& clamauit Samuel ad Dominum pro
Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. * Fa- 10
ctum eſt autẽ, cùm Samuel offerret ho-
locauſtum, Philiſthiim iniere prælium
contra Iſrael: intonuit autem Dominus
fragore magno in die illa ſuper Phili-
ſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à fa-
cie Iſrael. * " Egreſſiq. viri Iſrael de Maſ- 11 * Eccli. 46
phath, perſecuti ſunt Philiſthæos, & d. 21
percuſſerunt eos, vſq; ad locum qui erat
ſubter Bethehar. * Tulit autem Samuel 12
lapidẽ vnum, & poſuit eum inter Maſ-
phath & inter Sen: & vocauit nomẽ lo-
ci illius, Lapis adiutorij. Dixitque: Huc- D
uſq; auxiliatus eſt nobis Dominus. * Et 13
humiliati ſunt Philiſthiim, nec apposue-
runt vltrà vt venirẽt in terminos Iſrael.
Facta eſt itaque manus Domini ſuper
Philiſthæos, cũctis diebus Samuelis. * Et 14
redditæ ſunt vrbes, quas tulerãt Phili-
ſthiim ab Iſrael, Iſraeli, ab Accaron vſq;
Geth, & terminos ſuos: liberauitq. Iſrael
de manu Philiſthinorũ, eratq. pax inter
Iſrael & Amorrhæum. * Iudicabat quo- 15
que Samuel Iſraelem cũctis diebus vitæ
ſuæ: * & ibat per ſingulos annos circuiẽs 16
Bethel & Galgala & Maſphath, & iudi-
cabat Iſraelem in ſupradictis locis. * Re- 17
uertebaturq. in Ramatha: ibi enim erat
domus eius, & ibi iudicabat Iſraelem:
ædificauit etiam ibi altare Domino.

CAP. VIII.

FActum eſt autem cùm ſenuiſſet Sa- 1
muel, poſuit filios ſuos iudices Iſ- A
rael. * Fuitq. nomen filij eius primoge- 2
niti Ioel: & nomen ſecundi Abia, iudicũ
in Berſabee. * Et non ambulauerunt fi- 3
lij illius in viis eius: ſed declinauerunt
poſt auaritiam, acceperuntq. munera, &
peruerterunt iudicium. * Congregati er- 4
go vniuerſi maiores natu Iſrael, venerũt
ad Samuelem in Ramatha. * Dixerunt- 5
que ei: Ecce tu ſenuiſti, & filij tui non
ambulant in viis tuis: " conſtitue nobis * Oſee 13.
regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ c. 10
habent nationes. * Diſplicuit ſermo in 6 Act. 13.
oculis Samuelis, cò quòd dixiſſent: Da c. 21
nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit B
Samuel ad Dominum. * Dixit autẽ Do- 7
minus ad Samuelem: Audi vocem po-
puli in omnibus quæ loquuntur tibi.

non enim te abiecerunt, sed me, ne regnẽ super eos. * Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi. * Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen cõtestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. * Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem, * & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq. sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, * & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorũ, & messores segetũ, & fabros armorum & curruum suorum. * Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. * Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. * Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. * Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. * Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. * Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem. * Noluit autem populus audire vocẽ Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam: rex enim erit super nos, * & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. * Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini. * Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

CAP. X.

ET erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. * Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior illo. A humero & sursum eminebat super omnem populum. * Perierant autem asinę Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cùm transissent per montem Ephraim, * & per terram Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per Terram Salim, & non erant: sed & per Terram Iemini, & minimè repererunt. * Cùm autem venissent in Terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni & reuertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, & solicitus sit pro nobis. * Qui ait ei: Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de via nostra, propter quam venimus. * Dixitq. Saul ad puerum suũ: Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in sitarciis nostris: & sportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quidquam aliud. * Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars statêris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram. * (Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadens consulere Deum: Venite & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) * Et dixit Saul ad puerũ suum: Optimus sermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. * Cumq. ascenderent cliuũ ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerũt eis: Num hic est Videns? * Quæ respondentes, dixerũt illis: Hic est: ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in ciuitatẽ, quia sacrificiũ est hodie populi in excelso. * Ingredientes vrbẽ, statim inuenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum. neque enim comesurus est populus donec ille veniat: quia ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia ho die reperietis eum. * Et ascenderũt in ciuitatẽ. Cumq. illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsum. * " Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diẽ quàm veniret Saul, dicẽs: * Hac ipsa hora, quæ nunc est, eras mittam virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel: & saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum, venit enim clamor eorũ ad me. * Cumq. aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir quẽ dixeram tibi, iste dominabitur populo meo. * Accessit autẽ Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: Indica, oro, mihi, vbi est

domus Videntis. * Et respondit Samuel Sauli dicens: Ego sum Videns. ascende ante me in excelsum, vt comedatis mecum hodie, & dimittã te manè: & omnia quę sunt in corde tuo, indicabo tibi. * Et de asinis, quas nudiustertius perdidisti, ne solicitus sis, quia inuentæ sunt. Et cuius erunt optima quæque Israel? nónne tibi & omni domui patris tui? * Respondens autem Saul, ait: Numquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istũ? * Assumẽs itaq; Samuel Saulem, & puerũ eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quasi triginta viri. * Dixitq. Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te. * Leuauit autem cocus armum, & posuit ante Saul. Dixitq. Samuel: Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. * Et descenderũt de excelso in oppidum, & locutus est cũ Saule in solario: strauitq. Saul in solario, & dormiuit. * Cumq. manè surrexissent, & iam eluceſceret, vocauit Samuel Saulem in solario, dicens: Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul: egressiq. sunt ambo, ipse videlicet, & Samuel. * Cumq. descenderẽt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedat nos, & transeat: tũ autẽ substiste paulisper, vt indicem tibi verbum Domini.

CAP. X.

VLit " autem Samuel lẽticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce, vnxit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signũ, quia vnxit te Deus in principem. * Cùm abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin, in Meridie, dicẽtque tibi: Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciã de filio meo? * Cumque abieris inde, & vltrà transieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. * Cumque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. * Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorum: & cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregẽ prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosq. prophetantes. * Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum aliũ. * Quãdo ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quęcumq; inuenerit manus tua, quia Dominus tecũ est. * Et descẽdes ante me in Galgala, (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. * Itaque cùm auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa. * Veneruntq. ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarũ obuius ei: & insiluit super eũ Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. * Videntes autem omnes qui nouerant eũ heri & nudiustertius, quòd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? * Respondit̃q. alius ad alterũ, dicẽs: Et quis pater eorum? propterea versum est in prouerbium: " Num & Saul inter prophetas? * Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum. * Dixitq. patruus Saul ad eũ, & ad puerum eius: Quò abistis? Qui responderunt: Quærere asinas: quas cùm nõ reperissemus, venimus ad Samuelem. * Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. * Et ait Saul ad patruũ suum: Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem regni nõ indicauit ei quẽ locutus fuerat ei Samuel. * Et conuocauit Samuel populũ ad Dominum in Maspha: * & ait ad filios Israel: Hęc dicit Dominus Deus Israel: Ego eduxi Israel de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorũ, & de manu omnium regum qui affligebant vos. * Vos autem hodie proieciſtis Deum vestrum, qui solus saluabit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis: " Nequaquam: sed regem cõstitue super nos. Nunc ergo state coram Do-

mino per tribus vestras, & per familias.
* Et applicuit Samuel omnes tribus Is- 20
rael, & cecidit sors tribus Beniamin. * Et 21 8
applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri, & 9
peruenit vsque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus.
* Et consuluerunt post hæc Dominum, 22
vtrum nam vĕturus esset illuc. Respondit q. Dominus: Ecce abscŏditus est domi. * Cucurrerunt itaque & tulerunt eŭ 23 10
inde: stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. * Et ait Samuel ad omnĕ populŭ: 24 11
Certè videtis quĕ elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. D
Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat Rex. * Locutus est autem Samuel ad po- 25
pulum legĕ regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino: & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suă. * Sed & Saul abiit in domum 26 13
suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.
* Filij verò Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, 27 15
& non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

Cap. xi.

ET factum est quasi post mensem, 1
ascĕdit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes Galaad. Dixeruntq. omnes viri Iabes ad Naas: Habete nos fœderatos, & seruiemus tibi. * Et 2
respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamq. vos opprobrium in vniuerso Israel. * Et dixerŭt ad eum seniores Iabes: 3
Cŏcede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad vniuersos terminos Israel: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. * Venerunt ergo nuncij in 4
Gabaa Saulis: & locuti sunt verba hæc, B
audiĕte populo: & leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. * Et ecce Saul 5
veniebat, sequens boues de agro, & ait: Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerŭt ei verba virorum Iabes. * Et 6
insiliuit Spiritus Domini in Saul, cùm audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. * Et assumens vtrumque bo- 7
uem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nŭciorum, dicens: Quicumque non exierit, C
& secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus.
* Et recensuit eos in Bezech: fueruntque 8
filiorum Israel trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. * Et dixerŭt 9
nunciis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol. Venerunt ergo nuncij, & annunciauerunt viris 10
Iabes: qui lætati sunt. * Et dixerunt: Manè exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis. * Et factum 11
est, cùm dies crastinus veniisset, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerĕtur in eis duo 12
pariter. * Et ait populus ad Samuelem: * Sup. 10. d. 27
Quis est iste qui dixit: Saul nŭ regnabit super nos? Date viros, & interficiemus 13
eos. * Et ait Saul: Nō occidetur quisquă in die hac, quia hodie fecit Dominus 14
salutĕ in Israel. * Dixit autĕ Samuel ad populŭ: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnŭ. * Et perrexit om- 15
nis populus in Galgala, & fecerŭt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

Cap. xii.

DIxit autem Samuel ad vniuersum 1
Israel: Ecce audiui vocem vestram, A
iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & 2
constitui super vos regem. * Et nũc rex graditur ante vos: ego autem senui, & incanui: porrò filij mei vobiscum sunt: i taque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce 3
præsto sum. * Loquimini de me coram * Eccli. 46. d. 22
Domino, & coram Christo eius, vtrùm bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calũniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamque vobis. * Et dixerunt: Non es 4
calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.
* Dixitque ad eos: Testis est Dominus 5
aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis.
* Et ait Samuel ad populum: Domi- 6
nus, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra Ægypti.

* Nunc

* Nunc ergo state, vt iudicio contendam 7
aduersum vos coram Domino, de omni- B
bus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris: * quo 8
modo Iacob ingressus est in Ægyptum, & clamauerunt patres vestri ad Dominum: & misit Dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto: & collocauit eos in loco hoc. * Qui 9
* Iudic. 4. a. 1
obliti sunt Domini Dei sui, * & tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ Hasor, & in manu Philisthinorum, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos. * Postea autem clamaue- 10
runt ad Dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nũc ergo erue nos de manu inimicorũ nostrorum, & seruiemus tibi. * * Et misit Do- 11
* Iudic. 6. a. 14
minus Ierobaal, & Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorũ vestrorum per circuitũ, & habitastis cõfidenter. * Videntes autĕ quòd Naas rex 12
filiorũ Ammon venisset aduersum vos, C
dixistis mihi: * Nequaquã, sed rex imperabit nobis: cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis. * Nunc ergo prę- 13
* 1. Sap. 8. d. 19 & 10. d. 19
sto est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus regem. * Si timue- 14
ritis Dominũ, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequĕtes Dominum Deum vestrum. * si autem nõ audieritis vocem 15
Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super patres vestros. * Sed & nunc state, 16
& videte rem istam grandem, quã factu- 6
rus est Dominus in conspectu vestro. B
* Nũquid non messis tritici est hodie? in- 17
uocabo Dominũ, & dabit voces & pluuias: & scietis, & videbitis, quia grande malũ feceritis vobis in cõspectu Domini, petentes super vos regĕ. * Et clamauit 18
Samuel ad Dominũ, & dedit Dominus D
voces & pluuias in illa die. * Et timuit 19 8
omnis populus nimis Dominum & Samuelem, & dixit vniuersus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt nõ moriamur. addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem.
* Dixit autem Samuel ad populum: No- 20
lite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, sed seruite Domino in
omni corde vestro. * Et nolite declinare 21
post vana, quę non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. * Et non 22
derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum: quia iurauit Dominus facere vos sibi populum. * Absit autem à me hoc peccatum 23
in Dominum, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonã & rectam.
* Igitur timete Dominum, & seruite ei 24
in veritate, & ex toto corde vestro. vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit. * Quòd si perseueraueritis in malitia: 25
& vos & rex vester pariter peribitis.

Cap. xiii.

FIlius vnius anni erat Saul cũ regnare 1
cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. * Et elegit sibi Saul tria A
millia de Israel: & erant cum Saul duo 2
millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cũ Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò ceterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua. * Et 3
percussit Ionathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cùm audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. * Et vniuersus Israel audiuit hu- 4
iusce modi famam: Percussit Saul stationem Philisthinorũ: & erexit se Israel aduersus Philisthiim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. * Et Phili- 5
sthiim cõgregati sunt ad pręliandũ contra Israel, triginta millia curruũ, & sex millia equitum, & reliquũ vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in 6
Machmas ad Orientĕ Bethauen. * Quod B
cùm vidissent viri Israel se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) absconderunt se in spelũcis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis.
* Hebræi autem transierunt Iordanem 7
in Terram Gad & Galaad. Cumq. adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. * Et 8
expectauit septĕ diebus iuxta placitum Samuelis, & nõ venit Samuel in Galgala, dilapsusq. est populus ab eo. * Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustũ, & pa- 9
cifica. Et obtulit holocaustũ. * Cumque cõplesset offerens holocaustum, ecce Sa- 10
muel veniebat: & egressus est Saul obuiam ei vt salutaret eũ. * Locutusq. est 11
ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta

placitos

placitos dies, porrò Philisthiim congregati fuerant in Machmas, *dixi: Nunc 11
descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciem Domini nō placaui. Neces- C 3
sitate compulsus, obtuli holocaustum.
* Dixitq. Samuel ad Saul: Stultè egisti, 13
nec custodisti mandata Domini Dei tui, 4
quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses,
iam nūc præparasset Dominus regnum
tuum super Israel in sempiternum, * sed 14
nequaquam regnum tuum vltrà consur-
*Act.13. d.22 get. * Quæsiuit Dominus sibi virum iu- 5
xta cor suū: & præcepit ei Dominus vt
esset dux super populum suum, eò quòd
non seruaueris quę præcepit Dominus.
* Surrexit autem Samuel, & ascendit de 15 6
Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui B
populi ascenderūt post Saul obuiam po-
pulo, qui expugnabant eos venientes de
Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et
recensuit Saul populum, qui inuēti fue- 7
rant cum eo, quasi sexcentos viros. * Et 16
Saul & Ionathas filius eius, populusque
qui inuentus fuerat cum eis, erat in Ga- 8
baa Beniamin: porrò Philisthiim con- D
sederant in Machmas. * Et egressi sunt 17 9
ad prædādum de castris Philisthinorum
tres cunei. Vnus cuneus pergebat con-
tra viam Ephra ad Terram Sual. * porrò 18 10
alius ingrediebatur per viam Beth ho-
ron. tertius autem verterat se ad iter ter-
mini imminētis valli Seboim contra de-
sertum. * Porrò faber ferrarius non in- 19
ueniebatur in omni Terra Israel. cauerant enim Philisthiim, ne fortè facerent
Hebræi gladium aut lanceam. * Descen- 20 12
debat ergo omnis Israel ad Philisthiim,
vt exacueret vnusquisq; vomerē suum,
& ligonem, & securim, & sarculū. * Re- 21
tusæ itaque erant acies vomerum, & li-
gonum, & tridētum, & securium, vsque
ad stimulum corrigendum. * Cumque 22 13
venissent dies prælij, non est inuentus en-
sis & lancea in manu totius populi, qui
erat cum Saule & Ionatha, excepto Saul
& Ionatha filio eius. * Egressa est au- 23
tem statio Philisthiim, vt transcenderet
in Machmas.

CAP. XIIII.

ET accidit quadam die vt diceret Io- 1
nathas filius Saul ad adolescentem A
armigerum suum: Veni, & transeamus
ad stationem Philisthinorum, quæ est
trans locum illum. Patri autem suo hoc
ipsum non indicauit. * Porrò Saul mo- 2
rabatur in extrema parte Gabaa, sub ma-
logranato, quæ erat in Magron: & erat
populus cum eo quasi sexcentorum vi-
rorum. * Et Achias filius Achitob fra- 3
tris Ichabod filij Phinees, " qui ortus "Sup.4.
fuerat ex Heli sacerdote Domini in Si- d.21
lo, portabat ephod. Sed & populus igno-
rabat quò isset Ionathas. * Erant autem 4
inter ascensus, per quos nitebatur Iona-
thas transire ad stationem Philisthino-
rum, eminentes petræ ex vtraque parte,
& quasi in modum dētium scopuli hinc
& inde prærupti, nomen vni Boses, & 5
nomen alteri Sene: * vnus scopulus pro-
minens ad Aquilonē ex aduerso Mach-
mas, & alter ad Meridiem contra Ga-
baa. * Dixit autem Ionathas ad adole- 6
scentem armigerum suum: Veni, trāseā-
mus ad stationem incircumcisorum ho-
rum, si fortè faciat Dominus pro nobis:
quia non est Domino difficile saluare, 7
vel in multis, vel in paucis. * Dixitque ei
armiger suus: Fac omnia quæ placent
animo tuo: perge quò cupis, & ero tecū
vbicumque volueris. * Et ait Ionathas: 8
Ecce nos transimus ad viros istos. Cum- D
que apparuerimus eis, * si taliter locuti 9
fuerint ad nos, manete donec veniamus
ad vos: stemus in loco nostro, nec ascen-
damus ad eos. * Si autem dixerint: 10
Ascendite ad nos: ascendamus, quia
tradidit eos Dominus in manibus no-
stris: hoc erit nobis signum. * Appa- 11
ruit igitur vterque stationi Philisthino-
rum: dixeruntque Philisthiim: En
Hebræi egrediuntur de cauernis, in qui-
bus absconditi fuerant. * Et locuti sunt 12
viri de statione ad Ionatham, & ad armi-
gerum eius, dixeruntque: Ascendite ad
nos, & ostendemus vobis rē. Et ait Iona-
thas ad armigerum suū: Ascēdamus, se- " 1.Mac.4.
quere me: " tradidit enim Dominus eos d.30
in manus Israel. * Ascēdit autē Ionathas
manibus & pedibus reptans, & armiger
eius post eū. Itaq; alij cadebant ante Io- C
natham, alios armiger eius interficiebat 14
sequens eum. * Et facta est plaga prima,
qua percussit Ionathas & armiger eius,
quasi viginti virorū, in media parte iuge-
ri, quam par boum in die arare cōsueuit.
* Et factum est miraculum in castris, per 15
agros: sed & omnis populus stationis eo-
rum, qui ierant ad prędandū, obstupuit,
& conturbata est terra: & accidit quasi
miraculum à Deo. * Et respexerunt spe- 16
culatores Saul, qui erant in Gabaa Ben-
iamin, & ecce multitudo prostrata, &
huc illucque diffugiens. * Et ait Saul 17

populo

populo, qui erat cum eo: Requirite, & 32
videte quis abierit ex nobis. Cumque re-
quisissent, repertum est non adesse Io-
natham, & armigerum eius. * Et ait 18
Saul ad Achiam: Applica arcam Dei.
(Erat enim ibi arca Dei in die illa cum fi-
liis Israel.) * Cumq. loqueretur Saul ad 19
sacerdotem, tumultus magnus exortus
est in castris Philisthinorum: crescebat-
que paulatim, & clariùs resonabat. Et
ait Saul ad sacerdotem: Contrahe ma-
num tuam. * Conclamauit ergo Saul, 20
& omnis populus qui erat cum eo, &
venerunt vsque ad locum certaminis: &
ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq;
ad proximum suum, & cædes magna ni-
mis. * Sed & Hebræi qui fuerant cum 21
Philisthiim heri & nudiustertius, ascen- D
derantque cum eis in castris, reuersi sunt
vt essent cum Israel, qui erant cū Saul &
Ionatha. * Omnes quoq; Israelitæ qui se 22
absconderāt in monte Ephraim, audien-
tes quòd fugissent Philisthæi, sociaue-
runt se cum suis in prælio. Et erant cum
Saul, quasi decem millia virorum. * Et 23
saluauit Dominus in die illa Israel. pu-
gna autem peruenit vsque ad Bethauen.
* Et viri Israel sociati sunt sibi in die il- 24
la: adiurauit autem Saul populum, di-
cens: Maledictus vir, qui comederit pa-
nem vsque ad vesperam, donec vleiscar
de inimicis meis. Et nō manducauit vni-
uersus populus panem: * omneq. terræ 25
vulgus venit in saltum, in quo erat mel
super faciem agri. * Ingressusq. est itaq; 26
populus saltum, & apparuit fluens mel,
nullusq. applicuit manū ad os suum. ti-
mebat enim populus iuramentū. * Por- 27
rò Ionathas nō audierat cùm adiuraret
pater eius populū: extenditq. summita-
tem virgæ, quā habebat in manu, & in-
tinxit in fauū mellis: & conuertit manū
suam ad os suum, & illuminati sunt o-
culi eius. * Respōdensq. vnus de popu- 28
lo, ait: Iureiurando constrinxit pater
tuus populum, dicens: Maledictus vir,
qui comederit panem hodie. (defecerat
autem populus.) * Dixitque Ionathas: 29
Turbauit pater meus terrā: vidistis ipsi
quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd
gustauerim paululū de melle isto: * quā- 30
to magis si comedisset populus de præ-
da inimicorum suorum, quam reperit?
nónne maior plaga facta fuisset in Phi-
listhiim? * Percusserunt ergo in die illa 31
Philisthæos à Machmis vsque in Aia-
lon. Defatigatus est autem populus ni-
mis: * & versus ad prædam, tulit oues,
& boues, & vitulos, & mactauerunt in
terra: comeditq. populus cū sanguine.
* Nunciauerunt autem Sauli dicentes, 33
quòd populus peccasset Domino, come-
dens cum sanguine. Qui ait: Preuarica-
ti estis: voluite ad me iam nunc saxum
grande. * Et dixit Saul: Dispergimini in 34
vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me v-
nusquisque bouem suum & arietem, &
occidite super istud, & vescimini, & non
peccabitis Domino comedentes cum
sanguine. Adduxit itaque omnis popu-
lus vnusquisq; bouem in manu sua vs-
que ad noctem: & occiderunt ibi. * Æ- 35
dificauit autem Saul altare Domino;
tuncque primùm cœpit ædificare altare
Domino. * Et dixit Saul: Irruamus su- 36
per Philisthæos nocte, & vastemus eos
vsquedū illucescat manè, nec relinquā-
mus ex eis virū. Dixitq. populus: Omne
quod bonum videtur in oculis tuis, fac.
Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deū. F
* Et consuluit Saul Dominum: Num 37
persequar Philisthiim? si trades eos in
manus Israel? Et non respondit ei in die
illa. * Dixitq. Saul: Applicate huc vni- 38
uersos angulos populi: & scitote, & vi-
dete, per quem acciderit peccatum hoc
hodie. * Viuit Dominus saluator Is- 39
rael, quia si per Ionatham filium meū fa-
ctū est, absq; retractatione morietur. Ad
quod nullus contradixit ei de omni po-
pulo. * Et ait ad vniuersum Israel: Se- 40
paramini vos in partem vnam, & ego
cum Ionatha filio meo ero in parte al-
tera. Respondítque populus ad Saul:
Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.
* Et dixit Saul ad Dominum Deum Is- 41
rael: Domine Deus Israel da indicium:
quid est quòd nō responderis seruo tuo
hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo,
est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si
hæc iniquitas est in populo tuo, da san-
ctitatem. Et deprehensus est Ionathas
& Saul, populus autem exiuit. * Et ait 42
Saul: Mittite sortē inter me, & inter Io-
natham filium meū. Et captus est Iona-
thas. * Dixit autem Saul ad Ionatham: 43
Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei
Ionathas, & ait: Gustās gustaui in sum-
mitate virgæ, quæ erat in manu mea,
paululū mellis, & ecce ego morior. * Et ait 44
Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc ad-
dat, quia morte morieris Ionatha. * Di- 45
xitq. populus ad Saul: Ergóne Ionathas G
morietur, qui fecit salutē hanc magnā in

Israel?

Iſrael? hoc nefas eſt: viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionatham, vt non moreretur. * Receſſitque Saul, nec perſecutus eſt Philiſthiim: porrò Philiſthiim abierũt in loca ſua. * Et Saul, confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitum aduerſum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthæos: & quocũque ſe verterat, ſuperabat. * Congregatoque exercitu, percuſſit Amelec, & eruit Iſrael de manu vaſtatorum eius. * Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Ieſſui, & Melchiſua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. * Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. * Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. * Erat autem bellum potens aduerſum Philiſthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.

CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul: Me miſit Dominus, vt vngerem te in regem ſuper populum eius Iſrael: nunc ergo audi vocem Domini: * Hęc dicit Dominus exercituum: Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via cùm aſcenderet de Ægypto. * Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & aſinũ. * Præcepit itaque Saul populo, & recẽſuit eos quaſi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. * Cumque veniſſet Saul vſque ad ciuitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente. * Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite, atque deſcendite ab Amalec: ne fortè inuoluam te cum eo. tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſrael, cùm aſcenderent de Ægypto. Et receſſit Cinæus de medio Amalec. * Percuſſitque Saul Amalec, ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Ægypti. * Et apprehendit Agag regẽ Amalec viuũ: omne autem vulgus interfecit in ore gladij.

* Et pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus ouiũ & armentorum, & veſtibus & arietibus, & vniuerſis quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea: quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt. * Factum eſt autẽ verbum Domini ad Samuel, dicẽs: * Pœnitet me quòd cõſtituerim Saul regẽ: quia dereliquit me, & verba mea opere nõ impleuit. Contriſtatusq; eſt Samuel, & clamauit ad Dominũ tota nocte. * Cumq; de nocte ſurrexiſſet Samuel, vt iret ad Saul manè, nunciatum eſt Samueli, eò quòd veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornicẽ triumphalẽ, & reuerſus tranſiſſet, deſcendiſſetq. in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtum Domino, de initiis prædarũ quæ attulerat ex Amalec. * Et cũ veniſſet Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu Domino, impleui verbũ Domini. * Dixitque Samuel: Et quæ eſt hæc vox gregum, quę reſonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio? * Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarẽtur Domino Deo tuo; reliqua verò occidimus. * Ait autem Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo tibi quæ locutus ſit Dominus ad me nocte. Dixitque ei: Loquere. * Et ait Samuel: Nónne cùm paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? vnxitq. te Dominus in regem ſuper Iſrael, * & miſit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis cõtra eos vſque ad internecionem eorũ. * Quare ergo non audiſti vocẽ Domini: ſed verſus ad prædam es, & feciſti malũ in oculis Domini? * Et ait Saul ad Samuelem: Immò audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quã miſit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. * Tulit autẽ de præda populus oues & boues, primitias eorũ quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo in Galgalis. * Et ait Samuel: Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & nõ potiùs vt obediatur voci Domini? MELIOR eſt enim obedientia quàm victimæ: & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum. * quoniam quaſi peccatũ ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo quòd abieciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus ne ſis rex. * Dixitq. Saul

* Exod. 17. c. 8

* Eccl. 4. d. 17. Oſee 6. b. 6. Mat. 9. b. 13. & 12. 4. 7

ad Samuelem: Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. * Sed nunc porta, quæſo, peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum. * Et ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecum, quia proieciſti ſermonem Domini, & proiecit te Dominus ne ſis rex ſuper Iſrael. * Et conuerſus eſt Samuel vt abiret: ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt. * Et ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. * Porrò Triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam. * At ille ait: Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſrael, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. * Reuerſus ergo Samuel ſecutus eſt Saulem: & adorauit Saul Dominum. * Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus, & tremens. Et dixit Agag: Sĩccine ſeparat amara mors? * Et ait Samuel: Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſta concîdit eum Samuel coram Domino in Galgalis. * Abiit autem Samuel in Ramatha: Saul verò aſcendit in domum ſuam in Gabaa. * Et non vidit Samuel vltrà Saul vſque ad diem mortis ſuæ: verumtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quòd conſtituiſſet eum regem ſuper Iſrael.

CAP. XVI.

DIxitque Dominus ad Samuelem: Vſquequo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. * Et ait Samuel: Quo modo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Domino veni. * Et vocabis Iſai ad victimam, & ego oſtendã tibi quid facias, & vnges quemcumque monſtrauero tibi. * Fecit ergo Samuel, ſicut locutus eſt ei Dominus. Venitq; in Bethlehem, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntque: Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? * Et ait: Pacificus: ad immolandum Domino veni, ſanctificamini, & venite mecum vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium. * Cumq; ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino eſt Chriſtus eius? * Et dixit Dominus ad Samuelem: Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturę eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, " Dominus autem intuetur cor. * Et vocauit Iſai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. * Adduxit autem Iſai Samma, de quo ait: Etiam hunc non elegit Dominus. * Adduxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele: & ait Samuel ad Iſai: Non elegit Dominus ex iſtis. * Dixitq; Samuel ad Iſai: Numquid iam completi ſunt filij? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai: Mitte, & adduc eum: nec enim diſcumbemus priùs quàm huc ille veniat. * Miſit ergo, & adduxit eum. Erat autem ruſus, & pulcher aſpectu, decoraque facie. & ait Dominus: Surge, vnge eum, ipſe eſt enim. * Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius: & " directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: ſurgensque Samuel abiit in Ramatha. * Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam, à Domino. * Dixeruntque ſerui Saul ad eum: Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te. * Iubeat dominus noſter, & ſerui tui qui coram te ſunt, quærent hominem ſcientem pſallere cithara, vt quando arripuerit te ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſua, & leuiùs feras. * Et ait Saul ad ſeruos ſuos: Prouidete ergo mihi aliquem bene pſallentem, & adducite eum ad me. * Et reſpondens vnus de pueris, ait: Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus eſt cum eo. * Miſit ergo Saul nuncios ad Iſai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui eſt in paſcuis. * Tulit itaque Iſai aſinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum, & miſit per manum Dauid filij ſui Sauli. * Et venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. * Miſitque Saul ad Iſai dicens:

" 1. Reg. 7. b. 8. Pſal. 77. 8. 76. 88. c. 21. Act. 7. f. 45 & 13. c. 36

Stet Dauid in conſpectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis. * Igitur quandocumque ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam,& percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuiùs habebat. recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

CAP. XVII.

CONgregantes autem Philiſthiim agmina ſua in prælium, conuenerunt in Socho Iudę: & caſtrametati ſunt inter Socho & Azeca, in finibus Dommim. * Porrò Saul & filij Iſrael congregati venerunt in Vallem terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthiim. * Et Philiſthiim ſtabant ſuper montem ex parte hac,& Iſrael ſtabat ſupra montem ex altera parte: valliſq; erat inter eos. * Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum, nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi: * & caſſis ærea ſuper caput eius,& lorica ſquamata induebatur. porrò pondus loricæ eius, quinque millia ſiclorum æris erat: * & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. * haſtile autem haſtæ eius, erat quaſi liciatorium texentium. ipſum autem ferrum haſtæ eius, ſexcentos ſiclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. * Stanſq; clamabat aduerſum phalangas Iſrael,& dicebat eis: Quare veniſtis parati ad prælium? Numquid ego non ſum Philiſthæus,& vos ſerui Saul? Eligite ex vobis virũ,& deſcendat ad ſingulare certamen. * ſi quiuerit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autem ego prævaluero, & percuſſero eum, vos ſerui eritis,& ſeruietis nobis. * Et aiebat Philiſthęus: Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie: Date mihi virum, & ineat mecum ſingulare certamen. * Audiens autem Saul,& omnes Iſraelitæ, ſermones Philiſthæi huiuſcemodi, ſtupebant,& metuebãt nimis. * Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de quo ſuprà dictum eſt, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Iſai, qui habebat octo filios, & & erat vir in diebus Saul ſenex, & grandæuus inter viros. * Abierunt autem tres filij eius maiores poſt Saul in prælium: & nomina trium filiorũ eius, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertiusque Samma. * Dauid autẽ erat minimus. Tribus ergo maioribus ſecutis Saulem, * abiit Dauid, & reuerſus eſt à Saul, vt paſceret gregem patris ſui in Bethlehẽ. * Procedebat verò Philiſthæus manè & veſperè, & ſtabat quadraginta diebus. * Dixit autem Iſai ad Dauid filiũ ſuum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos, * & decem formellas caſei has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce. * Saul autem,& illi,& omnes filij Iſrael in Valle terebinthi pugnabant aduerſum Philiſthiim. * Surrexit itaque Dauid manè, & commẽdauit gregem cuſtodi: & onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſai. Et venit ad locũ Magala, & ad exercitum, qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine. * Direxerat enim aciem Iſrael, ſed & Philiſthiim ex aduerſo fuerãt præparati. * Derelinquens ergo Dauid vaſa quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat ſi omnia rectè agerentur erga fratres ſuos. * Cumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcendens, Goliath nomine, Philiſthęus, de Geth, de caſtris Philiſthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audiuit Dauid. * Omnes autem Iſraelitæ, cùm vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. * Et dixit vnus quiſpiam de Iſrael: Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſraeli aſcẽdit. Virum ergo qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiã ſuam dabit ei,& domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael. * Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecum, dicens: Quid dabitur viro, qui percuſſerit Philiſthęum hunc, & tulerit opprobrium de Iſrael? quis enim eſt hic Philiſthæus incircumciſus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? * Referebat autem ei populus eumdem ſermonem, dicens: Hæc dabuntur viro, qui percuſſerit eum. * Quod cùm audiſſet Eliab frater eius maior, loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid,& ait: Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, deſcendiſti. * Et dixit Dauid: Quid feci? numquid non verbum eſt? * Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eumdem ſermonem. Et reſpõdit ei populus verbum ſicut priùs. * Audita ſunt autem verba, quę locutus eſt Dauid,& annunciata in conſpectu

*Sup. 16. a. 1

ſpectu Saul. * Ad quem cùm fuiſſet adductus, locutus eſt ei: Non concidat cor cuiuſquam in eo: ego ſeruus tuus vadam, & pugnabo aduerſus Philiſthæum. * Et ait Saul ad Dauid: Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum: quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua. * Dixitq; Dauid ad Saul: Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem,& veniebat leo, vel vrſus,& tollebat arietem de medio gregis: * & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: & illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebamque eos. * Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthęus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis eſt iſte Philiſthęus incircumciſus, qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis? * Et ait Dauid: Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid: Vade, & Dominus tecum ſit. * Et induit Saul Dauid veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica. * Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: non enim habebat conſuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul: Non poſſum ſic incedere, quia non vſum habeo. Et depoſuit ea,* & tulit baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus: & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, & fundam manu tulit: & proceſſit aduerſum Philiſthæum. * Ibat autem Philiſthæus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid, & armiger eius ante eum. * Cumque inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eum. Erat enim adoleſcens: rufus,& pulcher aſpectu. * Et dixit Philiſthæus ad Dauid: Numquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſthæus Dauid in diis ſuis: * dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & beſtiis terræ. * Dixit autem Dauid ad Philiſthæum: Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti * hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadauera caſtrorum Philiſthiim hodie volatilibus cæli,& beſtiis terræ: vt ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſrael. * Et nouerit vniuerſa eccleſia hæc, quia non in gladio, nec in haſta ſaluat Dominus: ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras. * Cùm ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerſo Philiſthæi. * Et miſit manum ſuam in peram, tulitq; vnum lapidem,& funda iecit, & circumducens percuſſit Philiſthæum in fronte: & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem ſuam ſuper terram. * Præualuitq; Dauid aduerſum Philiſthæum in funda & lapide, percuſſumque Philiſthæum interfecit. Cumq; gladium non haberet in manu Dauid, * cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina ſua: & interfecit eum, præciditq; caput eius. Videntes autem Philiſthiim, quòd mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt. * Et conſurgentes viri Iſrael & Iuda vociferati ſunt,& perſecuti ſunt Philiſthęos vſque dum venirent in vallem, & vſque ad portas Accaron, occideruntq; vulnerati de Philiſthiim in via Saraim, & vſq; ad Geth, & vſque ad Accaron. * Et reuertentes filij Iſrael poſtquam perſecuti fuerant Philiſthæos, inuaſerunt caſtra eorum. * Aſſumens autem Dauid caput Philiſthæi, attulit illud in Ieruſalem: arma verò eius poſuit in tabernaculo ſuo. * Eo autem tempore, quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philiſthęum, ait ad Abner principem militiæ: De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, Abner? Dixitque Abner: Viuit anima tua, rex, ſi noui. * Et ait rex: Interroga tu, cuius filius ſit iſte puer. * Cumque regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habentem in manu. * Et ait ad eum Saul: De qua progenie es, ô adoleſcens? Dixitque Dauid: Filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ ego ſum.

*Mach. 17. a. 1

*Eccli. 4. 1. 4 1. Mach. 4. 1. 30

CAP. XVIII.

ET factum eſt cùm compleſſet loqui ad Saul: anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam. * Tulitque eum Saul in die illa, & non conceſſit

ei vt reuerteretur in domum patris sui.
* Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam
suam. * Nam expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, vsque ad
gladium & arcum suum, & vsque ad balteum. * Egrediebatur quoque Dauid ad
omnia quæcumque misisset eum Saul, & B
prudenter se agebat: posuitq; eum Saul
super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximeq; in conspectu famulorũ Saul. *Porrò cùm reuerteretur percusso Philisthæo Dauid, egressæ
sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosq; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitię, &
in sistris. * Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: " Percussit Saul
*Eccli.47.4.7 mille, & Dauid decem millia. *Iratus est
autem Saul nimis, & displicuit in oculis
eius sermo iste: dixitque: Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederũt: C
quid ei supereſt, nisi solũ regnum? *Non
rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid
à die illa, & deinceps. *Post diem autem
alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ:
Dauid autem psallebat manu sua, sicut
per singulos dies. tenebatque Saul lanceam, * & misit eam, putans quòd con-
figere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundò. *Et
timuit Saul Dauid, eò quòd Dominus
esset cum eo, & à se recessisset. *Amouit
ergo eum Saul à se, & fecit eũ tribunum D
super mille viros: & egrediebatur, & intrabat in conspectu populi. *In omnibus
quoque viis suis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. *Vidit itaque Saul quòd prudẽs esset nimis, & cœpit cauere eum. *Omnis autem Israel &
Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. * Dixitq; Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior
Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tãtummodo esto vir fortis, & præliare bella
Domini. Saul autem reputabat, dicens:
Non sit manus mea in eum, sed sit super
eum manus Philisthinorum. * Ait autem
Dauid ad Saul: Quis ego sum, aut quę est E
vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiãm gener regis? *Factum est autem tempus, cùm deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor: * Dilexit autem Dauid Michol filia Saul altera. Et nunciatum est
Saul, & placuit ei. * Dixitque Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & sit
super eum manus Philisthinorum. Dixitq; Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie. *Et mandauit Saul
seruis suis: Loquimini ad Dauid clam me, dicentes: Ecce places regi, & omnes
serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis. * Et locuti sunt serui Saul in
in auribus Dauid omnia verba hæc. Et F
ait Dauid: Num parum videtur vobis, generum esse regis? Ego autem sum
vir pauper & tenuis. * Et renunciauerunt serui Saul, dicentes: Huiuscemodi
verba locutus est Dauid. * Dixit autem
Saul: Sic loquimini ad Dauid: Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantùm
centum præputia Philisthinorum, vt fiat
vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum. *Cumque renunciassent serui eius Dauid, verba quæ dixerat Saul,
placuit, sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. * Et post paucos dies
G
surgens Dauid, abiit cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducentos viros, & attulit eorum præputia,
& annumerauit ea regi, vt esset gener
eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiam
suam vxorem. * Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus esset cum Dauid.
Michol autem filia Saul diligebat eum.
* Et Saul magis cœpit timere Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid cunctis
diebus. * Et egressi sunt principes Philisthinorum. à principio autem egressionis eorum, prudentiùs se gerebat Dauid
quàm omnes serui Saul, & celèbre factum est nomen eius nimis.

CAP. XIX.

LOcutus est autem Saul ad Ionathan filiũ suum, & ad omnes seruos suos, A
vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde. * Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærit
Saul pater meus occidere te: quapropter
obserua te, quæso, manè, & manebis
clàm, & absconderis. * Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum, in agro
vbicumque fueris: & ego loquar de te ad
patrem meum: & quodcumque videro, nunciabo tibi. * Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrẽ suum:
dixitque ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit
tibi, & opera eius bona sunt tibi valde.

*Et

* Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutẽ magnam vniuerso Israeli: vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in
sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui
est absque culpa? * Quod cùm audisset
Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Vi- B
uit Dominus, quia nõ occidetur. * Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit
ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut fuerat heri & nudiustertius. *Motum
est autẽ rursum bellum: & egressus Dauid, pugnauit aduersum Philisthiim: percussitque eos plaga magna, & fugerunt à
facie eius. *Et factus est spiritus Domini malus in Saul. sedebat autem in domo
sua, & tenebat lanceã: porrò Dauid psallebat manu sua. *Nisusq; est Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem cassо
vulnere perlata est in parietẽ, & Dauid
fugit, & saluatus est nocte illa. *Misit ergo Saul satellites suos in domum Dauid,
vt custodirent eum, & interficeretur manè. Quod cùm annunciasset Dauid Michol vxor sua, dicens: Nisi saluaueris te
nocte hac, cras morieris: * deposuit eum
per fenestram. porrò ille abiit & aufugit,
atque saluatus est. *Tulit autem Michol
statuam, & posuit eam super lectum, & C
pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimẽtis. *Misit autem Saul apparitores, qui raperent
Dauid: & respõsum est quòd ægrotaret:
* Rursumq; misit Saul nuncios vt viderent Dauid, dicens: Afferte eum ad me in
lecto, vt occidatur. * Cumque venissent
nuncij, inuentum est simulacrum super
lectum, & pellis caprarum ad caput eius.
*Dixitq; Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum
vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul:
Quia ipse locutus est mihi: Dimitte me,
alioquin interficiam te. * Dauid autem B
fugiens, saluatus est, & venit ad Samuel
in Ramatha, & nunciauit ei omnia quæ
fecerat sibi Saul: & abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. * Nunciatum est autem Sauli à dicentibus: Ecce
Dauid in Naioth in Ramatha. * Misit
ergo Saul lictores, vt raperent Dauid: D
qui cùm vidissent cuneum prophetarum
vaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam
ipsi. * Quod cùm nunciatum esset Sauli,
misit & alios nuncios: prophetauerunt
autem & illi. Et rursum misit Saul tertios
nuncios: qui & ipsi prophetauerunt. Et
iratus iracundia Saul, *abiit etiam ipse in
Ramatha, & venit vsque ad cisternam
magnam, quæ est in Socho, & interrogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel
& Dauid? Dictumque est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramatha. * Et abiit in Naioth in Ramatha, & factus est etiam super eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat vsquedum veniret in Naioth in Ramatha.
* Et expoliauit etiam ipse se vestimentis
suis, & prophetauit cum ceteris coram
Samuele, & cecidit nudus tota die illa
& nocte. Vnde & exiuit prouerbium:
"Num & Saul inter prophetas? *Sup.10.v.12

CAP. XX.

FVgit autem Dauid de Naioth, quæ
est in Ramatha, venienſque locutus A
est coram Ionatha: Quid feci? quæ est
iniquitas mea, & quod peccatum meum
in patrem tuum, quia quærit animam
meam? *Qui dixit ei: Absit, non morieris: neque enim faciet pater meus quidquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit me pater meus sermonẽ tantummodo? nequaquam erit istud. *Et iurauit rursum Dauidi. Et ille ait: Scit profectò pater tuus
quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet: Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimmò viuit Dominus, & viuit
anima tua, quia vno tãtùm (vt ita dicam)
gradu, ego morsq; diuidimur. *Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcumque dixerit
mihi anima tua, faciã tibi. *Dixit autem
Dauid ad Ionathan: Ecce calendæ sunt
crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescẽdum: dimitte ergo me
vt abscondar in agro vsque ad vesperam
diei tertiæ. * Si respiciens requisierit me
pater tuus, respondebis ei: Rogauit me B
Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suam: quia victimæ sollemnes
ibi sunt vniuersis contribulibus suis. *Si
dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. si autem
fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. *Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. si autem est iniquitas aliqua in me, tu me in-
interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. *Et ait Ionathas: Absit hoc à
te: neque enim fieri potest, vt si certè

cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annunciem tibi. *Respondítque Dauid ad Ionathan: Quis renunciabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus durè de me? *Et ait Ionathas ad Dauid: Veni, & egrediamur foras in agrũ. Cumq; exissent ambo in agrum, *ait Ionathas ad Dauid: Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiã patris mei crastino vel perẽdie: & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero, *hæc faciat Dominus Ionathę, & hęc addat. Si autẽ perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittã te, vt vadas in pace, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. *Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero, *nõ auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum, quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquemque de terra: auferat Ionathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. *Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid. * Et addidit Ionathas deierare Dauid, eò quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum. *Dixitque ad eum Ionathas: Cras calendæ sunt, & requirêris: *requiretur enim sessio tua vsq; perendie. Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es in die qua operari licet, & sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. *Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercẽs me ad signum. *Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, & affer mihi sagittas. * Si dixero puero: Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit Dominus. Si autẽ sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus. *De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te vsque in sempiternum. *Absconditus est ergo Dauid in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedẽdum panem. *Cumq; sedisset rex super cathedram suam (secundùm consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuumque apparuit locus Dauid. *Et non est locutus Saul quidquam in die illa: cogitabat enim quòd fortè euenisset ei, vt non esset mundus, nec purificatus. *Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitque Saul ad Ionathan filium suum: Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie, ad vescendum? *Respondítque Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem, *& ait: Dimitte me, quoniam sacrificium sollemne est in ciuitate, vnus de fratribus meis accersuit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. * Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei: Eili mulieris virum vltrò rapientis, numquid ignoro quia diligis filium Isai, in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? *Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaq; iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis est. * Respondens autem Ionathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? quid fecit? * Et arripuit Saul lanceam vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas quòd definitũ esset à patre suo, vt interficeret Dauid. *Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & nõ comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super Dauid, eò quòd confudisset eum pater suus. *Cúmque illuxisset manè, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo, * & ait ad puerum suum: Vade, & affer mihi sagittas, quas ego iacio. Cumque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum. * Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porrò vltra te. *Clamauitque iterum Ionathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum: * & quid ageretur, penitùs ignorabat: tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. * Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Vade, & defer in ciuitatem. * Cumque abiisset puer, surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem ampliùs. * Dixit ergo Ionathas ad Dauid: Vade in pace: quæcumque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me

ter me & te, & inter semen meum & semen tuum vsque in sempiternum. *Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI.

VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem: & obstupuit Achimelech, eò quòd venisset Dauid. Et dixi ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? * Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo sciat rem, propter quam missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & illum locum. * Nunc ergo siquid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inueneris. *Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus? * Et respõdit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Equidem, si de mulieribus agitur: continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porrò via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. *Mat. 12. 4. *"Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi. *Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. * Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hîc ad manũ hastam, aut gladium? quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum. sermo enim regis vrgebat. *Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle. neque enim hîc est alius absque eo. Et ait Dauid: Non est huic alter similis, da mihi eum. * Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul: & venit ad Achis regem Geth. *dixeruntque serui Achis ad eum cùm vidissent Dauid: Numquid non iste est Dauid rex terræ? nónne huic cantabant per choros, dicentes: " Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? * Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. * Et immutauit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam. * Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me? * An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, vt fureret me præsente? híccine ingredietur domum meam?

*Sup. 18. b. 7 Eccli. 47. a. 7

CAP. XXII.

ABiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cùm audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. *Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia cõstituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. * Et profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiscum, donec sciã quid faciat mihi Deus. * Et reliquit eos ante faciem regis Moab: mansseruntque apud eum cunctis diebus, quibus Dauid fuit in præsidio. *Dixitque Gad propheta ad Dauid: Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in saltum Haret. * Et audiuit Saul quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cùm maneret in Gabaa, & esset in nemore, quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctíq; serui eius circumstarent eum, * ait ad seruos suos qui assistebant ei: Audite nunc filij Iemini: numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: *quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renunciet, maximè cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi: eò quòd susciterit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie. * Respondens autem Doeg Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe, apud Achimelech filium Achitob sacerdotẽ. *Qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi. *Misit ergo rex ad accersendũ Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotũ, qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regem. *Et ait

Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob. C 4
Qui respondit: Præsto sum domine.
* Dixitque ad eum Saul: Quare coniurastis aduersum me, tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo Deum, vt consurgeret aduersum me, insidiator vsque hodie permanens? *Respondensque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? * Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? absit hoc à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei: non enim sciuit seruus tuus quidquam super hoc negotio, vel modicum vel grande: * Dixitque rex: Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui. * Et ait rex emissariis, qui circumstabant eum: Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid est: scientes quòd D
fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini. * Et ait rex ad Doeg: Conuertere tu, & irrue in sacerdotes. Conuersusq; Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros vestitos ephod lineo. * Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemq; & asinum, & ouem in ore gladij. * Euadens autem vnus filius Achimelech, filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, * & annunciauit ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini. * Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebam in die illa, quòd cùm ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annunciaret Sauli: ego sum reus omnium animarum patris tui. * Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis.

CAP. XXIII.

ET annunciauerunt Dauid, dicentes: 1
Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam & diripiunt areas. * Consuluit ergo A 2
Dauid Dominum, dicens: Num vadam, & percutiã Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philistheos, & Ceilam saluabis. * Et dixerunt 3
viri, qui erant cum Dauid, ad eum: Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus: quanto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinorum? * Rursum ergo Dauid consuluit Dominum. Qui respondens, ait ei: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in manu tua. * Abiit ergo Dauid, & viri eius, in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. * Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descenderat. * Nunciatum 7
est autem Sauli quòd venisset Dauid in B
Ceilam: & ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas, conclusus que est, introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt. 8
* Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam descenderet in Ceilam: & obsideret Dauid, & viros eius. * Quòd cùm 9
Dauid resciisset, quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica ephod. * Et ait Dauid: 10
Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me: 11
* Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus: Descendet. * Dixitque Dauid: Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? 12
Et dixit Dominus: Tradent. * Surrexit 13
ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nunciatumque est Sauli quòd fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset: quam ob rem dissimulauit exire. * Morabatur autem Dauid in deserto 14
in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco: quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eum Deus in manus eius. 15
* Et vidit Dauid quòd egressus esset Saul C
vt quæreret animam eius. Porrò Dauid 16
erat in deserto Ziph in silua. * Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in siluam, & confortauit manus eius in 17
Deo: dixitq; ei: * Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc. 18
* Percussit ergo vterque fœdus corã Domino: mansitque Dauid in silua: Ionathas autem reuersus est in domum suam.
* Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in 19
Gabaa, dicentes: Nónne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis siluæ, in Colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? * Nunc ergo, sicut desiderauit 20
anima tua vt descenderes, descende: nostrum autem erit vt tradamus eum in manus regis. * Dixitque Saul: Benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam. * Abite ergo, oro, & diligentiùs 21 22
præparate, & curiosiùs agite, & considerate locum vbi sit pes eius, vel quis viderit eum ibi: recogitat enim de me, quòd D
callidè insidier ei. * Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. quòd si etiam 23
in terram se abstruserit, persecutabor eum in cunctis millibus Iuda. * At illi 24
surgentes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in deserto Maon, in campestribus, ad dexteram Iesimon. * Iuit ergo Saul & socij eius ad 25
quærendum eum: & nunciatum est Dauid, statimq; descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. quod cùm audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. * Et ibat Saul ad latus mõtis ex 26
parte vna: Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaque Saul & viri eius, in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. * Et nuncius venit 27
ad Saul, dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram. * Reuersus est ergo Saul desistens perse- 28
qui Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. propter hoc vocauerunt locum illum, Petram diuidentem.

CAP. XXIIII.

ASCendit ergo Dauid inde: & habi- 1
tauit in locis tutissimis Engaddi. A
* Cumque reuersus esset Saul, postquam 2
persecutus est Philistheos, nunciauerunt ei, dicentes: Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. * Assumens ergo Saul tria mil- 3
lia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius, etiã super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. * Et venit 4
ad caulas ouium, quæ se offerebant vianti. eratq; ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte speluncæ latebãt. * Et dixerunt serui Dauid ad eum: 5
Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis.

Surrexit ergo Dauid, & præcîdit oram B
6 clamydis Saul silenter. * Post hæc percussit cor suum Dauid, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. * Dixitq; ad viros
7 suos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hãc rem domino meo, christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia christus Domini est. * Et confregit
8 Dauid viros suos sermonibus, & non permisit eos vt consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. * Surrexit autem &
9 Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terrã, ado-
10 rauit, * dixitq; ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quæ-
11 rit malum aduersum te? * Ecce hodie viderunt oculi tui, quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & co- C
gitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia
12 christus Domini est. * Quin potiùs pater mi, vide, & cognosce orã chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cùm præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & vide, quoniam non est in manu mea malũ, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem insidiaris animæ meæ
13 vt auferas eam. * Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex
14 te: manus autem mea non sit in te. * Sicut & in prouerbio antiquo dicitur: AB IMPIIS egredietur impietas: manus ergo
15 mea nõ sit in te. * Quem persequeris, rex Israel? quem persequeris? canẽ mortuum
16 persequeris, & pulicem vnum. * Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meam, & eruat
17 me de manu tua. * Cùm autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox hæc D
18 tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit: * dixitque ad Dauid: Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala.
19 * Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.
20 * Quis enim cùm inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me.
21 * Et nunc qua scio quòd certissimè re-

gnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: * iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. * Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam: & Dauid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

*Eccli.46. d.23 Inf.28.a.3 MOrtuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque Dauid descendit in desertum Pharan. * Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantq; ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. * Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius Abigail. eratque mulier illa prudentissima & speciosa: porrò vir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb. * Cùm ergo audisset Dauid in deserto quòd tonderet Nabal gregem suum, * misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacificè. * Et dicetis: Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus, quæcumque habes, sit pax. * Audiui quòd tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: numquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. * Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus. quodcumque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. * Cumque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt. * Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: Quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos. * Tollã ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint? * Regressi sunt itaque pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt, & nunciauerunt ei omnia verba quæ dixerat. * Tunc ait Dauid pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est & Dauid ense suo: & secuti sunt Da-

uid quasi quadringenti viri: porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. * Abigail autem vxori Nabal nunciauit vnus de pueris suis, dicés: Ecce Dauid misit nuncios de deserto, vt benedicerent domino nostro: & auersatus est eos. * homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti: nec quidquam aliquãdo periit omni tempore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto: * pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. * Quam ob rem considera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. * Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos: * dixitque pueris suis: Præcedite me: ecce, ego post tergum sequar vos: viro autem suo Nabal non indicauit. * Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radices montis, Dauid & viri eius descendebant in occursum eius: quibus & illa occurrit. * Et ait Dauid: Verè frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non periit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. * Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsq; manè, mingentem ad parietem. * Cùm autẽ vidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit coram Dauid super faciem suã, & adorauit super terram, * & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit, domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis: & audi verba famulæ tuę. * Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virũ istum iniquum Nabal: quoniam secundùm nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo: ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. * Nunc ergo domine mi, viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. * Quapropter susci pe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui sequuntur te dominum meum. * Auser iniquitatem

famulæ

famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. * Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentiũ, apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. * Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israel, * non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris: & cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. * Et ait Dauid ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, * & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. * Alioquin viuit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. * Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei: Vade pacificè in domum tuam, ecce audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuam. * Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum aut grande vsque manè. * Diluculo autem cùm digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. * Cumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. * Quod cum audisset Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem. * Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes: Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem. * Quæ consurgens adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. * Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pedissequæ eius, & secuta est nuncios Dauid: & facta est illi vxor. * Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrael: & fuit vtraque vxor eius. * Saul autem dedit Michol filiam suam, vxorem Dauid, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

CAP. XXVI.

*Sup.23. c.19 ET * venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, Dauid absconditus est in colle Hachila, quæ est ex aduerso solitudinis. * Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph. * Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex aduerso solitudinis in via: Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem quòd venisset Saul post se in desertum, * misit exploratores, & didicit quòd illuc venisset certissimè. * Et surrexit Dauid clàm, & venit ad locum vbi erat Saul: cumque vidisset locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saulé dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, * ait Dauid ad Achimelech Hethæum, & Abisai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. * Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. * Dixitque Abisai ad Dauid: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, semel, & secundò opus non erit. * Et dixit Dauid ad Abisai: Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in christum Domini, & innocens erit? * Et dixit Dauid: Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit: * propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in christum Domini. nunc igitur tolle hastam, quę est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. * Tulit igitur Dauid hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad

caput

caput Saul,& abierunt: & non erat quisquam,qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos. * Cumque transisset Dauid ex aduerso,& stetisset in vertice montis de longè, & esset grande interuallum inter eos, *clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner,dicens: Nónne respondebis Abner? Et respondens Abner,ait:Quis es tu,qui clamas,& inquietas regem? * Et ait Dauid ad Abner: Numquid non vir tu es?& quis alius similis tui in Israel?quare ergo non custodisti dominum tuum regem? ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regem,dominum tuum. *Non est bonum hoc,quod fecisti:viuit Dominus, quoniam filij mortis estis vos, qui non custodistis dominum vestrum,christum Domini. nunc ergo vide vbi sit hasta regis,& vbi sit scyphus aquæ,qui erat ad caput eius.*Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Numquid vox hæc tua,fili mi Dauid?& ait Dauid:Vox mea, domine mi rex. * Et ait: Quam ob causam dominus meus persequitur seruum suum? Quid feci? aut quod est malum in manu mea? * Nunc ergo audi, oro, domine mi rex,verba serui tui:Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium: si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini: qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, serui diis alienis. * Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino: quia egressus est rex Israel vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. * Et ait Saul: Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltrà tibi malefaciam,eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd stultè egerim,& ignorauerim multa nimis. * Et respondens Dauid,ait: Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis, & tollat eam. * Dominus autem retribuet vnicuique, secundùm iustitiam suam & fidem: tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in christum Domini. * Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia. * Ait ergo Saul ad Dauid: Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

13 1 A 14 2 15 C 16 3 4 B 5 17 6 18 7 19 8 C 9 D 20 10 21 D 11 22 23 12 24

CAP. XXVII.

ET ait Dauid in corde suo: Aliquando incidam vna die in manus Saul: nónne melius est vt fugiam, & saluer in Terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetq; me quærere in cunctis finibus Israel?fugiam ergo manus eius. *Et surrexit Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.*Et habitauit Dauid cum Achis in Geth,ipse & viri eius; vir & domus eius; & Dauid,& duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. * Et nunciatum est Sauli quòd fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum.*Dixit autem Dauid ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitē ibi: cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? *Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg:propter quam causam facta est Siceleg regum Iudæ,vsque in diem hanc. *Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorū,quattuor mensium. *Et ascendit Dauid,& viri eius,& & agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis:hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vsque ad Terram Ægypti. *Et percutiebat Dauid omnem terram,nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollensq; oues,& boues,& asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. * Dicebat autem ei Achis: In quem irruisti hodie? Respondebat Dauid: Contra meridiē Iudæ,& contra meridiem Ierameel,& contra meridiem Ceni. *Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne fortè loquantur aduersum nos: Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. * Credidit ergo Achis Dauid,dicens:Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus.

1 A 2 3 4 B 5 6 7 8 C 9 10 D 11 12

CAP. XXVIII.

FActum est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthiim agmina sua,vt præpararentur ad bellū contra Israel:dixitq; Achis ad Dauid:Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui. * Dixitque Dauid ad Achis:Nunc scies quę facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. *"Samuel autem mortuus est,planxitque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & hariolos de terra. *Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt,& castrametati sunt in Sunam:congregauit autem & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe. * Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. *Consuluitque Dominum, & non respondit ei,neq; per somnia, neque per sacerdotes,neque per prophetas.*Dixitque Saul seruis suis:Quærite mihi mulierem habentem "pythonem, & vadam ad eam,& scisciter per illam. Et dixerunt serui eius ad eum: Est mulier pythonem habens in Endor. * Mutauit ergo habitum suum: vestitusq; est aliis vestimentis,& abiit ipse,& duo viri cum eo,veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi. *Et ait mulier ad eum: Ecce,tu nosti quanta fecerit Saul,& quomodo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar? *Et iurauit ei Saul in Domino, dicens: Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quidquam mali propter hanc rem. *Dixitque ei mulier:Quem suscitabo tibi? Qui ait:Samuelem mihi suscita. *Cùm autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna,& dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi?Tu es enim Saul. *Dixitque ei rex:Noli timere: quid vidisti?Et ait mulier ad Saul:Deos vidi ascendentes de terra. *Dixitque ei: Qualis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. *Dixit autem Samuel ad Saul: "Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis: siquidem Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per somnia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. *Et ait Samuel:Quid interrogas me,cùm Dominus recesserit à te,& transierit ad æmulum tuum? * Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid:

1 A 2 3 4 B 5 6 7 8 9 D 10 11 12 A 13 14 C 15 16 17 18 * quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec.idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. *Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim: cras autem tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim. *Statimq; Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo,quia non comederat panem tota die illa. *Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixitq; ad eum: Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermones tuos, quos locutus es ad me. * Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ,& ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. *Qui renuit,& ait:Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. * Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollensque farinam, miscuit eam, & coxit azyma, * & posuit ante Saul & ante seruos eius. Qui cùm comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

18 19 20 21 22 23 24 25

CAP. XXIX.

COngregata sunt ergo Philisthiim vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrahel. *Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.*Dixeruntque principes Philisthiim ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim:Num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quidquam, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc? * "Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthiim,& dixerunt ei:Reuertatur vir iste,& sedeat in loco suo, in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius,cùm præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? * Nónne iste est Dauid, cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul in millibus suis,& Dauid in decem millibus suis?

1 A 2 3 4 B 1. Par. 12 d 19 5

* Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei: Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conſpectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum eſt in caſtris: & non inueni in te quidquam mali, ex die qua veniſti ad me, vſque in diem hanc: ſed ſatrapis non places. * Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos ſatraparum Philiſthiim. * Dixitque Dauid ad Achis: Quid enim feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo, à die qua fui in conſpectu tuo vſque in diem hanc, vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis? * Reſpondens autem Achis, locutus eſt ad Dauid: Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei: ſed principes Philiſthinorum dixerunt: Non aſcendet nobiſcum in prælium. * Igitur conſurge manè tu, & ſerui domini tui, qui venerunt tecum: & cùm de nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere, pergite. *Surrexit itaque de nocte Dauid ipſe & viri eius, vt proficiſcerentur manè, & reuerterentur ad Terram Philiſthiim: Philiſthiim autem aſcenderunt in Iezrahel.

6 C 9 C 10 11 12 D 13 10 D 14 11 15 16 A

CAP. XXX.

*1. Par. 12 d. 20

CVmq; *veniſſent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitę impetum fecerant ex parte auſtrali in Siceleg, & percuſſerant Siceleg, & ſuccenderant eam igni. * Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à minimo vſque ad magnum: & non interfecerant quemquam, ſed ſecum duxerant, & pergebant itinere ſuo. * Cùm ergo veniſſent Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inueniſſent eam ſuccenſam igni, & vxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe captiuas, * leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo voces ſuas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ. *Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoam Iezrahelites, & Abigail vxor Nabal Carmeli. * Et contriſtatus eſt Dauid valdè: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuſcuiuſque viri ſuper filiis ſuis & filiabus: confortatus eſt autem Dauid in Domino Deo ſuo. * Et ait ad Abiathar ſacerdotem filium Achimelech: Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, * & conſuluit Dauid Dominum, dicens: Perſequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Perſequere: abſque dubio enim comprehendes eos, & excuties prędam. *Abiit ergo Dauid ipſe, & ſexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt vſque ad Torrentem Beſor: & laſſi quidam ſubſtiterunt. *Perſecutus eſt autem Dauid ipſe, & quadringenti viri: ſubſtiterant enim ducenti, qui laſſi tranſire non poterant Torrentem Beſor. *Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntq; ei panẽ vt comederet, & biberet aquam, * ſed & fragmen maſſæ caricarum, & duas ligaturas vuæ paſſæ. Quæ cùm comediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus. *Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu? vel vnde? & quò pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego ſum, ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiuſtertius. * Siquidem nos erupimus ad auſtralem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Siceleg ſuccendimus igni. *Dixitq; ei Dauid: Potes me ducere ad cuneum iſtum? Qui ait: Iura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum iſtum. Et iurauit ei Dauid. *Qui cùm duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſuper facié vniuerſæ terræ, comedentes & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem, pro cuncta præda, & ſpoliis quæ ceperant de Terra Philiſthiim, & de Terra Iuda. * Et percuſſit eos Dauid à veſpere vſque ad veſperam alterius diei, & non euaſit ex eis quiſquam, niſi quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant camelos, & fugerant. * Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores ſuas eruit. *Nec defuit quidquam à paruo vſque ad magnum, tam de filiis quàm de filiabus, & de ſpoliis, & quæcumque rapuerant, omnia reduxit Dauid. *Et tulit vniuerſos greges & armenta, & minauit ante faciem ſuam: dixeruntque: Hæc eſt præda Dauid. * Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui laſſi ſubſtiterant, nec ſequi potuerant Dauid, & reſidere eos iuſſerat in Torrente Beſor: qui egreſſi ſunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem Dauid ad populum, ſalutauit eos pacificè. * Reſpondenſque omnis vir peſſimus & iniquus, de viris qui ierát cum Dauid, dixit: Quia non venerunt nobiſcum, non dabimus

1 A 2 3 4 B 5 6 7 F 8

eis quidquam de præda, quam eruimus: ſed ſufficiat vnicuique vxor ſua & filij: quos cùm acceperint, recedant. * Dixit autem Dauid: Non ſic facietis fratres mei, de his quæ tradidit nobis Dominus, & cuſtodiuit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduerſum nos, in manus noſtras: *nec audiet vos quiſquam ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diuident. * Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael vſque in diem hanc. *Venit ergo Dauid in Siceleg, & miſit dona de præda ſeniotibus Iuda proximis ſuis, dicens: Accipite benedictionem de præda hoſtium Domini: * His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Iether, * & qui in Aroër, & qui in Sephamoth, & qui in Eſthamo, *& qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni, * & qui in Arama, & qui in lacu Aſan, & qui in Athach, * & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid ipſe, & viri eius.

4 5 6 7 C 8 27 28 29 9 30 31 10 D

CAP. XXXI.

PHiliſthiim autem pugnabant aduerſum Iſrael: & fugerunt viri Iſrael ante faciem Philiſthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. * Irruerunt que Philiſthiim in Saul, & in filios eius, & percuſſerunt Ionathan, & Abinadab, & Melchiſua, filios Saul, *totumque pondus prælij verſum eſt in Saul: & conſecuti ſunt eum viri ſagittarij, & vulneratus eſt vehementer à ſagittariis.

1 A 2 3

* Dixitque Saul ad armigerum ſuum: Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè veniant incircumciſi iſti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladium, & irruit ſuper eum. * Quod cùm vidiſſet armiger eius, videlicet quòd mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo. * Mortuus eſt ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuerſi viri eius in die illa pariter. * Videntes autem viri Iſrael, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quòd fugiſſent viri Iſraelitæ, & quòd mortuus eſſet Saul, & filij eius, reliquerunt ciuitates ſuas, & fugerunt: veneruntque Philiſthiim, & habitauerunt ibi. * Facta autem die altera, venerunt Philiſthiim, vt ſpoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboe. * Et præciderunt caput Saul, & ſpoliauerunt eum armis: & miſerunt in Terram Philiſthinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis. * Et poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth, corpus verò eius ſuſpenderunt in muro Bethſan. * Quod cùm audiſſent habitatores Iabes Galaad, quæcumque fecerant Philiſthiim Saul, * ſurrexerunt omnes viri fortiſſimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius, de muro Bethſan: veneruntque Iabes Galaad, & combuſſerunt ea ibi: * & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

4 *1. Par. 10. b. 4 5 6 7 B 8 9 10 D 11 *2. Reg. 2. d. 4 12 13

LIBER

LIBER SECVNDVS SAMVELIS, QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

CAPVT PRIMVM.

EActum est autem, 1 postquam mortuus est A
Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. * In 2
die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, & puluere conspersus caput: & vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit. *Dixitq; ad eum Dauid: Vnde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. *Et dixit ad eum Dauid: 4
Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. *Dixitque Dauid ad adolescentem, qui nunciabat ei: Vnde scis quia mortuus est Saul, & Ionathas filius eius? 5
*Et ait adolescens, qui nunciabat ei: Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites appropinquabant ei, 6
* & conuersus post tergum suum, vidensque me vocauit. Cui cùm respondissem: Adsum: * dixit mihi: Quisnam es 7 B
tu? Et aio ad eum: Amalecites ego sum. 8
*Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. 9
*Stansque super eum, occidi illum: sciebam enim quòd viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. *Apprehendens autem Dauid vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, * & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam, super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel, eò quòd corruissent gladio. *Dixitque Dauid ad iuuenem qui nunciauerat ei: Vnde es tu? Qui respondit: Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum. *Et ait ad eum Dauid: *Quare non timuisti C *Psal. 104. b. 15
mittere manum tuam vt occideres christum Domini? *Vocansq; Dauid vnum de pueris suis, ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. *Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te, dicens: Ego interfeci christum Domini. * Planxit autem Dauid planctū huiuscemodi super Saul, & super Ionathan filium eius, (*& præcepit vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in Libro iustorum.) Et ait: Cōsidera Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. *Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt: quo modo ceciderunt fortes? *Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in D
compitis Ascalonis: ne fortè lętętur filiæ Philisthiim, ne exultent filię incircūcisorum. *Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniāt super vos, neq; sint agri primitiarū: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi nō esset vnctus oleo.

*A san-

*A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ numquā rediit retrorsum, & gladius Saul nō est reuersus inanis. *Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores. * Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamēta aurea cultui vestro. *Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus est? *Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorē mulierum. Sicut mater vnicum amat filiū suum, ita ego te diligebam. * Quo modo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

CAP. II.

IGitur post hæc consuluit Dauid Dominum, dicens: Num ascendam in A
vnam de ciuitatibus Iudæ? Et ait Dominus ad eum: Ascende. Dixitque Dauid: Quò ascendam? Et respondit ei: In Hebron. * Ascendit ergo Dauid, & duæ 2
vxores eius, Achinoā Iezraelites, & Abigail vxor Nabal Carmeli: * sed & viros, 3
qui erant cum eo, duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebron. * * Veneruntque viri Iuda, & 4
vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. Et nunciatum est Dauid, quòd viri Iabes Galaad sepelissent Saul. *Misit ergo Dauid nūcios ad viros Iabes 5
Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eū. *Et nūc retribuet vobis quidem Domi- 6
nus misericordiam & veritatem: sed & B
ego reddam gratiā, eo quòd fecistis verbum istud. *Cōfortentur manus vestræ, 7
& estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem sibi. 8
*Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra, * regemque 9
constituit super Galaad & super Gessuri, & super Iezrael, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel vniuersum. *Quadraginta annorum erat Isbo- 10
seth filius Saul, cùm regnare cœpisset super Israēl, & duobus annis regnauit: sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. C
* Et fuit numerus dierum, quos com- 11
moratus est Dauid, imperās in Hebron super domum Iuda, septem annorum, & sex mensium. * Egressusque est Abner 12
filius Ner, & pueri Isboseth filij Saul, de castris in Gabaon. * Porrò Ioab filius 13
Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cùm in vnum conuenissent, è regione sederunt: hi ex vna parte piscinæ, & illi ex altera. *Dixitque Abner ad Ioab: Sur- 14
gant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab: Surgant. *Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de 15
Beniamin, ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid. *Apprehēsoque vnusquisque capite cōparis sui, defixit gladium in latus cōtrarij, & ceciderūt 16 D
simul: vocatumque est nomen loci illius: Ager robustorum, in Gabaon. *Et ortum 17
est bellū durū satis in die illa: fugatusque est Abner, & viri Israel, à pueris Dauid. 18
* Erant autē ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abisai, & Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis quę 19
morātur in siluis. *Persequebatur autem Asael Abner, & nō declinauit ad dexteram neque ad sinistram omittēs persequi 20
Abner. *Respexit itaque Abner post tergum suū, & ait: Túne es Asael? Qui respondit: Ego sum. * Dixitque ei Abner: 21 E
Vade ad dextram, siue ad sinistrā, & apprehende vnū de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asael omittere quin vrgeret eum. * Rursum que lo- 22
cutus est Abner ad Asael: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. * Qui 23
audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est eodem loco: omnesque qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant. 24
* Persequentibus autem Ioab & Abi- F
sai fugientem Abner, sol occubuit: & venerunt vsque ad Collem aquæ ductus, qui est ex aduerso vallis itineris 25
deserti in Gabaon. * Congregatique sunt filij Beniamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, steterunt in 26
summitate tumuli vnius. * Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: Num vsque ad internecionem tuus mucro desæuiet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsquequo non dicis populo 27
vt omittat persequi fratres suos? * & ait Ioab: Viuit Dominus, si locutus fuisses, manè recessissent populus persequens 28
fratrem suum. * Insonuit ergo Ioab

buccina, & ſtetit omnis exercitus, nec perſecuti ſunt vltrà Iſrael, neque iniere certamen. * Abner autem & viri eius abierunt per campeſtria, tota nocte illa: & tranſierunt Iordanem, & luſtrata omni Beth horon venerunt ad caſtra. *Porrò Ioab reuerſus, omiſſo Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Aſaele. * Serui autem Dauid percuſſerunt de Beniamin, & de viris qui erãt cum Abner, trecẽtos ſexaginta, qui & mortui ſunt. *Tuleruntque Aſael, & ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Bethlehem: & ambulauerunt tota nocte Ioab & viri qui erant cum eo, & in ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

FActa eſt ergo longa concertatio inter domum Saul, & inter domũ Dauid: Dauid proficiſcens, & ſemper ſeipſo robuſtior, domus autẽ Saul decreſcẽs quotidie. *Natique ſunt filij Dauid in Hebron: fuitq; primogenitus eius Amnon de Achinoam Iezraelitide. *Et poſt eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Abſalom, filius Maacha filię Tholmai regis Geſſur. *Quartus autem Adonias, filius Haggith: & quintus Saphathia, filius Abital. *Sextus quoque Iethraam, de Egla vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron. *Cùm ergo eſſet prælių inter domũ Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul. *Fuerat autem Sauli concubina nomine Reſpha, filia Aia. Dixitque Iſboſeth ad Abner: * Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Iſboſeth, ait: Numquid caput canis ego ſum aduerſum Iudam hodie, qui fecerim miſericordiam ſuper domum Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requiſiſti in me quod argueres pro muliere hodie? *Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, niſi quomodo iurauit Dominus Dauid, ſic faciam cum eo, * vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael, & ſuper Iudam, à Dan vſque Berſabee. *Et non potuit reſpondere ei quidquam, quia metuebat illum. *Miſit ergo Abner nũcios ad Dauid pro ſe dicentes: Cuius eſt terra? Et vt loquerentur: Fac mecũ amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſrael. * Qui ait: Optimè: ego faciam tecum amicitias: ſed vnam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol filiam Saul: & ſic venies, & videbis me. * Miſit autem Dauid nuncios ad Iſboſeth filium Saul, dicens: `Redde vxorem meam Michol, quam deſpondi mihi centum præputiis Philiſthiim. * Miſit ergo Iſboſeth, & tulit eam à viro ſuo Phaltiel, filio Lais. * Sequebaturque eam vir ſuus, plorans vſque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade, & reuertere. Qui reuerſus eſt. * Sermonem quoque intulit Abner ad ſeniores Iſrael, dicens: Tam heri quàm nudiuſtertius quærebatis Dauid vt regnaret ſuper vos. *Nũc ergo facite: quoniam Dominus locutus eſt ad Dauid, dicẽs: In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum Iſrael de manu Philiſthiim, & omnium inimicorum eius. *Locutus eſt autem Abner etiam ad Beniamin. Et abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron, omnia quæ placuerant Iſraeli & vniuerſo Beniamin. *Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner, & viris eius qui venerant cum eo, conuiuium. * Et dixit Abner ad Dauid: Surgam, vt congregem ad te dominum meum regem omnem Iſrael, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, ſicut deſiderat anima tua. Cùm ergo deduxiſſet Dauid Abner, & ille iſſet in pace, *ſtatim pueri Dauid & Ioab venerunt, cæſis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iã dimiſerat eum, & profectus fuerat in pace. *Et Ioab, & omnis exercitus qui erat cum eo, poſteà venerunt: nunciatum eſt itaque Ioab à narrantibus: `Venit Abner filius Ner ad regem, & dimiſit eum, & abiit in pace. *Et ingreſſus eſt Ioab ad regem, & ait: Quid feciſti? Ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eum, & abiit & receſſit? *ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, vt deciperet te, & ſciret exitum tuum & introitũ tuum, & noſſet omnia quę agis? *Egreſſus itaq; Ioab à Dauid, miſit nuncios poſt Abner, & reduxit eũ à ciſterna Sira, ignorãte Dauid. *Cumque rediiſſet Abner in Hebron, ſeorſum adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei, in dolo: & percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt in vltionem ſanguinis Aſael fratris eius. *Quod cum audiſſet Dauid rem iam geſtam, ait: Mundus ego ſum, & regnum meum, apud Dominum, vſque in ſempiternum, à ſanguine Abner filij Ner; *& veniat ſuper caput Ioab, & ſuper omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadẽs gladio, & indigẽs pane. * Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerunt Abner, eò quòd occidiſſet Aſael fratrem eorum in Gabaon, in prælio. *Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: Scindite veſtimẽta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid ſequebatur feretrum. *Cumque ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autem & & omnis populus. *Plangenſque rex & lugens Abner, ait: Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner. *Manus tuę ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere coram filiis iniquitatis, ſic corruiſti. Congeminanſque omnis populus fleuit ſuper eum. *Cumque veniſſet vniuerſa multitudo cibũ capere cum Dauid, clara adhuc die iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauęro panem vel aliud quidquam. * Omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conſpectu totius populi. *& cognouit omne vulgus & vniuerſus Iſrael in die illa, quoniam non actum fuiſſet à rege vt occideretur Abner filius Ner. *Dixit quoque rex ad ſeruos ſuos: Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Iſrael? `Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porrò viri iſti filij Saruiæ duri ſunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.

CAP. IIII.

AVdiuit autem Iſboſeth filius Saul, quòd cecidiſſet Abner in Hebron: & diſſolutæ ſunt manus eius, omniſque Iſrael perturbatus eſt. * Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filiis Beniamin: ſiquidem & Beroth reputata eſt in Beniamin. *& fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi aduenæ vſque ad tempus illud. * Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nuncius de Saul & Ionatha ex Iezrael. tollés itaque eum nutrix ſua, fugit: cumque feſtinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus eſt: habuitque vocabulum Miphiboſeth. * Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingreſſi ſunt feruente die domum Iſboſeth: qui dormiebat ſuper ſtratũ ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triticum, ob dormiuit. *Ingreſſi ſunt autem domum latenter aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. * Cùm autem ingreſſi fuiſſent domum, ille dormiebat ſuper lectum ſuũ in conclaui, & pereutientes interfecerunt eum: ſublatoque capite eius, abierũt per viam deſerti tota nocte, * & attulerunt caput Iſboſeth ad Dauid in Hebron: dixeruntque ad regem: Ecce caput Iſboſeth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Dominus domino meo regi vltionem hodie de Saul, & de ſemine eius. *Reſpondens autẽ Dauid Rechab, & Baana fratri eius, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos: Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni anguſtia, **quoniam eum, qui annunciauerat mihi, & dixerat: Mortuus eſt Saul: qui putabat ſe proſpera nunciare, tenui, & occidi eũ in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuncio. *Quanto magis nunc, cùm homines impij interfecerunt virum innoxium, in domo ſua, ſuper lectum ſuum, nõ quæram ſanguinem eius de manu veſtra, & auferam vos de terra? * Præcepit itaque Dauid pueris ſuis, & interfecerunt eos: præcidenteſque manus & pedes eorum, ſuſpenderunt eos ſuper piſcinam in Hebron: caput autem Iſboſeth tulerunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

ET venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in Hebron dicentes: `Ecce nos, os tuum & caro tua ſumus. *Sed & heri & nudiuſtertius, cùm eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens & reducens Iſrael: dixit autem Dominus ad te: Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael. * Venerunt quoque & ſeniores Iſrael ad regem in Hebron, & percuſſit cum eis rex Dauid fœdus in

Hebron coram Domino: vnxeruntque Dauid in regem super Israel. *Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit. 4
*3. Reg. 2. b. 11
* In Hebron regnauit super Iudā septem annis & sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. *Et abiit rex, & omnes viri qui erant cū eo, in Ierusalem, ad Iebusæū habitatorem terræ: dictumque est Dauid ab eis: Nō ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos dicentes: Non ingredietur Dauid huc. *Cœpit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid. *Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæū, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templū. 5 6 B 7 8
* Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. *Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo. * *Misit quoque Hiram rex
*1. Par. 14. a. 1
Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorū, artificesque lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. * Et cognouit Dauid quoniam cōfirmasset eum Dominus regem super Israel, & quoniam exaltasset regnū eius C
*1. Par. 3. a. 1
super populum suum Israel. * *Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natique sunt Dauid & alij filij & filiæ: * & hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem, Samua, & Sobab, & Nathan, & Salomon, *& Iebahar, & Elisua, & Nepheg, *& Iaphia, & Elisama, & Elioda, & Eliphaleth. * Audierunt ergo Philisthiim quòd vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid: quod cùm audisset Dauid, descendit in præsidium. 9 A 10 11 12 13 14 15 16 17
*1. Par. 14. b. 10
* *Philisthiim autem venientes diffusi sunt in Valle Raphaim. * & consuluit Dauid Dominum, dicens: Si ascendam ad Philisthiim? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid: Ascende, quia tradens dabo Philisthiim in manu tua. * *Venit ergo Dauid in Baal
*Isa. 28. a. 21
Pharasim; & percussit eos ibi, & dixit: Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius, Baal Pharasim. * Et reliquerunt ibi sculptilia 18 19 20 D 21
sua: quæ tulit Dauid, & viri eius. * Et addiderunt adhuc Philisthiim vt ascenderent, & diffusi sunt in Valle Raphaim. 22
* Consuluit autem Dauid Dominum: Si ascendam cōtra Philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit: Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. * Et cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthiim. * Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthiim, de Gabaa, vsque dum venias Gezer. 23 24 25

CAP. VI.

COngregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel triginta millia. * *Surrexitque Dauid, & abiit, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, super quam inuocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam. *Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem & Ahio filij Abinadab, minabant plaustrum nouum. * *Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam. *Dauid autem & omnis Israel ludebāt coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris & tympanis & sistris & cymbalis. * Postquam autem venerunt ad Areā Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. *Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei. * *Contristatus est autē Dauid, eò quòd percussisset Dominus Ozam, & & vocatū est nomen loci illius, Percussio Ozæ, vsque in diem hanc. * Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens: Quo modo ingredietur ad me arca Domini? * Et noluit diuertere ad se arcam Domini in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum Obededom Gethæi. * Et habitauit arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum eius. * *Nunciatumque
*2. Reg. 7. a. 2
*1. Par. 13. b. 11
*1. Par. 15. d. 25
est

est regi Dauid quòd benedixisset Dominus Obededom, & omnia eius, propter arcam Dei. Abijt ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori, & victima vituli. * *Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bouem & arietem, *& Dauid saltabat totis viribus ante Dominum. porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. * Et Dauid & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini, in iubilo, & in clangore buccinæ. *Cumque intrasset arca Domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino: & despexit eum in corde suo. *Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta, & pacifica coram Domino. * Cumque complesset offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum. *Et partitus est vniuersæ multitudini Israel, tam viro quàm mulieri, singulis collyridam panis vnam, & assituram bubulæ carnis vnam, & similam frixam oleo: & abijt omnis populus, vnusquisque in domum suam. * Reuersusque est Dauid vt beneficeret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris. *Dixitque Dauid ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potiùs quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel, * & ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosor apparebo. *Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
*1. Par. 15. a. 15
C
D

CAP. VII.

FActum est autem cùm sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem vndique ab vniuersis inimicis suis, * dixit ad Nathan prophetam: *Videsne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? *Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vade, fac: quia 1 2 3
*1. Par. 17. a. 1
A
Dominus tecum est. *Factum est autem in illa nocte: & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: * Vade, & loquere ad seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domū ad habitandum? *Neque enim habitaui in domo, ex die illa qua eduxi filios Israel de Terra Ægypti, vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. * Per cuncta loca, quæ transiui cum omnibus filijs Israel, numquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi, vt pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? 4 5 6 7 8
*Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus exercituum: * Ego B
*Sup. 1. Regum. 16. b. 11 *Psal. 77. g. 70
tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel: *& fui tecum in omnibus vbicumque ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: fecique tibi nomen grande, iuxta nomē magnorum qui sunt in terra. *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur ampliùs: nec addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut priùs, *ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicitq; tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus. * *Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. * *ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. * *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. * *Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea. *Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuam, & *thronus tuus erit firmus iugiter. *Secundùm omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. *Ingressus est autem rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? *Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: ista est enim lex Adam, Domine Deus. * Quid ergo 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
*3. Reg. 8. b. 19
*3. Reg. 5. c. 3.
*1. Par. 22. c. 10
*Psal. 88. a. 3. c. 33
*Heb. 1. b. 5

addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim scis seruum tuum Domine Deus. *Propter verbum tuum, & secundùm cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. *Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. *Quæ est autem, vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quâ iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretq; D eis magnalia, & horribilia super terram, à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, gentem, & deum eius. *Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum. *Nunc ergo Domine Deus, verbum quod locutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es, *vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum, Deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram Domino, *quia tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens: Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te oratione hac. *Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. *Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

CAP. VIII.

FActum est autem post hæc, percussit Dauid Philisthijm, & humiliauit A eos, *& tulit Dauid Frenum tributi de manu Philisthijm. *Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coequans terræ: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factusque est Moab Dauid seruiens sub tributo. * Et percussit Dauid Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphraten. * Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. *Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarezer regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. *Et posuit Dauid præsidium in Syria Damasci: factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcumque profectus est. *Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adarezer, & detulit ea in Ierusalē. *Et de Bete & de Beroth, ciuitatibus Adarezer, tulit rex Dauid æs multum nimis. * Audiuit autem Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adarezer, *& misit Thou Ioram filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum congratulans, & gratias C ageret: eò quòd expugnasset Adrezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarezer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea: *quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus quas subegerat, *de Syria, & Moab, & filijs Ammon, & Philisthijm, & Amalec, & de manubijs Adarezer filij Rohob regis Soba. *Fecit quoque sibi Dauid nomen, cùm reuerteretur capta Syria in Valle Salinarum, cæsis decem & octo millibus: D *& posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. & seruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcumque profectus est. *Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo. *Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud erat à commentarijs: *& Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba: * Banaias autem filius Ioiadæ, super cerethi & pheleti: filij autem Dauid sacerdotes erant.

CAP. IX.

ET dixit Dauid: Putásne est aliquis A qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Ionathan? *Erat autem de domo Saul, seruus nomine Siba: quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei: Túne es Siba? & ille respondit: Ego sum seruus tuus. *Et ait rex: Numquid supereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi: Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus. *Vbi, inquit, B eſt? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar.

*Misit

*Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodabar. *Cùm autem venisset Miphiboseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciem suam, & adorauit. Dixitq; Dauid: Miphiboseth? Qui respondit: Adsum seruus tuus. * Et ait ei Dauid: Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. *Qui adorans eum, dixit: Quis ego C sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? *Vocauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quæcumq; fuerunt Saul, & vniuersam domum eius, dedi filio domini tui. *Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & inferes filio domini tui cibos vt alatur: Miphiboseth autem D filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti serui. *Dixitque Siba ad regem: Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi vnus de filijs regis. * Habebat autem Miphiboseth filium paruulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphiboseth. *Porrò Miphiboseth habitabat in Ierusalem: quia de mensa regis iugiter vescebatur: & erat claudus vtroque pede.

CAP. X.

FActum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. *Dixitque Dauid: *Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid, consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cùm autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon, *dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd propter honorē patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideo vt inuestigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te? *Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque B ad nates, & dimisit eos. *Quod cùm nunciatum esset Dauid, misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valde, & mandauit eis Dauid: Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tūc reuertimini. * Videntes autem filij Ammon quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & a rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim millia virorum. *Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitū bellatorum. *Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Machaa, seorsum erant in campo. * Videns igitur Ioab quòd præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso & post tergum, elegit ex omnibus electis C Israel, & instruxit aciem contra Syrum: *reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem aduersus filios Ammon. * Et ait Ioab: Si præualuerint aduersū me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. * Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. * Iniit itaque Ioab, & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt & facie eius. *Filij autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusque est Ioab à filijs Ammon, & venit Ierusalem. * Videntes igitur Syri quoniam corruissent coram Israel, congregati D sunt pariter. * Misitque Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem, magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum. * Quod cùm nunciatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitque in Helam: & direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra eum. *Fugeruntque Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit: qui statim mortuus est. * Videntes autem vniuersi reges, qui erant in præsidio Adarezer, se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis, timueruntq; Syri auxilium præbere vltrà filijs Ammon.

1. Par. 18 a. 1

1. Par. 19. a. 2

CAP. XI.

*1.Par.20. a. 1 FActum est autem, *vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. *Dum hæc agerentur, accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditque mulierem se lauantem, ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. *Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. Nunciatumque est ei, quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, vxor Uriæ Hethæi. *Missis itaque Dauid nuncijs, tulit eam. quæ cùm ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: *Leuit. 15. d. 18 statimque sanctificata est ab immunditia sua: * & reuersa est in domum suam concepto fœtu. Mittensque nunciauit Dauid, & ait: Concepi. * Misit autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Uriam Hetheum. Misitque Ioab Uriam ad Dauid. *Et venit Urias ad Dauid. Quæsiuitque Dauid quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum. *& dixit Dauid ad Uriam: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius. *Dormiuit autem Urias ante portam domus regiæ cum alijs seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. *Nunciatumque est Dauid à dicentibus: Non iuit Urias in domum suam. Et ait Dauid ad Uriam: Numquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam? * Et ait Urias ad Dauid: Arca Dei & Israel & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc. * Ait ergo Dauid ad Uriam: Mane hîc etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Urias in Ierusalem in die illa & altera: * & vocauit eum Dauid vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum: qui egressus vespere, dormiuit in strato suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit. *Factum est ergo manè, & scripsit Dauid epistolam ad Ioab: misitque per manum Uriæ, *scribens in epistola: Ponite Uriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prælium: & derelinquite eum, vt percussus intereat. *Igitur cùm Ioab obsideret vrbem, posuit Uriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. *Egressique viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Urias Hethæus. *Misit itaque Ioab, & nunciauit Dauid omnia verba prælij: *præcepitq; nuncio, dicens: Cùm compleueris vniuersos sermones belli ad regem, *si eum videris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murum, vt prælaremini? an ignorabatis quòd multa desuper ex muro tela mittãtur? *Quis percussit Abimelech filiũ Ierobaal? *nónne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices: Etiam seruus tuus Urias Hethæus occubuit. *Abijt ergo nuncius, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab. *Et dixit nuncius ad Dauid: Prævaluerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu persecuti eos sumus vsque ad portam ciuitatis. *Et direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de seruis regis, quinetiam seruus tuus Urias Hethæus mortuus est. *Et dixit Dauid ad nuncium: Hæc dices Ioab: Non te frangat ista res: varius enim euentus est belli; nunc hunc, & nunc illum consumit gladius: conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. * Audiuit autem vxor Uriæ, quòd mortuus esset Urias vir suus, & planxit eũ. *Transacto autem luctu, misit Dauid, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperitque ei filium: & displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid, coram Domino.

CAP. XII.

MIsit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui cùm venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. *Diues habebat oues, & boues plurimos valde. *Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam, quam emerat & nutrierat, & quę creuerat apud eum cum filijs eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia. *Cùm autem

autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se. *Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. * *Ouem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit. * Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, *& dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel & Iudæ: & si parùa sunt ista, adijciam tibi multo maiora. *Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. *Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eò quòd despexeris me, & tuleris vxorem Uriæ Hethæi, vt esset vxor tua. *Itaque hęc dicit Dominus: Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & *dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. * Tu enim fecisti absconditè: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. *Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. *Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbũ hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur. *Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus paruulum, quem pepererat vxor Uriæ Dauid, & desperatus est. *Deprecatusq; est Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram. * Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum vt surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum. *Accidit autem die septima vt moreretur infans: timueruntq; serui Dauid nunciare ei quòd mortuus esset paruulus. dixerunt enim: Ecce cùm paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eũ, & non audiebat vocẽ nostram: quanto magis si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget? *Cùm ergo Dauid vidisset seruos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixitque ad seruos suos: Num mortuus est puer? Qui respondерunt ei: Mortuus est. *Surrexit ergo Dauid de terra: & lotus vnctusque est: cumque mutasset vestem, ingressus est domũ Domini: & adorauit, & venit in domum suam, petiuitq; vt ponerent ei panem, & comedit. * Dixerunt autem ei serui sui: Quis est sermo, quem fecisti? propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem. *Qui ait: Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim: Quis scit si fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans? *Nunc autẽ quia mortuus est, quare ieiunẽ? Numquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me. *Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam, ingressusque ad eam, dormiuit cum ea: quę genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. *Misitq; in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus. *Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. *Misitq; Ioab nuncios ad Dauid, dicens: Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est Vrbs aquarum. * Nunc igitur congrega reliquã partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam: ne, cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria. *Congregauit itaque Dauid omnem populũ, & profectus est aduersum Rabbath: cumq; dimicasset, cepit eam. * Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde: *populum quoque eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitque cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon. Et reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Ierusalem.

CAP. XIII.

FActum est autem post hæc, vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, *& deperiret eam val-

de,ita vt propter amorem eius egrotaret: quia cùm esset virgo,difficile ei videbatur vt quippiá inhonestè ageret cũ ea. *Erat autẽ Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.*Qui dixit ad eum:Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies? cur nõ indicas mihi? Dixitq; ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo. *Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cumq; venerit pater tuus vt visitet te, dic ei: Veniat,oro, Thamar soror mea,vt det mihi cibum, & faciat pulmentũ vt comedam de manu eius. * Accubuit itaque Amnon,& quasi ægrotare cœpit: cumq; venisset rex ad visitandũ eum,ait Amnon ad regem: Veniat,obsecro,Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibũ capiam de manu eius. *Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui,& fac ei pulmentum. *Venitq; Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem iacebat:quę tollens farinam commiscuit:& liquefaciens,in oculis eius coxit sorbitiunculas. *Tollensq; quod coxerat, effudit, & posuit coram eo,& noluit comedere: dixitque Amnon: Eiicite vniuersos à me. Cumque eiecissent omnes, * dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclaue, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas, quas fecerat,& intulit ad Amnon fratem suum in conclaue. *Cumq; obtulisset ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum soror mea. *Quæ respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam hanc. * Ego enim ferre non potero opprobrium meum,& tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel:quin potiùs loquere ad regem, & non negabit me tibi. *Noluit autem acquiescere precibus eius, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea. * Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon:Surge,& vade. *Quæ respondit ei: Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quàm quod antè fecisti,expellens me. Et noluit audire eam: *sed vocato puero,qui ministrabat ei, dixit: Eiice hanc à me foras, & claude ostium post eam. * Quæ induta erat talari tunica: huiusmodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur. Eiecit itaque eam minister illius foras: clausitq; fores post eam. *Quę aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica,impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans. *Dixit autem ei Absalom frater suus: Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui. *Cùm autem audisset rex Dauid verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. *Porrò non est locutus Absalom ad Amnon,nec malum nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororẽ suam. *Factum est autem post tempus biennij, vt tonderentur oues Absalom in Baalhasor, quæ est iuxta Ephraim: & vocauit Absalom omnes filios regis, *venitque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oues serui tui: veniat, oro, rex cũ seruis suis ad seruum suum. *Dixitq; rex ad Absalom: Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Cùm autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei. * Et ait Absalom: Si non vis venire, veniat, obsecro,nobiscum saltem Amnon frater meus.Dixitq; ad eum rex: Non est necesse vt vadat tecum. *Coegit itaque Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios regis. Feceratq; Absalom conuiuium quasi conuiuium regis. *Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens: Obseruate cùm tumultus fuerit Amnon vino, & dixero vobis:Percutite eum,& interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roboramini,& estote viri fortes.*Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentesq; omnes filij regis ascenderũt singuli mulas suas, & fugerunt. *Cumq; adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. *Surrexit itaque rex,& scidit vestimenta sua: & cecidit super terram,& omnes serui illius, qui assistebant ei,sciderũt vestimenta sua. *Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid,dixit: Ne estimet Dominus meus rex, quòd omnes pueri filij regis occisi sint: Amnon solus mortuus est,quoniam

in ore

in ore Absalom erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem eius. *Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filij regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est. * Fugit autem Absalom: & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. *Dixit autem Ionadab ad regem:Ecce filij regis adsunt: iuxta verbum serui tui sic factum est. *Cumque cessasset loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes leuarunt vocem suam, & fleuerunt: sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis. *Porrò Absalom fugiens, abijt ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum cunctis diebus. * Absalom autem cum fugisset,& venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. * Cessauitque rex Dauid persequi Absalom, eò quòd consolatus esset super Amnon interitu.

CAP. XIIII.

INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad Absalom, *misit Thecuam,& tulit inde mulierem sapientem: dixitque ad eam: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo,vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum: *& ingredieris ad regem, & loquêris ad eum sermones huiusmodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. *Itaque cùm ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit,& dixit:Serua me rex. *Et ait ad eam rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus. * Et ancillæ tuæ erant duo filij: qui rixati sunt aduersum se in agro,nullusq; erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum. * Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam,dicit: Trade eum qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus heredem: & quærũt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, vt non superstet viro meo nomen,& reliquiæ super terram. *Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. * Dixitque mulier Thecuitis ad regem: In me, domine mi rex, sit iniquitas, & in domũ patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. *Et ait rex: Qui contradixerit tibi,adduc eum ad me, & vltrà non addet vt tangat te. * Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei sui, vt non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum, & nequaquà interficiant filium meum. Qui ait: Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram. * Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meũ regem verbum. Et ait: Loquere. *Dixitque mulier: Quare cogitasti huiusmodi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud, vt peccet, & non reducat eiectum suum? * Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur: * nec vult Deus per ire animam,sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. * Nunc igitur veni, vt loquar ad dominum meũ regem verbum hoc,præsente populo. Et dixit ancilla tua:Loquar ad regem,si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.*Et audiuit rex, vt liberaret ancillã suam de manu omnium, qui volebant de hereditate Dei delere me, & filium meum simul. *Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim Angelus Dei, sic est dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus est tecum. * Et respondens rex, dixit ad mulierem: Ne abscondas à me verbum, quod te interrogo. Dixitq; ei mulier: Loquere domine mi rex. *Et ait rex: Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ tuæ, domine mi rex,nec ad sinistram,nec ad dexteram est, ex omnibus his quę locutus est dominus meus rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi,& ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. * Vt verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Ioab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia super terrã. *Et ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Absalom. * Cadensque Ioab super faciem suam in terram, adorauit & benedixit regi: & dixit Ioab: Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: feci enim sermonem serui tui. * Surrexit ergo Ioab & abijt in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem. * Dixit autem rex: Reuertatur in domum suam, & faciem

Eccl. 18. g. 32 & 33. c. 11.

meam

meam non videat. Reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit. *Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula. *Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. *Nati sunt autem Absalom filij tres: & filia vna nomine Thamar, elegãtis formę. *Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit. *Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumque secundò misisset, & ille noluisset venire ad eum, *dixit seruis suis: Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem messem hordeiacie igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. Et venientes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerũt: Succenderunt serui Absalom partem agri igni. *Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domũ eius, & dixit: Quare succenderunt serui tui segetem meã igni? *Et respondit Absalom ad Ioab: Misi ad te obsecrãs vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei: Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. *Ingressus itaque Ioab ad regem, nunciauit ei omnia: vocatusque est Absalom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatusque est rex Absalom.

6 *Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, vt audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. *Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam, & reddam vota mea quæ voui Domino in Hebron. *Vouens enim vouit seruus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino. *Dixitque ei rex Dauid: Vade in pace. Et surrexit, & abijt in Hebron. *Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnauit Absalom in Hebron. *Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. *Accersiuit quoq; Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. Cumq; immolaret victimas, facta est cõiuratio valida, populusq; concurrens augebatur cũ Absalom. *Venit igitur nuncius ad Dauid, dicens: Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. *Et ait Dauid seruis suis, qui erant cum eo in Ierusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. *Dixeruntque serui regis ad eum: Omnia quæcumque præceperit Dominus noster rex, libenter exequemur serui tui. *Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius, pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. *Egressusq; rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo: *& vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi & Phaleti, & omnes Gethæi, pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem. *Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscũ? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. *Heri venisti, & hodie compellêris nobiscum egredi? ego autem vadam quò iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatẽ, quia ostendisti gratiam & fidem. *Et respondit Ethai regi, dicẽs: Viuit Dominus, & viuit dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. *Et ait Dauid

CAP. XV.

1 IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros qui præcederent eum. *Et manè consurgens Absalom, stabat iuxta introitũ portæ, & omnem virum, qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. *Respondebatq; ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni & iusti. Sed non est qui te audiat constitutus à rege. dicebatq; Absalom: *Quis me constituat iudicem super terrã, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? *Sed & cùm accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manũ suam, & apprehendẽs, osculabatur eum.

Ethai: Veni, & transi. Et transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. *Omnesque flebant voce magna, & vniuersus populus transibat: rex quoque transgrediebatur Torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam, quæ respicit ad desertum. *Venit autem & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de ciuitate. *Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. *Si autem dixerit mihi: Non places: præsto sum, faciat quod bonum est coram se. *Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathas filius Abiathar, duo filij vestri, sint vobiscum. *Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi. *Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem: & manserunt ibi. *Porrò Dauid ascendebat Cliuum oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite: sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. *Nunciatum est autem Dauid, quòd & Achitophel esset in coniuratione cum Absalom, dixitque Dauid: Infatua, quæso, Domine consilium Achitophel. *Cumque ascenderet Dauid summitatẽ montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. *Et dixit ei Dauid: Si veneris mecum, eris mihi oneri: *si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom: Seruus tuus sum, rex: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis consilium Achitophel. *Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotibus. *Sunt autem cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoc, & Ionathas filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. *Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Hierusalem.

CAP. XVI.

1 CVmque Dauid transisset paululum montis verticẽ, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius, cũ duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passę, & centum massis palatharum, & vtere vini. *Et dixit rex Sibæ: Quid sibi volunt hęc? Respondituq; Siba: Asini, domesticis regis vt sedeant: panes & palathæ, ad vescendum pueris tuis: vinum autem, vt bibat siquis defecerit in deserto. *Et ait rex: Vbi est filius domini tui? *Respondituque Siba regi: Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. *Et ait rex Sibæ: Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitq; Siba: Oro vt inueniam gratiam corã te, domine mi rex. *Venit ergo rex Dauid vsque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatq; egrediens, & *maledicebat, *mittebatq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid: omnis autem populus, & vniuersi bellatores, à dextro & à sinistro latere regis incedebant. *Ita autem loquebatur Semei cùm malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. *Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. *Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. *Et ait rex: Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? dimittite eum, vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt maledicere Dauid: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? *Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quanto magis nunc filius Iemini? dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini: *si fortè respiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. *Ambulabat itaque Dauid & socij eius per viam cum eo. Semei autem, per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramque spargens. *Venit itaque rex, &

*Inf. 19. c. 17

*3. Reg. 2. b. 8

vniuersus populus cum eo lassus,& refocillati sunt ibi. *Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cum eo. *Cùm autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: Salue rex, salue rex. *Ad quem Absalom,Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iuisti cum amico tuo? *Respondítque Chusai ad Absalom:Nequaquam: quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & vniuersus Israel, & cum eo manebo. *Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. *Dixit autem Absalom ad Achitophel:Inite consilium quid agere debeamus. *Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: vt cùm audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. *Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. *Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cùm esset cum Dauid, & cùm esset cum Absalom.

*Sup. 12. c. 11

CAP. XVII.

DIxit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte. *Et irruens super eum(quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum: cumque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum. *Et reducam vniuersum populum,quomodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virum tu quæris:& omnis populus erit in pace. *Placuitque sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. *Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat. *Cumque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum: Huiusce modi sermonem locutus est Achitophel: facere debemus an non? quod das consilium? *Et dixit Chusai ad Absalom: Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice. *Et rursum intulit Chusai: Tu nosti, patrem tuum, & viros qui cum eo sunt,esse fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat: sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. *Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno, quo voluerit, loco: & cùm ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicumque audierit, & dicet: Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. *Et fortissimus quisque,cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim omnis populus Israel, fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cũ eo sunt. *Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: Congregetur ad te vniuersus Israel,à Dan vsque Bersabee,quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum. *Et irruemus super eum in quocumque loco inuentus fuerit: & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram: & non relinquemus de viris, qui cum eo sunt, ne vnum quidem. *Quod si vrbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem,vt non reperiatur ne calculus quidẽ ex ea. *Dixitq; Absalom, & omnes viri Israel: Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achitophel: Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Absalom malum. *Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consilium. *Nunc ergo mittite citò, & nunciate Dauid, dicentes: Ne morẽris nocte hac in campestribus deserti,sed absq; dilatione trãsgredere:ne fortè absorbeatur rex,& omnis populus qui cum eo est. *Ionathas autẽ & Achimaas stabant iuxta Fontem rogel: abijt ancilla & nunciauit eis: & illi profecti sunt,vt referrent ad regem Dauid nuncium:non enim poterant videri,aut introire ciuitatem. *Vidit autem eos quidam puer, & indicauit Absalom:illi verò concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum. *Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res. *Cumque venissent serui Absalom in domum, ad mulierem dixerunt: Vbi est Achimaas & Ionathas? Et respondit eis mulier: Transierunt festinanter, gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. *Cumque abiissent,

iissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nunciauerunt regi Dauid,& dixerunt: Surgite, & transite citò fluuium: quoniam huiusce modi dedit consilium contra vos Achitophel. *Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec diluceſceret: & ne vnus quidem residuus fuit, qui non transisset fluuium. *Porrò Achitophel videns quòd non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexitque & abijt in domum suam & in ciuitatem suam: & disposita domo sua, suspendio interijt, & sepultus est in sepulchro patris sui. *Dauid autem venit in Castra,& Absalom transiuit Iordanem, ipse & omnes viri Israel cum eo. *Amasam verò constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Ietra de Iesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Saruiæ, quæ fuit mater Ioab. *Et castrametatus est Israel cum Absalom in Terra Galaad. *Cumque venisset Dauid in Castra,Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, *obtulerunt ei stratoria, & tapetia, & vasa fictilia, frumentum,& hordeum, & farinam, & polentam, & fabam, & lentem, & frixum cicer, *& mel, & butyrum, oues, & pingues vitulos. dederuntque Dauid,& populo qui cum eo erat, ad vescendum: suspicabantur enim, populum fame & siti fatigari in deserto.

CAP. XVIII.

IGitur considerato Dauid populo suo, constituit super eos tribunos & centuriones, *& dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth, dixitque rex ad populum: Egrediar & ego vobiscum. *Et respondit populus: Non exibis: siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus pro decem millibus computaris: melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. *Ad quos rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebaturque populus per turmas suas, centeni, & milleni. *Et præcepit rex Ioab,& Abisai, & Ethai,dicens: Seruate mihi puerum Absalom.Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom. *Itaque egressus est populus in campum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. *Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaque est plaga magna in die illa, viginti millium. *Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multo plures erant quos saltus consumpserat de populo, quam hi quos vorauerat gladius in die illa. *Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid,sedens mulo: cumq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam,adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cœlum & terram,mulus,cui insederat,pertransiuit. *Vidit autem hoc quidpiam,& nunciauit Ioab,dicens: Vidi Absalom pendere de quercu. *Et ait Ioab viro, qui nunciauerat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra,& ego dedissem tibi decem argenti siclos,& vnum balteum? *Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai,dicens: Custodite mihi puerum Absalom. *Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso? *Et ait Ioab:Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te.Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cumq; adhuc palpitaret hærens in quercu, *cucurrerunt decẽ iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. *Cecinit autem Ioab buccina,& retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini. *Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu,in foueam grandem,& comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. *Porrò Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viueret,titulum qui est in Valle regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalom, vsq; ad hanc diem. *Achimaas autem filius Sadoc, ait: Curram, & nunciabo regi, quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius. *Ad quem Ioab

dixit:

dixit: Non eris nuncius in hac die, ſed nunciabis in alia: hodie nolo te nunciare, filius enim regis eſt mortuus. *Et ait Ioab Chuſi: Vade, & nuncia regi quæ vidiſti. Adorauit Chuſi Ioab, & cucurrit. *Rurſus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab: Quid impedit ſi etiam ego curram poſt Chuſi? Dixitque ei Ioab: Quid vis currere fili mi? non eris boni nuncij baiulus. *Qui reſpõdit: Quidenim ſi cucurrero? Et ait ei: Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendij, tranſiuit Chuſi. *Dauid autem ſedebat inter duas portas: ſpeculator verò, qui erat in faſtigio portę ſuper murum, eleuãs oculos, vidit hominem currentẽ ſolum. *Et exclamans indicauit regi: dixitque rex: Si ſolus eſt, bonus eſt nuncius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propiùs, *vidit ſpeculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens ſolus. Dixitq; rex: Et iſte bonus eſt nuncius. *Speculator autẽ, Contemplor, ait, curſum prioris, quaſi curſum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex: Vir bonus eſt: & nuncium portans bonum, venit. * Clamans autem Achimaas, dixit ad regem: Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui concluſit homines qui leuauerunt manus ſuas contra dominum meum regem. *Et ait rex: Eſtne pax puero Abſalom? Dixitq; Achimaas: Vidi tumultum magnum, cùm mitteret Ioab ſeruus tuus, ô rex, me ſeruum tuũ: neſcio aliud. *Ad quem rex: Tranſi, ait, & ſta hîc. Cumq; ille tranſiſſet, & ſtaret, *apparuit Chuſi: & veniens ait: Bonum apporto nuncium, domine mi rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui ſurrexerunt contra te. *Dixit autem rex ad Chuſi: Eſtne pax puero Abſalom? Cui reſpondens Chuſi, Fiant, inquit, ſicut puer, inimici domini mei regis, & vniuerſi qui conſurgunt aduerſus eum in malum. *Contriſtatus itaque rex, aſcendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et ſic loquebatur, vadens: *Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, Abſalom fili mi, fili mi Abſalom?

*Infrà 19. a. 4

CAP. XIX.

NVnciatum eſt autem Ioab quòd rex fleret & lugeret filium ſuum: * & verſa eſt victoria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici: Dolet rex ſuper filio ſuo. *Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare ſolet populus verſus & fugiens de prælio. *Porrò rex operuit caput ſuum, & clamabat voce magna: Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi, fili mi. *Ingreſſus ergo Ioab ad regem in domũ, dixit: Confudiſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum, qui ſaluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. *Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & oſtendiſti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de ſeruis tuis: & verè cognoui modò, quia ſi Abſalom viueret, & omnes nos occubuiſſemus, tunc placeret tibi. *Nunc igitur ſurge, & procede, & alloquẽs ſatisfac ſeruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quę venerunt ſuper te, ab adoleſcentia tua vſque in præſens. * Surrexit ergo rex & ſedit in porta: & omni populo nunciatum eſt quòd rex ſederet in porta: venitque vniuerſa multitudo coram rege: Iſrael autẽ fugit in tabernacula ſua. *Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorũ noſtrorum, ipſe ſaluauit nos de manu Philiſthinorum: & nunc fugit de terra propter Abſalom. *Abſalom autem, quem vnximus ſuper nos, mortuus eſt in bello: vſquequo ſiletis, & non reducitis regẽ? *Rex verò Dauid miſit ad Sadoc & Abiathar ſacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur venitis nouiſſimi ad reducendũ regem in domum ſuam? (Sermo autem omnis Iſrael peruenerat ad regem in domo eius.) *Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos, quare nouiſſimi reducitis regem? *Et Amaſæ dicite: Nónne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hęc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab. *Et inclinauit cor omnium virorum Iuda, quaſi viri vnius: miſeruntque ad regem, dicentes: Reuertere tu, & omnes ſerui tui. *Et reuerſus eſt rex: & venit vſque ad Iordanem, & omnis Iuda venit vſque in Galgalam, vt occurreret regi, & traduceret eum Iordanem. *Feſtinauit autem Semei filius Gera filij

*3. Reg. 2. p. 8

Iemini de Bahurim, & deſcendit cum viris Iuda in occurſum regis Dauid *cum mille viris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti ſerui erant cum eo: & irrumpentes Iordanem, ante regem *tranſierunt vada, vt traducerent domum regis, & facerent iuxta iuſſionem eius: Semei autem filius Gera proſtratus coram rege, cùm iam tranſiſſet Iordanem, *dixit ad eum: Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum ſerui tui in die qua egreſſus es domine mi rex de Ieruſalem, neque ponas rex in corde tuo. *Agnoſco enim ſeruus tuus peccatum meum: & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioſeph, deſcendique in occurſum domini mei regis. *Reſpondens verò Abiſai filius Saruiæ, dixit: Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit chriſto Domini? *Et ait Dauid: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in ſatan? ergóne hodie interficietur vir in Iſrael? an ignoro hodie me factum regem ſuper Iſrael? *Et ait rex Semei: Non morieris. Iurauitq; ei. *Miphiboſeth quoque filius Saul deſcendit in occurſum regis, illotis pedibus, & intonſa barba: veſteſque ſuas non lauerat à die qua egreſſus fuerat rex, vſque ad diem reuerſionis eius in pace. *Cumque Ieruſalem occurriſſet regi, dixit ei rex: Quare non veniſti mecum Miphiboſeth? *Et reſpondens ait: Domine mi rex, ſeruus meus contempſit me: dixique ei ego famulus tuus, vt ſterneret mihi aſinum, & aſcendens abirem cum rege: claudus enim ſum ſeruus tuus. *Inſuper & accuſauit me ſeruum tuum ad te dominum meum regem: tu autem domine mi rex, ſicut angelus Dei es, fac quod placitum eſt tibi. *Neque enim fuit domus patris mei, niſi morti obnoxia domino meo regi: tu autem poſuiſti me ſeruum tuum inter conuiuas menſæ tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelę? aut quid poſſum vltrà vociferari ad regem? *Ait ergo ei rex: Quid vltrà loqueris? fixum eſt quod locutus ſum: tu & Siba diuidite poſſeſſiones. *Reſpondítque Miphiboſeth regi: Etiam cuncta accipiat, poſtquam reuerſus eſt dominus meus rex pacificè in domum ſuam. *Berzellai quoque Galaadites, deſcendens de Rogelim, traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltra fluuium proſequi eum. *Erat autem Berzellai Galaadites ſenex valde, id eſt, octogenarius, & ipſe prębuit alimenta regi, cùm moraretur in Caſtris: fuit quippe vir diues nimis. *Dixit itaque rex ad Berzellai: Veni mecum, vt requieſcas ſecurus mecum in Ieruſalem. *Et ait Berzellai ad regem: Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcendã cum rege in Ieruſalem? *Octogenarius ſum hodie: numquid vigẽt ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue, aut amarum? aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus & potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorum, atque cantatricum? quare ſeruus tuus ſit oneri domino meo regi? *Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac vicißitudine, *ſed obſecro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & ſepeliar iuxta ſepulchrum patris mei, & matris meæ. Eſt autẽ ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecum, domine mi rex, & fac ei quidquid tibi bonum videtur. *Dixit itaque ei rex: Mecum tranſeat Chamaam, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit, & omne, quod petieris à me, impetrabis. *Cumque tranſiſſet vniuerſus populus & rex Iordanem, oſculatus eſt rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuerſus eſt in locum ſuum. *Tranſiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo. omnis autem populus Iuda traduxerat regem, & media tantùm pars affuerat de populo Iſrael. *Itaque omnes viri Iſrael concurrentes ad regem dixerunt ei: Quare te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omneſque viros Dauid cum eo? *Et reſpondit omnis vir Iuda ad viros Iſrael: Quia mihi propior eſt rex: cur iraſceris ſuper hac re? numquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data ſũt? *Et reſpondit vir Iſrael ad viros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego ſum apud regem, magiſque ad me pertinet Dauid quàm ad te: cur feciſti mihi iniuriam, & non mihi nunciatum eſt priori, vt reducerem regem meum? Duriùs autem reſponderunt viri Iuda viris Iſrael.

*Sup. 17. a. 27

*Sup. 16. a. 3

*1. Reg. 2. a. 7

CAP. XX.

ACcidit quoque vt ibi eſſet vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait: Non eſt nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Iſai: reuertere in tabernacula tua Iſrael. *Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſecutuſque eſt Seba filium Bochri.

viri autem Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalem. *Cumq; venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decẽ mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendã domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens: & non est ingressus ad eas, sed erant clausę vsque in diem mortis suę in viduitate viuentes. *Dixit autem rex Amasę: Conuoca mihi omnes viros Iudain diem tertium, & tu adesto presens. *Abijt ergo Amasa vt conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat rex. *Ait autem Dauid ab Abisai: Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri quàm Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. *Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque & Phelethi: & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri. *Cumque illi essent iuxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente vsque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. *Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salue mi frater. *3. Reg. 2. a. 5 *Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. *Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est. Ioab autem, & Abisai frater eius, persecuti sunt Seba filium Bochri. *Interea quidam viri, cùm stetissent iuxta cadauer Amasæ, de socijs Ioab, dixerunt: Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid. *Amasa autem conspersus sanguine, iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum. *Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri. *Porrò ille transierat per omnes tribus Israel in Abelam, & Bethmaacha: omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. *Venerunt itaque & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. *Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecum. *Qui cùm accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio. *Rursumque illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela: & sic perficiebant. *Nónne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quęris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel? Quare præcipitas hereditatem Domini? *Respondensq; Ioab, ait: Absit, absit hoc à me: non præcipito, neque demolior. *Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. *Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab: & ille cecinit tuba, & recesserunt ab vrbe, vnusquisque in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem. *Sup. 8. d. 16 *Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethæos & Phelethæos, *Aduram verò super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentarijs. *Siua autem, scriba: Sadoc verò & Abiathar, sacerdotes. *Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

CAP. XXI.

FActa est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & consuluit Dauid oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. *Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de filijs Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum: *filij quippe Israel iurauerant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filijs Israel & Iuda.) *Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciam vobis? & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hereditati Domini? *Dixeruntque ei Gabaonitæ: Non est nobis super argento & auro quæstio, sed contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos rex *Ioseph. 9. c. 16

ait:

ait: Quid ergo vultis vt faciam vobis? *Qui dixerunt regi: Virum, qui attriuit nos & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. *Dentur nobis septem viri de filijs eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. Et ait rex: Ego dabo. *Pepercitque rex Miphiboseth filio Ionathæ filij Saul, propter iusiurandum Domini, quòd fuerat inter Dauid & inter Ionathan filium Saul. *Tulit itaque rex duos filios Respha filię Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboseth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, *& dedit eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi septem, simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei. *Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substrauit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo: & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctem. *Et nunciata sunt Dauid quæ fecerat Respha, filia Aia, concubina Saul. *Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius, à viris Iabes Galaad, *qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthijm cùm interfeciſſent Saul in Gelboe: *& asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathę filij eius: & colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, *sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathæ filij eius in Terra Beniamin, in latere, in sepulchro Cis patris eius: feceruntq; omnia, quæ præceperat rex, & repropitiatus est Deus terræ post hęc. *Factum est autem rursum prælium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit Dauid, & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthijm. Deficiente autẽ Dauid, *Iesbibenob, qui fuit de genere arapha, *cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid. *Præsidioque ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. *Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit Sobochai de Husati, Saph de stirpe arapha de genere gigantum. *Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. *Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, viginti quattuor, & erat de origine arapha. *Et blasphemauit Israel: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. *Hi quattuor nati sunt de arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

*1. Reg. 11. a. 3

CAP. XXII.

LOcutus est autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. *& ait:

*Psal. 17. a. 8 *Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.

*Deus fortis meus, sperabo in eum: scutum meum, & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: saluator meus, de iniquitate liberabis me.

*Psal. 17. a. 3 *Laudabilem inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero.

*Quia circumdederunt me contritiones mortis: torrentes Belial terruerũt me.

*Funes inferni circumdederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

*In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

*Commota est & contremuit terra: fundamenta montium concussa sunt, & conquassata, quoniam iratus est eis.

*Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo.

*Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.

*Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus est super pennas venti.

*Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cælorum.

*Præ fulgore in conspectu eius, succensi sunt carbones ignis.

*Tonabit de cælo Dominus: & excelsus dabit vocem suam.

*Misit sagittas, & dissipauit eos; fulgur, & consumpsit eos.

*Et apparuerũt effusiones maris, & reuelata sunt fundamẽta orbis, ab increpa-

tione Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris eius.
* Miſit de excelſo, & aſſumpſit me: & extraxit me de aquis multis. 17
* Liberauit me ab inimico meo potentiſſimo, & ab his qui oderant me: quoniam robuſtiores me erant. 18
* Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus firmamentum meum. 19
* Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei. 20
* Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm munditiam manuum mearum reddet mihi. 21
* Quia cuſtodiui vias Domini, & non egi impiè, à Deo meo. 22
* Omnia enim iudicia eius in conſpectu meo: & præcepta eius nō amoui à me. 23
* Et ero perfectus eum eo: & cuſtodiam me ab iniquitate mea. 24 C
* Et reſtituet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm munditiam manuum mearum, in conſpectu oculorum ſuorum. 25
* Cum ſancto ſanctus eris: & cum robuſto perfectus. 26
* Cum electo electus eris: & cum peruerſo peruertēris. 27
* Et populum pauperem ſaluum facies: oculiſque tuis excelſos humiliabis. 28
* Quia tu lucerna mea Domine: & tu Domine illuminabis tenebras meas. 29
* In te enim curram accinctus: in Deo meo tranſiliam murum. 30
* Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: ſcutum eſt omnium ſperantium in ſe. 31
* Quis eſt Deus præter Dominum: & quis fortis præter Deum noſtrum? 32
* Deus qui accinxit me fortitudine: & complanauit perfectam viam meam. 33
* Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me. 34
[a] Pſal. 143. a. 1 [a] Docens manus meas ad prelium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea. 35
* Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ: & manſuetudo tua multiplicauit me. 36
* Dilatabis greſſus meos ſubtus me: & non deficient tali mei. 37 D
* Perſequar inimicos meos, & conteram: & non conuertar donec conſumam eos. 38
* Conſumam eos & confringā, vt non conſurgant: cadent ſub pedibus meis. 39
* Accinxiſti me fortitudine ad preliū: 40
incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me. 41
* Inimicos meos dediſti mihi dorſum; odientes me, & diſperdam eos. 42
* Clamabunt, & non erit qui ſaluet; ad Dominum, & non exaudiet eos. 43
* Delebo eos vt puluerem terræ: quaſi lutum platearum comminuam eos atque confringam. 44
* Saluabis me à contradictionibus populi mei: cuſtodiet me in caput Gentium: populus, quem ignoro, ſeruiet mihi. 45
* Filij alieni reſiſtent mihi, auditu auris obedient mihi. 46
* Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in augūſtijs ſuis. 47
* Viuit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltabitur Deus fortis ſalutis meæ. 48
* Deus qui das vindictas mihi, & dejcis populos ſub me. 49
[a] Pſal. 17. d. 52 * Qui educis me ab inimicis meis, & à reſiſtentibus mihi eleuas me: [a] à viro iniquo liberabis me. 50
[a] Rom. 15. b. 9 * Propterea confitebor tibi Domine in gentibus: & nomini tuo cantabo.
* Magnificans ſalutes regis ſui, & faciens miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius in ſempiternum. 51

CAP. XXIII.

HÆc autem ſunt verba Dauid nouiſſima. Dixit Dauid filius Iſai: Dixit vir, cui conſtitutum eſt de chriſto Dei Iacob, egregius pſaltes Iſrael: *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam. * Dixit Deus Iſrael mihi, locutus eſt Fortiſ Iſrael, Dominator hominum, iuſtus dominator in timore Dei. *Sicut lux auroræ, oriēte ſole, manè abſque nubibus rutilat, & ſicut pluuijs germinat herba de terra. * Nec tanta eſt domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim ſalus mea, & omnis volūtas: nec eſt quidquam ex ea quod nō germinet. *Præuaricatores autem quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi: quæ nō tolluntur manibus. *Et ſi quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneq; ſuccenſæ comburentur vſque ad nihilum. * Hæc nomina fortium Dauid. Sedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. *Poſt hunc, Eleazar filius patrui

1 A
2
3
4
5
6
7 8
9
[1] 1. Par. 11. b. 10

trui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philiſthiim, & congregati ſunt illuc in prælium. * Cumque aſcendiſſent viri Iſrael, ipſe ſtetit & percuſſit Philiſtthæos, donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cū gladio: fecitque Dominus ſalutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuerſus eſt ad cæſorū ſpolia detrahenda. *Et poſt hunc, Semma filius Age de Arari. & cōgregati ſunt Philiſthiim in ſtatione: erat quippe ibi ager lente plenus. Cumque fugiſſet populus à facie Philiſthiim, * ſtetit ille in medio agri, & tuitus eſt eum, percuſſitq; Philiſthæos: & fecit Dominus ſalutem magnam. *Necnon & antè deſcēderant tres qui erant principes inter triginta, & venerant tēpore meſſis ad Dauid in ſpeluncam Odollam: caſtra autē Philiſthinorum erant poſita in Valle gigantum. *Et Dauid erat in præſidio: porrò ſtatio Philiſthinorum tunc erat in Bethlehem. *Deſiderauit ergo Dauid, & ait: O ſi quis mihi daret potum aquæ, de ciſterna quæ eſt in Bethlehem iuxta portam! * Irruperunt ergo tres fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerunt aquam de ciſterna Bethlehem, quę erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, ſed libauit eam Domino, * dicens: Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hoc: num ſanguinem hominum iſtorum qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere, hæc fecerunt tres robuſtiſſimi. *Abiſai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipſe eſt qui leuauit haſtam ſuam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, *& inter tres nobilior, eratque eorum princeps, ſed vſque ad tres primos non peruenerat. *Et Banaias filius Ioiadæ viri fortiſſimi, magnorum operum, de Cabſeel: ipſe percuſſit duos leones Moab, & ipſe deſcendit, & percuſſit leonem in media ciſterna in diebus niuis. * Ipſe quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum ſpectaculo, habentem in manu haſtam: itaque cùm deſcēdiſſet ad eum in virga, vi extorſit haſtā de manu Ægyptij, & interfecit eū haſta ſua. *hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. *Et ipſe nominatus inter tres robuſtos, qui erāt inter triginta nobiliores: verumtamen vſque ad tres non peruenerat: fecitque eum ſibi Dauid auricularium, à ſecreto. *Aſael

B 25
26
27
10 28
29
18 30
11 31
12 32
33
34
13 35
36
37
14 C
15 16
17
18 3
19 4
20 5
6
21 7
8
B
9
22
23
D
10
24

frater Ioab inter triginta, Elehanan filius patrui eius de Bethlehē, *Semma de Harodi, Elica de Harodi, *Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, *Abiezer de Anathoth, Mobonnai de Huſati, * Selmon Ahohites, Maharai Netophathites, *Heled filius Baana, & ipſe Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, * Banaia Pharathonites, Heddai de Torrente Gaas, *Abialbon Arbathites, Azmaueth de Beromi, * Eliaba de Salaboni. Filij Iaſſen, Ionathan, *Semma de Orori, Aiam filius Sarar Arorites, *Eliphelet filius Aasbai filij Machati, Eliam filius Achitophel Gelonites, * Heſrai de Carmelo, Pharai de Arbi, * Igaal filius Nathan de Soba, Bonni de Gadi, * Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, * Ira Iethrites, Gareb & ipſe Iethrites, *Vrias Hethæus. Omnes triginta ſeptem.

CAP. XXIIII.

ET [a] addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, commouitque Dauid in eis dicentem: Vade, numera Iſrael & Iudam. * Dixitque rex ad Ioab principem exercitus ſui: Perambula omnes tribus Iſrael à Dan vſque Berſabee, & numerate populum, vt ſciam numerum eius. *Dixitq; Ioab regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc eſt, iterumque centuplicet in conſpectu domini mei regis: ſed quid ſibi dominus meus rex vult in re huiuſcemodi? *Obtinuit autē ſermo regis verba Ioab & principum exercitus: egreſſuſque eſt Ioab, & principes militum, à facie regis, vt numerarent populum Iſrael. *Cumque pertranſiſſent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ eſt in Valle Gad: * & per Iazer tranſierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hodſi, & venerūt in Dan ſilueſtria. Circumeunteſque iuxta Sidonem, *tranſierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Heuæi & Chananæi, veneruntque ad meridiē Iuda in Berſabee: *& luſtrata vniuerſa terra, affuerunt poſt nouem menſes & viginti dies in Ieruſalem. *Dedit ergo Ioab numerum deſcriptionis populi regi, & inuenta ſunt de Iſrael octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingēta millia pugnatorum. * Percuſſit autē cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt

[a] 1. Par. 21. a. 1
1 A
2
3
4
5
6
7
8 B
9
10

populus: & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. *Surrexit itaque Dauid manè, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam & Videntem Dauid, dicens: *Vade, & loquere ad Dauid: Hæc dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. *Cumque venisset Gad ad Dauid, nunciauit ei, dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem C respondeam, ei qui me misit, sermonem. *Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor nimis: *sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum. *Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de manè vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo, à Dan vsque ad Bersabee, septuaginta millia virorum. *Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit: nunc contine manum tuam. erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusæi. *Dixitque Dauid ad Dominum, cum vidisset Angelum cædentem populum: Ego sum qui peccaui, ego iniquè egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. *Venit autem Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi. *Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus. *Cõspicienscq. Areuna, animaduertit regem & seruos eius transire ad se: *& egressus adorauit regem prono vultu in terram, & ait: Quid causæ est vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. *Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrum & iuga boum in vsum lignorum. *Omnia dedit Areuna rex regi: dixitque Areuna ad regem: Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum. *Cui respondens rex, ait: Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream, & boues, argenti sicli quinquaginta: *& ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica: & propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

*1. Par. 21. b. 13 Dan. 13. c. 23

LIBER REGVM TERTIVS, SECVNDVM HEBRÆOS PRIMVS MALACHIM.

CAPVT PRIMVM.

ET rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibus, nõ calefiebat. *Dixerunt ergo ei serui sui: Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem. *Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. *Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & ministrabat ei, rex verò non cognouit eam. *Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum. *Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. *Et sermo ei cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. *Sadoc verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei & Rei, & robur exercitus Dauid, non erat cum Adonia. *Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuersis pinguibus, iuxta Lapidem zoheleth, qui erat vicinus Fonti rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis. *Nathan autẽ prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum, non vocauit. *Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis: Num audisti, quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? *Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filiique tui Salomonis. *Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei: Nónne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias? *Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. *Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculum: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. *inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis? *Quæ respondens, ait: Domine mi, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. *Et ecce nunc Adonias regnat, te, domine mi rex, ignorante. *Mactauit boues, & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ: Salomonem autem seruum tuum non vocauit. *Verumtamen domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis, quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te. *Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores. *Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit. *Et nunciauerunt regi, dicentes: Adest Nathan propheta. Cumque introisset in conspectu regis, & adorasset eum pronus in terram, *dixit Nathan: Domine mi rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum? *Quia descendit hodie, & immolauit boues, & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem: illisque vescentibus, & bibentibus coram eo, & dicentibus: Viuat rex Adonias: *Me seruum tuum, & Sadoc sacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuum, non vocauit. *Numquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo, quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum? *Et respondit rex Dauid, dicens: Vocate ad me Bethsabee. Quę cum fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum, *iurauit rex, & ait: Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, *quia sicut iuraui tibi per Dominum Deum Israel, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solio meum pro me: sic faciam hodie. *Summissoque Bethsabee in terram vultu, adorauit regem, dicens: Viuat dominus meus Dauid in æternum. *Dixit quoque rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadę. Qui cùm ingressi fuissent coram rege, *dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam: & ducite eum in Gihon. *& vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, in regem super Israel: & canetis buccina, atque dicetis: Viuat rex Salomon. *Et ascendetis post eum, & veniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam vt sit dux super Israel, & super Iudam. *Et respondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens: Amen: fiat loquatur Dominus Deus domini mei regis. *Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis

Dauid. * Descendit ergo Sadoc sacer- 38
dos, & Nathan propheta, & Banaias fi-
lius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi: & 1
imposuerunt Salomonem super mulam A
regis Dauid, & adduxerunt eũ in Gihon. 2
* Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei 39
de tabernaculo, & vnxit Salomonem: 3
& cecinerunt buccina, & dixit omnis
populus: Viuat rex Salomon. * Et ascen- 40
dit vniuersa multitudo post eum, & po- F
pulus canentiũ tibiis, & lætantium gau-
dio magno, & insonuit terra à clamo- 4
re eorum. * Audiuit autem Adonias, & 41
omnes qui inuitati fuerant ab eo, iam-
que conuiuium finitum erat: sed &
Ioab, audita voce tubæ, ait: Quid sibi
vult clamor ciuitatis tumultuãtis? * Ad- 42
huc illo loquente, Ionathas filius Abia-
thar sacerdotis venit: cui dixit Adonias:
Ingredere, quia vir fortis es, & bona
nuncians. * Respõditque Ionathas Ado- 43
niæ: Nequaquam: Dominus enim noster B
rex Dauid regem cõstituit Salomonem:
* misitque cum eo Sadoc sacerdotem, 44
& Nathan prophetam, & Banaiam fi-
lium Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & 6
imposuerunt eum super mulam regis.
* Vnxeruntque eum Sadoc sacerdos & 45 7
Nathan propheta regem in Gihon: &
ascenderunt inde lætantes, & insonuit
ciuitas: hæc est vox, quã audistis. * Sed & 46
Salomon sedet super solium regni. * Et 47 8
ingressi serui regis benedixerunt domi- G
no nostro regi Dauid, dicentes: Ampli-
ficet Deus nomen Salomonis super no-
men tuum, & magnificet thronum eius
super thronum tuum. Et adorauit rex
in lectulo suo: * & locutus est: Benedi- 48
ctus Dominus Deus Israel, qui dedit ho- 9
die sedentem in solio meo, videntibus
oculis meis. * Territi sunt ergo, & sur- 49
rexerunt omnes qui inuitati fuerant ab 10
Adonia, & iuit vnusquisque in viã suam.
* Adonias autem timẽs Salomonem, sur- 50 11
rexit, & abiit, tenuitq; cornu altaris. * Et 51
nunciauerunt Salomoni, dicentes: Ecce
Adonias timens regem Salomonem, 12
tenuit cornu altaris, dicens: Iuret mihi
rex Salomon hodie, quòd non interficiat
seruum suum gladio. * Dixitque Salo- 52 13
mon: Si fuerit vir bonus, non cadet ne C
vnus quidem capillus eius in terram: si
autem malum inuentum fuerit in eo, 14
morietur. * Misit ergo rex Salomon, & 53
eduxit eum ab altari: & ingressus ado- 15
rauit regem Salomonem: dixitque ei Sa-
lomon: Vade in domum tuam.

CAP. II.

APpropinquauerunt autem dies Da-
uid vt moreretur, præcepitque Salo-
moni filio suo, dicens: * Ego ingredior
viam vniuersæ terræ: confortare, & esto
vir. * Et obserua custodias Domini Dei
tui, vt ambules in viis eius, vt custodias
ceremonias eius, & præcepta eius, & iu-
dicia, & testimonia, ᵇ sicut scriptum est
in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quæ
facis, & quocumque te verteris: * vt con-
firmet Dominus sermones suos, quos
locutus est de me, dicens: Si custodierint
filij tui vias suas, & ambulauerint coram
me in veritate, in omni corde suo, & in
omni anima sua, non auferetur tibi vir
de solio Israel. * Tu quoque nosti quæ
fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fe-
cerit duobus principibus exercitus Is-
rael, ᶜ Abner filio Ner, & ᵈ Amasæ filio
Iether: quos occidit, & effudit sangui-
nem belli in pace, & posuit cruorem
prælij in balteo suo, qui erat circa lum-
bos eius, & in calceamento suo, quod
erat in pedibus eius. * Facies ergo iuxta
sapientiam tuam, & non deduces cani-
tiem eius pacificè ad inferos. * Sed & filiis
Berzellai Galaaditis reddes gratiam,
eruntque comedentes in mensa tua: ᵉ oc-
currerũt enim mihi quando fugiebam à
facie Absalom fratris tui. * ᶠ Habes quo-
que apud te Semei filium Gera filij Ie-
mini de Bahurim, qui maledixit mihi
maledictione pessima, quando ibam ad
Castra: sed quia descendit mihi in occur-
sum cùm transirem Iordanem, & iurau
ei per Dominum, dicens: Non te interfi-
ciam gladio: * tu noli pati eum esse in-
noxium. Vir autem sapiẽs es, vt scias quæ
facies ei, deducesque canos eius cum san-
guine ad inferos. * Dormiuit igitur Da-
uid cum patribus suis, & sepultus est in
ciuitate Dauid. * Dies autẽ quibus regna-
uit Dauid super Israel, quadraginta anni
sunt: in Hebron regnauit septem annis:
in Ierusalem, triginta tribus. * Salomon
autem sedit super thronum Dauid pa-
tris sui, & firmatum est regnum eius ni-
mis. * Et ingressus est Adonias filius
Haggith ad Bethsabee matrẽ Salomonis.
Quæ dixit ei: Pacificúsne est ingressus
tuus? Qui respondit: Pacificus. * Ad-
didítque: Sermo mihi est ad te. Cui
ait: Loquere. Et ille: * Tu, inquit, nosti,
quia meum erat regnum, & me præpo-
suerat omnis Israel sibi in regem: sed

ᵃ Deut. 17. d. 16

ᵇ 2. Reg. 19. f. 31
ᶜ 2. Reg. 3. c. 27
ᵈ 2. Reg. 20. c. 10
ᵉ 2. Reg. 16. b. 5. & 19. d. 19
ᶠ 3. Reg. 2. f. 31

ᵃ Act. 2. c. 29
ᵇ 1. Par. 29. f. 23

translatum est regnum, & factum est
fratris mei: à Domino enim constitu-
tum est ei. * Nunc ergo petitionem vnam 16
precor à te; ne confundas faciem meam.
Quæ dixit ad eum: Loquere. * Et ille 17 31
ait: Precor vt dicas Salomoni regi (neque
enim negare tibi quidquam potest) vt
det mihi Abisag Sunamitidem vxorem.
* Et ait Bethsabee: Bene, ego loquar pro 18 32
te regi. * Venit ergo Bethsabee ad re- 19
gem Salomonem, vt loqueretur ei pro
Adonia: & surrexit rex in occursum eius,
adorauitque eam, & sedit super thronum F
suum: positusque est thronus matri re- D
gis, quæ sedit ad dexteram eius. * Dixit- 20 33
que ei: Petitionem vnam paruulam ego
deprecor à te; ne confundas faciem
meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea:
neque enim fas est vt auertam faciem
tuam. * Quæ ait: Detur Abisag Suna- 21 34
mitis Adoniæ fratri tuo vxor. * Respon- 22
ditque rex Salomon, & dixit matri suæ:
Quare postulas Abisag Sunamitidem 35
Adoniæ? postula ei & regnum: ipse est
enim frater meus maior me, & habet
Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Sar-
uiæ. * Iurauit itaque rex Salomon per 23
Dominum, dicens: Hæc faciat mihi
Deus, & hæc addat, quia contra ani-
mam suam locutus est Adonias verbum
hoc. * Et nunc viuit Dominus, qui fir- 24
mauit me, & collocauit me super solium
Dauid patris mei, & qui fecit mihi do- 38
mum, sicut locutus est, quia hodie occi- G
detur Adonias. * Misitque rex Salomon 25
per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui in- 39
terfecit eum, & mortuus est. * Abiathar 26
quoque sacerdoti dixit rex: Vade in A-
nathoth ad agrum tuum, equidem vir
mortis es: sed hodie te non interficiam, E 40
quia portasti arcam Domini Dei coram
Dauid patre meo, & sustinuisti laborem
in omnibus, in quibus laborauit pater
meus. * Eiecit ergo Salomon Abia- 27
thar, vt non esset sacerdos Domini, ᵃ vt
impleretur sermo Domini, quem locu-
tus est super domum Heli in Silo. * Ve- 28
nit autem nuncius ad Ioab, quòd Ioab
declinasset post Adoniam, & post Salo-
monem non declinasset: fugit ergo Ioab
in tabernaculum Domini, & apprehen-
dit cornu altaris. * Nunciatumque est re- 29 44
gi Salomoni, quòd fugisset Ioab in taber-
naculum Domini, & esset iuxta altare:
misitque Salomon Banaiam filium Ioia-
dæ, dicens: Vade, interfice eum. * Et ve- 30
nit Banaias ad tabernaculum Domini,
& dixit ei: Hæc dicit rex: Egredere. Qui
ait: Non egrediar, sed hìc moriar. Re-
nunciauit Banaias regi sermonem, di-
cens: Hæc locutus est Ioab, & hæc re-
spondit mihi. * Dixitque ei rex: Fac sicut
locutus est: & interfice eum, & sepeli, &
amouebis sanguinem innocentem, qui
effusus est à Ioab, à me, & à domo patris
mei. * Et reddet Dominus sanguinem
eius super caput eius, quia interfecit
duos viros iustos, meliores que se: & oc-
cidit eos gladio, patre meo Dauid igno-
rante, ᵇ Abner filium Ner principem mi- ᵇ 2. Reg. 3.
litiæ Israel, & ᶜ Amasam filium Iether c. 27
principem exercitus Iuda: * & reuertetur ᶜ 2. Reg. 20.
sanguis illorum in caput Ioab, & in ca- c. 9
put seminis eius in sempiternum. Dauid
autem & semini eius, & domui & thro-
no illius, sit pax vsque in æternum à Do-
mino. * Ascendit itaque Banaias filius
Ioiadæ, & aggressus eum interfecit: se-
pultusque est in domo sua in deserto. * Et
constituit rex Banaiam filium Ioiadæ
pro eo super exercitum, & Sadoc sacer-
dotem posuit pro Abiathar. * Misit quo-
que rex, & vocauit Semei, dixitque ei:
Ædifica tibi domum in Ierusalem, & ha-
bita ibi: & non egredieris inde huc atque
illuc. * Quacumque autem die egressus
fueris, & transieris Torrentem Cedron,
scito te interficiendum: sanguis tuus erit
super caput tuum. * Dixitque Semei re- 38
gi: Bonus sermo. sicut locutus est domi- G
nus meus rex, sic faciet seruus tuus. Ha-
bitauit itaque Semei in Ierusalem diebus
multis. * Factum est autem post annos 39
tres, vt fugerent serui Semei ad Achis fi-
lium Maacha regem Geth: nunciatumq;
est Semei, quòd serui eius essent in Geth.
* Et surrexit Semei, & strauit asinum suũ: 40
iuitq; ad Achis in Geth ad requirendum
seruos suos, & adduxit eos de Geth.
* Nunciatum est autem Salomoni, quòd 41
isset Semei in Geth de Ierusalem, & re-
diisset. * Et mittens vocauit eum, dixit- 42
que illi: Nónne testificatus sum tibi per
Dominum, & prædixi tibi: Quacumque
die egressus, ieris huc & illuc, scito te esse
moriturum? Et respondisti mihi: Bonus
sermo, quem audiui. * Quare ergo non 43
custodisti iusiurandum Domini, & præ-
ceptum quod præceperam tibi? * Dixit- 44
que rex ad Semei: Tu nosti omne ma-
lum, cuius tibi conscium est cor tuum,
quod fecisti Dauid patri meo: reddidit
Dominus malitiam tuam in caput tuũ.
* Et rex Salomon benedictus, & thronus 45

ᵃ 3. Reg. 2. f. 31

Dauid erit ſtabilis coram Domino vſque in ſempiternum. * Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui egreſſus, percuſſit eum, & mortuus eſt. 46

CAP. III.

2. Par. 1. a. 1

COnfirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus eſt Pharaoni regi Ægypti: accepit namque filiã eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum ſuam, & domum Domini, & murum Ieruſalem per circuitum. * Attamen populus immolabat in excelſis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini vſque in diem illum. * Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama. * Abijt itaque in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelſum maximum: mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud in Gabaon. * Apparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens: Poſtula quod vis vt dem tibi. * Et ait Salomon: Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiã magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie. * Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum meum. * Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari nõ poteſt præ multitudine. * Da bis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum? * Placuit ergo ſermo coram Domino, quòd Salomon poſtulaſſet huiuſcemodi rem * Et dixit Dominus Salomoni: Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium: * ecce feci tibi ſecundùm ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. * Sed & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi: diuitias ſcilicet, & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus. * Si autem ambulaueris in vijs meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea, ſicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. * Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd eſſet ſomnium: cumque veniſſet Ieruſalem, ſtetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. * Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, ſteteruntque coram eo, * quarum vna ait: Obſecro, mi domine: ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. * Tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus ſimul, nulluſque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. * Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppreſſit eum. * Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. * Cumque ſurrexiſſem manè vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentiùs intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram. * Reſponditque altera mulier: Non eſt ita vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc mõdum contendebant coram rege. * Tune rex ait: Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. Et iſta reſpondit, Non, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. * Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumque attuliſſent gladium coram rege, * Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. * Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem: (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. * Reſpondit rex, & ait: Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc eſt enim mater eius. * Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet rex, & timuerunt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium. 1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 9 10 11 12 13 C 14 15 16 17 18 19 20 21 D 22 23 24 25 26 27 28

2. Par. 1. c. 10

Sap. 7. b. 11 Matth. 6. d. 29

CAP.

CAP. IIII.

ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael: * & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc A ſacerdotis: * Elihoreph & Ahia filij Siſa ſcribæ: Ioſaphat filius Ahilud à commentarijs: * Banaias filius Ioiadæ ſuper exercitum: Sadoc autem, & Abiathar ſacerdotes. * Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebant regi: Zabud filius Nathan ſacerdos, amicus regis: * & Ahiſar præpoſitus domus: & Adoniram filius Abda ſuper tributa. * Habebat autem Salomon duodecim prefectos ſuper omnẽ Iſrael, qui præbebant annonam regi & domui eius: per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabat. * Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephraim. * Bendecar, in Maceſ, & in Salebim, & in Bethſames, & in Elon, & in Bethanan. * Benheſed in Aruboth: ipſius erat Socho, & omnis terra Epher. * Benabinadab, cuius omnis Nephath dor, Tapheth filiã Salomonis habebat vxorem. * Bana filius Ahilud regebat Thanac & Mageddo, & vniuerſam Bethſan, quę eſt iuxta Sarthana ſubter Iezrael, à Bethſan vſque Abelmehula è regione Iecmaan. * Bengaber in Ramoth Galaad: habebat Auothiair filij Manaſſe in Galaad, ipſe præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitatibus magnis atque muratis, quę habebant ſeras æreas. * Ahinadab filius Addo præerat in Manaim. * Achimaas in Nephthali: ſed & ipſe habebat Baſemath filiam Salomonis in coniugio. * Baana filius Huſi, in Aſer, & in Baloth. * Ioſaphat filius Pharuë, in Iſſachar. * Semei filius Ela, in Beniamin. * Gaber filius Vri, in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi & Og regis Baſan, ſuper omnia quæ erant in illa terra. * Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine: comedentes, & bibentes, atque lætantes. * Salomon autem erat in ditione ſua, habens omnia regna à flumine terræ Philiſthijm vſq; ad terminum Ægypti: offerentium ſibi munera, & ſeruientium ei cunctis diebus vitæ eius. * Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos, triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ, * decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atq; bubalorum, & auium altilium. * Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumẽ, à Thaphſa vſque ad Gazan, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. * Habitabatq; Iuda & Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſq; ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan vſque Berſabee, cunctis diebus Salomonis. * Et habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorũ curruliũ, & duodecim millia equeſtriũ. * Nutriebantque eos ſupradicti regis præfecti: ſed & neceſſaria menſæ regis Salomonis, cum ingenti cura præbebant in tempore ſuo. * Hordeum quoque & paleas equorum & iumentorum, deferebant in locum vbi erat rex, iuxta conſtitutum ſibi. * Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris. * Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum, * & erat ſapientior cunctis hominibus: ſapientior Ethan Ezrahita, & Heman, & Chalcol, & Dorda, filijs Mahol: & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitum. * Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque & mille. * Et diſputauit ſuper lignis, à cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus. * Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 B 12 13 14 15 16 17 18 19 C 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

2. Par. 9. f. 25

Eccli. 47. c. 16

CAP. V.

MIſit quoque Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Salomonem: audiuit enim quòd ipſum vnxiſſent regẽ pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. * Miſit autem Salomon ad Hiram, dicens: * Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigio pedum eius. * Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum: & non eſt ſatan, neque occurſus malus. * Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, ſicut locutus eſt Dominus Dauid patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te ſuper ſolium tuum, ipſe ædificabit domum nomini meo. * Præcipe igitur vt 1 A 2 3 4 5 6 B

2. Reg. 7. b. 13. 1. Par. 22. c. 10

præcîdant mihi serui tui cedros de Libano,& serui mei sint cum seruis tuis:mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quæcumque petieris: scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. *Cùm ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valdè, & ait: Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populũ hunc plurimum. *Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcumque mandasti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis. *Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi ; & applicabo ea ibi, & tu tolles ea : præbebisq; necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. *Itaque Hiram dabat Salomoni lignacedrina,& ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. * Salomon autem præbebat Hiram , coros tritici viginti millia, in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei : hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. *Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni , sicut locutus est ei : & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. *Elegitq; rex Salomõ operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum. *Mittebatque eos in Libanum,decem millia per menses singulos vicissim , ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adoniram erat super huiuscemodi indictione. *Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte: *absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium & trecentorum, præcipientium populo & his qui faciebant opus. *Præcepitq; rex, vt tollerent lapides grandes,lapides pretiosos, in fundamentum templi, & quadrarent eos: * quos dolauerunt cæmentarij Salomonis , & cæmentarij Hiram: porrò Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

*Sup. 3. b. 12

CAP. VI.

2. Par. 3. a. 1

FActum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio,(ipse est mensis secũdus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino. *Domus autem,quã ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine , & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. *Et porticus erat ante templum viginti cubitorũ longitudinis,iuxta mensuram latitudinis templi:& habebat decem cubitos latitudinis ante faciẽ templi. *Fecitq; in templo fenestras obliquas. *Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. *Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis , & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatũ septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitũ forinsecus, vt non hærerent muris templi. *Domus autem cùm ędificaretur,de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus,& securis,& omne ferramentum, non sunt audita in domo cùm ædificaretur. *Ostium lateris medij in parte erat domus dextræ: & per cochleam ascendebant in medium cœnaculum,& à medio in tertium. *Et ædificauit domum, & cõsummauit eam: texit quoq; domum laquearibus cedrinis. *Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis,& operuit domum lignis cedrinis. *Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens: *Domus hæc, quam ædificas,si ambulaueris in præceptis meis,& iudicia mea feceris,& custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonem meũ tibi , quẽ locutus sum ad Dauid patrem tuum. *Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquã populum meũ Israel. *Igitur ædificauit Salomon domum, & consummauit eam. *Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis,à pauimento domus vsque ad summitatem parietum , & vsque ad laquearia , operuit lignis cedrinis intrinsecus : & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. *Ædificauitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina , à pauimento vsque ad superiora : & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum. *Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi. *Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habẽs tornaturas & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes : omnia cedrinis tabulis vestiebantur : nec omnino lapis

*2. Reg. 7. c. 17
*1. Par. 22. b. 9

apparere poterat in pariete. *Oraculum autẽ in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcã fœderis Domini. * Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis , & viginti cubitos latitudinis,& viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo.sed & altare vestiuit cedro. *Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo , & affixit laminas clauis aureis . * Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur : sed & totum altare oraculi texit auro . * Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarũ,decem cubitorũ altitudinis . *Quinque cubitorum ala cherub vna , & quinque cubitorum ala cherub altera:id est,decẽ cubitos habẽtes, à summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatem. *Decem quoque cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari,& opus vnum erat in duobus cherubim,*id est,altitudinẽ habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter cherub secundus . * Posuitque cherubim in medio templi interioris : extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem,& ala cherub secundi tangebat parietem alterum : alæ autem alterę in media parte templi se inuicem cõtingebant. *Texit quoque cherubim auro. *Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis & torno:&fecit in eis cherubim,& palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete,& egredientes. *Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus . * Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, postesque angulorũ quinque. *Et duo ostia de lignis oliuarum:& sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia: & texit ea auro: & operuit tam cherubim quàm palmas, & cetera, auro. *Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos: *& duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus:& vtrumque ostiũ duplex erat, & se inuicẽ tenens aperiebatur. *Et sculpsit cherubim , & palmas , & cælaturas valde eminentes : operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. *Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum,& vno ordine lignorum cedri. * Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio: * & in anno vndecimo , mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo,& in vniuersis vtensilibus suis : ædificauitque eam annis septem.

CAP. VII.

*Infr. 9. b. 10

DOmum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis,& ad perfectum vsque perduxit. * Ædificauit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis , & quinquaginta cubitorũ latitudinis , & triginta cubitorũ altitudinis: & quattuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. *Et tabulatis cedrinis vestiuit totã cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim *contra se inuicem positas , * & è regione se respicientes, æquali spatio inter columnas , & super columnas quadrangulata ligna in cũctis æqualia. *Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis,& triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie maioris porticus: & columnas, & epistylia super columnas. * Porticum quoque solij, in qua tribunal est, fecit : & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatẽ. *Et domuncula,in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu, simili opere . Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (*quam vxorem duxerat Salomõ) tali opere,quali & hanc porticum. *Omnia lapidibus pretiosis , qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant : à fundamento vsque ad summitatem parietum , & extrinsecus vsque ad atrium maius . * Fundamenta autem de lapidibus pretiosis , lapidibus magnis decem siue octo cubitorum. *Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant , similiterque de cedro. *Et atrium maius rotundum,trium ordinum de lapidibus sectis , & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini interiori,& in porticu domus. *Misit quoque rex Salomon , & tulit Hiram de Tyro, *filium mulieris viduæ de tribu Nephthali,patre Tyrio, artificem ærarium , & plenũ sapientia, & intelligẽtia,& doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm venisset ad regem Salomonem,fecit omne opus eius. *Et finxit duas colũnas æreas,decem & octo cubitorũ altitudinis columnam vnam : * & linea duodecim

*Sup. 3. a. 3

*Ier. 52. c. 21

cubitorum ambiebat columnam vtramque. * Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellũ alterum: *& quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrumque capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. *Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitũ retiaculorum singulorum, vt tegerent capitella, quæ erant super summitatem, malogranatorum: eodem modo fecit & capitello secundo. * Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata erant in porticu quattuor cubitorum. *Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducẽti ordines erant in circuitu capitelli secundi. * Et statuit duas columnas in porticu templi: cumque statuisset columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomen eius Booz. *Et super capita columnarum opus in modũ lilij posuit: perfectumque est opus columnarum.

*2. Par. 4. 6. 2 *Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labiũ, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo eius, & restícula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. *Et sculptura subter labiũ circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum striatarum erãt fusiles. *Et stabat super duodecim boues, è quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientẽ, & mare super eos desuper erat: quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. * Grossitudo autem luteris, trium vnciarum erat: labiumque eius, quasi labium calicis, & folium repandi lilij: duo millia batos capiebat. *Et fecit decem bases æneas, quattuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quattuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. *Et ipsum opus basium, interrasile erat: & sculpturæ inter iuncturas. * Et inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & in iuncturis similiter desuper: & subter leones & boues, quasi lora ex ære dependentia.

*Et quattuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quattuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, cõtra se inuicem respectantes. *Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate: & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat vnum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. *Quattuor quoque rotæ, quæ per quattuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim: vna rota habebat altitudinis cubitum & semis. *Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri: & axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia. * Nam & humeruli illi quattuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant. *In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipsa. * Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, vt non cælata, sed apposita per circuitum viderentur. *In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mensura, sculpturaque consimili. *Fecit quoque decẽ luteres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, eratque quattuor cubitorũ: singulos quoque luteres per singulas, id est, decem bases, posuit. *Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad sinistram: mare autem posuit ad dexteram partem templi contra Orientem ad Meridiem. *Fecit ergo Hiram lebetes, & scutras, & hamulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in tẽplo Domini. *Columnas duas, & funiculos capitellorum super capitella columnarum duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum. * Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorũ, qui erant super capita columnarum. *Et bases decem, & luteres decem super bases. * Et mare vnum, & boues duodecim subter mare. *Et lebetes, & scutras, & hamulas, omnia vasa, quæ fecit Hirã regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant. *In cãpestri regione Iordanis fudit ea rex

in argilloſa

in argilloſa terra, inter Sochoth & Sarthã. *Et posuit Salomon omnia vasa: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. *Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum, & mensam, super quam ponerentur panes propositionis, aureum: *& cãdelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram, cõtra oraculum, ex auro puro: & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas: & forcipes aureos, *& hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula, de auro purissimo: & cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, & ostiorum domus templi, ex auro erãt. * Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini, & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini.

*1. Par. 5. 1

CAP. VIII.

*1. Par. 5. 2 TVnc *congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel, ad regem Salomonem in Ierusalem: vt deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id est, de Sion. * Conuenitque ad regem Salomonem vniuersus Israel in mense Ethanim, in sollemni die, ipse est mensis septimus. *Veneruntque cuncti senes de Israel, & tulerunt arcam sacerdotes, *& portauerũt arcam Domini, & tabernaculũ fœderis, & omnia vasa Sanctuarij, quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ *Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel, quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cũ illo ante arcam, & immolabant oues & boues absque æstimatione & numero. *Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum, subter alas cherubim. * Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam & vectes eius desuper. * Cumque eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris Sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinsecus, qui & fuerunt ibi vsque in præsentem diem. * In arca autem non erat aliud, *nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cũ filiis Israel, cùm egrederẽtur de Terra Ægypti. *Factum est autẽ, cùm exissent sacerdotes de Sanctuario, nebula implevit domum Domini, * & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini: * Tunc ait Salomon: *Dominus dixit vt inhabitaret in nebula. * Ædificans ædificaui domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum. * Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel: omnis enim ecclesia Israel stabat. * Et ait Salomon: Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens: *A die qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, nõ elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi: sed elegi Dauid vt esset super populum meum Israel. *Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel: *& ait Dominus ad Dauid patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans. *Verumtamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. *Confirmauit Dominus sermonem suum, quem locutus est: stetique pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. *Et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini est, quod percussit cũ patribus nostris, quando egressi sunt de Terra Ægypti. * Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cælum, *& ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo desuper, & super terram deorsum: qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis, qui ambulabant corã te in toto corde suo. *Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hęc dies probat. *Nũc igitur Domine Deus Israel, conserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens: *Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui viam suam, vt ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. *Et nunc Domine Deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. *Ergóne putandum est quòd verè Deus

*2. Par. 6. 1

*2. Reg. 7. 4. 5

*2. Reg. 7. 6. 12

habitet

habitet super terram? si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui? *Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, Domine Deus meus: audi hymnũ & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie: *vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die: super domum, de qua dixisti: *Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus. *Vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, quodcũque orauerint in loco isto; & exaudies in loco habitaculi tui in cælo, & cùm exaudieris, propitius eris. * Si peccauerit homo in proximum suũ, & habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur astrictus; & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, * tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, & retribuens ei secundùm iustitiam suam. * Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitẽtiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac; *exaudi in cælo, & dimitte peccatũ populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. *Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto, pœnitentiam egerint nomini tuo, & a peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam: *exaudi eos in cælo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel: & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiã super terram tuã, quã dedisti populo tuo in possessionẽ. *Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilẽtia, aut corruptus aër, aut ęrugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, * cuncta deuotatio, & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, * tu exaudies in cęlo in loco habitationis tuę, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundùm omnes vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorũ hominum) *vt timeant te cũctis diebus quibus viuunt super faciem terræ, quã dedisti patribus nostris.

*Deut. 12. & 13

41 *Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuũ (audietur enim nomen tuum magnum, & manus 42 tua fortis, & brachium tuum *extẽtum, vbique) cùm venerit ergo, & orauerit in 43 hoc loco, * tu exaudies in cælo, in firmamẽto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuũ timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui. 44 *Si egressus fuerit populus tuus ad bellum cõtra inimicos suos, per viam, quocumq; miseris eos, orabunt te contra viã ciuitatis, quam elegisti, & cõtra domum, 45 quam ędificaui nomini tuo, *& exaudies in cælo orationes eorũ, & preces eorum, 46 & facies iudicium eorum. *Quòd si peccauerint tibi (*non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorũ longè vel propè, *& egerint pœnitentiã in corde suo in loco captiuitatis, & cõuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, 48 iniquè egimus, impiè gessimus: * & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quã captiui ducti fuerint: & orauerint te cõtra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorũ, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui nomini 49 tuo: *exaudies in cęlo, in firmamẽto solij tui, orationes eorum, & preces eorum, & 50 facies iudicium eorum: *& propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum, quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt 51 misereantur eis. * Populus enim tuus est, & hereditas tua, quos eduxisti de Terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ. * Vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudias eos in vniuersis pro quibus 53 inuocauerint te. *Tu enim separasti eos tibi in hereditatem de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de Aegypto, Domine Deus. 54 * Factum est autem, cùm cõplesset Salomon orans Dominum omnem orationem & deprecationẽ hãc, surrexit de conspectu altaris Domini: vtrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in

cælum.

1. Par. 6. c. 36. 1. Ioan. 1. d. 8. Eccles. 7. c. 21

cælum. * Stetit ergo, & benedixit omni 55 ecclesiæ Israel voce magna, dicens: * Be- 56 nedictus Dominus, qui dedit requiẽ populo suo Israel, iuxta omnia quę locutus est: nõ cecidit ne vnus quidem sermo, ex omnibus bonis quę locutus est per Moysen seruum suum. * Sit Dominus Deus 57 noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neq; proijciens. *Sed inclinet corda nostra ad se, 58 vt ambulemus in vniuersis viis eius, & custodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcumq; mandauit patribus nostris. * Et sint sermones mei 59 isti, quibus deprecatus sum coram Do- G mino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, vt faciat iudiciũ seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies: *vt sciant omnes populi terræ, quia 60 Dominus ipse est Deus, & non est vltra 7 absque eo. *Sit quoque cor nostrum per- 61 B fectum cum Domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie. *Igitur rex, 62 8 & omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram Domino. *Mactauitq; Salomon hostias pacificas, quas immolauit 63 Domino, boum viginti duo millia, & 9 ouium centum viginti millia: & dedicauerunt templum Domini rex & filij Israel. * In die illa sanctificauit rex me- 64 dium atrij, quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. * Fecit ergo Salomon 65 in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsque ad Riuum Ægypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus & septem diebus, id est, quattuordecim diebus. *Et in die octa- 66 ua dimisit populos: qui benedicentes C regi, profecti sunt in tabernacula sua lætantes, & alacri corde super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

audiui orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: sanctificaui domũ hanc, quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. *Tu quoque si 4 ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea seruaueris, *"ponam thronum regni tui su- 5 per Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel. 6 * Si autẽ auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & ceremonias meas, quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos: * auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis: & templum, quod sanctificaui nomini meo, proijciam à conspectu meo, eritque Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. * Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eã, stupebit, & sibilabit, & dicet: "Quare fecit Dominus sic terræ huic, & 9 domui huic? * Et respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de Terra Ægypti, & secuti sunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum 10 hoc. *" Expletis autẽ annis viginti post- quã ædificauerat Salomon duas domos, id est, domum Domini, & domum regis, 11 * (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat) tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in Terra 12 Galilææ. *Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, *& ait: Hęcine sunt ciuitates, quas dedisti mihi, frater? Et appellauit eas Terram chabul, vsque in diem hanc. *Misit quoque Hiram 14 ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. * Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum suam, & Mello, & murum Ierusalem, & 16 Heser, & Mageddo, & Gazer. *Pharao rex Ægypti ascendit, & cepit Gazer, succenditque eam igni: & Chananæum, qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomo- 17 nis. *Ædificauit ergo Salomon Gazer, &

*Deut. 19. d. 24. Ier. 22. c. 8

*2. Par. 8. a. 1

*2. Reg. 7. b. 12. c. 16

CAP. IX.

FActum est autem cùm perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini, & 1 A ædificium regis, & omne quod optauerat & voluerat facere, * apparuit ei Do- 2 minus secundò, " sicut apparuerat ei in Gabaon. *Dixitq; Dominus ad eum: Ex- 3

*2. Par. 7. d. 11. Sup. 3. d. 5

Bethoron inferiorem, * & Baalath, & Palmiram in Terra solitudinis. *Et omnes vicos, qui ad se pertinebant, & erant absque muro, muniuit, & ciuitates curruum & ciuitates equitum, & quodcumque ei placuit vt ædificaret in Ierusalem, & in Libano, & in omni terra potestatis suæ. *Vniuersum populum, qui remanserat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt de filijs Israel: *horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filij Israel exterminare: fecit Salomon tributarios, vsque in diem hanc.
* De filijs autem Israel non constituit Salomon seruire quemquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius, & principes, & duces, & præfecti curruum & equorum. *Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subiectum populum, & statutis operibus imperabant. * " Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam, quam ædificauerat ei Salomon: tunc ædificauit Mello. * Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas, super altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama coram Domino: perfectumque est templum.
* Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est iuxta Ailath in littore Maris rubri, in Terra Idumææ. *Misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis. * Qui cùm venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

*2. Par. 8. b. 11

CAP. X.

SEd " & Regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus. *Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. *Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat: non fuit sermo, qui regem posset latere, & non responderet ei. *Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, *& cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta quę offerebat in domo Domini: non habebat vltrà spiritum. * dixitque ad regem: Verus est sermo, quem audiui in terra mea, * super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipse veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nunciata non fuerit: maior est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audiui. * Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.
* Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eò quòd dilexerit Dominus Israel in sempiternum, & constituit te regem, vt faceres iudicium & iustitiam.
* Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas: non sunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. (*Sed & classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. *Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyrasque cantoribus: non sunt allata huiuscemodi ligna thyina, neque visa vsque in præsentem diem.) * Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltro obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa est, & abijt in terram suam cum seruis suis.
* Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: * excepto eo, quod afferebant viri qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducesque terræ. *Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius. *Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri vnam peltam vestiebant: posuitque eas rex in domo saltus Libani. * Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis, * qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas. * Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in vniuersis regnis. *Sed & omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, * quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. *Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ, diuitiis, & sapientia. *Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius. * Et singuli deferebant ei munera, vasa argętea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos & mulos, per annos singulos. * " Congregauitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & disposuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem. *Fecitque; vt tanta esset abundãtia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum prębuit multitudinem, quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus. *Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & statuto pretio perducebant. *Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque; in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

*2. Par. 9. a. 1 Matth. 12. a. 42 Luc. 11. d. 31

*2. Par. 9. c. 10

1. Par. 1. b. 14

CAP. XI.

REx autem Salomon " adamauit mulieres alienigenas multas, filiã quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hetthæas: * de gentibus, super quibus dixit Dominus filijs Israel: " Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore. *Fuerunt; ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius. *Cumque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. * Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. * Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit vt sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius. * Tunc ędificauit Salomon fanum, Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. *Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quę adolebant thura, & immolabant diis suis.
* Igitur iratus est Dominus Salomoni, quòd auersa esset mens eius à Domino Deo Israel, qui " apparuerat ei secundò, *& præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quæ mandauit ei Dominus. * Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, & nõ custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, dissumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. * " Verumtamen in diebus tuis non faciam, propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui scindam illud, * nec totum regnum auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo, propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. * Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni, Adad Idumęum de semine regio, qui erat in Edom. * Cùm enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumęa (*sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa) * fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Ægyptum: erat autem Adad puer paruulus. * Cumque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, & introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti: qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. *Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum vt daret ei vxorem, sororem vxoris suæ germanam Taphnes reginæ. *Genuitq; ei soror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis: eratq; Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius.
* Cumq; audisset Adad in Ægypto, dormisse Dauid cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, vt vadam in terram meam. * Dixitque ei Pharao: Quæ enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla: sed obsecro te vt dimittas me.

*Deut. 17. d. 17 Esth. 47. a. 21

*Exod. 34. b. 16

*Sup. 9. d. 6

*Inf. 12. d. 15

*2. Reg. 8. d. 14

*Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regẽ Soba dominum suum: * & congregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum cùm interficeret eos Dauid: abieruntq; Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerũt eum regem in Damasco, * eratq; aduersarius Israeli cunctis diebus Salomonis: & hoc est malum Adad, & odium contra Israel, regnauitq; in Syria. * " Ieroboam quoque filius Nabath, Ephrathæus, de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Sarua, mulier vidua: leuauit manum contra regem. * Et hæc est causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. * Erat autem Ieroboam vir fortis & potens: videnscq; Salomon adolescentem bonæ indolis & industriũ, constituerat eum præfectũ super tributa vniuersæ domus Ioseph. * " Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eũ Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tantùm in agro. * Apprehendensq; Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. * Et ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. * Porrò vna tribus remanebit ei, propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel: * eò quòd dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & nõ ambulauerit in viis meis, vt faceret iustitiam corã me, & præcepta mea, & iudicia sicut Dauid pater eius. * Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum, quem elegi, qui custodiuit mandata mea & præcepta mea. * Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: * filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate, quam elegi vt esset nomen meum ibi. * Te autem assumam, & regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erisque rex super Israel. * Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiẽs mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Israel: * & affligam semen Dauid super hoc, verumtamen non cunctis diebus. * Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui surrexit, & aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti, & fuit in Ægypto vsque ad mortem Salomonis. * Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in Libro verborum dierum Salomonis. * Dies autem, quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. * Dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

*2.Par.13 a.6

*2.Par.10 d.15

CAP. XII.

VEnit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituẽdum eum regem. * At verò Ieroboam filius Nabat, cũ adhuc esset in Ægypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de Ægypto. * Miseruntq; & vocauerunt eũ: venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes: * Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. * Qui ait eis: Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me. Cumque abiisset populus, * iniit consilium rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre eius cùm adhuc viueret, & ait: Quod datis mihi consilium, vt respondeam populo huic? * Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusq; fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. * Qui dereliquit consilium senum, quòd dederant ei, & adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi, * dixitq; ad eos: Quod mihi datis consilium, vt respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? * Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquêris populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes:

2.Par.10. d.1

dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos. Sic loquêris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. * Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum: pater meus cecîdit vos flagellis, ego autem cędam vos scorpionibus. * Venit ergo Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens: Reuertimini ad me die tertia. * Respondítq; rex populo dura, derelicto consilio seniorum, quod ei dederant, * & locutus est eis secundùm cõsilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro: pater meus cecîdit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. * Et nõ acquieuit rex populo: quoniam auersatus fuerat eum Dominus, vt suscitaret verbum suũ, " quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium Nabat. * Videns itaque populus quòd noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hereditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel, nunc vide domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. * Super filios autem Israel, quicumq; habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. * Misit ergo rex Roboam Aduram, qui erat super tributa: & lapidauit eũ omnis Israel, & mortuus est. Porrò rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem: * recessítque Israel à domo Dauid, vsq; in præsentem diem. * Factum est autem cùm audisset omnis Israel, quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam. * Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit vniuersam domum Iuda, & tribum Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, vt pugnarent contra domum Israel, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis. * Factus est autem sermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens: * Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens: * Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus. * Ædificauit autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egressus inde ædificauit Phanuel. * Dixitque Ieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, * si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem: & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficientque me, & reuertentur ad eum. * " Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltrà ascendere in Ierusalem: " Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti. * Posuítque vnum in Bethel, & alterum in Dan: * & factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum vsq; in Dan. * Et fecit fana in excelsis, & " sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. * Constituítque diem sollemnem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem sollemnitatis, quæ celebrabatur in Iuda. Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat: constituítque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat. * Et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo: & fecit sollemnitatem filiis Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum.

*Sup.11. d.31

*1.Par.11 d.2

*Tob.1.a.5

*Exod.32. b.8

*2.Par.11 c.15

CAP. XIII.

ET ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Bethel, Ieroboam stante super altare, & thus iaciente. * Et exclamauit contra altare in sermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: " Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. * Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est Dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est. * Cumq; audisset rex sermonem hominis Dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. Ex exaruit manus eius, quã extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. * Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de

*4.Reg.23. d.17

altari, iuxta ſignum quod prædixerat vir Dei in ſermone Domini. * Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi. Orauitque vir Dei faciem Domini, & reuerſa eſt manus regis ad eum, & facta eſt ſicut priùs fuerat.
* Locutus eſt autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. *Reſponditque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: *ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis: Non comedes panem, neq; bibes aquam, nec reuertèris per viâ qua veniſti. *Abiit ergo per aliam viam, & non eſt reuerſus per iter, quo venerat in Bethel. * Prophetes autem quidam ſenex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij ſui, & narrauerunt ei omnia opera, quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel: & verba quæ locutus fuerat ad regem, narrauerunt patri ſuo. *Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Oſtenderunt ei filij ſui viam, per quam abierat vir Dei, qui venerat de Iuda. *Et ait filiis ſuis: Sternite mihi aſinum. Qui cùm ſtrauiſſent, aſcendit, * & abiit poſt virum Dei, & inuenit eum ſedentem ſubtus terebinthum: & ait illi: Tu ne es vir Dei qui veniſti de Iuda? Reſpondit ille: Ego ſum. *Dixitque ad eum: Veni mecum domum, vt comedas panem. *Qui ait: Non poſſum reuerti, neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: * quia locutus eſt Dominus ad me in ſermone Domini, dicens: Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuertèris per viam qua ieris. * Qui ait illi: Et ego propheta ſum ſimilis tui: & angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. Fefellit eum, *& reduxit ſecum: comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam. * Cumque ſederent ad menſam, factus eſt ſermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum. *Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit Dominus: Quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, * & reuerſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquam, in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum. * Cumque comediſſet & bibiſſet, ſtrauit aſinum ſuum prophetæ, quem reduxerat. * Qui cùm abiiſſet, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: aſinus autem ſtabat iuxta illum, & leo ſtabat iuxta cadauer. * Et ecce, viri tranſeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem ſtantem iuxta cadauer. Et venerunt & diuulgauerunt in ciuitate, in qua prophetes ille ſenex habitabat. * Quod cùm audiſſet propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait: Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum Domini, quod locutus eſt ei. * Dixitque ad filios ſuos: Sternite mihi aſinum. Qui cùm ſtrauiſſent, * & ille abiiſſet, inuenit cadauer eius proiectum in via, & aſinum & leonem ſtantes iuxta cadauer: non comedit leo de cadauere, nec læſit aſinum.
* Tulit ergo prophetes cadauer viri Dei, & poſuit illud ſuper aſinum, & reuerſus intulit in ciuitatem prophetæ ſenis vt plangeret eum. * Et poſuit cadauer eius in ſepulchro ſuo: & planxerũt eum: Heu heu mi frater. *Cumq; planxiſſent eum, dixit ad filios ſuos: Cùm mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. *Profectò enim veniet ſermo, quem prædixit in ſermone Domini cõtra altare quod in Bethel, & contra omnia fana excelſorum, quæ ſunt in vrbibus Samariæ. *Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſſima, ſed econtrario fecit de nouiſſimis populi ſacerdotes excelſorum: quicumque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum. *Et propter hanc cauſam peccauit domus Ieroboam, & euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

CAP. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. *Dixitque Ieroboam vxori ſuæ: Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quòd ſis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi eſt Ahias propheta, "qui locutus eſt mihi, quòd regnaturus eſſem ſuper populum hunc. *Tolle quoque in manu tua decem panes, & cruſtulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipſe enim indicabit tibi quid euenturum ſit puero

huic. *Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: & conſurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ ſenectute. * Dixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboam ingreditur vt conſulat te ſuper filio ſuo qui ęgrotat. hæc & hæc loquêris ei. Cùm ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe quæ erat, * audiuit Ahias ſonitum pedum eius introeuntis per oſtium, & ait: Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuncius. *Vade, & dic Ieroboam: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael: * & ſcidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo: * ſed operatus es mala ſuper omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proieciſti poſt corpus tuum: *idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum in Iſrael: & mundabo reliquias domus Ieroboam, ſicut mundari ſolet fimus vſque ad purum. *Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabũt eos aues cæli: quia Dominus locutus eſt. *Tu igitur ſurge, & vade in domum tuam: & in ipſo introitu pedũ tuorum in vrbem, morietur puer, * & planget eum omnis Iſrael, & ſepeliet: iſte enim ſolus inferetur de Ieroboam in ſepulchrum, quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus à Domino Deo Iſrael, in domo Ieroboam.
* Conſtituit autem ſibi Dominus regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, & in hoc tempore: *& percutiet Dominus Deus Iſrael, ſicut moueri ſolet arundo in aqua: & euellet Iſrael de terra bona hac, quam dedit patribus eorũ, & ventilabit eos trans Flumen: quia fecerunt ſibi lucos, vt irritarent Dominum. *Et tradet Dominus Iſrael propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael. * Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abiit, & venit in Therſa: cumq; illa ingrederetur limen domus, puer mortuus eſt, * & ſepelierunt eum. Et planxit eum omnis Iſrael iuxta ſermonem Domini, quem locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ.
* Reliqua autem verborum Ieroboam, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael. *Dies autem, quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni ſunt: & dormiuit cum patribus ſuis: regnauitq; Nadab filius eius pro eo.
* "Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cùm regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnauit in Ieruſalem ciuitate, quam elegit Dominus vt poneret nomen ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomẽ autem matris eius Naama Ammanitis. * Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerũt eum ſuper omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis ſuis quę peccauerunt. *Ædificauerunt enim & ipſi ſibi aras, & ſtatuas, & lucos, ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam: * ſed & effeminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum Iſrael. * In quinto autẽ anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Ieruſalem, * & tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & vniuerſa diripuit: ſcuta quoq; aurea, quæ fecerat Salomon: *"pro quibus fecit rex Roboam ſcuta ærea, & tradidit ea in manũ ducum ſcutariorum, & eorum qui excubabant ante oſtium domus regis. *Cumque ingrederetur rex in domum Domini, portabãt ea qui prę-eundi habebãt officium: & poſtea reportabant ad armamentarium ſcutariorum.
* Reliqua autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda.
* Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. * Dormiuitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid: nomen autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

CAP. XV.

IGitur in octauo decimo anno regni Ieroboam filij Nabat, regnauit Abiam ſuper Iudam. *Tribus annis regnauit in Ieruſalem: "nomen matris eius Maacha filia Abeſſalom. *Ambulauitque in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat

ante eum : nec erat cor eius perfectum
cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid
patris eius. * Sed propter Dauid dedit ei 4
Dominus Deus suus lucernam in Ieru-
salem, vt suscitaret filium eius post eum,
& statueret Ierusalem: *eò quòd fecisset 5
Dauid rectum in oculis Domini,& non B
declinasset ab omnibus, quæ præceperat
*2.Reg.11 a.4 ei cũctis diebus vitę suę, excepto sermo-
ne Vriæ Hethæi. *Attamen bellum fuit 6
inter Roboam & Ieroboam, omni tem-
pore vitę eius. *Reliqua autẽ sermonum 7
Abiam, & omnia quæ fecit, nónne hæc
*2.Par.13 a.1 scripta sunt in Libro verborum dierum
regum Iuda? Fuitq; pręlium inter Abiam
& inter Ieroboam. *Et dormiuit Abiam 8
cum patribus suis, & sepelierunt eum in
*2.Par.14 a.1 ciuitate Dauid: "regnauitque Asa filius
eius pro eo. *In anno ergo vigesimo Ie- 9
roboam regis Israel regnauit Asa rex Iu-
da, * & quadraginta & vno anno regna- 10 F
uit in Ierusalem. Nomen matris eius Ma-
acha, filia Abessalom. * Et fecit Asa re- 11
ctum ante conspectũ Domini, sicut Da-
uid pater eius: * & abstulit effeminatos 12
de terra, purgãuitq; vniuersas sordes ido- C
lorum, quæ fecerant patres eius. * Insu- 13
per & Maacham matrem suam amouit,
ne esset princeps in sacris Priapi,& in lu-
co eius, quem consecrauerat: subuertitq;
specum eius, & confregit simulachrum
turpissimum, & combussit in Torrente
Cedron: *excelsa autem nõ abstulit. Ve- 14
rumtamen cor Asa perfectum erat cum
Domino cunctis diebus suis: * & intulit 15
ea, quæ sanctificauerat pater suus, & vo-
uerat, in domum Domini, argentum &
aurum, & vasa. *Bellum autem erat in- 16
ter Asa, & Baasa regem Israel, cunctis
*2.Par.16 a.1 diebus eorum. *" Ascendit quoque Baa- 17
sa rex Israel in Iudam, & ædificauit Ra-
ma, vt non posset quispiam egredi vel in-
gredi de parte Asa regis Iuda. * Tollens 18 G
itaque Asa omne argentum & aurum,
quod remãserat in thesauris domus Do-
mini, & in thesauris domus regiæ, dedit
illud in manus seruorum suorum: & mi-
sit ad Benadad filium Tabremon filij D
Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in
Damasco, dicens: * Fœdus est inter me 19
& te, & inter patrem meum & patrem
tuum: ideo misi tibi munera, argentum
& aurum: & peto vt venias, & irritum
facias fœdus, quod habes cum Baasa re-
ge Israel, & recedat à me. * Acquiescens 20 1
Benadad regi Asa, misit principes exer- A
citus sui in ciuitates Israel, & percusse- 2

runt Ahion, & Dan, & Abeldomum
Maacha, & vniuersam Cenneroth, om-
nem scilicet Terram Nephthali. *Quod 21
cùm audisset Baasa, intermisit ædificare
Rama, & reuersus est in Thersa. * Rex 22
E autem Asa nuncium misit in omnem
Iudam, dicens: Nemo sit excusatus. & tu-
lerunt lapides de Rama, & ligna eius,
quibus ædificauerat Baasa, & extruxit de
eis rex Asa Gabaa Beniamin, & Maspha.
*Reliqua autem omniũ sermonum Asa, 23
& vniuersæ fortitudines eius, & cuncta
quę fecit, & ciuitates quas extruxit, nón-
ne hæc scripta sunt in Libro verborum
dierum regum Iuda? Verumtamen in
tempore senectutis suę doluit pedes. *Et 24
dormiuit cum patribus suis, & sepultus
est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui.
Regnauitque Iosaphat filius eius pro *2.Par.17 a.1
eo. *Nadab verò filius Ieroboam regna- 25
uit super Israel anno secundo Asa regis
Iuda: regnauitque super Israel duobus
annis. *Et fecit quod malum est in con- 26
spectu Domini, & ambulauit in viis pa-
tris sui, & in peccatis eius, quibus pecca-
re fecit Israel. * Insidiatus est autem ei 27
Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, &
percussit eum in Gebbethon, quæ est
vrbs Philisthinorum: siquidem Nadab
& omnis Israel obsidebant Gebbethon.
* Interfecit ergo illum Baasa in anno 28
tertio Asa regis Iuda, & regnauit pro eo.
* Cumque regnasset, "percussit omnem 29 *Inf.22. f.23
domum Ieroboam: non dimisit ne vnam
quidem animam de semine eius, do-
nec deleret eum, iuxta verbum Domini,
quod locutus fuerat in manu serui sui *Sup.14. c.10
Ahiæ Silonitis, * propter peccata Iero- 30
boam, quę peccauerat, & quibus peccare
fecerat Israel: & propter delictum, quo
irritauerat Dominum Deũ Israel. *Re- 31
liqua autem sermonum Nadab, & om- G
nia quæ operatus est, nónne hæc scripta
sunt in Libro verborum dierum regum
Israel? *Fuitq; bellum inter Asa, & Baa- 32
sa regem Israel, cunctis diebus eorum.
* Anno tertio Asa regis Iuda, regnauit 33
Baasa filius Ahiæ, super omnem Israel,
in Thersa, viginti quattuor annis. * Et
fecit malum coram Domino, ambula- 34
uitque in via Ieroboam, & in peccatis
eius, quibus peccare fecit Israel.

CAP. XVI.

FActus est autem sermo Domini ad 1
Iehu filium Hanani contra Baasa, A
dicens: *Pro eo quòd exaltaui te de pul- 2

uere,

uere, & posui te ducem super populum
meum Israel, tu autem ambulasti in via
Ieroboam, & peccare fecisti populum
meum Israel, vt me irritares in peccatis
eorum: * ecce, ego demetam posteriora 3
Baasa, & posteriora domus eius: & fa-
ciam domum tuam sicut domum Iero-
*Sup.15. f.29 boam filij Nabat. *" Qui mortuus fuerit 4
de Baasa in ciuitate, comedent eum ca-
nes: & qui mortuus fuerit ex eo in regio-
*1.Par.16 a.1 ne, comedent eum volucres cæli. * Re- 5 B
liqua autem sermonum Baasa, & quæ-
cumque fecit, & prælia eius, nónne hæc
scripta sunt in Libro verborum dierum
regum Israel? *Dormiuit ergo Baasa cum 6
patribus suis, sepultusq; est in Thersa: &
regnauit Ela filius eius pro eo. *Cùm au- 7
tem in manu Iehu filij Hanani prophe-
tæ verbum Domini factum esset contra
Baasa, & contra domum eius, & contra
omne malum, quod fecerat coram Do-
mino, ad irritandũ eum in operibus ma-
nuum suarum, vt fieret sicut domus Ie-
roboam: ob hanc causam occidit eum,
hoc est, Iehu filium Hanani, prophetam.
* Anno vigesimosexto Asa regis Iuda, 8
regnauit Ela filius Baasa super Israel in
Thersa duobus annis. * Et rebellauit 9
contra eum seruus suus Zambri, dux
mediæ partis equitum: erat autem Ela in
Thersa bibens, & temulentus, in domo
*4.Reg.9. f.31 Arsa præfecti Thersa. *" Irruens ergo 10 C
Zambri, percussit & occidit eum, anno
vigesimo septimo Asa regis Iuda, & re-
gnauit pro eo. * Cumq; regnasset, & se- 11
disset super soliũ eius, percussit omnem
domum Baasa, & non dereliquit ex ea
mingentem ad parietem, & propinquos
& amicos eius. *Deleuitq; Zambri om- 12
nem domum Baasa, iuxta verbũ Domi-
ni, quod locutus fuerat ad Baasa in ma-
nu Iehu prophetæ, * propter vniuersa 13
peccata Baasa, & peccata Ela filij eius,
qui peccauerunt, & peccare fecerunt Is-
rael, prouocantes Dominũ Deum Israel
in vanitatibus suis. *Reliqua autem ser- 14
monum Ela, & omnia quæ fecit, nónne D
hæc scripta sunt in Libro verborum die-
rum regum Israel? * Anno vigesimo se- 15
ptimo Asa regis Iuda, regnauit Zambri
septem diebus in Thersa: porrò exercitus
obsidebat Gebbethon vrbem Philisthi-
norum. *Cumq; audisset rebellasse Zam- 16
bri, & occidisse regem, fecit sibi regẽ om-
nis Israel Amri, qui erat princeps militię
super Israel in die illa in castris. * Ascen- 17
dit ergo Amri, & omnis Israel cum eo, de

Gebbethon, & obsidebant Thersa. * Vi- 18
dens autem Zambri quòd expugnanda
esset ciuitas, ingressus est palatiũ, & suc-
cẽdit se cum domo regia: & mortuus est
*in peccatis suis, quæ peccauerat faciens 19
malum coram Domino, & ambulans in
via Ieroboam, & in peccato eius, quo fe-
cit peccare Israel. *Reliqua autẽ sermo- 20
E num Zambri, & insidiarum eius, & ty-
rãnidis, nónne hæc scripta sunt in Libro
verborum dierum regum Israel? * Tunc 21
diuisus est populus Israel in duas partes:
media pars populi sequebatur Thebni fi-
lium Gineth, vt constitueret eũ regem: &
media pars Amri. *Præualuit autem po- 22
pulus qui erat cum Amri, populo qui se-
quebatur Thebni filiũ Gineth: mortuus-
que est Thebni, & regnauit Amri. *Anno 23
trigesimo primo Asa regis Iuda, re-
gnauit Amri super Israel, duodecim an-
nis: in Thersa regnauit sex annis. *Emit- 24
que montẽ Samariæ à Somer duobus ta-
lentis argenti: & ędificauit eum, & voca-
uit nomẽ ciuitatis, quam extruxerat, no-
mine Semer domini montis, Samariam.
*Fecit autem Amri malum in conspectu 25
F Domini, & operatus est nequiter, super
omnes qui fuerunt ante eum. * Ambu- 26
lauitq; in omni via Ieroboam filij Nabat,
& in peccatis eius quibus peccare fecerat
Israel: vt irritaret Dominum Deum Is-
rael in vanitatibus suis. *Reliqua autem 27
sermonum Amri, & prælia eius quę ges-
sit, nónne hæc scripta sunt in Libro ver-
borum dierum regum Israel? * Dormi- 28
uitq; Amri cum patribus suis, & sepultus
est in Samaria: regnauitque Achab filius
eius pro eo. *Achab verò filius Amri re- 29
gnauit super Israel anno trigesimo octa-
uo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab fi-
lius Amri super Israel in Samaria viginti
& duobus annis. * Et fecit Achab filius 30
G Amri malum in conspectu Domini, su-
per omnes qui fuerunt ante eum. * Nec 31
suffecit ei vt ambularet in peccatis Iero-
boam filij Nabat: insuper duxit vxorem
Iezabel filiam Ethbaal regis Sidonio-
rum. Et abiit, & seruiuit Baal, & adora- 32
uit eum. *Et posuit aram Baal in templo
Baal, quod ædificauerat in Samaria, * & 33
plantauit lucum: & addidit Achab in
opere suo, irritans Dominum Deum Is-
rael, super omnes reges Israel qui fue-
runt ante eum. * " In diebus eius ædifica- 34 *Ios.6. d.26
uit Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram
primitiuo suo fundauit eam, & in Segub
nouissimo suo posuit portas eius: iuxta

verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Ioſue filij Nun.

CAP. XVII.

Eccl. 48. a. 1 Iac. 5. d. 17 ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba. * Et factum eſt verbum Domini ad eum, dicens: * Recede hinc, & vade contra Orientem, & abſcondere in Torrente carith, qui eſt contra Iordanem, * & ibi de torrente bibes: coruiſq; præcepi vt paſcant te ibi. * Abiit ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cumq; abiiſſet, ſedit in Torrente carith, qui eſt contra Iordanem. * Corui quoque deferebant ei panem & carnes manè, ſimiliter panem & carnes veſperi, & bibebat de torrẽte. * Poſt dies autem ſiccatus eſt torrens: non enim pluerat ſuper terram. * Factus eſt ergo ſermo Domini ad eũ, dicens: * Surge, & vade in Sarephta Sidoniorũ, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduę vt paſcat te. * Surrexit, & abiit in Sarephta. Cumque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam. * Cumq; illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua. * Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. * Ad quam Elias ait: Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: verumtamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcineritium panẽ paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies poſtea. * Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ. * Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipſe, & illa, & domus eius: & ex illa die * hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. * Factum eſt autem poſt hęc, ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortiſſimus, ita vt non remaneret in eo halitus. * Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? * Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de ſinu eius, & portauit in cænaculum vbi ipſe manebat, & poſuit ſuper lectulum ſuum. * Et clamauit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, etiam ne viduam, apud quam ego vtcumque ſuſtentor, afflixiſti vt interficeres filium eius? * Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius. * Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit. * Tulitq; Elias puerum, & depoſuit eum de cænaculo in inferiorem domum, & tradidit matri ſuæ, & ait illi: En viuit filius tuus. * Dixitq; mulier ad Eliam: Nunc in iſto cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt.

CAP. XVIII.

POſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam, in anno tertio dicens: Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. * Iuit ergo Elias, vt oſtenderet ſe Achab: erat autem fames vehemens in Samaria. * Vocauitq; Achab Abdiam diſpenſatorem domus ſuæ: Abdias autem timebat Dominum valde. * Nã cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abſcondit eos quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua. * Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terrã ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles, ſi fortè poſſimus inuenire herbam, & ſaluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant. * Diuiſeruntque ſibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram ſeorſum. * Cumque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognouiſſet eum, cecidit ſuper faciem ſuam, & ait: Num tu es, domine mi, Elias? * Cui ille reſpondit: Ego. Vade, & dic domino tuo: Adeſt Elias. * Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me ſeruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? * Viuit Dominus Deus tuus, quia non eſt gens aut regnum, quò non miſerit dominus meus te requirens: & reſpondentibus cunctis:

Non eſt hîc: adiurauit regna ſingula & gentes, eò quòd minimè reperirent. * Et nunc tu dicis mihi: Vade, & dic domino tuo: Adeſt Elias. * Cumq; receſſero à te, Spiritus Domini aſportabit te, in locum quem ego ignoro: & ingreſſus nunciabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: ſeruus autem tuus timet Dominum ab infantia ſua. * Numquid non indicatum eſt tibi domino meo, quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, quòd abſconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos, in ſpeluncis, & pauerim eos pane & aqua? * Et nunc tu dicis: Vade, & dic domino tuo: Adeſt Elias: vt interficiat me? * Et dixit Elias: Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum ſto, quia hodie apparebo ei. * Abiit ergo Abdias in occurſum Achab, & indicauit ei: venitq; Achab in occurſum Eliæ. * Et cùm vidiſſet eum, ait: Túne es ille, qui conturbas Iſrael? * Et ille ait: Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. * Verumtamen nunc mitte, & congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetaſque lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabel. * Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte Carmeli. * Accedens autem Elias ad omnem populum, ait: Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Et non reſpondit ei populus verbum. * Et ait rurſus Elias ad populum: Ego remanſi propheta Domini ſolus: propheræ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri ſunt. * Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cedentes, ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponãt: & ego faciam bouem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem non ſupponam. * Inuocate nomina deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus ait: Optima propoſitio. * Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures eſtis: & inuocate nomina deorum veſtrorum, ignemque non ſupponatis. * Qui cùm tuliſſent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de manè vſque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebantque altare quod fecerant. * Cumque eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. * Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis: donec perfunderentur ſanguine. * Poſtquam autem tranſiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes: * dixit Elias omni populo: Venite ad me. Et accedente ad ſe populo, curauit altare Domini, quod deſtructum fuerat. * Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicens: *Iſrael erit nomen tuum. * Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini: fecitq; aquęductum, quaſi per duas aratiunculas, in circuitu altaris, * & compoſuit ligna: diuiſitq; per membra bouem, & poſuit ſuper ligna, * & ait: Implete quattuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna. Rurſumque dixit: Etiam ſecundò hoc facite. Qui cùm feciſſent ſecundò, ait: Etiam tertiò idipſum facite. Feceruntque tertiò, * & currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt. * Cumq; iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedens Elias propheta, ait: Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. * Exaudi me Domine, exaudi me: vt diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus, & tu conuertiſti cor eorum iterum. * Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens. * Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. * Dixitque Elias ad eos: Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem ciſon, & interfecit eos ibi. * Et ait Elias ad Achab: Aſcẽde, comede, & bibe: quia ſonus multæ pluuię eſt. * Aſcendit Achab vt comederet & biberet:

Gen. 32. f. 28

Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, * & dixit ad puerum suum: Ascende, & prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quidquam. Et rursum ait illi: Reuertere septem vicibus. * In septima autem vice, Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascende, & dic Achab: Iunge currum tuum & descende, ne occupet te pluuia. * Cumque se verteret huc atque illuc, ecce cæli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Iezrahel: * & manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

Cap. xix.

NVnciauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quo modo occidisset vniuersos prophetas gladio. *Misitq; Iezabel nuncium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnius ex illis. *Timuit ergo Elias, & surgés abiit quocumque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, *& perrexit in desertũ, viam vnius diei. Cumque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum, quàm patres mei. *Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. *Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rursum obdormiuit. *Reuersusque est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitq; illi: Surge, comede: grandis enim tibi restat via. *Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb. *Cumq; venisset illuc, mansit in spelunca: & ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid hîc agis Elia? * At ille respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam. *Et ait ei: Egredere, & sta in monte coram Domino: & ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio: non in commotione Dominus, *& post commotionem ignis: non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis. * Quod cùm audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eum dicens: Quid hîc agis Elia? Et ille respondit: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam. *Et ait Dominus ad eum: Vade, & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum: cumque perueneris illuc, vnges Hazael regem super Syriam, * & Iehu filium Namsi vnges regem super Israel: Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, vnges prophetam pro te. * Et erit, quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu: & quicumq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliseus. * Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os, quod non adorauit eum osculans manus. *Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum. & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum. *Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait: Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei: Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi. * Reuersus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: consurgensque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

Cap. xx.

PORrò Benadad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos, & currus: & ascendens pugnabat cõtra Samariam, & obsidebat eam. *Mittensq; nuncios ad Achab regem Israel in ciuitatem * ait: Hæc dicit Benadad: Argentum tuum, & aurum tuum meum est: & vxores tuæ, & filij tui optimi, mei sunt. *Respondítque rex Israel: Iuxta verbum tuum, domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. * Reuertentesq; nuncij, dixerunt: Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te: Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. *Cras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum: & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent. * Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait: Animaduertite, & videte, quoniam insidietur nobis. misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento & auro: & non abnui. * Dixeruntque omnes maiores natu, & vniuersus populus, ad eum: Non audias, neque acquiescas illi. *Respondit itaque nunciis Benadad: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non possum. * Reuersíque nuncij retulerunt ei. Qui remisit, & ait: Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. * Et respondens rex Israel, ait: Dicite ei: Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus. *Factum est autem, cùm audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse & reges in vmbraculis, & ait seruis suis: Circumdate ciuitatem. Et circumdederunt eam. * Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel, ait ei: Hæc dicit Dominus: Certè vidisti omnem multitudinem hãc nimiam? ecce, ego tradam eam in manu tua hodie: vt scias, quia ego sum Dominus. *Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei: Hæc dicit Dominus: Per pedissequos principũ prouinciarum. Et ait: Quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu. *Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum: & recensuit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia: * & egressi sunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. * Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum in prima fronte. Misit itaque Benadad. Qui nunciauerunt ei, dicentes: Viri egressi sunt de Samaria. *Et ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: siue vt prælientur, viuos eos capite. * Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur: * & percussit vnusquisque virum, qui contra se veniebat: fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadad Rex Syriæ in equo cum equitibus suis. * Necnon egressus rex Israel percussit equos & currus, & percussit Syriam plaga magna. * (Accedens autem propheta ad regem Israel, dixit ei: Vade, & confortare, & scito, & vide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.) * Serui verò regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos: sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. *Tu ergo verbum hoc fac: Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: * & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundùm equos pristinos, & currus secundùm currus quos antè habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. *Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. * Porrò filij Israel recensiti sunt, & acceptis cibariis profecti ex aduerso, castraque metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram. (*Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Israel: Hæc dicit Dominus: Quia dixerunt Syri: Deus montium est Dominus, & non est Deus Vallium: dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus.) *Dirigebantq; septem diebus ex aduerso hi atque illi acies, septima autem die commissum est bellum: percusseruntq; filij Israel de Syris centum millia peditum in die vna. *Fugerunt autem qui remãserant in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus super viginti septem millia hominum, qui remanserant. Porrò Benadad fugiens ingressus est ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum. *dixeruntq; ei serui sui: Ecce, audiuimus quòd reges domus Israel clementes sint: ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. * Accinxerunt saccis lumbos suos,

suos,& posuerunt funiculos in capitibus suis,veneruntq; ad regem Israel,& dixerunt ei: Seruus tuus Benadad dicit: Viuat,oro te,anima mea. Et ille ait: Si adhuc viuit,frater meus est. * Quod acceperunt viri pro omine: & festinantes rapuerunt verbum ex ore eius,atque dixerunt: Frater tuus Benadad. Et dixit eis: Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad,& leuauit eum in currum suum. * Qui dixit ei: Ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam:& plateas fac tibi in Damasco,sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedi à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. *Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini:Percute me. At ille noluit percutere. *Cui ait:Quia noluisti audire vocé Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit. * Sed & alterum inueniens virum,dixit ad eum:Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. * Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione puluerís os & oculos suos. *Cumque rex transisset, clamauit ad regem,& ait: Seruus tuus egressus est ad præliandum cominus: cumq; fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit,erit anima tua pro anima eius,aut talentum argenti appendes. * Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem,subitò non comparuit. Et ait rex Israel ad eum: Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. *At ille statim abstersit puluerem de facie sua, & cognouit eum rex Israel,quòd esset de prophetis. * Qui ait ad eum: Hæc dicit Dominus:*Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. * Reuersus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

*Inf.22. f.38

Cap. xxi.

POst verba autem hæc, tempore illo vineæ erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariæ. *Locutus est ergo Achab ad Naboth,dicens: Da mihi vineã tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna est. * Cui respondit Naboth: Propitius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. * Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites,dicens:Non dabo tibi hereditatem patrum meorum. Et proiiciens se in lectulum suum, auertit faciẽ suam ad parietem,& non comedit panem. *Ingressa est autem ad eum Iezabel vxor sua, dixitque ei: Quid est hoc, vnde anima tua contristata est?& quare non comedis panem? * Qui respondit ei: Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam,accepta pecunia: aut,si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait:Non dabo tibi vineã meam. * Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius: Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel. Surge,& comede panem,& æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. *Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. * Litterarum autem hæc erat sententia: Prædicate ieiuniũ, & sedere facite Naboth inter primos populi,*& submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant: Benedixit Deum & regem: & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. *Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptũ erat in litteris quas miserat ad eos: *prædicauerũt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi. * Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum: at illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum & regem: quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. * Miseruntque ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. *Factum est autem,cùm audisset Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta est ad Achab: Surge, & posside vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia:nõ enim viuit Naboth,sed mortuus est. *Quod cũ audisset Achab,mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descendebat

scendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ,vt possideret eam. *Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: *Surge,& descẽde in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descẽdit, vt possideat eam: * & loquêris ad eum,dicens: Hæc dicit Dominus:Occidisti,insuper & possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit Dominus: *In loco hoc,in quo linxerũt canes sanguinem Naboth,lambent quoque sanguiné tuum. *Et ait Achab ad Eliam: Num inuenisti me inimicũ tibi? Qui dixit: Inueni,eò quòd venundatus fis, vt faceres malũ in conspectu Domini. *Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem,& clausum & vltimum in Israel. * Et dabo domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabat,& sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti, vt me ad iracundiam prouocares,& peccare fecisti Israel.* Sed & de Iezabel locutus est Dominus,dicẽs: Canes comedẽt Iezabel in agro Iezrahel: *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro,comedent eum volucres cæli. * Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est vt faceret malum in conspectu Domini: cõcitauit enim eum Iezabel vxor sua,*& abominabilis factus est, in tantum vt sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel. * Itaque cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. * Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten,dicens:*Nónne vidisti humiliatum Achab coram me?quia igitur humiliatus est mei causa,non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

*Inf.22. f.38

*4.Reg.9. f.8

*3.Reg.15. f.29 *3.Reg.16. f.3 *4.Reg.9. f.36

*4.Reg.9. f.26

Cap. xxii.

TRansierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam & Israel. *In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. (*Dixitque rex Israel ad seruos suos: Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?)*Et ait ad Iosaphat: Veniésne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? *Dixitque Iosaphat ad regem Israel:Sicut ego sum, ita & tu:populus meus,& populus tuus, vnum sunt: & equites mei, equites tui. Dixitq; Iosaphat ad regem Israel: Quære, oro te, hodie sermonem Domini. * Congregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum,an quiescere? Qui responderunt: Ascende,& dabit eam Dominus in manu regis. *Dixit autem Iosaphat:Non est hîc propheta Domini quispiã, vt interrogemus per eum? * Et ait rex Israel ad Iosaphat:Remãsit vir vnus,per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum,sed malum,Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait: Ne loquaris ita rex. * Vocauit ergo rex Israel eunuchũ quendã,& dixit ei:Festina adducere Michæam filium Iemla. *Rex autem Israel,& Iosaphat rex Iuda, sedebant vnusquisque in solio suo, vestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in cõspectu eorum. * Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam,donec deleas eam. *Omnesq; prophetæ similiter prophetabant,dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. *Nuncius verò,qui ierat vt vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant:sit ergo sermo tuus similis eorum,& loquere bona.*Cui Michæas ait: Viuit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus,hoc loquar. *Venit itaque ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum,an cessare? Cui ille respondit: Ascende,& vade prosperè,& tradet eam Dominus in manus regis. *Dixit autem rex ad eum: Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini. * Et ille ait: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. & ait Dominus: Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. (* Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat:Numquid non dixi tibi,quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?) * Ille verò addens, ait: Propterea audi sermonem Domini: Vidi Dominum sedentem super solium suum,& omnem exercitum cæli assistentem

*3.Par.18. f.1

sistentem ei à dextris & à sinistris: *& ait 10
Dominus : Quis decipiet Achab regem
Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth
Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemo-
di,& alius aliter.*Egressus est autem spi- 21
ritus,& stetit coram Domino,& ait:Ego
decipiam illum. Cui locutus est Domi-
nus:In quo? * Et ille ait:Egrediar,& ero 22
spiritus mendax in ore omnium prophe- D
tarum eius. Et dixit Dominus:Decipies,
& prævalebis:egredere,& fac ita. *Nunc 23
igitur ecce dedit Dominus spiritũ men-
dacij in ore omnium prophetarum tuo-
rum, qui hîc sunt, & Dominus locutus
est contra te malum.*Accessit autem Se- 24
decias filius Chanaana, & percussit Mi-
chæam in maxillam,& dixit: Méne ergo
dimisit Spiritus Domini, & locutus est
tibi? * Et ait Michæas: Visurus es in die 25
illa,quando ingredieris cubiculum, intra
cubiculum vt abscondaris. * Et ait rex 26
Israel:Tollite Michęam,& maneat apud
Amon principem ciuitatis, & apud Ioas
filium Amelech, * & dicite eis:Hæc dicit 27
rex: Mittite virum istum in carcerem, &
sustentate eum pane tribulationis, &
aqua angustiæ, donec reuertar in pace.
*Dixitque Michæas:Si reuersus fueris in 28
pace, non est locutus in me Dominus.
Et ait: Audite populi omnes. *Ascendit 29
itaque rex Israel,& Iosaphat rex Iuda,in
Ramoth Galaad. * Dixit itaque rex Is- 30
rael ad Iosaphat: Sume arma,& ingrede-
re prælium,& induere vestibus tuis.por-
rò rex Israel mutauit habitum suum, &
ingressus est bellum. * Rex autem Syriæ 31
præceperat principibus curruum trigin- E
ta duobus,dicens: Non pugnabitis con-
tra minorem & maiorem quempiam,
nisi contra regem Israel solum. * Cùm 32
ergo vidissent principes curruum Iosa-
phat, suspicati sunt quòd ipse esset rex
Israel, & impetu facto pugnabant con-
tra eum: & exclamauit Iosaphat.*Intel- 33
lexeruntq; principes curruum quòd non
esset rex Israel,& cessauerunt ab eo. *Vir 34
autem quidam tetendit arcum, in incer-
tum sagittam dirigens, & casu percussit
regem Israel inter pulmonem & stoma-
chum. At ille dixit aurigę suo:Verte ma-
num tuam, & eiice me de exercitu, quia
grauiter vulneratus sum. * Commissum 35
est ergo prælium in die illa, & rex Israel
stabat in curru suo contra Syros,& mor-
tuus est vespere: fluebat autem sanguis
plagæ in sinum curtus, * & præco inso- 36
nuit in vniuerso exercitu antequam sol
occumberet,dicens: Vnusquisque reuer-
tatur in ciuitatem, & in terram suam.
* Mortuus est autem rex, & perlatus est 37
in Samariam: sepelieruntque regem in
Samaria, * & "lauerunt currum eius in 38 *Sup.22.
F piscina Samariæ, & linxerunt canes san- ℣.38
guinem eius, & habenas lauerunt, iuxta
verbum Domini quod locutus fuerat.
* Reliqua autem sermonum Achab, & 39
vniuersa quæ fecit, & domus eburnea
quam ædificauit, cunctarumque vrbium
quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in
Libro sermonum dierum regum Israel?
* Dormiuit ergo Achab cum patribus 40
suis, & regnauit Ochozias filius eius pro
eo.*Iosaphat verò filius Asa regnare cœ- 41
perat super Iudam anno quarto Achab
regis Israel.*Triginta quinque annorum 42
erat cùm regnare cœpisset, & viginti-
quinque annis regnauit in Ierusalem:
nomen matris eius Azuba filia Salai.*Et 43
ambulauit in omni via Asa patris sui, &
non declinauit ex ea : fecitque quod re-
ctum erat in conspectu Domini. * Ve- 44
rumtamen excelsa non abstulit: adhuc
enim populus sacrificabat, & adolebat
incensum in excelsis.*Pacemque habuit 45
Iosaphat cum rege Israel. * Reliqua au- 46
G tem verborum Iosaphat, & opera eius,
quæ gessit, & prælia, nónne hæc scripta
sunt in Libro verborum dierum regum
Iuda? *Sed & reliquias effeminatorum, 47
qui remanserant in diebus Asa patris
eius,abstulit de terra. *Nec erat tunc rex 48
constitutus in Edom. * Rex verò Iosa- 49
phat fecerat classes in mari, quæ nauiga-
rent in Ophir propter aurum: & ire non
potuerunt,quia confractę sunt in Asion-
gaber. *Tunc ait Ochozias filius Achab 50
ad Iosaphat: Vadant serui mei cum ser-
uis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat.
* Dormiuitq; Iosaphat cũ patribus suis, 51
& sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid
patris sui : regnauitque Ioram filius eius
pro eo. * Ochozias autem filius Achab 52
regnare cœperat super Israel in Samaria,
anno septimodecimo Iosaphat regis Iu-
da, regnauitque super Israel duobus an-
nis. * Et fecit malum in conspectu Do- 53
mini, & ambulauit in via patris sui &
matris suæ, & in via Ieroboam filij Na-
bat, qui peccare fecit Israel. * Seruiuit 54
quoque Baal, & adorauit eum, & irri-
tauit Dominum Deum Israel,iuxta om-
nia quæ fecerat pater eius.

LIBER REGVM QVARTVS,

SECVNDVM HEBRÆOS

MALACHIM SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

PRÆVARICATVS est autem Moab in Is- 1 A
rael, postquã mortuus est Achab. * Ceciditque 2
Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, & ægrotauit: misitque nuncios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, vtrùm viuere queam de infirmitate mea hac. * Angelus autem 3
Domini locutus est ad Eliam Thesbiten,dicens:Surge, & ascẽde in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos:Numquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? * Quam ob rem hæc dicit 4
Dominus: De lectulo, super quẽ ascendisti, non descẽdes, sed morte morieris. Et abiit Elias.* Reuersiq.sunt nuncij ad 5
Ochoziam. Qui dixit eis:Quare reuersi B
estis?* At illi respondẽrũt ei:Vir occur- 6
rit nobis, & dixit ad nos: Ite, & reuertimini ad regem, qui misit vos, & dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid,quia non erat Deus in Israel, mittis vt cõsulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo,super quem ascendisti, nõ descendes,sed morte morieris. * Qui dixit 7
eis : Cuius figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? * At illi dixerunt : Vir pilosus, & 8
zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est. * Misitque ad eum 9
quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum : sedentique in vertice montis,ait:Homo Dei,rex pręcepit vt descẽ- 10
C das.* Respondensque Elias, dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te,& quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cælo,& deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. * Rursumq.misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi:Homo Dei,hęc dicit rex: 11
Festina, descende. * Respondens Elias 12
ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cęlo, & deuorauit illũ, & quinquaginta eius.
* Iterum misit principẽ quinquagena- 13
rium tertium,& quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait: Homo Dei,noli despicere animã meam, & animas seruorum tuorum qui 14
mecum sunt. * Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos
D qui cum eis erant : sed nunc obsecro vt 15
miserearis animæ meæ. * Locutus est autẽ Angelus Domini ad Eliam,dicens: Descende cũ eo,ne timeas. Surrexit igi- 16
tur, & descendit cum eo ad regẽ,* & locutus est ei : Hæc dicit Dominus: Quia misisti nũcios ad consulendũ Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel,à quo posses interrogare sermonẽ, ideo de lectulo, super quem ascendisti, 17
nõ descẽdes, sed morte morieris.* Mortuus est ergo iuxta sermonem Domini, quẽ locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ: non enim ha-

bebat filium. * Reliqua autem verborum 18
Ochoziæ, quæ operatus est, nónne hæc
scripta sunt in Libro sermonum dierum
egum Israel?

CAP. II.

FActum est autem, cùm leuare vellet 1
Dominus Eliam per turbinem in A
cælum, ibant Elias & Eliseus de Galga-
lis. * Dixitq. Elias ad Eliseum: Sede hîc, 2
quia Dominus misit me vsq; in Bethel.
Cui ait Eliseus: Viuit Dominus, & viuit
anima tua, quia non derelinquam te.
Cumque descendissent Bethel, * egressi 3
sunt filij prophetarum, qui erant in Be-
thel, ad Eliseum, & dixerũt ei: Numquid
nosti, quia hodie Dominus tollet domi-
num tuum à te? Qui respondit: Et ego
noui: silete. * Dixit autem Elias ad Eli- 4
seum: Sede hîc, quia Dominus misit me
in Iericho. Et ille ait: Viuit Dominus, &
viuit anima tua, quia non derelinquã te.
Cumq. venissent Iericho, * accesserunt 5
filij prophetarum, qui erant in Iericho,
ad Eliseum, & dixerunt ei: Nũquid nosti
quia Dominus hodie tollet dominum
tuũ à te? Et ait: Et ego noui: silete. * Di- 6
xit autem ei Elias: Sede hîc, quia Domi-
nus misit me vsq; ad Iordanem. Qui ait: B
Viuit Dominus, & viuit anima tua,
quia non derelinquam te. Ierunt igitur
ambo pariter, * & quinquaginta viri de 7
filiis prophetarum secuti sunt eos, qui
& steterunt econtra, longè: illi autem
ambo stabant super Iordanem. * Tulitq. 8
Elias pallium suum, & inuoluit illud, &
percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtrã-
que partem, & transierunt ambo per sic-
cum. * Cumque transissent, Elias dixit 9
ad Eliseum: Postula quod vis vt faciam
tibi, antequã tollar à te. Dixitq. Eliseus:
Obsecro vt fiat in me duplex spiritus
tuus. * Qui respondit: Rem difficilẽ po- 10
stulasti: attamen si videris me, quando 1
tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem A
non videris, non erit. * Cumq. perge- 11
rent, & incedentes sermocinarentur, ec-
ce currus igneus, & equi ignei diuisérũt
vtrumque: & " ascendit Elias per tur- *2. Mac. 2. c. 58 Eccl. 48. b. 13
binem in cælum, * Eliseus autem vide- 12 3
bat, & clamabat: Pater mi, pater mi, cur- C
rus Israel, & auriga eius. Et non vidit eũ
ampliùs: apprehenditq. vestimenta sua, 4
& scidit illa in duas partes. * Et leuauit 13
palliũ Elię, quod ecciderat ei: reuersusq.
stetit super ripam Iordanis, * & pallio 14 5
Eliæ, quod ecciderat ei, percussit aquas,

quod

& non sunt diuisæ. & dixit: Vbi est Deus
Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas, &
diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit
Eliseus. * Videntes autem filij prophe- 15
tarum, qui erant in Iericho econtra, di-
xerunt: Requieuit spiritus Eliæ super
Eliseum. Et veniẽtes in occursum eius,
adorauerunt eum proni in terram, * di- 16
xeruntq. illi: Ecce, cum seruis tuis sunt
quinquaginta viri fortes, qui possunt
ire, & quærere dominum tuum, ne fortè
tulerit eum Spiritus Domini, & proie-
cerit eũ in vnum montium, aut in vnam
vallium. Qui ait: Nolite mittere. * Coë- 17
geruntq. eum, donec acquiesceret, & di-
ceret: Mittite. Et miserũt quinquaginta
viros: qui cùm quæsissent tribus diebus,
non inuenerunt. * Et reuersi sunt ad eũ: 18
D at ille habitabat in Iericho, & dixit eis:
Nũquid non dixi vobis: Nolite mittere?
* Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eli- 19
seum: Ecce habitatio ciuitatis huius op-
tima est, sicut tu ipse domine perspicis:
sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis.
* At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & 20
mittite in illud sal. Quod cũ attulissent,
* egressus ad fontem aquarum, misit in 21
illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sa-
naui aquas has, & non erit vltrà in eis
mors, neq; sterilitas. * Sanatæ sunt ergo 22
aquæ vsq; in diem hãc, iuxta verbũ Eli-
sei, quod locutus est. * Ascendit autẽ in- 23
de in Bethel: cumq. ascẽderet per viam,
pueri parui egressi sunt de ciuitate, & il-
ludebant ei, dicẽtes: Ascẽde calue, ascen-
de calue. * Qui cùm respexisset, vidit eos, 24
& maledixit eis in nomine Domini: e-
gressiq. sunt duo vrsi de saltu, & lacera-
uerunt ex eis quadraginta duos pueros.
* Abiit autem inde in montem Carme- 25
li, & inde reuersus est in Samariam.

CAP. III.

IOram verò filius Achab regnauit su- 1
per Israel in Samaria anno decimo o- A
ctauo Iosaphat regis Iudæ. Regnauit-
que duodecim annis. * Et fecit malum 2
coram Domino, sed nõ sicut pater suus
& mater: tulit enim statuas Baal, quas
fecerat pater eius. * Verumtamẽ in pec- 3
catis Ieroboam filij Nabat, qui peccare
fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.
* Porrò Mesa rex Moab, nutriebat pe- 4
cora multa, & soluebat regi Israel centũ
millia agnorũ, & centum millia arietũ,
cum velleribus suis. * Cumq. mortuus 5
fuisset Achab, prænaricatus est fœdus,

quod habebat cum rege Israel. * Egressus 6
est igitur rex Ioram in die illa de Sama-
ria, & recensuit vniuersum Israel. * Mi- 7
sitque ad Iosaphat regem Iuda, dicens:
Rex Moab recessit à me, veni mecũ con-
tra eum ad pręliũ. Qui respondit: Ascen-
dam: qui meus est, tuus est: populus
meus, populus tuus; & equi mei, equi
tui. * Dixitque: Per quam viam ascende- 8
mus? At ille respondit: Per desertũ Idu-
mææ. * Perrexerunt igitur, rex Israel, & 9
rex Iuda, & rex Edom, & circuierũt per B
viam septem dierum, nec erat aqua ex-
ercitui, & iumẽtis quę sequebantur eos.
* Dixitq. rex Israel: Heu heu heu, con- 10
gregauit nos Dominus tres reges, vt tra-
deret in manus Moab. * Et ait Iosaphat: 11
Est ne hîc propheta Domini, vt deprece-
mur Dominũ per eum? Et respondit vn-
us de seruis regis Israel: Est hîc Eliseus
filius Saphat, qui fundebat aquam super
manus Eliæ. * Et ait Iosaphat: Est apud 12
eum sermo Domini. Descẽditq. ad eum
rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, & rex
Edom. * Dixit autem Eliseus ad regem 13
Israel: Quid mihi & tibi est? vade ad pro-
phetas patris tui, & matris tuę. Et ait il-
li rex Israel: Quare congregauit Domi-
nus tres reges hos, vt traderet eos in
manus Moab? * Dixitq. ad eũ Eliseus: 14
Viuit Dominus exercituũ, in cuius con-
spectu sto, quòd si nõ vultum Iosaphat
regis Iudæ erubescerẽ, non attendissem
quidem te, nec respexissem. * Nunc au- 15
tẽ adducite mihi psaltem. Cumq. cane- C
ret psaltes, facta est super eũ manus Do-
mini, & ait: * Hæc dicit Dominus: Fa- 16
cite alueum torrẽtis huius fossas & fos-
sas. * Hęc enim dicit Dominus: Non vi- 17
debitis ventum, neque pluuiam: & al-
ueus iste replebitur aquis, & bibetis vos,
& familiæ vestræ, & iumẽta vestra. * Pa- 18
rumque est hoc in conspectu Domini:
insuper tradet etiã Moab in manus ve-
stras. * Et percutietis omnem ciuitatem 19
munitam, & omnem vrbem electam, &
vniuersum lignum fructiferum succide-
tis, cunctosque fontes aquarum obtura-
bitis, & omnem agrum egregium ope-
rietis lapidibus. * Factum est igitur ma- 20
ne, quãdo sacrificium offerri solet, & ec-
ce, aquæ veniebant per viam Edom, &
repleta est terra aquis. * Vniuersi autem 21
Moabitæ, audientes quòd ascendissent
reges vt pugnarent aduersum eos, con-
uocauerunt omnes qui accincti erãt bal-
teo desuper, & steterunt in terminis.

* Primoque mane surgentes, & orto iam 22
sole ex aduerso aquarum, viderunt Moa-
bitæ econtrà aquas rubras quasi sangui-
nem, * dixeruntque: Sanguis gladij est: 23
D pugnaueruut reges cõtra se, & cæsi sunt
mutuò: nunc perge ad prædam Moab.
* Perrexeruntq. in castra Israel: porrò 24
consurgens Israel, percussit Moab: at illi
fugerunt coram eis. Venerũt igitur qui
vicerant, & percusserunt Moab, * & ci- 25
uitates destruxerunt: & omnem agrum
optimum, mittentes singuli lapides, re-
pleuerunt: & vniuersos fontes aquarum
obturauerunt: & omnia ligna fructifera
succiderunt, ita vt muri tantùm fictiles
remanerent: & circumdata est ciuitas à
fundibulariis, & magna ex parte percus-
sa. * Quod cùm vidisset rex Moab, præ- 26
ualuisse scilicet hostes, tulit secũ septin-
gentos viros educentes gladium, vt ir-
rumperent ad regem Edom: & non po-
tuerunt. * Arripiensq; filium suum pri- 27
mogenitum, qui regnaturus erat pro eo,
obtulit holocaustum super murum: &
facta est indignatio magna in Israel, sta-
timque recesserunt ab eo, & reuersi sunt
in terram suam.

CAP. IIII.

MVlier autem quædam de vxoribus 1
prophetarum clamabat ad Eliseũ, A
dicens: Seruus tuus vir meus mortuus
est, & tu nosti quia seruus tuus fuit ti-
mens Dominum: & ecce creditor venit
vt tollat duos filios meos ad seruiendum
sibi. * Cui dixit Eliseus: Quid vis vt fa- 2
ciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo
tua? At illa respondit: Non habeo ancil-
la tua quidquam in domo mea, nisi pa-
rum olei, quo vngar. * Cui ait: Vade, pe- 3
te mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa
vacua non pauca. * Et ingredere, & clau- 4
de ostium tuum, cùm intrinsecus fueris
tu, & filij tui: & mitte inde in omnia va-
sa hæc: & cùm plena fuerint, tolles. * Iuit 5
itaq; mulier, & clausit ostium super se, &
super filios suos: illi offerebãt vasa, & illa
infundebat. * Cumq. plena fuissent vasa, 6
dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc
vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetit-
que oleum. * Venit autem illa, & in- 7
B dicauit homini Dei. Et ille, Vade, in-
quit, vende oleum, & redde creditori
tuo: tu autem, & filij tui viuite de reli-
quo. * Facta est autem quædam dies, & 8
transibat Eliseus per Sunam: erat au-
tem ibi mulier magna, quæ tenuit eũ vt

comederet panem: cumque frequenter inde trāsiret, diuertebat ad eam vt comederet panem. * Quæ dixit ad virum 9
suum: Animaduerto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. * Faciamus ergo ei cœnaculum 10
paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. * Facta 11
est ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. * Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidem istā. Qui cùm vocasset eam, & illa stetisset coram eo, * dixit ad pue- 13
rum suum: Loquere ad eam: Ecce, sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? nūquid habes negotium, & vis vt loquar regi, siue principi militiæ? Quæ respōdit: In medio populi mei C
habito. * Et ait: Quid ergo vult vt faciā 14
ei? Dixitque Giezi: Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius senex est.
* Præcepit itaq; vt vocaret eā: quæ cùm 15
vocata fuisset, & stetisset ante ostiū, * di- 16
xit ad eam: In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium. At illa respondit: Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri
ancillæ tuæ. * Et concepit mulier, & pe- 17
perit filium, in tempore, & in hora eadem, qua dixerat Eliseus. * Creuit autem 18
puer. Et cùm esset quædā dies, & egressus isset ad patrem suum, ad messores,
* ait patri suo: Caput meum doleo, ca- 19
put meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrē suam. * Qui 20
cùm tulisset, & duxisset eum ad matrem D
suam, posuit eum illa super genua sua
vsque ad meridiem, & mortuus est.
* Ascendit autem, & collocauit eum su- 21
per lectulū hominis Dei, & clausit ostiū: & egressa, * vocauit virum suum, & ait: 22
Mitte mecum, obsecro, vnum de pueris, & asinam, vt excurram vsque ad hominem Dei, & reuertar. * Qui ait illi: 23
Quam ob causam vadis ad eum? hodie G
non sunt Calendæ, neque Sabbatum.
Quæ respondit: Vadam. * Strauitq. asi- 24
nam, & præcepit puero: Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. * Profecta 25
est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: cumq. vidisset eam vir Dei
e contra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. * Vade ergo in occur- 26
sum eius, & dic ei: Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium 27
tuum? Quæ respondit: Rectè. * Cumque
venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: & accessit Giezi vt
E amoueret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non 28
indicauit mihi. * Quæ dixit illi: Nūquid petiui filium à domino meo? numquid
non dixi tibi: Ne illudas me? * Et ille ait 29
ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum:
& si salutauerit te quispiam, nō respondeas illi: & pones baculum meum super
faciem pueri. * Porrò mater pueri ait: 30
Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus
est eam. * Giezi autem præcesserat ante 31
eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus: reuersusque est in occursum eius, & nunciauit ei, dicens: Non surrexit puer. * In- 32
gressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius:
* ingressusque clausit ostium super se, & 33
super puerum: & orauit ad Dominum.
* Et ascendit, & incubuit super puerum: 34
F posuitq. os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eū, & calefacta est caro pueri. * At ille re- 35
uersus, deambulauit in domo, semel huc atq; illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitq.
oculos. * At ille vocauit Giezi, & dixit ei: 36
Voca Sunamitidē hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium
tuū. * Venit illa, & corruit ad pedes eius, 37
& adorauit super terram: tulitq. filium suum, & egressa est, * & Eliseus reuersus 38
est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetārum habitabant coram eo. dixitque vni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmētum
filiis prophetarum. * Et egressus est vnus 39
G in agrū vt colligeret herbas agrestes: inuenitq. quasi vitem siluestrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus concidit in
ollam pulmenti: nesciebat enim quid
esset. * Infuderunt ergo sociis, vt come- 40
derent: cumque gustassent de coctione, clamauerunt, dicentes: Mors in olla vir
Dei. Et non potuerunt comedere. * At 41
ille, Afferte, inquit, farinam. Cumq. tulissent, misit in ollā, & ait: Infunde tūrbæ, vt comedant. Et non fuit ampliùs

quidquam

quidquam amaritudinis in olla. * Vir au- 42
tem quidam venit de Baalsalisa deferens
viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum
in pera sua. At ille dixit: Da populo, vt
comedat. * Respondit que ei minister 43
eius: Quantum est hoc, vt apponam centum viris? Rursum ille ait: Da populo,
vt comedat: hæc enim dicit Dominus:
Comedent, & supererit. * Posuit itaque 44
coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum Domini.

CAP. V.

NAaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim 1
dedit Dominus salutē Syriæ: erat autem A
vir fortis & diues, sed leprosus. * Porrò 2
de Syria egressi fuerāt latrunculi, & captiuam duxerant de Terra Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris
Naaman, * quæ ait ad dominā suam: Vti- 3
nā fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra, quam habet. * Ingressus est itaque 4
Naaman ad dominū suum, & nunciauit
ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de
Terra Israel. * Dixitque ei rex Syriæ: Va- 5
de, & mittam litteras ad regē Israel. Qui B
cùm profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos,
& decem mutatoria vestimētorum, * de- 6
tulit litteras ad regem Israel, in hæc verba: Cùm acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum
meum, vt cures eum à lepra sua. * Cum- 7
que legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, & ait: Numquid Deus ego
sum, vt occidere possim, & viuificare,
quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? animaduertite, & videte
quòd occasiones quærat aduersum me.
* Quod cùm audisset Eliseus vir Dei, sci- 8
disse videlicet regem Israel vestimenta C
sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. * Venit ergo 9
Naaman cum equis & curribus, & stetit
ad ostium domus Elisei: * misitque ad 10
eum Eliseus nuncium, dicens: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet
sanitatem caro tua, atque mundaberis.
* Iratus Naaman recedebat, dicens: Pu- 11
tabam quòd egrederetur ad me, & stans
inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & cu- 12
raret me. * Numquid non meliores sunt
Abana & Pharphar, fluuij Damasci, D
omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder? Cùm ergo vertisset se, & abi- 13
ret indignans, * accesserūt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rē grandē dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit
tibi: Lauare, & mundaberis? * [a] De- 14 [a] Luc. 4. c. 27
scendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, & restituta est
caro eius, sicut caro pueri paruuli, &
mundatus est. * Reuersusque ad virum 15
Dei cum vniuerso comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi
tantùm in Israel. Obsecro itaque vt ac- 16
cipias benedictionem à seruo tuo. * At
E ille respondit: Viuit Dominus, ante
quem sto, quia non accipiam. Cumque
vim faceret, penitùs non acquieuit. * Di- 17
xitque Naaman: Vt vis: sed, obsecro, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus
duorum burdonum de terra: non enim
faciet vltrà seruus tuus holocaustum
aut victimam diis alienis, nisi Domino.
* Hoc autem solum est, de quo deprece- 18
ris Dominum pro seruo tuo, quando
ingredietur dominus meus templum
Remmon, vt adoret, & illo innitente
super manū meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo
tuo pro hac re. * Qui dixit ei: Vade in 19
pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore. * Dixitque Giezi puer viri Dei: 20
F Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit:
viuit Dominus, quia curram post eum,
& accipiam ab eo aliquid. * Et secutus est 21
Giezi post tergū Naaman: quem cùm vidisset ille currentē ad se, desiliit de curru
in occursum eius, & ait: Recténe sunt
omnia? * Et ille ait; Rectè. dominus 22
meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte
Ephraim, ex filiis prophetarum: da eis
talentum argenti, & vestes mutatorias
duplices. * Dixitq. Naaman: Melius est 23
vt accipias duo talenta. Et coëgit eum, ligauitq. duo talenta argenti in duobus
saccis, & duplicia vestimenta, & impo-
suit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. * Cumq. venisset iam ve- 24
G speri, tulit de manu eorum, & reposuit in
domo, dimisitq. viros, & abierunt. * Ipse 25
autem ingressus, stetit coram domino

suo. Et dixit Eliseus: Vnde venis Giezi? Qui respondit: Nō iuit seruus tuus quoquam. * At ille ait: Nónne cor meum in
26 prę̃senti erat, quando reuersus est homo
de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, &
27 boues, & seruos, & ancillas. * Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, vsque in sempiternum. Et egressus
est ab eo leprosus quasi nix.

CAP. VI.

DIxerunt autem filij prophetarum 1
ad Eliseum: Ecce locus, in quo ha- A
bitamus coram te, angustus est nobis.
* Eamus vsque ad Iordanem, & tollant 2
singuli de silua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitādum.
Qui dixit: Ite. * Et ait vnus ex illis: Veni 3
ergo & tu cum seruis tuis. Respondit:
Ego veniam. * Et abiit cum eis. Cumque 4
venissent ad Iordanem, cædebant ligna.
* Accidit autem, vt cùm vnus materiam 5
succidisset, caderet ferrum securis in a-
quam: exclamauitque ille, & ait: Heu
heu heu domine mi, & hoc ipsum mu-
tuò acceperam. * Dixit autem homo 6
Dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei B
locum. Precîdit ergo lignum, & misit illuc: natauitq. ferrum, * & ait: Tolle. Qui 7
extendit manum, & tulit illud. * Rex 8
autem Syriæ pugnabat cōtra Israel, consiliumque iniit cum seruis suis, dicens:
In loco illo & illo ponamus insidias.
* Misit itaque vir Dei ad regem Israel, 9
dicens: Caue ne trāseas in locum illum:
quia ibi Syri in insidiis sunt. * Misit ita- 10
que rex Israel ad locum quem dixerat ei
vir Dei, & præoccupauit eum, & obser-
uauit se ibi non semel neque bis. * Con- 11
turbatumque est cor regis Syriæ pro hac
re: & conuocatis seruis suis, ait: Quare
non indicatis mihi quis proditor mei
sit apud regē Israel? * Dixitq. vnus ser- 12
uorum eius: Nequaquam domine mi C
rex, sed Eliseus propheta, qui est in Is-
rael, indicat regi Israel omnia verba
quæcumq; locutus fueris in cōclaui tuo.
* Dixitq. eis: Ite, & videte vbi sit: vt mit- 13
tam, & capiam eum. Annunciauerunt-
ei, dicentes: Ecce in Dothan. * Misit er- 14
go illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cùm venissent nocte, circúdederunt ciuitatem. * Consurgens autem 15
diluculò minister viri Dei, egressus, vidit
exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nunciauitq. ei, dicēs: Heu heu 16
heu domine mi, quid faciemus? * At ille
respondit: Noli timere: plures enim no-
biscum sunt, quàm cum illis. * Cumque 17
D
orasset Eliseus, ait: Domine, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons
plenus equorum, & curruum igneorum,
18 in circuitu Elisei. * Hostes verò descenderunt ad eum: porrò Eliseus orauit ad
Dominum, dicēs: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitq. eos Do-
minus, ne viderent, iuxta verbum Elisei.
19 * Dixit autem ad eos Eliseus: Non est
hæc via, neque ista est ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis virum quem
quæritis. Duxit ergo eos in Samariam:
20 * cumque ingressi fuissent in Samariam,
dixit Eliseus: Domine aperi oculos istorum, vt videant. Aperuitq. Dominus o-
culos eorū, & viderunt se esse in medio
21 Samarię. * Dixitq. rex Israel ad Eliseum,
cùm vidisset eos: Numquid percutiam
22 eos, pater mi? * At ille ait: Non percu- E
ties: neq; enim cepisti eos gladio & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem &
aquam coram eis, vt comedāt & bibant,
23 & vadant ad dominum suum. * Appositaque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberunt, & dimi-
sit eos, abieruntq. ad dominum suum, &
24 vltrà non venerunt latrones Syriæ in
Terram Israel. * Factum est autem post
hæc, congregauit Benadad rex Syriæ,
vniuersum exercitum suum, & ascendit,
25 & obsidebat Samariam. * Factaq. est fames magna in Samaria: & tamdiu obsessa est, donec venundaretur caput asini
octoginta argenteis, & quarta pars cabi
stercoris columbarū quinque argenteis.
26 * Cumq. rex Israel trāsiret per murum, F
mulier quædam exclamauit ad eum, di-
27 cens: Salua me domine mi rex. * Qui
ait: Non te saluat Dominus: vnde te
possum saluare? de area, vel de torcula-
ri? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis?
28 Quæ respondit: * Mulier ista dixit mihi:
Da filium tuum, vt comedamus eum
hodie, & filium meum comedemus cras.
29 * Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixiq. ei die altera: Da filium
tuum, vt comedamus eum. Que abscon-
30 dit filium suū. * Quod cùm audisset rex,
scidit vestimēta sua, & transibat per mu-
rum. Viditq. omnis populus cilicium,
quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.
31 * Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus, &

hæc

hæc addat, si steterit caput Elisei filij Sa- G
32 phat super ipsum hodie. * Eliseus autem
sedebat in domo sua, & senes sedebant
cum eo. Præmisit itaque virum: & ante-
quam veniret nūcius ille, dixit ad senes:
Numquid scitis quòd miserit filius ho-
micidæ hic, vt præcidatur caput meum?
videte ergo, cùm venerit nuncius, clau-
dite ostium, & non sinatis eum introire:
ecce enim sonitus pedum domini eius
33 post eum est. * Adhuc illo loquente eis,
apparuit nuncius, qui veniebat ad eum.
Et ait: Ecce, tantum malum à Domino
est: quid amplius expectabo à Domino?

CAP. VII.

DIxit autem Eliseus: Audite verbum 1
Domini: Hæc dicit Dominus: In A
tępore hoc cras modius similæ vno sta-
tere erit, & duo modij hordei statere vno,
in porta Samariæ. * Respondens vnus 2
de ducibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus
fecerit etiam cataractas in cælo, num-
quid poterit esse quod loqueris? Qui ait:
Videbis oculis tuis, & inde nō comedes.
* Quattuor ergo viri erant leprosi iuxta 3
introitum portæ: qui dixerunt ad inui-
cem: Quid hîc esse volumus donec mo-
riamur? * siue ingredi voluerimus ciuita- 4
tem, fame moriemur: siue manserimus
hîc, moriendum nobis est: venite ergo, & B
transfugiamus ad castra Syriæ. si pepercerint nobis, viuemus: si autem occidere
voluerint, nihilominus moriemur. * Sur- 5
rexerunt ergo vesperi, vt venirent ad castra Syriæ. Cumque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem
repererunt. * Siquidem Dominus soni- 6
tum audiri fecerat in castris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi:
dixeruntque ac inuicem: Ecce mercede
conduxit aduersum nos rex Israel reges
Hethæorum & Ægyptiorum, & vene-
runt super nos. * Surrexerunt ergo, & 7
fugerunt in tenebris, & dereliquerunt
tēntoria sua, & equos & asinos, in castris,
fugeruntque, animas tantùm suas sal-
uare cupientes. * Igitur cùm venissent 8
leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt, & biberunt: tuleruntque inde
argentum, & aurum, & vestes, & abie-
runt, & absconderunt: & rursum reuer-
si sunt ad aliud tabernaculum, & inde
similiter auferentes absconderunt. * Di- 9
xeruntque ad inuicem: Non rectè faci- C
mus: hæc enim dies boni nuncij est. Si
tacuerimus, & noluerimus nunciare vs-
que mane, sceleris arguemur: venite, ea-
mus, & nunciemus in aula regis. * Cum- 10
que venissent ad portam ciuitatis, nar-
rauerunt eis, dicentes: Iuimus ad castra
Syriæ, & nullum ibidem reperimus ho-
minem, nisi equos & asinos alligatos, &
11 fixa tentoria. * Ierunt ergo portarij, &
nunciauerunt in palatio regis intrinse-
cus. * Qui surrexit nocte, & ait ad seruos 12
suos: Dico vobis quid fecerint nobis Sy-
ri: Sciunt quia fame laboramus, & idcir-
co egressi sunt de castris, & latitant in a-
gris, dicentes: Cùm egressi fuerint de ci-
uitate, capiemus eos viuos, & tunc ciui-
13 tatem ingredi poterimus. * Respondit
autem vnus seruorum eius: Tollamus
quinque equos, qui remanserūt in vrbe
(quia ipsi tantùm sunt in vniuersa mul-
titudine Israel, alij enim cōsumpti sunt)
14 & mittentes, explorare poterimus. * Ad-
duxerunt ergo duos equos, misitque rex
in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte.
15 * Qui abierunt post eos vsq; ad Iordanē: D
ecce autem omnis via plena erat vestibus
& vasis, quæ proiecerāt Syri cùm turba-
rentur: reuersiq. nuncij indicauerunt re-
16 gi. * Et egressus populus diripuit castra
Syriæ: factusq. est modius similæ statere
vno, & duo modij hordei statere vno, iu-
17 xta verbum Domini. * Porrò rex ducem
illum, in cuius manu incumbebat, con-
stituit ad portam: quem conculcauit
turba in introitu portæ, & mortuus est,
iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quan-
18 do descenderat rex ad eum * Factumque
est secundùm sermonem viri Dei, quem
dixerat regi, quādo ait: Duo modij hor-
dei statere vno erunt, & modius similæ
statere vno, hoc eodem tempore cras in
19 porta Samariæ: * quando responderat
dux ille viro Dei, & dixerat: Etiāsi Do-
minus fecerit cataractas in cælo, num-
quid poterit fieri quod loqueris? Et di-
xit ei: Videbis oculis tuis, & inde non
20 comedes. * Euenit ergo ei sicut prædi-
ctum fuerat, & conculcauit eum popu-
lus in porta, & mortuus est.

CAP. VIII.

ELiseus autem locutus est ad mulie- 1
rem, * cuius viuere fecerat filium, di- A * Sup. 4. f. 35
cens: Surge, vade tu & domus tua, &
peregrinare vbicumq; repereris: vocauit
enim Dominus famem, & veniet super
terram septem annis. * Quæ surrexit, 2

& fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in Terra Philisthiim diebus multis. * Cúque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de Terra Philisthiim: & egressa est vt interpellaret regem pro domo sua, & pro agris suis. * Rex autem loquebatur cũ Giezi puero viri Dei, dicens: Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus. * Cumq. ille narraret regi quo modo mortuũ suscitasset, apparuit mulier, cuius viuificauerat filium, clamás ad regem pro domo sua, & pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quem suscitauit Eliseus. * Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei. Deditq. ei rex eunuchum vnum, dicẽs: Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorum, à die qua reliquit terram vsque ad præsens. * Venit quoque Eliseus Damascum, & Benadad rex Syriæ ægrotabat: nunciauerunt ei, dicentes: Venit vir Dei huc. * Et ait rex ad Hazael: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens: Si euadere potero de infirmitate mea hac? * Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorũ. Cumq. stetisset coram eo, ait: Filius tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? * Dixitq. ei Eliseus: Vade, dic ei: Sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur. * Stetitque cũ eo, & cõturbatus est vsq; ad suffusionem vultus: fleuitq. vir Dei. * Cui Hazael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorũ munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. * Dixitq. Hazael: Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. * Qui cũ recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suũ. Qui ait ei: Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: Recipies sanitatem. * Cumq. venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expãdit super faciem eius: quo mortuo, regnauit Hazael pro eo. * Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. * ` Triginta duorum annorũ erat cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. * Ambulauitq. in viis regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malũ est in cõspectu Domini. * ` Noluit autẽ Dominus disperdere Iudam, propter Dauid seruũ suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & filiis eius cunctis diebus. * ` In diebus eius recessit Edom, ne esset sub Iuda, & cõstituit sibi regem. * Venitq. Ioram Seira, & omnes currus cum eo: & surrexit nocte, percussitq. Idumæos, qui eũ circumdederãt, & principes curruũ, populus autem fugit in tabernacula sua. * Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, vsq; ad diẽ hanc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo. * Reliqua autem sermonũ Ioram, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierũ regum Iuda? * Et dormiuit Ioram cũ patribus suis, sepultusq. est cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. * ` Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. * Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Athalia filia Amri regis Israel. * Et ambulauit in viis domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. * Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum cõtra Hazael regẽ Syrię in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram: * qui reuersus est vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant eũ Syri in Ramoth, præliantẽ contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

` 2. Par. 21. b. 5

` 2. Par. 21. b. 8

` 2. Par. 22. a. 1

` 3. Reg. 19. d. 16

CAP. IX.

ELiseus autem prophetes vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. * ` Cumque veneris illuc, videbis Iehu filiũ Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. * Tenensq. lenticulam olei, fundes super caput eius, & dices: Hæc dicit Dominus: Vnxi te regem super Israel. Aperiesque ostium, & fugies,

& non ibi subsistes. * Abiit ergo adolescens puer prophetę in Ramoth Galaad, * & ingressus est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant, & ait: Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixitq. Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te, ô princeps. * Et surrexit & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vnxi te regem super populum Domini Israel, * & percuties domum Achab domini tui, & vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum Domini, de manu Iezabel. * ` Perdamq. omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingẽtem ad parietẽ, & clausum & nouissimum in Israel. * Et dabo domũ Achab, sicut " domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum " Baasa filij Ahia. * Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eã. Aperuitque ostium, & fugit. * Iehu autem egressus est ad seruos domini sui: qui dixerunt ei: Recténe sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominẽ, & quid locutus sit. * At illi responderunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, & ait: Hæc dicit Dominus: Vnxi te regem super Israel. * Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerũt: Regnauit Iehu. * Cõiurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram: ` porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel, cõtra Hazael regẽ Syrię: * & reuersus fuerat vt curaretur in Iezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri, præliantẽ contra Hazael regẽ Syriæ. Dixitq. Iehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuncietin Iezrahel. * Et ascendit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. * Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globũ Iehu venientis, & ait: Video ego globũ. Dixitq. Ioram: Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadẽs: Recténe sunt omnia? * Abijt ergo, qui ascenderat currũ, in occursum eius, & ait: Hæc dicit rex: Pacata ne sunt omnia? Dixitque Iehu: Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nunciauit quoque speculator, dicẽs: Venit nuncius ad eos, & non reuertitur. * Misit etiam currum equorum secundum: venitq. ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Numquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci? transi, & sequere me. * Nunciauit autem speculator, dicens: Venit vsq; ad eos, & nõ reuertitur: est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi, præceps enim gradi tur. * Et ait Ioram: Iunge currũ. Iunxeruntq. currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressiq. sunt in occursum Iehu, & inuenerũt eum in agro Naboth Iezrahelitæ: * Cumq. vidisset Ioram Iehu, dixit: Pax est Iehu? At ille respõdit: Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuę, & veneficia eius multa vigent. * Conuertit autẽ Ioram manũ suã, & fugiens ait ad Ochoziam: Insidiæ Ochozia. * Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo. * Dixitq. Iehu ad Badacer ducem: Tolle, proiice eũ in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim quando ego & tu sedẽtes in curru sequebamur Achab patrem huius, quòd Dominus onus hoc leuauerit super eũ, dicens: * ` Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorũ eius, quẽ vidi heri, ait Dominus, reddã tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proiice eũ in agrum, iuxta verbum Dñi. * Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viã domus horti: persecutusq. est eum Iehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru suo. & percusserũt eum in ascẽsu Gauer, qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. * Et imposuerũt eum serui eius super currũ suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelieruntque eum in sepulchro cum patribus suis in Ciuitate Dauid. * Anno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochozias super Iudã, * venitq. Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suũ, & respexit per fenestrã * ingredientẽ Iehu per portã, & ait: ` Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominũ suum? * Leuauitq. Iehu faciem suã ad fenestrã, & ait: Quæ est ista? & inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. * At ille dixit eis: Præcipitate eã deorsum. & præcipitauerunt eam, aspersusq. est sanguine paries, & equorũ vn-

* Sup. 8. c. 28

` 3. Reg. 21. c. 20

` 3. Reg. 15. f. 29

` 3. Reg. 16. d. 3

` 3. Reg. 22. f. 22

` 3. Reg. 16. c. 10

gulæ conculcauerunt eam. * Cumq. introgressus esset, vt comederet, biberetque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. * Cumq. issent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus. * Reuersiq. nunciauerunt ei. Et ait Iehu: ' Sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, * & erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant: Hæccine est illa Iezabel?

34 35 36 37

*3. Reg. 21. f. 23

CAP. X.

ERant autem Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Iehu litteras, & misit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens: * Statim vt acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & ciuitates firmas, & arma, * eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filijs domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. * Timuerũt illi vehementer, & dixerũt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quo modo nos valebimus resistere? * Miserũt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes: Serui tui sumus, quæcumque iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem: quæcumque tibi placent, fac. * Rescripsit autẽ eis litteras secundò, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadẽ hora cras in Iezrahel. Porrò filij regis, septuaginta viri, apud optimates ciuitatis nutriebantur. * Cumque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iezrahel. * Venit autem nuncius, & indicauit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsq; mane. * Cumq. diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnẽ populum: Iusti estis: si ego cõiuraui contra dominum meum, & interfeci eũ, quis percussit omnes hos? * ' Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Elię. * Percussit igitur Iehu, omnes qui reliqui erãt de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerẽt ex eo reliquię. * Et surrexit, & venit in Samaria: cumq. venisset ad cameram pastorũ in via, * inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus, & descendimus ad salutãdos filios regis, & filios reginæ. * Qui ait: Cõprehendite eos viuos. Quos cùm cõprehendissent viuos, iugulauerũt eos in cisterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquã. * Cumq. abiisset inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait ad eum: Numquid est cor tuũ rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum: * dixitq. ad eũ: Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impositum in curru suo, * duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria vsq; ad vnum, iuxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam * Cõgregauit ergo Iehu omnem populũ, & dixit ad eos: ' Achab coluit Baal parum, ego autẽ colam eum amplius. * Nũc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius, vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal: quicumque defuerit, non viuet. Porrò Iehu faciebat hoc insidiosè, vt disperderet cultores Baal. * Et dixit: Sanctificate diem sollemnem Baal. Vocauitque, * & misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal: non fuit residuus ne vnus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, à summo vsque ad summum. * Dixitq. his qui erant super vestes: Proferte vestimẽta vniuersis seruis Baal. Et protulerunt eis vestes. * Ingressusq. Iehu, & Ionadab filius Rechab, templum Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite, & videte, ne quis fortè vobiscũ sit de seruis Dñi, sed vt sint serui Baal soli. * Ingressi sunt igitur vt facerẽt victimas & holocausta: Iehu autem prępauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicumq; fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus ve-

11 12 13 14 15 16 17 18 19

*3. Reg. 16. f. 31

*3. Reg. 21. f. 29

stras, anima eius erit pro anima illius * Factum est autem, cùm completũ esset holocaustum, præcepit Iehu militibus & ducibus suis: Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. Percusseruntq; eos in ore gladij, & proiecerũt milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi Baal, * & protulerunt statuam de fano Baal, & cõbusserunt, * & comminuerunt eam. Destruxerunt quoq; ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vsque in diem hanc. * Deleuit itaq; Iehu Baal de Israel: * verumtamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erãt in Bethel, & in Dan. * Dixit autẽ Dominus ad Iehu: Quia studiosè egisti quod rectũ erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: ' filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. * Porrò Iehu nõ custodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel. * In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel: percussitque eos Hazael in vniuersis finibus Israel, * à Iordane contra Orientalẽ plagam, omnem Terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroër, quę est super Torrentẽ Arnon, & Galaad, & Basan. * Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quę fecit, & fortitudo eius, nónne hęc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel? * Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. * Dies autem, quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt, in Samaria.

25 F 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36

*4. Reg. 10. f. 11

CAP. XI.

AThalia verò mater Ochoziæ, vidẽs mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. * Tollẽs autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius, de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur. * Eratque cum ea sex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terram. * ' Anno autem septimo misit Ioiada, & assumens centuriones & milites, introduxit ad se in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis: * & præcepit illis, dicẽs: Iste est sermo, quem facere debetis: * Tertia pars vestrũm introeat sabbato, & obseruet excubias domus regis. Tertia autem pars sit ad portam Sur: & tertia pars sit ad portam, quę est post habitaculum scutariorum: & custodietis excubias domus Messa. * Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes sabbato, custodiãt excubias domus Domini circa regem. * Et vallabitis eum, habẽtes arma in manibus vestris: si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur: eritisq. cũ rege introeunte & egrediente. * Et fecerunt centuriones, iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos: & assumẽtes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato, venerunt ad Ioiadam sacerdotẽ. * Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. * Et steterunt singuli habẽtes arma in manu sua, à parte templi dextera, vsque ad partem sinistram altaris & ædis, circum regẽ. * Produxitq. filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu, dixerũt: Viuat rex. * Audiuit autẽ Athalia vocẽ populi currentis: & ingressa ad turbas in templum Domini, * vidit regem stantem super tribunal iuxta morem, & cantores & tubas prope eum, omnemq. populũ terrę lætantem, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitque: Coniuratio, coniuratio. * Præcepit autem Ioiada centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis: Educite eam extra septa templi, & quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: Non occidatur in tẽplo Domini. * Imposueruntque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorũ, iuxta palatium, & interfecta est ibi. * Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominum, & inter regem, & inter populum, vt esset populus Domini, & inter regẽ & populum. * Ingressusq. est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè: Mathan quoque sacerdotem Baal occiderũt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini. * Tulitq. cẽturiones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnẽ populum terræ, deduxeruntq. regem de

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 C 11 12 13 14 15 16 17 D 18 19

*2. Par. 22. d. 10

*2. Par. 23. d. 1

domo Domini:& venerunt per viá portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronũ regum.* Lætatusq. est omnis populus terræ,& ciuitas conquieuit: Athalia autem occisa est gladio in domo regis. * Septemque annorum erat Ioas,cùm regnare cœpisset.

CAP. XII.

ANno septimo Iehu, regnauit Ioas: & quadraginta annis regnauit in Ierusalẽ.nomẽ matris eius Sebia de Bersabee.* Fecitq. Ioas rectum coram Domino cũctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos. * Verumtamen excelsa nõ abstulit:adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum. * Dixitq. Ioas ad sacerdotes: Omnẽ pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus,quę offertur pro pretio animæ, & quã sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini: * accipiãt illam sacerdotes iuxta ordinem sũ,& instaurent sartatecta domus, siquid necessarium viderint instauratione. * Igitur vsq; ad vigesimum tertium annum regis Ioas, non instauraverunt sacerdotes sartatecta tẽpli.* Vocauitq. rex Ioas Ioiadam pontificem & sacerdotes,dicẽs eis: Quare sartatecta nõ instauratis templi? nolite ergo ampliùs accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eã. * Prohibitiq. sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniã à populo, & instaurare sartatecta domus. * Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum,aperuitq. foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexterã ingredientiũ domum Domini,mittebantq.in eo sacerdotes, qui custodiebãt ostia,omnem pecuniam,quę deferebatur ad templum Domini. * Cumq. viderent nimiã pecuniam esse in gazophylacio,ascendebat scriba regis,& põtifex, effundebantque & numerabãt pecuniam, quæ inueniebatur in domo Domini: * & dabant eam iuxta numerum & mensurã,in manu eorum qui præerant cæmẽtariis domus Domini: qui impendebant eam in fabris lignorum,& in cæmẽtariis iis,qui operabantur in domo Domini,* & sartatecta faciebant:& in iis, qui cædebant saxa,& vt emerent ligna, & lapides,qui excidebãtur, ita vt impleretur instauratio domus Domini,in vniuersis quæ indigebant expẽsa ad muniẽdam domum.

* Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fusinulæ, & thuribula, & tubæ,& omne vas aureum & argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum Domini. * iis enim qui faciebant opus,dabatur vt instauraretur templum Domini: * & non fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniam vt distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam. * Pecuniá verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis, nõ inferebant in templum Domini,quia sacerdotum erat. * Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam: & direxit faciem suam vt ascenderet in Ierusalem. * Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerant Iosaphat & Ioram & Ochozias,patres eius reges Iuda,& quę ipse obtulerat:& vniuersum argentum,quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio regis: misitque Hazaeli regi Syriæ,& recessit ab Ierusalem.* Reliqua autẽ sermonũ Ioas, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? * Surrexerunt autem serui eius,& coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in Domo Mello in descensu Sella. * Iosachar namque filius Semaath, & Iozabad filius Somer, serui eius,percusserunt eum,& mortuus est:& sepelierunt eum cum patribus suis in Ciuitate Dauid, regnauitq. Amasias filius eius pro eo.

CAP. XIII.

ANno vigesimo tertio Ioas filij Ochoziæ regis Iuda, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria decẽ & septem annis. * Et fecit malũ coram Domino,secutusq.est peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, & nõ declinauit ab eis.* Iratusq. est furor Domini cõtra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael, cunctis diebus. * Deprecatus est autem Ioachaz faciẽ Domini,& audiuit eũ Dominus: vidit enim angustiam Israel,quia attriuerat eos rex Syriæ: * & dedit Dominus saluatorem Israeli,& liberatus est de manu regis Syriæ: habitaueruntque filij Israel in tabernaculis suis sicut heri & nudiustertius. *Verumtamen nõ recesserunt à peccatis domus Ieroboam, qui peccare fecit Israel,sed in ipsis ambulauerũt:siquidẽ & lucus

lucus permansit in Samaria.* Et nõ sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites,& decẽ currus,& decẽ millia peditũ: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerẽ in tritura areæ. * Reliqua autem sermonum Ioachaz,& vniuersa quę fecit,& fortitudo eius,nónne hęc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?* Dormiuitq. Ioachaz cũ patribus suis, & sepelierũt eum in Samaria:regnauitq. Ioas filius eius pro eo. * Anno trigesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria decem annis,* & fecit quod malũ est in cõspectu Domini: nõ declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat,qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. * Reliqua autẽ sermonũ Ioas, & vniuersa quę fecit,& fortitudo eius,quomodo pugnauerit contra Amasiam regẽ Iuda, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierum regum Israel?* Et dormiuit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autẽ sedit super solium eius.Porrò Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.* Eliseus autẽ ægrotabat infirmitate,qua & mortuus est:descenditq. ad eũ Ioas rex Israel,& flebat corã eo,dicebatque:Pater mi,pater mi, currus Israel, & auriga eius. * Et ait illi Eliseus: Affer arcum,& sagittas. Cumq. attulisset ad eũ arcum,& sagittas,* dixit ad regẽ Israel: Pone manum tuã super arcum. Et cùm posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, * & ait:Aperi fenestram orientalem. Cumq. aperuisset, dixit Eliseus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriã: percuties sq. Syriam in Aphec,donec cõsumas eam. * Et ait:Tolle sagittas. Qui cùm tulisset,rursum dixit ei: Percute iaculo terram. Et cùm percussisset tribus vicibus, & stetisset, * iratus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses quinquies,aut sexies,siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem: nunc autẽ tribus vicibus percuties eã. * Mortuus est ergo Eliseus,& sepelierũt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. * Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei. Quod cũ tetigisset ossa Elisei,reuixit homo, & stetit super pedes suos. * Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz: * & misertus est Dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, & Isaac, & Iacob:& noluit disperdere eos,neq; proijcere penitus, vsque in præsens tempus. * Mortuus est autem Hazael rex Syriæ, & regnauit Benadad filius pro eo.* Porrò Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadad filij Hazael,quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij, tribus vicibus percussit eum Ioas,& reddidit ciuitates Israel.

CAP. XIIII.

IN anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel, regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda. * Viginti quinque annorũ erat cùm regnare cœpisset: viginti autem & nouem annis regnauit in Ierusalem,nomen matris eius Ioadan de Ierusalem. * Et fecit rectũ coram Domino, verumtamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia, quæ fecit Ioas pater suus, fecit: *nisi hoc tantùm,quòd excelsa nõ abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. * Cumque obtinuisset regnum, percussit seruos suos,qui interfecerant regem patrem suum: * filios autem eorum qui occiderant, non occidit,iuxta quod scriptũ est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens: * Non morientur patres pro filiis,neque filij moriẽtur pro patribus: sed vnusquisq; in peccato suo morietur. * Ipse percussit Edom in Valle Salinarum decem millia,& apprehendit petram in prælio, vocauitque nomen eius Iectehel, vsque in præsentem diem. * Tunc misit Amasias nuncios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu regis Israel,dicens: Veni,& videamus nos.* Remisitque Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda,dicens: Carduus Libani misit ad cedrum quæ est in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorẽ. Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano,& conculcauerũt carduum. * Percutiens inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuum: contentus esto gloria, & sede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? * Et non acquieuit Amasias: ascenditque Ioas rex Israel, & viderunt se, ipse & Amasias rex Iuda, in Bethsames oppido Iudæ. * Percussusque est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernа-

* Eccli. 48. b. 14

* 2. Par. 25. a. 1

* Deut. 24. c. 16 Ezech. 18. c. 20

tabernacula sua. * Amasiam verò regem Iuda, filium Ioas filij Ochozię, cepit Ioas rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in Ierusalem: & interrupit murum Ierusalem, à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. * Tulitque omne aurum, & argentum, & vniuersa vasa, quę inuēta sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariā. * Reliqua autem verborū Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amasiam regē Iuda, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regū Israel? * Dormiuitq. Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel: & regnauit Ieroboam filius eius pro eo. * Vixit autem Amasias, filius Ioas, rex Iuda, postquā mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel, quindecim annis. * Reliqua autem sermonum Amasiæ, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda? * Factaque est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis. Miseruntq. post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. * Et asportauerunt in equis, sepultusq. est in Ierusalem cū patribus suis in Ciuitate Dauid. * Tulit autem vniuersus populus Iudę Azariam annos natū sedecim, & constituerūt eum regem pro patre eius Amasia. * Ipse ædificauit Ælath, & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. * Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria, quadraginta & vno anno: * & fecit quod malum est corā Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. * Ipse restituit terminos Israel, ab introitu Emath, vsq; ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth, quę est in Opher. * Vidit enim Dominus afflictionem Israel amarā nimis, & quòd consumpti essent vsq; ad clausos carcere, & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israeli. * Nec locutus est Dominus vt deleret nomen Israel de sub cælo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. * Reliqua autem sermonū Ieroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum & Emath Iudæ in Israel, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel? * Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

13 D 14 15 16 17 E 18 19 20 21 F 22 23 24 25 26 G 27 28

29 1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 C 13 14 15 16

CAP. XV.

ANno vigesimo septimo Ieroboam regis Israel, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda. * Sedecim annorum erat cùm regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Iechelia de Ierusalem. * Fecitque quod erat placitum coram Domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius. * Verumtamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. * Percussit autem Dominus regem, & fuit leprosus vsq; in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Ioathan verò filius regis gubernabat palatiū, & iudicabat populū terrę. * Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborū dierum regū Iuda? * Et dormiuit Azarias cum patribus suis: sepelieruntq. eum cum maioribus suis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ioathan filius eius pro eo. * Anno trigesimo octauo Azarię regis Iuda, regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria sex mensibus: * & fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres eius: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. * Coniurauit autem contra eum Sellum filium Iabes: percussitq. eum palā, & interfecit, regnauitq. pro eo. * Reliqua autem verborū Zachariæ, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierum regū Israel? * Iste est sermo Domini, quē locutus est ad Iehu, dicēs: Filij tui vsq; ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Factumque est ita. * Sellum filius Iabes regnauit trigesimo nono anno Azariæ regis Iuda: regnauit autem vno mense in Samaria. * Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa: venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitq. pro eo. * Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius, per quā tetendit insidias, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierū regum Israel? * Tūc percussit Manahem Thapsam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa. noluerāt

enim

* 2. Par. 26. a. 1
* Ion. 1. a. 1
* 2. Par. 26. d. 21
* Sup. 10. f. 30

enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas. * Anno trigesimo nono Azariæ regis Iuda, regnauit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria. * Fecitque quod erat malum coram Domino: nō recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel cūctis diebus eius. * Veniebat Phul rex Assyriorum in terrā, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxiliū, & firmaret regnū eius. * Indixitq. Manahem argentū super Israel cunctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos: reuersusq. est rex Assyriorū, & non est moratus in terra. * Reliqua autē sermonū Manahem, & vniuersa quę fecit, nónne hęc scripta sunt in Libro sermonum dierum regū Israel? * Et dormiuit Manahem cū patribus suis: regnauitq. Phaceia filius eius pro eo. * Anno quinquagesimo Azariæ regis Iuda, regnauit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio: * & fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. * Coniurauit autem aduersus eū Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percussit eū in Samaria in turre domus regiæ, iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitq. pro eo. * Reliqua autem sermonum Phaceia, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel? * Anno quinquagesimo secundo Azarię regis Iuda, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis. * Et fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. * In diebus Phacee regis Israel venit Theglathphalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abel Domum, Maacha & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam Terram Nephthali: & transtulit eos in Assyrios. * Coniurauit autem, & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romelię, & percussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo vigesimo anno Ioatham filij Oziæ. * Reliqua autem sermonum Phacee, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierum regum Israel? * Anno secundo Phacee, filij Romeliæ regis Israel, regnauit

17 D 18 19 20 E 21 22 23 24 25 26 27 F 28 29 30 31 32

33 G 34 35 36 37 38

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10

Ioatham filius Oziæ regis Iuda. * Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ierusa, filia Sadoc. * Fecitq. quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est. * Verumtamen excelsa non abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificauit portam domus Domini sublimissimam. * Reliqua autem sermonum Ioatham, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierū regum Iuda? * In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam, Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. * Et dormiuit Ioatham cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XVI.

ANno decimo septimo Phacee filij Romelię, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. * Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit quod erat placitū in conspectu Domini Dei sui, sicut Dauid pater eius. * sed ambulauit in via regum Israel: insuper & filium suum consecrauit, transferens per ignem secundùm idola Gentium: quæ dissipauit Dominus coram filiis Israel. * Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. * Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalē ad præliandum: cumq. obsiderent Achaz, non valuerunt superare eū. * In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ, Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. * Misit autem Achaz nuncios ad Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & saluū me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui cōsurrexerunt aduersum me. * Et cum collegisset argentū & aurum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera. * Qui & acquieuit voluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam: & transtulit habitatores eius Cyrenen, & Rasin autem interfecit. * Perrexitq. rex

Achaz

* 2. Par. 28. a. 1
* Isa. 7. a. 1
* 2. Par. 27. a. 1

Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum. cumq. vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinē iuxta omne opus eius. *Extruxitq. Vrias sacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damasco. * Cumq. venisset rex de Damasco, vidit altare, & venerabatur illud: ascēditq. & immolauit holocausta, & sacrificium suum, * & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare. * Porrò altare æreum, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco tēpli Domini: posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem. * Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens: Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorū, & libamina eorum: & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinē victimæ super illud effundes: altare verò æreū erit paratum ad volūtatem meam. * Fecit igitur Vrias sacerdos, iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. * Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & luterem, qui erat desuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pauimentum stratum lapide. * Musach quoque sabbati, quod ædificauerat in templo, & ingressum regis exteriùs, conuertit in templum Domini, propter regem Assyriorum. * Reliqua autem verborum Achaz, quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda? * Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

C A B D C

CAP. XVII.

ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis. * Fecitq. malum coram Domino: sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant. * * Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddebatque illi tributa. * Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quòd rebellare nitens misisset nuncios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem. * Peruagatusque est omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis. * * Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuitq. eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum. * Factum est enim, cùm peccassent filij Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de Terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos. * Et ambulauerunt iuxta ritū Gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorū Israel, & regum Israel; quia similiter fecerant. * Et offenderunt filij Israel verbis non rectis Dominum Deum suū: & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, à Turre custodū vsq; ad Ciuitatem munitam. * Feceruntque sibi statuas, & lucos, in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum: * & adolebāt ibi incensum super aras in morem Gentium, quas transtulerat Dominus à facie eorum: feceruntque verba pessima irritantes Dominum. * & coluerunt immunditias, de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbū hoc. * Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda, per manum omnium Prophetarum & Videntiū, dicens: ' Reuertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & ceremonias, iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruorū meorum Prophetarum. * Qui non audierūt, sed indurauerūt ceruicē suam iuxta ceruicē patrum suorū, qui noluerūt obedire Domino Deo suo. * Et abiecerunt legitima eius, & pactum, quod pepigit cum patribus eorū, & testificationes, quibus cōtestatus est eos: secutiq. sunt vanitates, & vanè egerūt: & secuti sunt Gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis, vt non facerēt sicut & illæ faciebant. * Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntq. sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerūt vniuersam militiā cæli: seruieruntque Baal, * & consecrauerūt filios suos, & filias suas, per ignē: & diuinationibus inseruiebāt & auguriis: & tradiderūt se vt facerent malum coram Domino, vt irritarent eum. * Iratusque est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

A A B C

' Infr. 18. b. 9
Tob. 1. a. 2
' Infr. 18. a. 10
' Ier. 25. a. 5

conspectu

conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo. * Sed nec ipse Iuda custodiuit mādata Domini Dei sui: verū ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. * Proiecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec proiiceret eos à facie suā: * ex eo iā tempore, quo scissus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. * Et ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis, * vsquequo Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruorū suorum Prophetarum: translatusque est Israel de terra sua in Assyrios, vsque in diem hanc. * Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Auah, & de Emath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel: qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. * Cumque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos. * Nunciatumque est regi Assyriorum, & dictū: Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ: & immisit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eò quòd ignorent ritum Dei terræ. * Præcepit autem rex Assyriorum, dicens: Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, & vadat, & habitet cū eis: & doceat eos legitima Dei terræ. * Igitur cùm venisset vnus de sacerdotibus his, qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent Dominum. * Et vnaquæque Gens fabricata est Deum suum: posueruntque eos in fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ, Gens & Gens in vrbibus suis, in quibus habitabat. * Viri enim Babylonij fecerunt Sochothbenoth: viri autem Chutæi fecerūt Nergel: & viri de Emath fecerunt Asima. * Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erāt de Sepharuaim, comburebant filios suos igni, Adramelech & Anamelech diis Sepharuaim, * & nihilominus colebant Dominum. Fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in fanis sublimibus. * Et cùm

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33

D D E F

' 3. Reg. 12. a. 19
' Iorem. 25. a. 9

Dominum colerent, diis quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerant Samariam: * vsque in præsentem diem morem sequuntur antiquum: non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias eius, iudicia, & legem, & mandatum, quod præceperat Dominus filiis Iacob, ' quem cognominauit Israel: * & percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis: * Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de Terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate. * Ceremonias quoque, & iudicia, & legem, & mandatum, quod scripsit vobis, custodite vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos. * Et pactum, quod percussit vobiscum, nolite obliuiscī: nec colatis deos alienos. * sed Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. * Illi verò non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. * Fuerunt igitur Gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes: nam & filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

34 35 36 37 38 39 40 41

' Gen. 33. f. 28

CAP. XVIII.

ANno ' tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. * Viginti quinque annorum erat, cùm regnare cœpisset: & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abi filia Zachariæ. * Fecitque quod erat bonū coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. * Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum, ' quē fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum: vocauitque nomē eius Nohestan. * In Domino Deo Israel sperauit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eū fuerunt: * & adhæsit Domino, & nō recessit à vestigiis eius, fecitque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moysi. * Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellauit quoque cōtra regem Assyriorum, & non

1 2 3 4 5 6 7 8 9

A A B

' 2. Par. 28. d. 27. & 29. a. 1
' Num. 21. c. 9

T seruuit

seruiuit ei. * Ipse percussit Philisthæos 8
vsque ad Gazam, & omnes terminos eo-
rum, à Turre custodum vsque ad Ciuita-
tem munitam. * *Anno quarto regis 9
*Sup. 17. a.6 Tob.1.a.2 Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee
filij Ela regis Israel, ascendit Salmanasar
rex Assyriorum in Samariam, & oppu-
gnauit eam, * & cepit. Nã post annos tres, 10
anno sexto Ezechiæ, id est nono anno
Osee regis Israel, capta est Samaria: * & 11
transtulit rex Assyriorum Israel in Assy-
rios, collocauitque eos in Hala & in
Habor fluuiis Gozan in ciuitatibus Me-
dorum: * quia non audierunt vocem 12
Domini Dei sui, sed prætergressi sunt
pactum eius: omnia, quæ præceperat
Moyses seruus Domini, non audierunt, C
*2.Par.32. a.1 Isa. 36.a.1 Eccl. 48. c.20 neque fecerunt. * *Anno quartodecimo 13
regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex
Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda
munitas: & cepit eas. *Tunc misit Eze- 14
chias rex Iuda nuncios ad regem Assy-
riorum in Lachis, dicens: Peccaui, recede
à me: & omne, quod imposueris mihi,
feram. Indixit itaque rex Assyriorum
Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta ar-
genti, & triginta talenta auri. *Deditque 15
Ezechias omne argentũ quod repertum
fuerat in domo Domini, & in thesauris
regis. *In tẽpore illo confregit Ezechias 16
valuas templi Domini, & laminas auri,
quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assy-
riorum. * Misit autem rex Assyriorum 17
Tharthan, & Rabsaris, & Rabsacen, de
Lachis ad regem Ezechiam, cũ manu va-
lida, Ierusalem: qui cùm ascendissent, D
venerunt Ierusalem, & steterunt iuxta
aquæductum piscinæ superioris, quæ est
in via Agrifullonis. * Vocaueruntque 18
regem: egressus est autem ad eos Elia-
cim filius Helciæ præpositus domus, &
Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à
commentariis. * Dixitque ad eos Rab- 19
saces: Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit
rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est
ista fiducia, qua niteris? * Forsitan inisti 20
consilium, vt præpares te ad prælium. In
quo confidis, vt audeas rebellare? * an 21
speras in baculo arundineo atque con-
fracto Ægypto, super quem, si incubue-
rit homo, comminutus ingredietur ma-
num eius, & perforabit eam? sic est Pha-
rao rex Ægypti, omnibus qui confidunt
in se. * Quòd si dixeritis mihi: In Do- 22
mino Deo nostro habemus fiduciam: E
nónne iste est, cuius abstulit Ezechias
excelsa & altaria: & præcepit Iudę & Ie-
rusalem: Ante altare hoc adorabitis in
Ierusalem? * Nunc igitur transite ad do- 23
minum meum regem Assyriorum, &
dabo vobis duo millia equorum, & vide-
te an habere valeatis ascensores eorum.
* Et quo modo potestis resistere ante vnũ 24
satrapam de seruis domini mei minimis?
An fiduciam habes in Ægypto propter
currus & equites? * Numquid sine Do-
mini voluntate ascendi ad locum istum,
vt demolirer eum? Dominus dixit mihi:
Ascende ad terram hanc, & demolire
eam. * Dixerunt autem, Eliacim filius 26
Helciæ, & Sobna, & Ioahe, Rabsaci:
Precamur vt loquaris nobis seruis tuis
Syriacè: siquidem intelligimus hanc
linguam: & non loquaris nobis Iudaicè,
audiente populo, qui est super murum.
* Respondítque eis Rabsaces, dicens: 27
Numquid ad dominum tuum, & ad te F
misit me dominus meus, vt loquerer ser-
mones hos, & non potiùs ad viros, qui
sedent super murum, vt comedant ster-
cora sua, & bibant vrinam suã vobiscum?
* Stetit itaque Rabsaces, & exclamauit 28
voce magna Iudaicè, & ait: Audite verba
regis magni, regis Assyriorũ. * Hæc dicit 29
rex: Non vos seducat Ezechias: nõ enim
poterit eruere vos de manu mea. * Neque 30
fiduciam vobis tribuat super Dominum,
dicens: Eruens liberabit nos Dominus,
& non tradetur ciuitas hæc in manu
regis Assyriorum. * Nolite audire Eze- 31
chiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum:
Facite mecum quod vobis est vtile, &
egredimini ad me: & comedet vnusquis-
que de vinea sua, & de ficu sua; & biberis
aquas de cisternis vestris: * donec veniã, 32
& transferam vos in terram, quæ similis
est terræ vestræ, in terram fructiferam,
& fertilem vini, terram panis & vinea- G
rum, terram oliuarum, & olei ac mellis,
& viuetis, & non moriemini. Nolite au-
dire Ezechiam, qui vos decipit, dicens:
Dominus liberabit nos. * Numquid libe- 33
rauerunt dij Gentium terram suam de
manu regis Assyriorum? * Vbi est Deus 34
Emath, & Arphad? vbi est Deus Se-
pharuaim, Ana, & Aua? numquid libe-
rauerũt Samariam de manu mea? * Qui- 35
nam illi sunt in vniuersis diis terrarum,
qui eruerunt regionem suam de manu
mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem
de manu mea? * Tacuit itaque populus, 36
& non respõdit ei quidquam: siquidem
præceptum regis acceperant, vt non re-
sponderent ei. * Venitque Eliacim filius 37

Helciæ,

Helcię, prępositus domus, & Sobna scri-
ba, & Ioahe filius Asaph à commẽtariis,
ad Ezechiam, scissis vestibus, & nuncia-
uerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XIX.

Isa.37.a.1 QVæ cùm audisset Ezechias rex, sci- 1
dit vestimenta sua, & opertus est A
sacco, ingressusque est domum Domini.
* Et misit Eliacim præpositum domus, 2
& Sobnam scribam, & senes de sacerdo-
tibus, opertos saccis, ad Isaiam prophe-
tam filium Amos. * Qui dixerũt: Hæc di- 3
cit Ezechias: Dies tribulationis, & incre-
pationis, & blasphemiæ, dies iste: vene-
runt filij vsque ad partum, & vires non
habet parturiens. * Si fortè audiat Domi- 4
nus Deus tuus vniuersa verba Rabsacis,
quem misit rex Assyriorum dominus
suus, vt exprobraret Deum viuentem, &
argueret verbis, quæ * audiuit Dominus
Deus tuus: & fac orationẽ pro reliquiis,
quæ repertæ sunt. * Venerunt ergo ser- 5
ui regis Ezechiæ ad Isaiam. * Dixitq; eis 6
Isaias: Hæc dicetis domino vestro: Hæc B
dicit Dominus: Noli timere à facie ser-
monum, quos audisti, quibus blasphe-
mauerunt pueri regis Assyriorum me.
* Ecce, ego immittam ei spiritum, & au- 7
diet nũcium, & reuertetur in terrã suam,
& deiiciam eum gladio in terra sua. * Re- 8
uersus est ergo Rabsaces, & inuenit regẽ
Assyriorum expugnãtem Lobnam: Au-
dierat enim quod recessisset de Lachis.
* Cumque audisset de Tharaca rege Æ- 9
thiopiæ, dicentes: Ecce, egressus est vt
pugnet aduersum te: & iret contra eum,
misit nuncios ad Ezechiam, dicens:
* Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda: Non te 10
seducat Deus tuus, in quo habes fidu-
ciam: neque dicas: Non tradetur Ierusa-
lem in manus regis Assyriorum. * Tu 11
enim ipse audisti quæ fecerunt reges As- C
syriorum vniuersis terris, quo modo va-
stauerunt eas: num ergo solus poteris li-
berari? * Numquid liberauerunt dij 12
Gentium singulos, quos vastauerunt
patres mei, Gozan videlicet, & Haran,
& Reseph, & filios Eden, qui erant in
Thelassar? * Vbi est rex Emath, & rex 13
Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim,
Ana, & Aua? * Itaq; cùm accepisset Eze- 14
chias litteras de manu nunciorum, &
legisset eas, ascendit in domum Domi-
ni; & expandit eas coram Domino, * & 15
orauit in conspectu eius, dicens: Do-
mine Deus Israel, qui sedes super che-
rubim, tu es Deus solus regum omnium 16
terræ: tu fecisti cælum & terram. * In-
clina aurem tuam, & audi: aperi Domine
oculos tuos, & vide: audi omnia verba
D Sẽnacherib, qui misit vt exprobraret no-
bis Deum viuẽtem. * Verè Domine dissi- 17
pauerũt reges Assyriorũ Gentes, & terras
omniũ. * Et miserũt deos eorũ in ignem: 18
non enim erant dij, sed opera manuum
hominũ ex ligno & lapide, & perdiderũt
eos. * Nunc igitur Domine Deus noster, 19
saluos nos fac de manu eius, vt sciant
omnia regna terræ, quia tu es Dominus
Deus solus. * Misit autẽ Isaias filius A- 20
mos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Do-
minus Deus Israel: Quæ deprecatus es
me super Sennacherib rege Assyriorum,
audiui. * Iste est sermo, quem locutus est 21
Dominus de eo: Spreuit te, & subsan-
nauit te, virgo filia Sion: post tergum
tuum caput mouit, filia Ierusalem.
* Cui exprobrasti, & quem blasphema- 22
sti? contra quem exaltasti vocem tuam,
& eleuasti in excelsum oculos tuos? cõtra
E sanctum Israel. * Per manum seruorum 23
tuorum exprobrasti Domino, & dixi-
sti: In multitudine curruum meorum
ascendi excelsa montium in summitate
Libani, & succîdi sublimes cedros eius,
& electas abietes illius. Et ingressus sum
vsque ad terminos eius, & saltum car-
meli eius * ego succîdi. Et bibi aquas 24
alienas, & siccaui vestigiis pedum meo-
rum omnes aquas clausas. * Numquid 25
non audisti quid ab initio fecerim? Ex
diebus antiquis plasmaui illud, & nunc
adduxi: eruntq; in ruinam collium pu-
gnantium ciuitates munitæ. * Et qui se- 26
dent in eis, humiles manu, contremue-
runt & confusi sunt, facti sunt velut fœ-
num agri, & virens herba tectorum, quæ
arefacta est antequam veniret ad matu-
F ritatem. * Habitaculum tuum, & egres- 27
sum tuum, & introitum tuum, & viam
tuam ego præsciui, & furorem tuum cõ-
tra me. * Insanisti in me, & superbia tua 28
ascẽdit in aures meas: ponam itaque cir-
culum in naribus tuis, & camum in la-
biis tuis, & reducam te in viã, per quam
veniſti. * Tibi autem Ezechia hoc erit 29
signum: Comede hoc anno quæ repere-
ris: in secundo autem anno, quæ spon-
te nascuntur: porrò in tertio anno semi-
nate & metite: plantate vineas, & come-
30 dite fructum earum. * Et quodcumque
reliquum fuerit de domo Iuda, mittet
radicem deorsum, & faciet fructum

sursum. *De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc. *Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio. *Per viam, qua venit, reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. *Protegamque vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. *Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum: & recedens abiit, *& reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Niniue. *Cumque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

*Tob. 1. d. 21 Eccle. 48. d. 28 Isa. 37. g. 36 1. Machab. 7. f. 41 2. Mach. 8. d. 19 *Tob. 1. d. 24

CAP. XX.

2. Par. 32. f. 29 Isa. 38. a. 1

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq. ad mortem: & venit ad eum Isaias filius Amos, propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & nō viues. *Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum, dicens: *Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. *Et antequā egrederetur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo Domini ad eum, dicens: *Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce sanaui te, die tertio ascendes templum Domini. *Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem istam, propter me, & propter Dauid seruum meum. *Dixitque Isaias: Afferte massam ficorum. Quam cùm attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est. *Dixerat autem Ezechias ad Isaiam: Quod erit signum, quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Domini? *Cui ait Isaias: Hoc erit signum à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est: Vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? *Et ait Ezechias: Facile est, vmbram crescere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. *Inuocauit itaque Isaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. *In tempore illo misit Berodach Baladan, filius Baladan, rex Babyloniorum, litteras & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ęgrotasset Ezechias. *Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum & argētum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. *Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei: Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. *At ille respondit: Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcumque sunt in domo mea, viderunt: nihil est quod non monstrauerim eis in thesauris meis. *Dixit itaque Isaias Ezechiæ: Audi sermonem Domini: *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus. *Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. *Dixit Ezechias ad Isaiam: Bonus sermo Domini, quem locutus es: sit pax & veritas in diebus meis. *Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquęductū, & introduxerit aquas in ciuitatem, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda? *Dormiitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

Isa. 39. a. 1

CAP. XXI.

2. Par. 33. a. 1

DVodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Haphsiba.

*Fecit-

*Fecitque malum in conspectu Domini, iuxta idola Gentium, quas deleuit Dominus à facie filiorum Israel. *Conuersusque est, & ędificauit excelsa, quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel, & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam. *Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus: *In Ierusalem ponam nomē meum. *Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini. *Et traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malum coram Domino, & irritaret eum. *Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini; *super quod locutus est Dominus ad Dauid, *& ad Salomonem filium eius: In templo hoc, & in Ierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum. *Et vltrà non faciam commoueri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum: si tamen custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem, quam mandauit eis seruus meus Moyses. *Illi verò non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerent malum, super Gentes quas contriuit Dominus à facie filiorum Israel. *Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum Prophetarum, dicens: **Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditiis suis: *propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudam: vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius. *Et extendā super Ierusalem funiculū Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebriùs stylum super faciem eius. *Dimittam verò reliquias hereditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eus: eruntque in vastitatem, & in rapinam cūctis aduersariis suis: *eò quòd fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto, vsque ad hanc diem. *Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Ierusalem vsque ad os: absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram Domino. *Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierū regum Iuda? *Dormiitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius eius pro eo. *Viginti duorum annorum erat Amon cū regnare cœpisset: duobus quoque annis regnauit in Ierusalem. nomen matris eius Messameleth filia Harus de Ieteba. *Fecitque malū in cōspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. *Et ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius: seruiuitque immunditiis, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas, *& dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & non ambulauit in via Domini. *Tetenderuntque ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. *Percussit autem populus terræ, omnes qui coniuraverant contra regem Amon: & constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo. *Reliqua autem sermonum Amon quę fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda? *Sepelieruntque eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

1. Par. 33. a. 3 Ier. 15. a. 4

CAP. XXII.

2. Par. 34. a. 1

OCto annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, triginta & vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Idida, filia Hadaia de Besecath. *Fecitque quod placitū erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram. *Anno autem octauo decimo regis Iosię, misit rex Saphan filiū Aslia, filij Messulam, scribam templi Domini, dicens ei: *Vade ad Helciam sacerdotem magnum, vt cōfletur pecunia, quę illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo, *deturque fabris per præpositos domus Domini: qui & distribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad instauranda sartatecta templi: *tignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapicidinis, ad instaurandū templum Domini. *Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeāt, & in fide. *Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam:

bam: Librum Legis reperi in domo Domini: deditque Helcias volumẽ Saphan, qui & legit illud. * Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renunciauit ei quod præceperat, & ait: Conflauerũt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini: & dederũt vt distribueretur fabris à præfectis operũ templi Domini. * Narrauit quoque Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram rege, * & audisset rex verba Libri Legis Domini, scidit vestimenta sua. * Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphã, & Achobor filio Micha, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens: * Ite & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius, quod inuẽtum est: magna enim ira Domini succensa est cõtra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. * Ierunt itaque, Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia, ad Holdam prophetidem, vxorem Sellum, filij Thecuæ, filij Araas custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: locutique sunt ad eam. * Et illa respondit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: * Hæc dicit Dominus: Ecce, ego adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, omnia verba Legis quæ legit rex Iuda: * quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & nõ extinguetur. * Regi autem Iuda, qui misit vos vt consuleretis Dominum, sic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro eo quòd audisti verba voluminis, * & perterritum est cor tuũ, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in stuporem & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti corã me, & ego audiui, ait Dominus: * idcirco colligam te ad patres tuos, & colligêris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

CAP. XXIII.

2. Par. 34. f. 29 ET renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit: & cõgregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem.

2 * Ascenditque rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersique qui habitabant in Ierusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsque ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. * Stetitq; rex super gradũ: & fœdus percussit coram Domino, vt ambularẽt post Dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ceremonias, in omni corde, & in tota anima, & susciterent verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo: acquieuitque populus pacto. * Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, * vt proiicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in luco, & vniuersæ militiæ cæli: & combussit ea foris Ierusalem in Conualle cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel. * Et deleuit aruspices, quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli. * Et efferri fecit lucũ de domo Domini foras Ierusalem in Cõualle cedron, & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. * Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. * Cõgregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Bersabee: & destruxit aras portarũ in introitu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat ad siniſtrã portæ ciuitatis. * Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum. * Contaminauit quoque Topheth, quod est in Conualle filij Ennon: vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch. * Abstulit quoque equos, quos dederant reges Iuda, Soli, in introitu templi Domini iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Solis combussit igni. * Altaria quoque, quæ erãt super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in Torrentem cedron. * Excelsa

quoque,

quoque, quæ erat in Ierusalem ad dexteram partem Montis offensionis, * quæ ædificauerat Salomõ rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. * Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. * * Insuper & altare, quod erat in Bethel, & excelsum, quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & altare illud, & excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in puluerem, succenditque etiam lucum. * Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte: misitque & tulit ossa de sepulchris, & cõbussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini, quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. * * Et ait: Quis est titulus ille, quem video? Responderuntque ei ciues vrbis illius: Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel. * Et ait: Dimittite eũ, nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. * Insuper & omnia fana excelsorum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Iosias: & fecit eis, secundùm omnia opera quæ fecerat in Bethel. * Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorũ, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea: reuersusque est Ierusalem. * * Et præcepit omni populo, dicens: Facite Phase Domino Deo vestro, secundùm quod scriptum est in libro fœderis huius. * Nec enim factum est Phase tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierũ regum Israel, & regum Iuda, * sicut in octauo decimo anno regis Iosiæ factum est Phase istud Domino in Ierusalem. * Sed & pythones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ fuerant in terra Iuda & Ierusalem, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quę scripta sunt in Libro, quem inuenit Helcias sacerdos in templo Domini. * Similis illi non fuit ante eũ rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. * Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam: propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. * Dixit itaque Dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel: & proiiciam ciuitatem hanc, quam elegi, Ierusalem, & domum, de qua dixi: Erit nomen meum ibi. * Reliqua autem sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? * * In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, cõtra regem Assyriorum, ad flumen Euphraten: & abiit Iosias rex in occursum eius: & occisus est in Mageddo, cùm vidisset eũ. * Et portauerũt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitque populus terræ Ioachaz filiũ Iosiæ: & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. * * Viginti trium annorũ erat Ioachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Amital, filia Ieremię, de Lobna. * Et fecit malũ coram Domino, iuxta omnia quæ fecerãt patres eius. * Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quę est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem: & imposuit mulctam terræ, centum talentis argenti, & talento auri. * Regemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosiæ pro Iosia patre eius: vertitque nomen eius Ioakim. porrò Ioachaz tulit, & duxit in Ægyptũ, & mortuus est ibi. * Argentum autem & aurum dedit Ioakim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquemque iuxta vires suas exegit, tam argentum quàm aurũ de populo terræ, vt daret Pharaoni Nechao. * Viginti quinque annorum erat Ioakim cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. * Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

CAP. XXIIII.

IN diebus eius ascẽdit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioakim seruus tribus annis: & rursum rebellauit contra eum. * Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldęorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum, * iuxta verbum Domini, quod locutus

fuerat per seruos suos prophetas. *Factum est autem hoc per verbũ Domini contra Iudam, vt auferret eũ coram se, propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit,* & propter sanguinem innoxium, quẽ effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. * Reliqua autẽ sermonum Ioakim, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioakim cum patribus suis: *& regnauit Ioachin filius eius pro eo. *Et vltra non addidit rex Ægypti, vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis, à riuo Ægypti vsque ad fluuiũ Euphraten, omnia quę fuerãt regis Ægypti. *Decem & octo annorũ erat Ioachin cũ regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Nohesta filia Elnathan de Ierusalem. *Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. **In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circũdata est vrbs munitionibus. *Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cũ seruis suis, vt oppugnarent eam. *Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regẽ Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & susceptt eum rex Babylonis anno octauo regni sui. *Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ: & concidit vniuersa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini iuxta verbũ Domini. *Et transtulit omnem Ierusalẽ, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem, & omnem artificem & clusorem: nihilq; relictum est, exceptis pauperibus populi terræ. **Trãstulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatẽ de Ierusalem in Babylonẽ. *Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices, & clusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. **Et cõstituit Matthaniam patruum eius pro eo: imposuitque nomen ei Sedeciam. * Vigesimum & primum annũ ætatis habebat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ, de Lobna. *Et fecit malũ coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim. * Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua: recessitque Sedecias à rege Babylonis.

Dan. 1. a. 1

2. Par. 36. b. 10 Esd. 2. a. 6. & 11. b. 4

Ierem. 37. a. 1. & 52. a. 1

CAP. XXV.

Ierem. 39. a. 4. & 52. a. 4

FActum est autem anno nono regni eius, mẽse decimo, decima die mẽsis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius, in Ierusalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. *Et clausa est ciuitas atque vallata, vsque ad vndecimum annũ regis Sedeciæ, *nona die mensis: pręualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. *Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt, per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatẽ) fugit itaque Sedecias, per viam quæ ducit ad campestria solitudinis. *Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditq; eum in planitie Iericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerũt eum. *Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo iudicium. *Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitq; eum catenis, & adduxit in Babylonem. *Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis, in Ierusalem. * *Et succendit domum Domini, & domum regis: & domos Ierusalem, omnemq; domum combussit igni. *Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. *Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerãt ad regẽ Babylonis, & reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan princeps militiæ. * Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. * Columnas autẽ æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreũ, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem. *Ollas quoque æreas, & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt. *Necnon & thuribula, & phialas; quæ aurea, aurea; & quæ argentea, argentea; tulit princeps militiæ: *id est, columnas duas, mare

Psal. 73. a. 7

Ierem. 27. d. 19

vnum,

vnum, & bases quas fecerat Salomon in templo Domini: non erat pondus æris omnium vasorum. *** Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea: similem & columna secunda habebat ornatum. *Tulit quoq; princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores. *Et de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros: & quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & sexaginta viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. *Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha. *Percussitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & transtatus est Iuda de terra sua. *Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliã filium Ahicam filij Saphan. *Quod cùm audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Caree, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socij eorum. *Iurauitque Godolias ipsis & socijs eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. * Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regio, & decem viri cum eo: percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos, qui erant cum eo in Maspha. *Consurgensque omnis populus à paruo vsque ad magnum, & principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos. *Factum est verò in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachin regis Iuda, mense duodecimo, vigesima septima die mensis: subleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. *Et locutus est ei benignè: & posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. *Et mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vitę suę. *Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies, omnibus diebus vitæ suæ.

3. Reg. 7. b. 15 Ier. 52. c. 17 2. Para. 3. d. 15

LIBER PRIMVS PARALIPOMENON, HEBRAICE DIBRE HAIAMIM.

CAPVT PRIMVM.

Gen. 2. b. 15. 4. d. 23. 5. b. 16

ADAM, Seth, Enos, *Cainan, Malaleel, Iared, *Henoch, Mathusale, Lamech, *Noe, Sem, Cham, & Iapheth. *Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, Thubal, Mosoch, Thiras. *Porrò filij Gomer: Ascenez, & Riphath, & Thogorma. * Filij autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. *Filij Cham: Chus, & Mesraim, & Phut, & Chanaan. *Filij autem Chus: Saba, & Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Porrò filij Regma: Saba, & Dadan. *Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terra. *Mesraim verò genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim, *Phetrusim quoque & Casluim: de quibus egressi sunt Philisthijm, & Caphtorim. * Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum quoque, * & Iebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum, * Heuæumque

Gen. 10. b. 8

uæumque & Aracæum, & Sinæum;* Aradium quoque, & Samaræum, & Hamathæum. *Filij Sem: Ælam,& Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram, & Hus, & Hul, & Gether,& Mosoch. *Arphaxad autem genuit Sale,qui & ipse genuit Heber. *Porrò Heber nati sunt duo filij, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra; & nomen fratris eius Iectan. *Iectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, & Iare, *Adoram quoque, & Huzal,& Decla,*Hebal etiã, & Abimael, & Saba, necnon *& Ophir, & Heuila, & Iobab. omnes isti filij Iectan.*Sem, Arphaxad,Sale,*Heber,Phaleg, Ragau, *Serug,Nachor,Thare, *Abram,iste est Abraham. *Filij autem Abraham, Isaac & Ismahel. *Et hæ generationes eorũ. Primogenitus Ismahelis, Nabaioth, & Cedar, & Adbeel, & Mabsam,*& Masma,& Duma, Massa,Hadad, & Thema,*Ietur,Naphis,Cedma.hi sũt filij Ismahelis. *Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham,quos genuit: Zamran, Iecsan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue. Porrò filij Iecsan: Saba, & Dadan. Filij autem Dadan: Assurim, & Latussim, & Laomim. *Filij autem Madian: Epha,& Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi,filij Ceturę. *Genuit autem Abraham Isaac: cuius fuerunt filij,Esau & Israel. *Filij Esau: Eliphaz, Rahuel,Iehus, Ihelom, & Core. * Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gathan,Cenez, Thamna, Amalec. * Filij Rahuel: Nahath,Zara,Samma,Meza. *Filij Seir: Lotan,Sobal,Sebeon,Ana,Dison,Eser,Disan. * Filij Lotan: Hori,Homam. Soror autem Lotan fuit Thamna. *Filij Sobal: Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Sebeon: Aia & Ana. Filij Ana: Dison. *Filij Dison: Hamram,& Eseban,& Iethran,& Charan. *Filij Eser: Balaan, & Zauan, & Iacan. Filij Disan: Hus & Aran. *Isti sunt reges, qui imperauerunt in Terra Edom,antequam esset rex super filios Israel: Bale filius Beor:& nomen ciuitatis eius, Denaba.*Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra. *Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de Terra Themanorum.*Obijt quoq; & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Terra Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. *Cumq; & Adad fuisset mortuus,regnauit pro eo Semla de Masreca. * Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnẽ sita est. *Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanan filius Achobor. * Sed & hic mortuus est,& regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit Phau, & appellata est vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab. * Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, *dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, *dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, *dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

CAP. II.

FIlij autem Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar,& Zabulon, *Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad,& Aser. *Filij Iuda: Her, Onan,& Sela. hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram Domino, & occidit eum. *Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda, quinque. *Filij autem Phares: Hesron & Hamul. *Filij quoque Zaræ: Zamri, & Ethan,& Eman, Chalchal quoque, & Dara,simul quinque. *Filij Charmi: Achar,qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. *Filij Ethan: Azarias. *Filij autem Hesron qui nati sunt ei: Ierameel, & Ram, & Calubi. *Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson,principem filiorum Iuda.*Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz. * Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. *Isai autem genuit primogenitum Eliab,secundum Abinadab,tertium Simmaa,*quartum Nathanael, quintum Raddai, *sextum Asom,septimum Dauid. *quorum fratres fuerunt, Saruia, & Abigail. Filij Saruiæ: Abisai, Ioab,& Asael, tres. *Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites. *Caleb verò filius Hesron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fueruntque filij eius, Iaser;& Sobab,& Ardon. *Cumq; mortua fuisset Azuba,accepit vxorem Caleb, Ephrata: quæ peperit ei Hur. * Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit Bezeleel. *Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cùm esset annorum sexaginta: quæ peperit ei Segub. * Sed & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres ciuitates in Terra Galaad. *Cepitq; Gessur,& Aram, oppida Iair;

*Gen. 10. d. 22. 11. b. 10
*Gen. 11. d. 26
*Gen. 25. b. 12
*Gen. 25. a. 3
*Gen. 25. c. 18
*Gen. 36. b. 11
*Gen. 29. f. 32. 30. a 5. 35. c. d
*Gen. 38. a. 3. 46. b. 12
Inf. 4. a. 1
Mat. 1. a. 3
*Ioſ. 7. a. 1
*Ruth 4 d. 19
*1. Reg. 16. b. 10. 17. b. 12

da Iair; & Canath, & viculos eius sexaginta ciuitatum. omnes isti, filij Machir patris Galaad. *Cùm autẽ mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephratha. Habuit quoque Hesron vxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ. *Nati sunt autem filij Ierameel primogeniti Hesron, Ram primogenitus eius, & Buna, & Aram, & Asom, & Achia. *Duxit quoque vxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam. *Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin,& Achar. *Onam autem habuit filios, Semei, & Iada. Filij autem Semei: Nadab, & Abisur. * Nomen verò vxoris Abisur, Abihail, quę peperit ei Ahobban, & Molid. *Filij autẽ Nadab fuerunt, Saled, & Apphaim. Mortuus est autem Saled absque liberis. * Filius verò Apphaim, Iesi: qui Iesi genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai. *Filij autem Iada fratris Semei: Iether,& Ionathan. Sed & Iether mortuus est absq; liberis. *Porrò Ionathan genuit Phaleth, & Ziza. Isti fuerunt filij Ierameel. *Sesan autem non habuit filios, sed filias; & seruum Ægyptium nomine Ieraa. *Deditq; ei filiam suam vxorem: quæ peperit ei Ethei. * Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad. *Zabad quoq; genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed, *Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, *Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa, *Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum, *Sellum genuit Icamiam, Icamia autem genuit Elisama. *Filij autem Caleb fratris Ierameel: Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filij Maresa patris Hebron. *Porrò filij Hebron, Core,& Taphua, & Recem, & Samma. * Samma autem genuit Raham, patrem Iercaam,& Recem genuit Sammai. *Filius Sammai, Maon: & Maon pater Bethsur. * Epha autem concubina Caleb peperit Haran,& Mosa,& Gezez. Porrò Haran genuit Gezez. *Filij autẽ Iahaddai, Regom,& Ioathan, & Gesan, & Phalet, & Epha, & Saaph. *Concubina Caleb Maacha, peperit Saber, & Tharana. *Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achsa. *Hi erant filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephratha, Sobal pater Cariathiarim, * Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader. * Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim, Qui videbat dimidium requietionum. *Et de cognatione Cariathiarim, Iethrei, & Aphuthei, & Semathei, & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ, & Esthaolitæ. *Filij Salma, Bethlehem, & Netophathi, Coronę domus Ioab, & Dimidium requietionis Sarai. *Cognationes quoque scribarum habitantiũ in Iabes, Canentes atque Resonantes, & In tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

CAP. III.

DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron; primogenitũ Amnon ex Achinoam Iezrahelitide, secundum Daniel de Abigail Carmelitide, *tertium Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartũ Adoniam filium Aggith, *quintum Saphatiam ex Abital, sextum Iethraham de Egla vxore sua. *Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septem annis, & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. *Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij, Simmaa,& Sobab,& Nathan, & Salomon, quattuor de Bethsabee filia Ammiel, *Iebaar quoq., & Elisama,*& Eliphaleth, & Noge, & Nepheg, & Iaphia, *necnon Elisama,& Eliada,& Eliphaleth, nouem: *omnes hi, filij Dauid, absque filijs concubinarum: habuerunt-que sororem Thamar. *Filius autem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat, *pater Ioram: qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas: * & huius Amasias filius genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioathan *procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses. * Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. * Filij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanan, secundus Ioakim, tertius Sedecias, quartus Sellum. *Porrò De Ioakim natus est Iechonias, & Sedecias. *Filij Iechonię fuerunt, Asir, Salathiel, *Melchiram, Phadaia, Sennesser, & Iecemia, Sama, & Nadabia. * De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum: *Hasaban quoque, & Ohol, & Barachian, & Hasadian, Iosabhesed, quinque. * Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Iesciæ, cuius filius Raphaia. huius quoque filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias. * Filius Secheniæ,

2. Reg. 3. a. 2
2. Reg. 5. c. 14
*Matt. 1. b. 11

Semeia:

Semeia: cuius filij, Hattus, & Iegaal, & Baria, & Naaria, & Saphat, sex numero.
*Filius Naariæ, Elioenai, & Ezechias, & Ezricam, tres. *Filij Elioenai, Oduia, & Eliasub, & Pheleia, & Accub, & Iohanan, & Dalaia, & Anani, septem.

CAP. IIII.

Sup. 1.4.4 Gen. 38.a. 3.46.b.12 FIlij Iuda: Phares, Hesron, & Charmi, & Hur, & Sobal. * Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai & Laad. hæ cognationes Sarathi. *Ista quoque stirps Etam: Iezrahel, & Iesema, & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum, Asalelphuni. * Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa. isti sunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Bethlehem. * Assur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa, & Naara. * Peperit autem ei Naara, Oozam, & Hepher, & Themani, & Ahasthari. isti sunt filij Naara. *Porrò filij Halaa, Sereth, Isaar, & Ethnan. *Cos autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aharehel filij Arum. * Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. *Inuocauit verò Iabes Deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit Deus quę precatus est. *Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. *Porrò Esthon genuit Bethrapha, & Phesse, & Tehinna patrem vrbis Naas: hi sunt viri Recha. *Filij autem Cenez, Othoniel, & Saraia. Porrò filij Othoniel, Hathath, & Maonathi. *Maonathi genuit Ophra, Saraia autem genuit Ioab patrem Vallis artificum: ibi quippe artifices erant. * Filij verò Caleb filij Iephone, Hir, & Ela, & Naham. Filij quoque Ela: Cenez. *Filij quoque Ialeleel: Siph, & Zipha, Thiria, & Asrael. * Et filij Ezra, Iether, & Mered, & Epher, & Ialon, genuitque Mariam, & Sammai, & Iesba patrem Esthamo. * Vxor quoque eius Iudaia, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered. *Et filij vxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo, qui fuit de Machathi. *Filij quoque Simon, Amnon, & Rinna filius Hanan, & Thilon. Et filij Iesi, Zoheth, & Benzoheth. * Filij Sela, filij Iuda: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti. * Et qui stare fecit Solem, virique Mendacij, & Securus, & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & qui reuersi sunt in Lahem. hæc autem verba vetera. * Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus, & in Sepibus, apud regem in operibus eius, commoratique sunt ibi. * Filij Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. * Sellum filius eius, Mapsam filius eius, Masma filius eius. * Filij Masma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. *Filij Semei sedecim, & filiæ sex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda. * Habitauerunt autem in Bersabee, & Molada, & Hasarsuhal, *& in Bala, & in Asom, & in Tholad, * & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, * & in Bethmarchaboth, & in Hasarsusim, & in Bethberai, & in Saarim. hæ ciuitates eorum vsque ad regem Dauid. *Villæ quoque eorum: Etam, & Aen, Remmon, & Thochen, & Asan, ciuitates quinque. *Et vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. hæc est habitatio eorum, & sedium distributio. *Mosobab quoque & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, *& Ioel, & Iehu filius Iosabiæ filij Saraiæ filij Asiel, *& Elioenai, & Iacoba, & Isuhaia, & Asaia, & Adiel, & Ismiel, & Banaia, *Ziza quoque filius Sephei filij Allon filij Idaia filij Semri filij Samaia. *Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer. *Et profecti sunt vt ingrederentur in Gador vsque ad Orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. *Inueneruntq; pascuas vberes, & valde bonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua antè habitauerant de stirpe Cham. *Hi ergo venerunt, quos suprà descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percusserũt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsque in præsentem diem: habitaueruntq; pro eis, quoniam vberrimas pascuas ibidem repererunt. *De filijs quoque Simeon abierunt in montẽ Seir viri quingenti, habentes principes Phalthiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios

Gen. 38. 46. 5

Gen. 46. b. 12

filios Iesi: *& percusserunt reliquias, quæ euadere potuerant, Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vsque ad diẽ hanc.

CAP. V.

Gen. 35. 23. 49.a.4 FIlij quoque Ruben primogeniti Israel (ipse quippe fuit primogenitus eius: sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israel, & nõ est ille reputatus in primogenitũ. *Porrò Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autẽ reputata sunt Ioseph.) *filij ergo Ruben primogeniti Israel: Enoch, & Phallu, Esrõ, & Carmi. *Filij Ioel: Samia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, *Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, *Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgathphalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. * Fratres autẽ eius, & vniuersa cognatio eius, quãdo numerabantur per familias suas, habuerunt principes, Iehiel & Zachariam. *Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Ioel, ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo & Beelmeon. *Contra Orientalem quoque plagam habitauit vsque ad introitum eremi, & flumen Euphraten. Multum quippe iumẽtorum numerum possidebant in Terra Galaad. *In diebus autem Saul præliati sunt cõtra Agareos, & interfecerunt illos, habitaueruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga, quæ respicit ad Orientem Galaad. *Filij verò Gad è regione eorum habitauerũt in Terra Basan vsque Selcha: *Ioel in capite, & Saphan secundus: Ianai autem, & Saphat, in Basan. * Fratres verò eorum secundùm domos cognationum suarum, Michael, & Mosollam, & Sebe, & Iorai, & Iachan, & Zie, & Heber, septem. *Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Iesesi, filij Ieddo, filij Buz. * Fratres quoque filij Abdiel, filij Guni, princeps domus in familiis suis. * Et habitauerunt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsque ad terminos. *Omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel. * Filij Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores, scuta portantes & gladios, & tendentes arcum, eruditique ad prælia, quadraginta quattuor millia & septingenti sexaginta, procedentes ad pugnam. *Dimicauerunt contra Agareos: Ituræi verò, & Naphis, & Nodab, *præbuerunt eis auxilium. Traditique sunt in manus eorum Agarei, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt cum præliarentur: & exaudiuit eos, eò quòd credidissent in eum. * Ceperuntque omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia. *Vulnerati autem multi corruerunt: fuit enim bellum Domini. Habitaueruntque pro eis vsque ad trãsmigrationem. *Filij quoque dimidiæ tribus Manasse, possederunt terram à finibus Basan vsque Baal, Hermon, & Sanir, & montem Hermon, ingens quippe numerus erat. * Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum, Epher, & Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel, viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis suis. * Reliquerũt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram eis. * & suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritũ Thelgathphalnasar regis Assur: & transtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan, vsque ad diem hanc.

Cen. 46. 6.9 Exod. 6. 14 Num. 26. 5

CAP. VI.

Gen. 46. b. 11 Inf. 23. b. 6 FIlij Leui: Gerson, Caath, & Merari. *Filij Caath: Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. *Filij Amram: Aaron, Moyses, & Maria: Filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. * Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, *Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi. *Ozi genuit Zaraiã, & Zaraias genuit Meraioth. * Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob. *Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, *Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan, *Iohanan genuit Azariam. ipse est qui sacerdotio functus est, in domo quam ædificauit Salomon in Ierusalem. * Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob, *Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum, *Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariã, *Azarias genuit Saraiã, & Saraias genuit Iosedec. *Porrò Iosedec egressus est, quãdo transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manus

manus Nabuchodonosor. *Filij ergo Leui: Gerson, Caath, & Merari. *Et hęc nomina filiorum Gerson: Lobni, & Semei. *Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. *Filij Merari: Moholi & Musi. Hæ autē cognationes Leui secundùm familias eorum. *Gersom, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius, * Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. * Filij Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, *Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius. *Thahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. *Filij Elcana, Amasai & Achimoth *& Elcana: Filij Elcana: Sophai filius eius, Nahath filius eius, *Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. *Filij Samuel, primogenitus Vasseni, & Abia. *Filij autem Merari, Moholi: Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, *Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. *Isti sunt, quos constituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca: * & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canentes donec ædificaret Salomon domum Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. * Hi verò sunt, qui assistebant cum filijs suis, de filiis Caath, Hemam cantor filius Iohel, filij Samuel, *filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thohu, *filij Suph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amasai, *filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophonię, *filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, *filij Isaar, filij Caath, filij Leui, filij Israel. *Et frater eius Asaph, qui stabat à dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filij Samaa, *filij Michael, filij Basaiæ, filij Melchiæ, *filij Athanai, filij Zara, filij Adaia, *filij Ethan, filij Zamma, filij Semei, * filij Ieth, filij Gersom, filij Leui. *Filij autem Merari fratres eorum, ad sinistram, Ethan filius Cusi, filij Abdi, filij Maloch, *filij Hasabiæ, filij Amasiæ, filij Helciæ, *filij Amasai, filij Boni, filij Somer, *filij Moholi, filij Musi, filij Merari, filij Leui. *Fratres quoque eorum Leuitę, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. *Aaron verò, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus Sancti sanctorum: & vt precarentur pro Israel, iuxta omnia, quæ præceperat Moyses seruus Dei.

*Exod. 6. 16 17

*Hi sunt autem filij Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius, * Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius, *Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius, * Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. * Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipsis enim sorte contigerant. *Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum: * agros autem ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone. *Porrò filijs Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum, Hebron, & Lobna & suburbana eius, *Iether quoque & Esthemo cum suburbanis suis, sed & Helon & Dabir cum suburbanis suis, * Asan quoque & Bethsemes & suburbana earum. * De tribu autem Beniamin, Gabee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathoth quoque cum suburbanis suis. omnes ciuitates, tredecim, per cognationes suas. *Filijs autem Caath residuis de cognatione sua, dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem. * Porrò filijs Gersom per cognationes suas, de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim, * Filijs autem Merari per cognationes suas, de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte ciuitates duodecim. * Dederunt quoque filij Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earum: * dederuntque per sortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus suis, *& his qui erant de cognatione filiorum Caath, *fueruntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. * Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis, *Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Bethoron similiter, *necnon & Helon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eumdem modum. *Porrò ex dimidia tribu Manasse, Aner & suburbana eius, Baalam & suburbana eius: his videlicet, qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. *Filiis autem Gersom, de cognatione dimidiæ tribus Manasse, Gaulon in Basan & suburbana eius, & Astharoth cum suburbanis suis. *De tribu Issachar, Cedes & suburbana

50 51 52 53 54 55 E 56 57 58 59 60 C 61 62 63 64 F 65 66 67 68 D 69 70 71 72

*Ioſ. 21. b. 10.

eius,

eius, & Dabereth cum suburbanis suis, *Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. * De tribu verò Aser: Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter, * Hucac quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis. *Porrò de tribu Nephthali, Cedes in Galilęa & suburbana eius, Hamon cum suburbanis suis, & Cariathaim & suburbana eius. *Filiis autem Merari residuis: de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis: * trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis, *Cademoth quoque & suburbana eius, & Mephaat cum suburbanis suis. *Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manaim cum suburbanis suis, * sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

73 74 75 76 77 78 79 80 81

CAP. VII.

Gen. 46. b. 13

PORrò filij Issachar: Thola, & Phua, Iasub, & Simeron, quattuor. * Filij Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemai, & Iebsem, & Samuel, principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid, viginti duo millia sexcenti. * Filij Ozi: Izrahia, de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Iohel, & Iesia, quinque omnes principes. *Cumque eis per familias & populos suos, accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta sex millia: multas enim habuerunt vxores, & filios. * Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi ad pugnandum, octoginta septem millia numerati sunt. *Filij *Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadiel, tres. *Filij Bela: Esbon, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth, & Vrai, quinque principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi: numerus autem eorum, viginti duo millia & triginta quattuor. *Porrò filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath: omnes hi, filij Bechor. * Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum, ad bella fortissimi, viginti millia & ducenti. *Porrò filij Iadihel: Balan. Filij autem Balan: Iehus, & Beniamin, & Aod, & Chanana, & Zethan, & Tharsis, & Ahisahar. *omnes hi filij Iadihel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem millia & ducenti, ad prælium procedentes. * Sepham quoque & Hapham filij Hir: & Hasim filij Aher. * Filij autem Nephthali: Iasiel, & Guni, & Iesер, & Sellum, filij Bala. * Porrò filius Manasse, Esriel: concubinaque eius Syra peperit Machir patrem Galaad. * Machir autem accepit vxores filijs suis Happhim & Saphan: & habuit sororem nomine Maacha: nomen autem secundi, Salphaad, natæque sunt Salphaad filiæ. *& peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares: porrò nomen fratris eius, Sares: & filij eius Vlam, & Recen. * Filius autem Vlam, Badan. hi sunt filij Galaad, filij Machir, filij Manasse. *Soror autem eius Regina peperit Virumdecorum, & Abiezer, & Mohola. *Erant autem filij Semida, Ahin, & Sechem, & Leci, & Aniam. * Filij autem Ephraim: Suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius, Elada filius eius, Thahath filius eius, huius filius Zabad, *& huius filius Suthala, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant vt inuaderent possessiones eorum. *Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt consolarentur eum. * Ingressusque est ad vxorem suam: quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomē eius Beria, cò quòd in malis domus eius ortus esset: * filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Bethoron inferiorem & superiorem, & Ozensara. *Porrò filius eius Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan, *qui genuit Laadan: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Elizama, *de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue. * Possessio autem eorum & habitatio, Bethel cum filiabus suis, & contra Orientem Noran, ac Occidentalem plagam Gazer & filiæ eius, Sichem quoque cum filiabus suis, vsque ad Aza cum filiabus eius. *Iuxta filios quoque Manasse, Bethsan & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius: Dor & filias eius: in his habitauerunt filij Ioseph, filij Israel. *Filij *Aser: Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara soror eorum. *Filij autem Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pater Barsaith. *Heber autē genuit Iephlat, & Somer, & Hotham, & Suaa sororē eorum.

Gen. 46. b. 11

Gen. 46. b. 17

10 A 11 12 13 14 15 B 16 D 17 18 19 20 21 E 22 23 24 25 26 B 27 28 F 29 30 31 C 32 G

* Filij

*Filij Iephlat: Phoſech, & Chamaal, & Aſoth: hi filij Iephlat. *Porrò filij Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. *Filij autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal. * Filij Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra, *Boſor, & Hod, & Samma, & Saluſa, & Iethran, & Bera. * Filij Iether: Iephone, & Phaſpha, & Ara. * Filij autem Olla: Aree, & Haniel, & Reſia. *Omnes hi filij Aſer, principes cognationum, electi atque fortiſſimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta eſſet ad bellum, viginti ſex millia.

33 34 35 36 37 38 39 40

CAP. VIII.

Gen. 46. c. 21 Sup. 7. 6. 6

BEniamin autem genuit Bale primogenitum ſuum, Asbel ſecundum, Ahara tertium, *Nohaa quartum, & Rapha quintum. * Fueruntque filij Bale: Addar, & Gera, & Abiud, *Abiſue quoque & Naaman, & Ahoe, *ſed & Gera, & Sephuphan, & Huram. * Hi ſunt filij Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui trãſlati ſunt in Manahath. * Naaman autem, & Achia, & Gera ipſe tranſtulit eos, & genuit Oza, & Ahiud. * Porrò Saharaim genuit in regione Moab, poſtquam dimiſit Huſim & Bara vxores ſuas. *Genuit autẽ de Hodes vxore ſua Iobab, & Sebia, & Moſa, & Molchom, * Iehus quoque, & Sechia, & Marma. hi ſunt filij eius, principes in familiis ſuis. * Mehuſim verò genuit Abitob, & Elphaal. *Porrò filij Elphaal: Heber, & Miſaam, & Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. * Baria autem & Sama, principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerunt habitatores Geth. *Et Ahio, & Seſac, & Ierimoth, *& Zabadia, & Arod, & Heder, *Michael quoque, & Ieſpha, & Ioha, filij Baria. *Et Zabadia, & Moſollam, & Hezeci, & Heber, *& Ieſamari, & Iezlia, & Iobab, filij Elphaal, *& Iacim, & Zechri, & Zabdi, * & Elioenai, & Selethai, & Eliel, *& Adaia, & Baraia, & Samarath, filij Semei. * Et Ieſpham, & Heber, & Eliel, *& Abdon, & Zechri, & Hanan, *& Hanania, & Ælam, & Anathothia, *& Iephdaia, & Phanuel, filij Seſac. * & Samſari, & Sohoria, & Otholia, *& Ierſia, & Elia, & Zechri, filij Ieroham. *hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerũt in Ieruſalẽ. *in Gabaon autem habitauerũt Abigabaon, & nomen vxoris eius Maacha; * filiuſque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab. *Gedor quoque, & Ahio, & Zacher, & Macelloth: * & Macelloth genuit Samaa: habitaueruntque ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis. * Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul. Porrò Saul genuit Ionathan, & Melchiſua, & Abinadab, & Esbaal. *Filius autem Ionathan, Meribbaal: & Meribbaal genuit Micha. *Filij Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. *& Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porrò Zamri genuit Moſa, *& Moſa genuit Baana, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus eſt Elaſa, qui genuit Aſel. *Porrò Aſel ſex filij fuerunt his nominibus, Ezricam, Bocru, Iſmael, Saria, Obdia, & Hanan. omnes hi filij Aſer. * Filij autem Eſec fratris eius, Vlam primogenitus, & Ichus ſecundus, & Eliphalet tertius. * Fueruntque filij Vlam viri robuſtiſſimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vſque ad centum quinquaginta. Omnes hi, filij Beniamin.

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 A 10 11 12 B 13 14 15 16 17 18 19 B 20 21 22 23 24 25 C 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 D 37 38 39 40

CAP. IX.

VNiuerſus ergo Iſrael dinumeratus eſt: & ſumma eorum ſcripta eſt in Libro regum Iſrael, & Iuda: tranſlatique ſunt in Babylonem propter delictum ſuum. * Qui autem habitauerunt primi in poſſeſſionibus, & in vrbibus ſuis: Iſrael, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. *Commorati ſunt in Ieruſalem de filiis Iuda, & de filiis Beniamin, de filiis quoque Ephraim, & Manaſſe. * Othei filius Ammiud, filij Amri, filij Omrai, filij Bonni, de filiis Phares filij Iuda. *Et de Siloni: Aſaia primogenitus, & filij eius. *De filiis autem Zara: Iehuel, & fratres eorum, ſexcenti nonaginta. *Porrò de filiis Beniamin: Salo filius Moſollam, filij Oduia, filij Aſana: * & Iobania filius Ieroham: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Moſollã filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ, *& fratres eorum per familias ſuas, nongenti quinquaginta ſex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrũ ſuorum. *De ſacerdotibus autem: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: * Azarias quoq. filius Helciæ, filij Moſollam, filij Sadoc, filij Maraioth, filij Achitob, põtifex domus Dei. *Porrò Adaias filius Ieroham, filij Phaſſur, filij Melchiæ: & Maaſai filius Adiel, filij Iezra, filij Moſollam, filij

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 C

Infrà 9. f. 35

Moſollamith, filij Emmer. *fratres quoque eorum principes per familias ſuas, mille ſeptingenti ſexaginta, fortiſſimi robore ad faciendum opus miniſterij in domo Dei. * De Leuitis autem: Semeia filius Haſſub, filij Ezricam, filij Haſebia, de filiis Merari. * Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Aſaph: *& Obdia filius Semeiæ, filij Galal, filij Idithun: & Barachia filius Aſa, filij Elcana, qui habitauit in atriis Netophati. * Ianitores autem: Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahimam, & frater eorum Sellum princeps, * vſque ad illud tempus, in porta regis ad Orientem, obſeruabant per vices ſuas de filiis Leui. * Sellum verò filius Core, filij Abiaſaph, filij Core, cum fratribus ſuis, & domo patris ſui, hi ſunt Coritæ ſuper opera miniſterij, cuſtodes veſtibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per vices caſtrorum Domini cuſtodientes introitum. *Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino. *Porrò Zacharias filius Moſollamia, ianitor portæ tabernaculi teſtimonij. *Omnes hi electi in oſtiarios per portas, ducenti duodecim: & deſcripti in villis propriis: quos conſtituerunt Dauid, & Samuel Videns, in fide ſua, * tam ipſos, quàm filios eorum, in oſtiis domus Domini, & in tabernaculo, vicibus ſuis. *Per quattuor ventos erant oſtiarij: id eſt ad Orientem, & ad Occidentem, & ad Aquilonem, & ad Auſtrum. * Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in ſabbatis ſuis de tempore vſque ad tempus. * His quattuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant ſuper exedras, & theſauros domus Domini. * Per gyrum quoque templi Domini morabantur in cuſtodiis ſuis: vt cùm tempus fuiſſet, ipſi manè aperirent fores. * De horum genere erant & ſuper vaſa miniſterij: ad numerum enim & inferebantur vaſa, & efferebantur. * De ipſis, & qui credita habebant vtenſilia ſanctuarij, præerant ſimilæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. *Filij autem ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. *Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum, quæ in ſartagine frigebantur. *Porrò de filiis Caath fratribus eorum, ſuper panes erant propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula ſabbata præpararent. * Hi ſunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, vt die ac nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent. * Capita Leuitarum, per familias ſuas principes, manſerunt in Ieruſalem. *In Gabaon autem commorati ſunt, pater Gabaon Iehiel, & nomen vxoris eius Maacha. *Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, *Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. *Porrò Macelloth genuit Samaan: iſti habitauerunt è regione fratrum ſuorum in Ieruſalem, cum fratribus ſuis. * Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchiſua, & Abinadab, & Esbaal. *Filius autem Ionathan, Meribbaal: & Meribbaal genuit Micha. * Porrò filij Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. * Ahaz autem genuit Iara, & Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Moſa. * Moſa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elaſa: de quo ortus eſt Aſel. *Porrò Aſel ſex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bocru, Iſmahel, Saria, Obdia, Hanan. hi ſunt filij Aſel.

13 C 14 15 16 17 G 18 19 40 41 42 D 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 F 53 1 2 3 4 5 6 7 8

Sup. 8. c. 29

Sup. 8. c. 33

CAP. X.

PHiliſthiim autem pugnabant contra Iſrael, fugeruntque viri Iſrael Palæſthinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboe. * Cumque appropinquaſſent Philiſthæi perſequentes Saul, & filios eius, percuſſerunt Ionathan, & Abinadab, & Melchiſua, filios Saul. *Et aggrauatum eſt prælium cõtra Saul, inueneruntque eum ſagittarij, & vulnerauerunt iaculis. *Et dixit Saul ad armigerum ſuum: Euagina gladiũ tuum, & interfice me: ne fortè veniat incircumciſi iſti, & illudant mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul enſem, & irruit in eum. * Quod cùm vidiſſet armiger eius, videlicet mortuum eſſe Saul, irruit etiam ipſe in gladium ſuum, & mortuus eſt. *Interiit ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter concidit. *Quod cùm vidiſſent viri Iſrael, qui habitabant in cãpeſtribus, fugerunt: & Saul ac filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes ſuas, & huc illucque diſperſi ſunt: veneruntque Philiſthiim, & habitauerunt in eis. *Die igitur altero detrahẽtes Philiſthiim ſpolia cæſorum, inuenerũt Saul,

1 A 2 3 4 5 6 C 7 8

1. Reg. 31. 1. 1

& filios eius iacentes in monte Gelboe.
*Cumque spoliassent eum, & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, vt circumferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis: * arma autem eius consecrauerunt in fano dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon. *Hoc cùm audissent viri Iabes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saul, *consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attuleruntque ea in Iabes, & sepelierũt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. *Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eò quòd præuaricatus sit mãdatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud: sed ᵃ insuper etiam pythonissam consuluerit, *nec sperauerit in Domino: propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

ᵃ 1. Reg. 15. a. 3 Exod. 17. d. 14
ᵃ 1. Reg. 28. b. 8

CAP. XI.

COngregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron, dicens: Os tuum sumus, & caro tua. * Heri quoque, & nudiustertius, cùm adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas, & introducebas Israel: tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. *Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in Hebron, & iniit Dauid cum eis fœdus corã Domino: vnxeruntque eum regem super Israel, iuxta sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuel. *Abiit quoque Dauid, & omnis Israel, in Ierusalem. hæc est Iebus, vbi erant Iebusæi habitatores terræ. *Dixeruntque qui habitabant in Iebus ad Dauid: Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ est Ciuitas Dauid, *dixitque: Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps & dux. Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. * Habitauit autem Dauid in arce, & idcirco appellata est Ciuitas Dauid. * Ædificauitque vrbem in circuitu à Mello vsque ad gyrum, Ioab autẽ reliqua vrbis extruxit. *Proficiebatq; Dauid vadens & crescens, & Dominus exercituum erat cum eo.
ᵃ 2. Reg. 5. a. 1
ᵃ *Hi principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt rex fieret super omnem Israel, iuxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel. * Et iste numerus robustorum Dauid: Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste leuauit hastam suam super trecentos vulneratos vna vice. * Et post eum Eleazar filius patrui eius Ahohites, qui erat inter tres potentes. * Iste fuit cum Dauid in Phesdomim, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq; populus à facie Philisthinorum. * Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum: cumque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo. * Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in Valle raphaim. * ᵃ Porrò Dauid erat in præsidio, & statio Philisthinorum in Bethlehem. * Desiderauit igitur Dauid, & dixit: O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta. *Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, sed magis libauit illam Domino, * dicens: Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. * Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, *& inter tres secundos inclytus, & princeps eorum: verumtamen vsque ad tres primos non peruenerat. * Banaias filius Ioiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tẽpore niuis. *Et ipse percussit virũ Ægyptium, cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: descendit igitur ad eum cũ virga, & rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. * Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, *inter triginta primus, verumtamen ad tres vsque non peruenerat: posuit autem eum Dauid ad auriculam suam. * Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & Elchanan filius patrui eius de Bethlehem, *Sammoth Arorites, Helles Phalonites, *Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites, * Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites, * Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites, * Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharatonites, *Hurai de Torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. *Filij Assem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites, *Ahiam filius Sachar Ararites, *Eliphal filius Vr, *Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites, *Hesro Carmelites, Naarai filius Asbai, *Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai. * Selec Ammonites, Naarai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ. * Ira Iethræus, Gareb Iethræus, * Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi, *Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: * Hanan filius Maacha & Iosaphat Mathanites, * Ozia Astarothites, Samma & Iehiel filij Hotham Arorites, * Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites, * Eliel Mahumites, & Ieribai & Iosaia filij Elnaem, & Iethma Moabites, Eliel, & Obed, & Iasiel de Masobia.

ᵃ 1. Reg. 23. b. 14

CAP. XII.

HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cùm adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erant fortissimi & egregij pugnatores, * tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex Beniamin. * Princeps Ahiezer, & Ioas, filij Samaa, Gabaathites, & Iaziel, & Phallet filij Azmoth, & Baracha, & Iehu Anathotites. * Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Ieremias, & Ieheziel, & Iohanan, & Iezabad Gaderothites. * & Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Haruphites. * Elcana, & Iesia, & Azareel, & Ioezer, & Iesbaam de Carehim: * Ioela quoque, & Zabadia, filij Ieroham de Gedor. * Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, cùm lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & hastam: facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus: * Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, * Masmana quartus, Ieremias quintus, *Ethi sextus, Eliel septimus, *Iohanan octauus, Elzebad nonus, *Ieremias decimus, Machbanai vndecimus. *hi de filiis Gad principes exercitus: nouissimus centum militibus præerat, & maximus, mille. *isti sunt qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas: & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam, & Occidentalem. * Venerunt autem & de Beniamin, & de Iuda, ad præsidium in quo morabatur Dauid. * Egressusque est Dauid obuiam eis, & ait: Si pacificè venistis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: si autem insidiamini mihi pro aduersariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet. * Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta, & ait: Tui sumus ô Dauid, & tecũ fili Isai: pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. te enim adiuuat Deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit principes turmæ. * Porrò de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philisthiim aduersus Saul, vt pugnaret: & nõ dimicauit cum eis; ᵃ quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes: Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. *Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Michael, & Ednas, & Iozabad, & Eliu, & Salathi, principes millium in Manasse. *hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. * Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. *Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid, cùm esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbũ Domini. *Filij Iuda portãtes clypeum & hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium. * De filiis Simeon, virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum. * De filiis Leui, quattuor millia sexcenti. * Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti. * Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius, principes viginti duo. * De filiis autem Beniamin

ᵃ 1. Reg. 29. b. 4

fratribus Saul, tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. * Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. *Et ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia, singuli per nomina sua venerunt vt constituerent regem Dauid. * De filiis quoque Issachar viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum cõsilium sequebatur. * Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici. * Et de Nephthali, principes mille: & cũ eis instructi clypeo & hasta, triginta & septẽ millia. *De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti. * Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes, quadraginta millia. * Trans Iordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse, instructi armis bellicis, centum viginti millia. * Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt constituerent regem Dauid super vniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, vno corde erant, vt rex fieret Dauid. *Fuerunt́que ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibẽtes. præparauerant enim eis fratres sui. * Sed & qui iuxta eos erant, vsque ad Issachar, & Zabulon, & Nephthali, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus, ad vescendum: farinam, palathas, vuam passam, vinum, oleum, boues, arietes, ad omnem copiam. gaudium quippe erat in Israel.

CAP. XIII.

1 NIit autem consilium Dauid cum tribunis, & centurionibus, & vniuersis principibus, * & ait ad omnem cœtum Israel: Si placet vobis: & à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad Sacerdotes, & Leuitas, qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos, * & reducamus arcam Dei nostri ad nos: non enim requisiuimus eam in diebus Saul. *Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret: placuerat enim sermo omni populo. *Congregauit ergo Dauid cunctum Israel, à Sihor Ægypti, vsque dum ingrediaris Emath, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim. * Et ascendit Dauid, & omnis vir Israel, ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei sedentis super cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. *Imposuerunt́que arcam Dei super plaustrum nouum, de domo Abinadab: Oza autem, & frater eius, minabant plaustrum. * Porrò Dauid, & vniuersus Israel, ludebant coram Deo omni virtute in canticis, & in citharis, & psalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis. * Cùm autem peruenissent ad Aream Chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. * Iratus est itaq. Dominus contra Ozam, & percussit eum, eò quòd tetigisset arcam: & mortuus est ibi coram Domino. *Contristatuśque est Dauid, eò quòd diuisisset Dominus Ozam: vocauit́que locum illum: Diuisio Ozæ vsque in præsentem diem. *Et timuit Deum tunc temporis, dicens: quo modo possum ad me introducere arcam Dei? * Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in Ciuitatem Dauid, sed auertit in domum Obededom Gethæi. * Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus: & benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

CAP. XIIII.

MIsit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum, lignoruḿque: vt ædificarent ei domum. * Cognouit́que Dauid quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & subleuatum esset regnum suum super populũ eius Israel. * *Accepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem: genuit́que filios, & filias. *Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Ierusalem: Samua, & Sobad, Nathan, & Salomon, *Iebahar, & Elisua, & Eliphalet, * Noga quoque, & Napheg, & Iaphia, *Elisama, & Baaliada, & Eliphalet. * *Audientes autem Philisthiim eò quòd vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderunt omnes vt quærerent eum: quod cùm audisset Dauid, egressus est obuiam eis. * Porrò Philisthiim venientes, diffusi sunt in Valle Raphaim. * Consuluit́que Dauid Dominum, dicens; Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus: Ascende, & tradam eos in manu tua. * Cuḿque illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiditur aquæ: & idcirco vocatum est nomen illius loci Baalpharasim. *Dereliquerũt́q; ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. *Alia etiã vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. * Consuluit́que rursum Dauid Deum, & dixit ei Deus: Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum. *Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim. * Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon vsque Gazera. * Diuulgatuḿq; est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

CAP. XV.

FEcit quoque sibi domos in Ciuitate Dauid: & ædificauit locum arcæ Dei, tetendit́que ei tabernaculum. *Tũc dixit Dauid: Illicitum est vt à quocumque portetur arca Dei nisi à Leuitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum. * Congregauit́que vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca Dei in locum suum, quem præparauerat ei. *Necnon & filios Aaron, & Leuitas. *de filiis Caath, Vriel princeps fuit, & fratres eius cẽtum viginti. *De filiis Merari, Asaia princeps; & fratres eius ducẽti viginti. *De filijs Gersom, Ioel princeps; & fratres eius centum triginta. *De filiis Elisaphan, Semeias princeps; & fratres eius ducenti. *De filiis Hebron, Eliel princeps; & fratres eius octoginta. *De filiis Oziel, Aminadab princeps; & fratres eius cẽtum duodecim. *Vocauit́que Dauid Sadoc & Abiathar Sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semeiam, Eliel, & Aminadab: *& dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel, ad locum qui ei præparatus est: * *ne vt à principio, quia non eratis præsẽtes, percussit nos Dominus; sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus. * Sanctificati sunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei Israel. * *Et tulerunt filij Leui arcam Dei, sicut præceperat Moyses iuxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus. * Dixit́que Dauid principibus Leuitarũ, vt constituerẽt de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. *Constitueruntq; Leuitas: Hemam filium Ioel, & de fratribus eius, Asaph filium Barachiæ: de filiis verò Merari, fratribus eorum, Ethan filium Casaiæ. *Et cum eis fratres eorum: in secundo ordine, Zachariam, & Ben, & Iaziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab, & Banaiam, & Maasiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, & Iehiel, ianitores. *Porrò cantores, Heman, Asaph, & Ethan; in cymbalis æneis concrepantes. *Zacharias autẽ, & Oziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, & Eliab, & Maasias, & Banaias, in nablis arcana cantabant. *Porrò Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obededom, & Iehiel, & Ozaziu, in citharis pro octaua canebant epinicion. *Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, ad precinendam melodiam: erat quippe valde sapiens. *Et Barachias, & Elcana, ianitores arcæ. *Porrò Sebenias, & Iosaphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer, sacerdotes, clangebant tubis corã arca Dei: & Obededom, & Iehias, erant ianitores arcæ. * *Igitur Dauid, & omnes maiores natu Israel, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom, cum lætitia. *Cuḿque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes. * Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabant arcam, cantoresque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem etiam indutus erat ephod lineo. *Vniuersuśque Israel deducebant arcam fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis concrepantes. *Cuḿque peruenisset arca fœderis Domini vsque ad Ciuitatem Dauid; Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

CAP. XVI.

2.Reg.6.
v.17

1 ATtulerunt igitur arcam Dei, & constituerũt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocausta, & pacifica corã Deo. 2 *Cumque complesset Dauid offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. 3 * Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vsque ad mulierem, tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam. 4 *Cõstituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent, & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarẽt Dominum Deum Israel: 5 * Asaph principem; & secũdum eius Zachariam: Porrò Iahiel, & Semiramoth, & Iehiel, & Mathathiam, & Eliab, & Banaiam, & Obededom: Iehiel super organa psalterij, & lyras: Asaph autem vt cymbalis personaret; 6 *Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis Domini. 7 *In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino Asaph, & fratres eius.

*Psal.104. a.1 Esa.12.b.4

8 * Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius.

9 * Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.

10 * Laudate nomen sanctum eius: lætetur cor quærentium Dominum.

11 *Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper.

12 * Recordamini mirabilium eius, quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.

13 *Semen Israel serui eius: filij Iacob electi eius.

14 *Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.

15 * Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis, quem præcepit in mille generationes.

16 *Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac.

17 *Et cõstituit illud Iacob in præceptum: & Israel in pactum sempiternum,

18 *Dicens: Tibi dabo Terram Chanaan, funiculum hereditatis vestræ.

19 *Cùm essent pauci numero, parui & coloni eius.

20 * Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

21 *Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpauit pro eis reges.

22 * Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

Psal.95.a

23 *Cantate Domino omnis terra: annunciate ex die in diem salutare eius.

24 * Narrate in gentibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius.

25 *Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos.

26 * Omnes enim dij populorum, idola: Dominus autem cælos fecit.

27 *Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius.

28 *Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium.

29 *Date Domino gloriam, nomini eius, leuate sacrificium, & venite in conspectu eius: & adorate Dominum in decore sancto.

30 *Cõmoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilem.

31 *Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.

32 * Tonet mare, & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis sunt.

33 *Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit iudicare terram.

34 *Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniam in æternum misericordia eius.

35 * Et dicite: Salua nos Deus saluator noster; & congrega nos, & erue de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis.

36 *Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno vsque in æternum: & dicat omnis populus: Amen, & hymnum Domino.

37 * Reliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini, Asaph & fratres eius, vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter, per singulos dies, & vices suas. 38 * Porrò Obededom, & fratres eius sexaginta octo; & Obededom filium Idithun, & Hosa, constituit ianitores. 39 * Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso, 40 quod erat in Gabaon, *vt offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis iugiter, mane & vespere, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. 41 * Et post eum Heman, & Idithun, & reliquos electos, vnumquemque vocabulo suo ad confitendum Domino: Quoniam in æternum misericordia eius. 42 * Heman quoque & Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia musicorum organa, ad canendum Deo; filios autem Idithun fecit esse portarios. 43 * Reuersusque

que est omnis populus in domum suam; & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

CAP. XVII.

1.Reg.7. v.1

1 CVm autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est. 2 * Et ait Nathan ad Dauid: Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac: Deus enim tecum est. 3 * Igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan, dicens: 4 *Vade, & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit Dominus: Non ædificabis tu mihi domum ad habitandũ. 5 *Neque enim mansi in domo, ex eo tẽpore quo eduxi Israel, vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio 6 *manens cum omni Israel. Numquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperam vt pascerent populũ meum, & dixi: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? 7 *Nunc itaque sic loquẽris ad seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel. 8 *Et fui tecum quocumque perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, feciquè tibi nomen quasi vnius magnorum, qui celebrantur in terra. 9 *Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non commouebitur: nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio, 10 *ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annuncio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dominus domũ. 11 *Cumq; impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis: & stabiliam regnum eius. 12 *Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum. 13 *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. 14 * Et statuam eum in domo mea, & in regno meo, vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus in perpetuum. 15 * Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. 16 * Cumque venisset rex Dauid, & sedisset coram Domino, dixit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? 17 * Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo, ideoque loc utus es super domum serui tui etiam in futurum: & fecisti me spectabilem super omnes 18 homines, Domine Deus. * Quid vltrà addere potest Dauid, cùm ita glorificaueris seruum tuum, & cognoueris eum? 19 *Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti vniuersa 20 magnalia. *Domine, non est similis tui: & non est alius Deus absque te, ex omnibus, quos audiuimus auribus nostris. 21 *Quis enim est alius, vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populũ sibi, & magnitudine sua atq; terroribus eiiceret nationes à facie eius, quę de Ægypto 22 liberarat? * Et posuisti populum tuum Israel tibi in populũ vsque in æternum, 23 & tu Domine factus es Deus eius. *Nũc igitur Domine, sermo, quem locutus es famulo tuo, & super domũ eius, confirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus 24 es. *Permaneatq; & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum: & dicatur: Dominus exercituum Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo. 25 * Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculã serui tui, vt ædificares ei domum: & ideirco inuenit seruus tuus 26 fiduciam, vt oret coram te. * Nunc ergo Domine, tu es Deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. 27 * Et cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

CAP. XVIII.

2.Reg.8. v.1

1 FActum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philisthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius, de manu Philisthiim, 2 * percutereq; Moab, & fierent Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera. 3 * Eo tempore percussit Dauid etiam Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium suum vsque ad flumen 4 Euphraten. * Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septẽ millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subneruauitq; omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reseruauit sibi. 5 * Superuenit autem & Syrus Damascenus, vt auxilium præberet Adarezer regi Soba: sed & huius percussit Dauid viginti duo millia virorum. 6 *Et posuit milites in Damasco, vt Syria

quoque seruiret sibi, & offerret munera. Adiuuitque eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat. *Tulit quoque Dauid pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer, & attulit eas in Ierusalem. *Necnon de Thebath & Chun, vrbibus Adarezer, æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa ænea. * Quod cùm audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adarezer regis Soba, * misit Adoram filium suum ad regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei, quòd percussisset & expugnasset Adarezer: aduersarius quippe erat Thou Adarezer. * Sed & omnia vasa aurea, & argentea, & ænea, consecrauit Dauid rex Domino, cum argento & auro, quod tulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon, quàm de Philisthiim & Amalec. *Abisai verò filius Saruiæ percussit Edom in Valle Salinarum, decem & octo millia: * & constituit in Edom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid: saluauitque Dominus Dauid in cunctis, ad quæ perrexerat. * Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo. *Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitum, & Iosophat filius Ahilud à commentariis. *Sadoc autem filius Achitob, & Ahimelec filius Abiathar, sacerdotes: & Susa, scriba. * Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi, & Phelethi: porrò filij Dauid, primi ad manum regis.

5 *Qui cùm abiissent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec crescèret barba eorum, & tunc reuerterentur. * Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon, quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba, currus & equites.
7 * Conduxeruntque triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. Qui cùm venissent, castrametati sunt è regione Medaba. Filij quoq. Ammon congregati de vrbibus suis, venerũt ad bellum. *Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium: * egressique filij Ammon, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autem, qui ad auxilium eius venerant, separatim in agro steterunt. *Igitur Ioab, intelligens bellum ex aduerso & post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit cõtra Syrum. *Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui; & perrexerunt contra filios Ammon.
12 *Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. * Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri: Dominus autem, quod in conspectu suo bonũ est, faciet. *Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos. *Porrò filij Ammon videntes quòd fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusque est etiam Ioab in Ierusalem. *Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuncios, & adduxit Syrum, qui erat trãs fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum. *Quod cùm nunciatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, irruitq; in eos, & direxit exaduerso aciem, illis contra pugnantibus. *Fugit autem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. * Videntes autem serui Adarezer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei: noluitque vltrà Syria auxilium præbere filiis Ammon.

CAP. XIX.

2.Reg. 10. a.1
Accidit autem vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret filius eius pro eo. * Dixitque Dauid: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas: præstitit enim mihi pater eius gratiam. Misitque Dauid nuncios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cùm peruenissent in terram filiorũ Ammon, vt cõsolarentur Hanon, *dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas, quòd Dauid honoris causa in patrem tuum miserit qui consolentur te: nec animaduertis, quòd vt explorent, & inuestigent, & scrutentur terram tuam, venerint ad te serui eius. *Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit, & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes, & dimisit eos.

CAP. XX.

1.Reg. 10. b.7. & 11. a.1
FActum est autẽ post anni circulum, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitũ, & robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon; perrexitque & obsedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam. * Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & preciosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema: manubias quoque vrbis plurimas tulit: *populum autem, qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur: sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon: & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem. *1.Reg.21. d.18 * Post hæc initum est bellum in Gazer aduersum Philistheos: in quo percussit Sobochai Husathites, Saphai de genere Raphaim, & humiliauit eos. *Aliud quoque bellum gestum est aduersus Philistheos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi, cuius hastæ lignum erat quasi liciatorii texentium. * Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, id est, simul viginti quattuor: qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus. *Hic blasphemauit Israel: & percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

CAP. XXI.

1.Reg.24. a.1 1.Par.27. a.24
COnsurrexit autem Satan contra Israel: & concitauit Dauid vt numeraret Israel. *Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi: Ite, & numerate Israel à Bersabee vsque Dan: & afferte mihi numerum vt sciam. *Respondit que Ioab: Augeat Dominus populum suum centuplum, quàm sunt: nónne domine mi rex, omnes serui tui sunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli? * Sed sermo regis magis præualuit: egressusque est Ioab, & circuiuit vniuersum Israel; & reuersus est Ierusalem: *Deditque Dauid numerum eorum, quos circuierat: & inuentus est omnis numerus Israel, mille millia & centum millia virorum educentium gladium: de Iuda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum. * Nam Leui, & Beniamin non numerauit: eò quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperiũ.
7 * Displicuit autem Deo quod iussum erat; & percussit Israel. *Dixitque Dauid ad Deum: Peccaui nimis vt hoc facerem: obsecro auferiniquitatem serui tui, quia insipienter egi. *Et locutus est Dominus ad Gad Videntem Dauidis, dicens: *Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei: Hæc dicit Dominus: Triam tibi optionem do; vnum, quod volueris, elige, & faciam tibi. *Cumque venisset Gad ad Dauid, dixit ei: Hæc dicit Dominus: Elige quod volueris: * aut tribus annis famem: aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladiũ eorum non posse euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam versari in terra, & angelum Domini interficere in vniuersis finibus Israel: nũc igitur vide quid respondeam ei, qui misit me. * Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius, quàm in manus hominum. *Misit ergo Dominus pestilentiam in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorũ. *Misit quoque angelum in Ierusalem, vt percuteret eam: cumque percuteretur, vidit Dominus, & misertus est super magnitudine mali: & imperauit angelo, qui percutiebat: Sufficit, iam cesset manus tua. Porrò angelus Domini stabat iuxta aream Ornan Iebusæi. *Leuansq; Dauid oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cælum & terram, & euaginatũ gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem: & ceciderunt, tam ipse quàm maiores natu vestiti ciliciis, proni in terrã.
17 *Dixitque Dauid ad Deum: Nónne ego sum, qui iussi vt numeraretur populus? Ego, qui peccaui: ego, qui malum feci: iste grex quid commeruit? Domine Deus meus, vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei: populus autem tuus non percutiatur. * Angelus autem Domini præcepit Gad, vt diceret Dauidi vt ascenderet, extrueretq; altare Domino Deo in area Ornan Iebusæi. *Ascendit ergo Dauid iuxta sermonem Gad, quẽ locutus ei fuerat ex nomine Domini.
20 *Porrò Ornan cùm suspexisset, & vidisset angelum, quattuorque filij eius cum eo, absconderũt se: nam eo tempore terebat in area triticũ. *Igitur cùm veniret Dauid ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit

cessit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram. *Dixitq; ei Dauid: Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias, & cesset plaga à populo. *Dixit autem Ornan ad Dauid: Tolle, & faciat dominus meus rex quodcumque ei placet: sed & boues do in holocaustũ, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium: Omnia libens præbebo. *Dixitque ei rex Dauid: Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita. *Dedit ergo Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. *Et ædificauit ibi altare Domino: obtulitq; holocausta, & pacifica, & inuocauit Dominum, & exaudiuit eum in igne de cælo super altare holocausti. *Præcepitq; Dominus angelo: & conuertit gladiũ suum in vaginã. *Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudisset eum Dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi victimas. *Tabernaculum autem Domini, *quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum, ea tempestate erat in excelso Gabaon. *Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.

*2. Par. 3. a. 1

*Exod. 36. a. 2

CAP. XXII.

DIxitque Dauid: Hęc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel. *Et præcepit vt congregarentur omnes proselyti de Terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei. *Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atque iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. *Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad Dauid. *Et dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus; domus autem, quã ædificari volo Domino, talis esse debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparauit impensas. *Vocauitque Salomonem filium suum: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Israel. *Dixitque Dauid ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini Domini Dei mei, *sed factus est sermo Domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me: *filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus vocabitur: & pacem & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. *Ipse ędificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmaboq; solium regni eius super Israel in æternũ. *Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te. *Det quoque tibi Dominus prudentiam & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui. *Tunc enim proficere poteris, si custodieris mãdata & iudicia, quæ præcepit Dominus Moysi vt doceret Israel: confortare & viriliter age, ne timeas, neque paueas. *Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorũ: æris verò & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuersa impendia. *Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cementarios, artificesque lignorũ, & omnium artium ad faciendum opus prudentissimos, *in auro & argẽto & ære & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum. *Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filium suum. *Cernitis, inquiẽs, quòd Dominus Deus vester vobiscũ sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram Domino, & coram populo eius. *Præbete igitur corda vestra & animas vestras, vt quæratis Dominum Deum vestrum: & consurgite, & ædificate sanctuarium Domino Deo, vt introducatur arca fœderis Domini, & vasa Domino consecrata, in domum, quę ædificatur nomini Domini.

*2. Reg. 7. b. 13 Hebr. 1. a. 5 3. Reg. 5. a. 5

CAP. XXIII.

IGitur Dauid senex & plenus dierum, regem constituit Salomonem filium suum super Israel. *Et cõgregauit omnes principes Israel, & Sacerdotes atq. Leuitas. *Numeratiq; sunt Leuitæ à triginta annis, & supra: & inuenta sunt triginta octo millia virorum. *Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini, viginti quattuor millia: præpositorum autem & iudicũ sex millia. *Porrò quattuor millia ianitores: & totidẽ psaltæ canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum. * Et distribuit eos Dauid per vices filiorũ Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari. * Filij Gerson: Leedan, & Semei. *Filij Leedan: princeps Iahiel, & Zethan, & Ioel, tres. *Filij Semei: Salomith, & Hosiel, & Aran, tres: isti principes familiarum Leedan. *Porrò filij Semei, Leheth, & Ziza, & Ians, & Baria: isti filij Semei, quattuor. *Erat autem Leheth prior, Ziza secundus: porrò Ians & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnaque domo, computati sunt. * Filij Caath: Amram, & Isaar, Hebron, & Oziel, quattuor. *Filij Amram: Aaron, & Moyses. *Separatusque est Aaron vt ministraret in Sancto sanctorum, ipse & filij eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundùm ritum suum, ac benediceret nomini eius in perpetuum. *Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. *Filij Moysi: Gersom, & Eliezer. * Filij Gersom: Subuel primus. *Fuerũt autem filij Eliezer: Rohobia primus: & nõ erãt Eliezer filij alij. Porrò filij Rohobia multiplicati sunt nimis. * Filij Isaar: Salomith primus. *Filij Hebron: Ieriau primus, Amarias secũdus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. * Filij Oziel: Micha primus, Iesia secundus. *Filij Merari: Moholi, & Musi. Filij Moholi: Eleazar, & Cis. *Mortuus est autẽ Eleazar, & non habuit filios, sed filias: acceperuntque eas filij Cis fratres earum. *Filij Musi: Moholi, & Eder, & Ierimoth, tres. *Hi filij Leui in cognationibus & familiis suis, principes per vices, & numerum capitum singulorum, qui faciebant opera ministerij domus Domini, à viginti annis & supra. *Dixit enim Dauid: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum. *Nec erit officij Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrãdum. *Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima, supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & supra. * Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis, & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi Domini. *Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram. *Leuitæ verò, vt stent manè ad confitẽdum & canendum Domino: similiterque ad vesperam *tam in oblatione holocaustorum Domini, quàm in sabbatis & Calendis & solennitatibus reliquis, iuxta numerum, & ceremonias vniuscuiusque rei, iugiter coram Domino. * Et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarij, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum, vt ministrent in domo Domini.

*Sup. 6. a. 1

*Sup. 6. a. 1

*Hebr. 5. b. 6

*Exod. 2. d. 22. & 18. a. 3

CAP. XXIIII.

POrrò filiis Aarõ hæ partitiones erãt: Filij Aaron: Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. *Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum absque liberis: sacerdotioque functus est Eleazar, & Ithamar. *Et diuisit eos Dauid, id est, Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimelech de filiis Ithamar, secundùm vices suas & ministerium. *Inuentique sunt multo plures filij Eleazar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuisit autẽ eis, hoc est filiis Eleazar, principes per familias sedecim: & filiis Ithamar per familias & domos suas octo. *Porrò diuisit vtrasque inter se familias sortibus: erant enim principes sanctuarij, & principes Dei, tam de filiis Eleazar, quàm de filiis Ithamar. * Descripsitque eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium & Leuiticarũ: vnam domum, quæ ceteris præerat, Eleazar: & alteram domum, quæ sub se habebat ceteros, Ithamar. *Exiuit autem sors prima Ioiarib, secũda Iedei, * tertia Harim, quarta Seorim, * quinta Melchia, sexta Maiman, *septima Accos, octaua Abia, *nona Iesua, decima Sechenia, *vndecima Eliasib, duodecima Iacim, *tertiadecima Hoppha, decimaquarta Isbaab, *decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, *decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, *decimanona Phetheia, vigesima Hezechiel, *vigesimaprima Iachin, vigesimasecunda Gamul, *vigesimatertia Dalaiau, vigesimaquarta Maaziau. * Hæ vices eorum

*Leuit. 10. a. 1

*Num. 3. a. 4

secundùm ministeria sua, vt ingrediantur domum Domini, & iuxta ritũ suum sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat Dominus Deus Israel. *Porrò filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filijs Amram erat Subael, & de filijs Subael, Iehedeia. *De filiis quoque Rohobiæ princeps Iesias. * Isaari verò filius Salemoth, filiusque Salemoth Iahath: *filiusque eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaan quartus. * Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. * Frater Micha, Iesia: filiusque Iesiæ, Zacharias. * Filij Merari: Moholi & Musi. Filius Oziau: Benno. * Filius quoque Merari: Oziau & Soam & Zachur & Hebri. * Porrò Moholi filius: Eleazar, qui non habebat liberos. *Filius verò Cis, Ierameel. *Filij Musi: Moholi, Eder, & Ierimoth. isti filij Leui secundùm domos familiarum suarum. *Miseruntque & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron, coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principibus familiarum Sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores. omnes sors æqualiter diuidebat.

C 8 9 C 10 11 12 13 14 15 16 D 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 D 28 29 30 31

Cap. xxv.

IGitur Dauid & magistratus exercitus, segregauerunt in ministerium filios Asaph, & Heman, & Idithun: qui prophetarẽt in citharis, & psalterijs, & cymbalis, secundùm numerum suum dedicato sibi officio seruientes. *De filijs Asaph: Zacchur, & Ioseph, & Nathania, & Asarela, filij Asaph: sub manu Asaph prophetantis iuxta regem. *Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Iesceias, & Hasabias, & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat super confitentes & laudantes Dominum. * Heman quoque: filij Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romemthiezer, & Iesbacassa, Mellothi, Othir, Mahazioth: *omnes isti filij Heman Videntis regis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu: dedit-que Deus Heman filios quattuordecim, & filias tres. * Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant, in cymbalis, & psalterijs, & citharis, in ministeria domus Domini iuxta regem: Asaph videlicet, & Idithun, & Heman. *Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducenti octogintaocto. * Miseruntque sortes per vices suas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter, & indoctus. * Egressáque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & filijs eius, & fratribus eius duodecim. * Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. * Quarta Isari, filijs & fratribus eius duodecim. *Quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. * Sexta Bocciau, filijs & fratribus eius duodecim. *Septima Isreela, filijs & fratribus eius duodecim. *Octaua Iesaię, filijs & fratribus eius duodecim. * Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. *Decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim. * Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. * Duodecima Hasabiæ, filiis & fratribus eius duodecim. *Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. * Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. *Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. *Sextadecima Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. *Septimadecima Iesbacassæ, filijs & fratribus eius duodecim. * Octauadecima Hanani, filiis & fratribus eius duodecim. * Nonadecima Mellothi, filiis & fratribus eius duodecim. * Vigesima Eliatha, filijs & fratribus eius duodecim. *Vigesimaprima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. * Vigesimasecunda Geddelthi, filijs & fratribus eius duodecim. *Vigesimatertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. *Vigesimaquarta Romemthiezer, filijs & fratribus eius duodecim.

1 A 2 3 4 5 6 7

Cap. xxvi.

DIuisiones autem ianitorum: de Coritis Meselemia, filius Core, de filijs Asaph. *Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, * Ælam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus. *Filij autem Obededom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, *Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi Dominus. *Semei autem filio eius nati sunt filij, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. * filij ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzãbad, fratres eius viri fortissimi: Eliu quo-

que,

que, & Samachias. * Omnes hi, de filiis Obededom: ipsi, & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandũ, sexaginta duo de Obededom. *Porrò Meselemię filij, & fratres eorũ robustissimi, decem & octo. *De Hosa autem, id est, de filiis Merari: Semri princeps (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eũ pater eius in principem) *Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus. omnes hi filij, & fratres Hosa, tredecim. *Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum, ministrarent in domo Domini. *Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis, & magnis, per familias suas, in vnamquamque portarum. *Cecidit ergo sors Orientalis, Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & erudito, sortitò obtigit plaga Septentrionalis. *Obededom verò & filiis eius ad Austrũ: in qua parte domus erat seniorum concilium. * Sephim & Hosa ad Occidentem, iuxta portam, quæ ducit ad viam ascensionis: custodia contra custodiam. * Ad Orientem verò Leuitæ sex: & ad Aquilonem quattuor per diem: atque ad Meridiem similiter in die quattuor: & vbi erat concilium, bini & bini. *In cellulis quoque ianitorum ad Occidentem quattuor in via, binique per cellulas. *Hæ sunt diuisiones ianitorum, filiorum Core & Merari. *Porrò Achias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorum. * Filij Ledan, filij Gersonni: de Ledan principes familiarum, Ledan, & Gersonni, Iehieli. * Filij Iehieli: Zathan, & Ioel fratres eius, super thesauros domus Domini, *Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozihelitis. *Subael autem filius Gersom, filij Moysi, præpositus thesauris. *Fratres quoque eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius Iorã, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith. * Ipse Selemith, & fratres eius, super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarũ, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus, *de bellis, & manubiis præliorum, quæ consecrauerãt ad instaurationem, & supellectilem templi Domini. *Hęc autem vniuersa sanctificauit Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: omnes, qui sanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrum eius. * Isaaritis verò præerat Chonenias, & filij eius, ad opera forinsecus super Israel, ad docendũ & iudicandum eos. * Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti, præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentem, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis. *Hebronitarum autem princeps fuit Ieria, secundùm familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt, & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad, *fratresque eius robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum. Præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei, & regis.

8 9 10 B 11 12 13 14 15 A 16 17 C 18 19 20 21 22 B 23 24 25 26 D 27 28 29 30 31 32

Cap. xxvii.

FIlij autem Israel secundùm numerum suum, principes familiarum, tribuni, & centuriones, & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos mẽses in anno, vigintiquattuor millibus singuli præerãt. *Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel, & sub eo vigintiquattuor millia. * De filiis Phares, princeps cunctorum principum in exercitu mense primo. *Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquattuor millium. *Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadę sacerdos: & in diuisione sua vigintiquattuor millia. *Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. præerat autem turmæ ipsius Amizabad filius eius. *Quartus, mense quarto, Asahel frater Ioab: & Zabadias filius eius post eũ: & in turma eius vigintiquattuor millia. *Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius vigintiquattuor millia. * Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius vigintiquattuor millia. *Septimus, mẽse septimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma eius vigintiquattuor millia. * Octauus, mense octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: & in turma eius vigintiquattuor millia. * Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites de filiis Iemini: & in turma eius vigintiquattuor millia. * Decimus, mense decimo, Marai, & ipse Netophathites de stirpe Zarai: & in turma eius vigintiquattuor millia. * Vndecimus,

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 13 14

mense

menſe vndecimo, Banaias Pharathonites de filijs Ephraim: & in turma eius vigintiquattuor millia. *Duodecimus, menſe duodecimo, Holdai Netophathites, de ſtirpe Gothoniel: & in turma eius vigintiquattuor millia. *Porrò tribubus præerant Iſrael, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: * Leuitis, Haſabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: *Iuda, Eliu frater Dauid: Iſſachar, Amri filius Michael. *Zabulonitis, Ieſmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Ozriel: *filiis Ephraim, Oſee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manaſſe, Ioel filius Phadaiæ: *& dimidiæ tribui Manaſſe in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem, Iaſiel filius Abner. *Dan verò, Ezrihel filius Ieroham: hi principes filiorum Iſrael. *Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferiùs: quia dixerat Dominus vt multiplicaret Iſrael quaſi ſtellas cæli. *Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, nec compleuit: quia ſuper hoc ira irruerat in Iſrael: & idcirco numerus eorum qui fuerant recenſiti, non eſt relatus in faſtos regis Dauid. * Super theſauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel. his autem theſauris, qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turribus, præſidebat Ionathan filius Oziæ. *Operi autem ruſtico, & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub: *vinearumq; cultoribus, Semeias Romathites: cellis autem vinarijs, Zabdias Aphonites. *Nam ſuper oliueta & ficeta, quæ erant in campeſtribus, Balanam Gederites: ſuper apothecas autem olei, Ioas. *Porrò armentis, quę paſcebantur in Saron, prępoſitus fuit Setrai Saronites: & ſuper boues in vallibus, Saphat filius Adli: * ſuper camelos verò, Vbil Iſmahelites: & ſuper aſinos, Iadias Meronathites. *ſuper oues quoq; Iaziz Agareus. omnes hi, principes ſubſtantiæ regis Dauid. * Ionathan autem patruus Dauid, conſiliarius, vir prudens & litteratus: Ipſe & Iahiel filius Hachamoni erant cum filijs regis. *Achitophel etiam conſiliarius regis, & Chuſai Arachites amicus regis. * Poſt Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

15 5 B 24 6 25 7 D 26 8 27 28 9 29 30 31 10 11 32 C 33 12 34 13

CAP. XXVIII.

COnuocauit igitur Dauid omnes principes Iſrael, duces tribuum, & præpoſitos turmarum, qui miniſtrabant regi: tribunos quoque & centuriones, & qui præerant ſubſtantiæ & poſſeſſionibus regis, filioſque ſuos cum eunuchis, & potentes, & robuſtiſſimos quoſque in exercitu Ieruſalem. *Cumque ſurrexiſſet rex, & ſteriſſet, ait: Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitaui vt ædificarem domum, in qua requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellum pedum Dei noſtri: & ad ædificandum, omnia præparaui. *Deus autem dixit mihi: *Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis. * Sed elegit Dominus Deus Iſrael me de vniuerſa domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſrael in ſempiternum: de Iuda enim elegit principes: porrò de domo Iuda, domum patris mei: & de filijs patris mei, placuit ei vt me eligeret regē ſuper cunctum Iſrael. *Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt ſederet in throno regni Domini ſuper Iſrael, *dixitque mihi: Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea: ipſum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. * Et firmabo regnum eius vſque in æternum, ſi perſeuerauerit facere præcepta mea, & iudicia, ſicut & hodie. *Nunc ergo coram vniuerſo cœtu Iſrael, audiente Deo noſtro, cuſtodite, & perquirite cuncta mandata Domini Dei noſtri: vt poſſideatis Terram bonam, & relinquatis eam filijs veſtris poſt vos vſq; in ſempiternum. *Tu autem Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſeruito ei corde perfecto, & animo voluntario: *omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quęſieris eum, inuenies: ſi autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. * Nunc ergo quia elegit te Dominus vt ędificares domum Sanctuarij, confortare, & perfice. *Dedit autem Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, *necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum, & exedrarum per circuitum in theſauros domus Domini, & in theſauros ſanctorum, *diuiſionumque Sacerdotalium & Leuiticarum, in omnia opera domus Domini, & in vniuerſa vaſa miniſterij templi Domini. *Aurum in pondere per ſingula vaſa miniſterij. Argenti quoque pondus pro vaſorum & operum diuerſitate. *Sed & in

1 A 2 3 *2. Reg. 7. b. 13 4 5 *Sap. 9. b. 7 6 7 8 *Pſal. 71. b. 10 9 10 11 12 13 14 15

candela-

candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurum pro menſura vniuſcuiuſque candelabri & lucernarum. Similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorum, pro diuerſitate menſuræ, pondus argenti tradidit. * Aurum quoque dedit in menſas propoſitionis pro diuerſitate menſarum: ſimiliter & argentum in alias menſas argenteas. * Ad fuſcinulas quoque, & phialas, & thuribula, ex auro puriſſimo, & leunculos aureos, pro qualitate menſuræ pondus diſtribuit in leunculum & leunculum. Similiter & in leones argenteos diuerſum argenti pondus ſeparauit. * Altari autem, in quo adoletur incenſum, aurum puriſſimum dedit: vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ cherubim, extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini. * Omnia, inquit, venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris. *Dixit quoque Dauid Salomoni filio ſuo: Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas, & ne paueas: Dominus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domus Domini. * Ecce diuiſiones Sacerdotum & Leuitarum, in omne miniſterium domus Domini aſſiſtunt tibi, & parati ſunt, & nouerunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

16 17 D 18 19 20 21

CAP. XXIX.

LOcutuſq; eſt Dauid rex ad omnem eccleſiam: Salomonem filium meū vnum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum: opus namque grande eſt, neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo. *Ego autem totis viribus meis pręparaui impenſas domus Dei mei. Aurū ad vaſa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quaſi ſtibinos, & diuerſorum colorum, omnemq; pretioſum lapidem, & marmor Parium abundantiſſimè: *& ſuper hæc, quæ obtuli in domum Dei mei de peculio meo aurum & argentum, do in templum Dei mei, exceptis his, quę præparaui in ædem ſanctam. *Tria millia talenta auri de auro Ophir: & ſeptem millia talentorum argenti probatiſſimi, ad deaurandos parietes templi. * Et, vbicumque opus eſt aurum de auro, & vbicumque opus eſt argentum de argento, opera fiant per manus artificum: & ſi quis ſponte offert, impleat manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domino. * Polliciti ſunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Iſrael, tribuni quoque, & centuriones, & principes poſſeſſionum regis. *Dederuntque in opera domus Dei auri talenta quinque millia, & ſolidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum. *Et apud quemcumque inuenti ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini, per manum Iahiel Gerſonitis. *Lętatuſque eſt populus, cùm vota ſponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino: ſed & Dauid rex lætatus eſt gaudio magno. * Et benedixit Domino coram vniuerſa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum. * Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria: & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo ſunt, & in terra, tua ſunt: tuum Domine regnum, & tu es ſuper omnes principes. *Tuę diuitiæ, & tua eſt gloria: tu dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia: in manu tua magnitudo, & imperium omniū. *Nunc igitur Deus noſter confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. *Quis ego, & quis populus meus, vt poſſimus hæc tibi vniuerſa promittere? tua ſunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. *Peregrini enim ſumus coram te, & aduenę, ſicut omnes patres noſtri. *Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. * Domine Deus noſter, omnis hæc copia, quam parauimus vt ædificaretur domus nomini ſancto tuo, de manu tua eſt, & tua ſunt omnia. *Scio Deus meus quòd probes corda, & ſimplicitatem diligas, vnde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc: & populum tuum, qui hìc repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. * Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, patrum noſtrorum, cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eorū, & ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat. *Salomoni quoq; filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat vniuerſa: & ædificet ędem, cuius impēſas paraui. *Prępcepit autem Dauid vniuerſæ eccleſiæ: Benedicite Domino Deo noſtro. Et benedixit omnis eccleſia Domino Deo patrum

1 A 2 3 4 B 5 6 7 8 9 C 10 11 12 13 D 14 15 *Sap. 2. b. 5 16 17 E 18 19 20

trum

trum suorum : & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, & deinde regem.
*Immolaueruntque victimas Domino : 21
& obtulerunt holocausta die sequenti, F
tauros mille, arietes mille, agnos mille,
cum libaminibus suis, & vniuerso ritu
abundantissimè in omnē Israel. *Et com- 22
ederunt, & biberunt coram Domino in
*3.Reg. 2. c. 34 die illo cum grandi lætitia. *Et vnxerunt
secundò Salomonem filium Dauid. Vn-
xerunt autem eum Domino in princi-
pem, & Sadoc in pontificem. *Seditque 23
Salomon super solium Domini in regem
pro Dauid patre suo, & cunctis placuit:
& paruit illi omnis Israel. *Sed & vni- 24
uersi principes, & potentes, & cuncti fili-
j regis Dauid dederunt manum, & sub-
iecti fuerunt Salomoni regi. *Magnifi- 25
G cauit ergo Dominus Salomonem super
omnem Israel: & dedit illi gloriam regni,
qualem nullus habuit ante eum rex Is-
26 rael. *Igitur Dauid filius Isai regnauit su-
27 per vniuersum Israel. *Et dies, quibus re-
gnauit super Israel, fuerunt quadraginta
anni: in Hebron regnauit septem annis,
28 & in Ierusalem annis trigintatribus. *Et
mortuus est in senectute bona, plenus
dierum, & diuitijs, & gloria. & regnauit
29 Salomon filius eius pro eo. *"Gesta autē *3. Reg. 2. c. 11
Dauid regis priora, & nouissima, scripta
sunt in Libro Samuelis Videntis, & in
Libro Nathan prophetæ, atque in volu-
30 mine Gad Videntis : *vniuersique regni
eius, & fortitudinis, & temporum, quæ
transierunt sub eo, siue in Israel, siue in
cunctis regnis terrarum.

LIBER SECVNDVS
PARALIPOMENON,
HEBRAICE DIBRE HAIAMIM.

CAPVT PRIMVM.

*3. Reg. 3. a. 1 ONFORTATVS 1
est ergo Salomon filius A
Dauid in regno suo, &
Dominus Deus eius
erat cum eo, & magni-
ficauit eū in excelsum.
*Præcepitq; Salomon 2
vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum: *& abijt cum 3
vniuersa multitudine in Excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculū fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine. * Aream autem Dei adduxerat 4
Dauid de Cariathiarim, in locum quem B
præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Ierusalem. *Altare 5
*Exod. 38. a. 8 quoque æneum, *quod fabricatus fuerat
Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat co-
ram tabernaculo Domini: quod & re-
quisiuit Salomon, & omnis ecclesia. *A- 6
scenditque Salomon ad altare æneum,
coram tabernaculo fœderis Domini, &
obtulit in eo mille hostias. *Ecce autem 7
in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens:
Postula quod vis, vt dem tibi. *Dixitque 8
Salomon Deo: Tu fecisti cum Dauid pa-
tre meo misericordiam magnam: & con-
stituisti me regem pro eo. * Nunc ergo 9
C Domine Deus impleatur sermo tuus,
quem pollicitus es Dauid patri meo : tu
enim me fecisti regem super populum
tuum multum, qui tam innumerabilis
*Sap. 9. b. 10 est, quàm puluis terræ. *"Da mihi sa- 10
pientiam & intelligentiam, vt ingrediar
& egrediar coram populo tuo: quis enim
potest hunc populum tuum dignè, qui
tam grandis est, iudicare? * Dixit autem 11
Deus ad Salomonem : Quia hoc magis
placuit cordi tuo, & non postulasti diui-
tias, & substantiam, & gloriam, neque
animas eorum qui te oderant, sed nec
dies vitæ plurimos: petisti autem sapien-
tiam & scientiam, vt iudicare possis po-
pulum meū, super quem constitui te re-
gem. *Sapientia & scientia data sunt tibi: 12
D diuitias autem & substantiam & gloriam
dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante
te nec post te fuerit similis tui. *"Venit 13
*3. Reg. 10. d. 26 ergo Salomon ab Excelso Gabaon in Ie-
rusalem corā tabernaculo fœderis, & re-
gnauit super Israel. *Congregauitq; sibi 14

currus

currus & equites, & facti sunt ei mille
quadringenti currus, & duodecim millia
equitum: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem.
*Præbuitque rex argentum & aurum in 15
Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi
sycomoros, quæ nascuntur in campe-
stribus multitudine magna. * Adduce- 16
bantur autem ei equi de Ægypto, & de
Coa, à negotiatoribus regis, qui ibant,
& emebant pretio, * quadrigam equo- 17
rum sexcentis argenteis, & equum cen-
tum quinquaginta : similiter de vniuer-
sis regnis Hethæorum, & à regibus Sy-
riæ, emptio celebrabatur.

CAP. II.

DEcreuit autem Salomon ædificare 1
domum nomini Domini, & pala- A
tium sibi. * Et numerauit septuaginta 2
millia virorum portantium humeris, &
octoginta millia qui cæderent lapides in
montibus, præpositosq; eorum tria mil-
lia sexcentos. *"Misit quoque ad Hiram 3
*3.Reg.5. a.2 regem Tyri, dicens: Sicut egisti cū Dauid
patre meo, & misisti ei ligna cedrina vt
ædificaret sibi domum, in qua & habita-
uit: *sic fac mecum, vt ædificem domum 4
nomini Domini Dei mei, vt consecrem
eam ad adolendum incensum coram il-
lo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad ho-
locautomata manè, & vespere, sabbatis
quoque, & neomeniis, & sollemnitati-
bus Domini Dei nostri in sempiternum,
quæ mādata sunt Israeli. *Domus enim, 5
quam ædificare cupio, magna est: ma- B
gnus est enim Deus noster super omnes
deos. * Quis ergo poterit præualere, vt 6
ædificet ei dignam domum? si cælum, &
cæli cælorum capere eum nequeunt:
quantus ego sum, vt possim ædificare ei
domum ? sed ad hoc tantùm, vt ado-
leatur incensum coram illo. * Mitte er- 7
go mihi virum eruditum, qui nouerit
operari in auro, & argento, ære, & fer-
ro, purpura, coccino, & hyacintho, &
qui sciat sculpere cælaturas, cum his ar-
tificibus, quos mecum habeo in Iudæa
& Ierusalem, quos præparauit Dauid
pater meus. * Sed & ligna cedrina mit- 8
te mihi, & arcenthina, & pinea, de Li-
bano : scio enim quòd serui tui nouerint
cædere ligna de Libano, & erunt serui
mei cum seruis tuis, * vt parentur mihi 9
ligna plurima. Domus enim, quam cu- C
pio ædificare, magna est nimis, & in-
clyta. * Præterea operariis, qui cæsuri
sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tri-
tici coros viginti millia, & hordei coros
totidem, & vini viginti millia metretas,
olei quoque sata viginti millia. * Dixit 11
autem Hiram rex Tyri per litteras, quas
misérat Salomoni : Quia dilexit Domi-
nus populum suum, idcirco te regnare
fecit super eum. *Et addidit, dicens: Be- 12
nedictus Dominus Deus Israel, qui fe-
cit cælum & terram, qui dedit Dauid
regi filium sapientem & eruditum &
sensatum atque prudentem, vt ædificaret
domum Domino, & palatium sibi. *Mi- 13
si ergo tibi virum prudentem & scien-
tissimum Hiram, patrem meum, *filium 14
mulieris de filiabus Dan, cuius pater
fuit Tyrius, qui nouit operari in auro, &
argento, ære, & ferro, & marmore, & D
lignis, in purpura quoque, & hyacintho,
& byssо, & coccino : & qui scit cælare
omnem sculpturam, & adinuenire pru-
denter quodcumque in opere necessa-
rium est, cum artificibus tuis, & cum ar-
tificibus domini mei Dauid patris tui.
*Triticum ergo, & hordeum, & oleum, 15
& vinum, quæ pollicitus es domine mi,
mitte seruis tuis. * Nos autem cæde- 16
mus ligna de Libano, quot necessaria
habueris, & applicabimus ea ratibus per
mare in Ioppe : tuum autem erit trans-
ferre ea in Ierusalem. * Numerauit igi- 17
tur Salomon omnes viros proselytos,
qui erant in terra Israel, post dinume-
rationem, quam dinumerauit Dauid pa-
ter eius, & inuenti sunt centum quin-
quaginta millia, & tria millia sexcenti.
18 * Fecitque ex eis septuaginta millia, qui
humeris onera portarent, & octoginta
millia, qui lapides in montibus cæde-
rent: tria autem millia & sexcentos præ-
positos operum populi.

CAP. III.

ET cœpit Salomon ędificare domum 1 *3.Reg.6. a. 1
Domini in Ierusalem in mōte Mo- A
ria, qui demonstratus fuerat Dauid patri
eius, in loco, quem parauerat Dauid in 2
"area Ornan Iebusæi. *Cœpit autē ædi- *2.Reg. 24. d. 25 : 1.Par. 21. d. 26
ficare mense secundo, anno quarto regni
sui. * Et hæc sunt fundamenta, quæ ie- 3
cit Salomon, vt ædificaret domum Dei,
longitudinis cubitos in mensura prima
sexaginta, latitudinis cubitos viginti.
4 * Porticum verò ante frontem, quæ ten-
debatur in longum iuxta mensuram lati-
tudinis domus, cubitorum viginti : por-

X rō al-

rò altitudo centum viginti cubitorum erat: & deauravit eam intrinsecus auro mundissimo. * Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitq; in ea palmas, & quasi catenulas se invicem complectentes. * Stravit quoque pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. * Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cælavit cherubim in parietibus. * Fecit quoque domum Sancti sanctorum: longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum viginti: & latitudinem similiter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis. * Sed & clavos fecit aureos, ita vt singuli clavi siclos quinquagenos appenderent: cænacula quoque texit auro. * Fecit etiam in domo Sancti sanctorum cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro. * Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. * Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat. * Igitur alæ vtriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. * Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso: & intexuit ei cherubim. * Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinque cubitorum. * Necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. * Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alteram à sinistris: eam, quæ à dextris erat, vocauit Iachin; & quæ ad lævam, Booz.

*Matt. 27. fol. 91.
*Ioan. 12. fol. 120.

CAP. III.

FEcit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. * Mare etiam fusile decem cubitis à labio vsque ad labium, rotundum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. * Similitudo quoque boum erat subter illud, & decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus aluum maris circuibant. Boues autè erant fusiles: * & ipsum Mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & alij tres ad Occidentem: porrò tres alij Meridiem, & tres qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. * Porrò vastitas eius habebat mensuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij: capiebatque tria millia metretas. * Fecit quoque conchas decem: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia, quæ in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur. * Fecit autem & candelabra aurea decem, secundùm speciem qua iussa erant fieri: & posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. * Necnon & mensas decem: & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris: phialas quoque aureas centum. * Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem: & ostia in basilica, quæ texit ære. * Porrò mare posuit in latere dextro contra Orientem ad Meridiem. * Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus regis in domo Dei: * hoc est, columnas duas, & epistylia, & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. * Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singuli retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. * Bases etiã fecit, & conchas, quas superposuit basibus: * mare vnum, boues quoque duodecim sub mari. * Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ære mundissimo. * In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochot & Saredatha. * Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. * Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis: * candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo: * & florentia

*3. Reg. 7. fol. 22.

rentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos: omnia de auro mundissimo facta sunt. * Thymiateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola, ex auro purissimo. Et ostia cælauit templi interioris, id est, in Sancta sanctorum: & ostia templi forinsecus aurea. Sicque completum est omne opus, quod fecit Salomon in domo Domini.

CAP. V.

*3. Reg. 7. 51. & 8. 21.

INtulit igitur Salomon omnia, quæ voluerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei. * Post quæ congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel in Ierusalem, vt adducerent arcam fœderis Domini de Ciuitate Dauid, quę est Sion. * Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die sollemni mensis septimi. * Cumque venissent cuncti seniorum Israel, portauerunt Leuitæ arcam, * & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi. Portò vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, portauerunt Sacerdotes cum Leuitis. * Rex autem Salomon, & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes, & boues absque vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum. * Et intulerunt Sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, id est, ad oraculum templi, in Sancta sanctorum subter alas cherubim: * ita vt cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. * Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsentem diem. * Nihilque erat aliud in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Israel egredientibus ex Ægypto. * Egressis autem Sacerdotibus de sanctuario (omnes enim Sacerdotes, qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) * tam Leuitæ quàm cantores, id est, & qui sub Asaph erant, & qui sub Eman, & qui sub Idithun, filij, & fratres eorum, vestiti byssinis, cymbalis, & psalteriis, & citharis concrepabant, stantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis Sacerdotes centum viginti canentes tubis. * Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus; longè sonitus audiebatur, ita vt cùm Dominum laudare cœpissent & dicere: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius; implereretur domus Dei nube, * nec possent Sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

CAP. VI.

*3. Reg. 8. fol. 12.

TVnc Salomon ait: Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: * ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. * Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) & ait: * Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens: * A die, qua eduxi populum meum de Terra Ægypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quemquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel, * sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel. * Cumque fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini Domini Dei Israel, * dixit Dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, benè quidem fecisti huiusceomodi habere voluntatem: * sed non tu ædificabis domum, verùm filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. * Compleuit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. * Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israel. * Stetit ergo coram altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. * Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque

cubitos longitudinis,& quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: steritq; super eam: & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cælum leuatis, * ait:
*2. Mach. 2.b.8 "Domine Deus Israel,non est similis tui Deus in cælo & in terra:qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis, qui ambulát coram te in toto corde suo:
* Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcumq; locutus fueras ei:& quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. *Núc ergo Domine Deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcumque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui vias suas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. * Et nunc Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es seruo tuo Dauid. * Ergóne credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cælum & cæli cælorum non te capiunt, quanto magis domus ista,quam ædificaui? * Sed ad hoc tantùm facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius, Domine Deus meus: & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te: * vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es vt inuocaretur nomẽ tuum, * & exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo:& exaudias preces famuli tui,& populi tui Israel. Quicumque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo,id est,de cælis,& propitiare. *Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista:*tu audies de cælo,& facies iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium,& vlciscaris iustum, retribuens ei secundùm iustitiam suam. * Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati in loco isto, * tu exaudies de cælo, & propitiare peccato populi tui Israel,& reduc eos in terram,quam dedisti eis,& patribus eorum. * Si clauso cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cùm eos afflixeris,*exaudi de cælo Domine,& dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur: & da pluuiam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidẽdum.* "Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo, & aurugo,& locusta,& bruchus; & hostes, vastatis regionibus,portas obsederint ciuitatis, omnisque plaga & infirmitas presserit: * si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac, * tu exaudies de cælo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique secundùm vias suas, quas nosti eum habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorum hominum.) * vt timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis diebus, quibus viuunt super faciem terræ, quã dedisti patribus nostris. *Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuã robustam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto, *tu exaudies de cælo firmissimo habitaculo tuo,& facies cuncta,pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel.& cognoscant,quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui.
* Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam, in qua ciuitas hæc est,quam elegisti, & domus, quã ædificaui nomini tuo:
* tu exaudies de cælo preces eorũ, & obsecrationem,& vlciscaris.* Si autem peccauerint tibi(neque enim est homo,qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quæ iuxta est,*& conuersi in corde suo,in terra, ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes: Peccauimus, iniquè fecimus,iniustè egimus:*& reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ, ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & vrbis, quam elegisti, & domus, quam ædificaui nomini tuo:
* tu exaudies de cælo, hoc est, de firmo habitaculo tuo, preces eorum, & facias

*3. Reg. 8. c. 46 Eccl. 7. c. 21 1. Ioan. 1. d. 8

iudicium,& dimittas populo tuo,quamuis peccatori: * tu es enim Deus meus:
*Psal. 33.1. c.8 "aperiantur, quæso, oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto. *Nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam,tu & arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem, & sancti tui lætentur in bonis. * Domine Deus ne auerteris faciem christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

CAP. VII.

CVmque complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas Domini impleuit domum.
*2. Mac. 2. c.10 * Nec poterant sacerdotes ingredi templũ Domini, eò quòd implesset maiestas Domini templũ Domini.*Sed & omnes filij Israel videbant descẽdentem ignem, & gloriam Domini super domũ: & corruentes proni in terrã super pauimẽtum stratum lapide, adorauerunt,& laudauerunt Dominum: Quoniam bonus,quoniam in sęculum misericordia eius.*Rex autẽ, & omnis populus, immolabant victimas coram Domino. * "Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: & dedicauit domum Dei rex, & vniuersus populus. *Sacerdotes autem stabant in officiis suis: & Leuitæ in organis carminum Domini,quæ fecit Dauid rex ad laudandum Dominum: Quoniam in ęternum misericordia eius,hymnos Dauid canentes per manus suas: porrò Sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. *Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum: quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes.
* Fecit ergo Salomon sollemnitatem in tempore illo septem diebus,& omnis Israel cum eo,ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsq; ad Torrentem Ægypti. * Fecitque die octauo collectam, eò quòd dedicasset altare septem diebus, & sollemnitatem celebrasset diebus septem.*Igitur in die vigesimotertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono,quod fecerat Dominus Dauidi, & Salomoni,& Israeli populo suo.**Compleuitque Salomon domum Domini, &
*3. Reg. 9. c.1 domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est.
* Apparuit autem ei Dominus nocte,& ait: Audiui orationem tuam,& elegi locum istum mihi in domum sacrificij. *Si clausero cælum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: * conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis: & ego exaudiam de cælo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum.
* Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius,qui in loco isto orauerit. *Elegi enim,& sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum,& permaneant oculi mei, & cor meum, ibi cunctis diebus.
* Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi,& iustitias meas iudiciaq; seruaueris: * suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israel. * Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos, * euellam vos de terra mea, quam dedi vobis: & domum hanc, quam sanctificaui nomini meo, proijciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis. * Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus,& dicent stupentes: Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? *Respondebuntque: Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de Terra Ægypti,& apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

CAP. VIII.

EXpletis autem viginti annis, post- *3. Reg. 9. b.10
A quam ædificauit Salomon domum
Domini & domum suam: * ciuitates,
quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit,& habitare ibi fecit filios Israel.* Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit
eam.*Et ædificauit Palmiram in deserto,
& alias ciuitates munitissimas ædificauit

in Emath. * Extruxitque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, ciuitates muratas habentes portas & vectes & seras: * Balaath etiam & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque vrbes quadrigarum, & vrbes equitum. omnia quæcumque voluit Salomon atque disposuit, ædificauit in Ierusalem & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. * Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel: * de filiis eorum, & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc. * Porrò de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi, & principes quadrigarum & equitum eius. * Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum. * Filiam verò Pharaonis transtulit de Ciuitate Dauid, in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eò quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini. * Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum, * vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moysi in sabbatis & in calendis, & in festis diebus, ter per annũ, id est, in sollemnitate azymorum, & in sollemnitate hebdomadarum, & in sollemnitate tabernaculorum. * Et cõstituit iuxta dispositionem Dauid patris sui, officia Sacerdotum in ministeriis suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarẽt coram Sacerdotibus, iuxta ritum vniuscuiusq; diei: & ianitores in diuisionibus suis per portã & portam: sic enim præceperat Dauid homo Dei. * Nec prætergressi sunt de mandatis regis, tam Sacerdotes quàm Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in custodiis thesaurorum. * Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vsque in diem quo perfecit eam. * Tunc abiit Salomon in Asiongaber, & in Ailath ad oram Maris rubri, quæ est in Terra Edom. * Misit autem ei Hiram per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir, tuleruntq; inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CAP. IX.

REgina quoque Saba, cùm audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus in Ierusalem, cum magnis opibus, & camelis qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasque pretiosas. Cumq; venisset ad Salomonem, locuta est ei quęcumque erant in corde suo. * Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quidquam fuit, quod non perspicuũ ei fecerit. * Quę postquam vidit, sapientiam scilicet Salomonis, & domum quam ædificauerat, * necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimẽta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo Domini: non erat præ stupore vltrà in ea spiritus. * Dixitq; ad regem: Verus est sermo, quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. * Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis. * Beati viri tui, & beati serui tui, qui assistunt corã te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. * Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum, regem Domini Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum, idcirco posuit te super eum regem, vt facias iudicia atq; iustitiam. * Dedit autem regi centũ viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas: non fuerunt aromata talia vt hæc, quæ dedit regina Saba regi Salomoni. * Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas pretiosissimas: * de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini, & in domo regia, citharas quoque & psalteria cantoribus: numquam visa sunt in Terra Iuda ligna talia. * Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ postulauit, & multo plura quàm attulerat ad eum: quæ reuersa, abiit in terram suam cum seruis suis. * Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri: * excepta ea summa, quam legati diuersarum gentium, & negotiatores

3 Reg. 10. a. 1 Matt. 12. d. 42 Luc. 1. d. 31

tores afferre consueuerant, omnesq; reges Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni. * Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur: * trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur singula scuta: posuitque ea rex in armamentario, quod erat constitum nemore. * Fecit quoque rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. * Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola, * sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex vtraque parte: non fuit tale solium in vniuersis regnis. * Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea, & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. * Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentum, & ebur, & simias, & pauos. * Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diuitiis & gloria. * Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde eius: * & deferebant ei munera, vasa argentea, & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos, & mulos, per singulos annos. * Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis, & curruum equitumque duodecim millia, constituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ierusalem. * Exercuit etiam potestatem super cunctos reges, à flumine Euphrate vsque ad terram Philisthinorum, & vsque ad terminos Ægypti. * Tantamque copiam præbuit argenti in Ierusalem quasi lapidum; & cedrorum tantam multitudinem velut sycomororum, quæ gignuntur in campestribus. * Adducebantur autem ei equi de Ægypto, cunctisque regionibus. * Reliqua autem operum Salomonis priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo Videntis, contra Ieroboam filium Nabat. * Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis. * Dormiuitque cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauitque Roboam filius eius pro eo.

CAP. X.

PRofectus est autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israel conuenerat vt constituerent eum regem. * Quod cùm audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reuersus est. * Vocaueruntque eum, & venit cum vniuerso Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes: * Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. * Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me. Cumq; abiisset populus, * iniit cõsilium cum senibus, qui steterant coram patre eius Salomone dum adhuc viueret, dicens: Quid datis consilij vt respõdeam populo? * Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & leniueris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. * At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. * Dixitque ad eos: Quid vobis videtur? vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi: Subleua iugũ quod imposuit nobis pater tuus? * At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerũt: Sic loquêris populo, qui dixit tibi: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua: & sic respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. * Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. * Venit ergo Ieroboam, & vniuersus populus, ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis. * Respondítq; rex dura, derelicto consilio seniorum: * locutusque est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. * Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius, * quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabat. * Populus autem vniuersus, rege duriora dicente, sic locutus est ad eum: Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua

3. Reg. 12. a. 1

3. Reg. 11. c. 29

Israel, tu autem pasce domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua.
17 *Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam.
18 *Misitq; rex Roboam Aduram, qui praerat tributis, & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est: porrò rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in
19 Ierusalem. * Recessitque Israel à domo Dauid, vsque ad diem hanc.

CAP. XI.

3. Reg. 12. e. 21
1 VEnit autem Roboam in Ierusalem, A & conuocauit vniuersam domum Iuda & Beniamin, centũ octoginta millia electorum atque bellantium, vt dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se
2 regnum suum. *Factusq; est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens:
3 *Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui
4 est in Iuda & Beniamin: *Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque pugnabitis cõtra fratres vestros: reuertatur vnusquisque in domum suam, quia mea hoc
B gestum est voluntate. Qui cum audissent
1 sermonem Domini, reuersi sunt, nec
A perrexerunt contra Ieroboam. *Habita-
5 uit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda. *Ex-
6 truxitque Bethlehem, & Etam, & Thecue, *Bethsur quoque, & Socho, & O-
7 dollam, *necnon & Geth, & Maresa, &
8 Ziph, *sed & Aduram, & Lachis, &
9 Azeca, *Saraa quoque, & Aialon, & He-
10 bron, quæ erant in Iuda & Beniamin, ciuitates munitissimas. *Cumq; clausisset
11 eas muris, posuit in eis principes, ciborumq; horrea, hoc est, olei, & vini. *Sed
12 & in singulis vrbibus fecit armamentarium scutorum & hastarum, firmauitq; eas summa diligentiã, & imperauit super Iudam & Beniamin. *Sacerdotes au-
B 13 tem & Leuitæ, qui erant in vniuerso Is-
C 6 rael, venerunt ad eum de cunctis sedibus
7 suis, * relinquentes suburbana & posses-
14 siones suas, & transeuntes ad Iudam, & Ierusalem: eò quòd abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacerdotio Domini fungerentur. * Qui constituit sibi
15 sacerdotes excelsorum, & dæmoniorum,
8 vitulorumque quos fecerat. * Sed & de
16 cunctis tribubus Israel, quicumque dederant cor suum vt quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas co-
17 10 ram Domino Deo patrum suorum. *Et
D roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam filiũ Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim in viis
18 Dauid & Salomonis, annis tantùm tribus. *Duxit autem Roboam vxorẽ Mahalath, filiam Ierimoth, filij Dauid: Abi-
19 hail quoque filiam Eliab filij Isai, * quæ peperit ei filios, Iehus, & Somoriam, &
20 Zoom. *Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalom, quę peperit ei Abia,
21 & Ethai, & Ziza, & Salomith. * Amauit autem Roboam Maacha filiam Absalom, super omnes vxores suas, & concubinas: nam vxores decem & octo duxerat, cõcubinas autem sexaginta: & genuit viginti octo filios, & sexaginta filias.
22 * Constituit verò in capite, Abiam filium Maacha, ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere co-
23 gitabat, *quia sapientior fuit, & potẽtior super omnes filios eius, & in cũctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis: præbuitque eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

CAP. XII.

1 CVmque roboratum fuisset regnum
A Roboam & cõfortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo.
2 * Anno autem quinto regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Ierusalem (quia pecauerant Domino) * cum mille
3 ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet, & Troglodytæ, & Æthiopes.
4 *Cepitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsq; in Ierusalem. *Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem, fugientes Sesac, dixitq; ad eos: Hæc dicit Dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac.
5 *Cõsternatiq; principes Israel & rex dixerunt: Iustus est Dominus. *Cumq; vidisset Dominus, quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, nõ disperdam eos, daboq; eis pauxillum auxilij, & non
6 stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac. *Verumtamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, &
7 seruitutis regni terrarum. * Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus Domini, & domus regis, omniaque secum tulit, & clypeos
10 aureos, quos fecerat Salomon, *pro quibus fe-

bus fecit rex æneos, & tradidit illos prin-
C 9 cipibus scutariorum, qui custodiebant
10 vestibulum palatij. * Cumque introiret
11 rex domum Domini, veniebant scutarij, & tollebant eos, iterumq; referebant eos
12 ad armamentarium suum. * Verumtamen quia humiliati sunt, auersa est ab
10 eis ira Domini, nec deleti sunt penitus: siquidem & in Iuda inuenta sunt opera
3. Reg. 15. f. 23 bona. * " Confortatus est ergo rex Ro-
13 boam in Ierusalem, atque regnauit: quadraginta autem & vnius anni erat cùm regnare cœpisset, & decem & septem
D annis regnauit in Ierusalem, vrbe, quam elegit Dominus, vt confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel: nomen autem matris eius Naama Ammanitis.
14 *Fecit autem malum, & non præparauit cor suũ vt quæreret Dominum.
15 * Opera verò Roboam prima & nouissima, scripta sunt in Libris Semeię prophetę, & Addo Videntis, & diligenter exposita: pugnauerunt que aduersum se Ro-
16 boam & Ieroboam cunctis diebus. * Et dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in Ciuitate Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

CAP. XIII.

3. Reg. 15. a. 2
1 ANno octauodecimo regis Ieroboam, regnauit Abia super Iudam. * Tri-
2 bus annis regnauit in Ierusalem, nomenque matris eius Michaia, filia Vriel de
A Gabaa: & erat bellum inter Abiam & Ie-
3 roboam: * " Cumque iniisset Abia certa- *3. Reg. 15. a. 7
men, & haberet bellicosissimos viros, & electorũ quadringenta millia: Ieroboam instruxit econtrà aciem octingenta millia virorum, qui & ipsi electi erant, & ad
4 bella fortissimi. * Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Ieroboam, & omnis Israel.
5 * Num ignoratis quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi & filiis eius in pactum salis? * Et surrexit Ieroboam filius
6 *2. Reg. 11. e. 26 Nabat, seruus Salomonis filij Dauid: " & rebellauit cõtra dominum suum. *Con-
7 gregatique sunt ad eum viri vanissimi, &
B filij Belial: & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis: porrò Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit
8 resistere eis. *Nunc ergo vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios Dauid, habetisq; grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam
9 in deos. * " Et eiecistis Sacerdotes Do- *3. Reg. 12. f. 31
mini, filios Aaron, atque Leuitas: & fecistis vobis Sacerdotes sicut omnes populi terrarum: quicumque venerit, & initiauerit manum suam in tauro de bobus, & in arietibus septem, fit sacerdos
10 eorum qui non sunt dij. * Noster autem Dominus, Deus est, quem non relinquimus, Sacerdotesque ministrant Domino de filiis Aaron, & Leuitæ sunt in or-
11 dine suo: *Holocausta quoque offerunt Domino per singulos dies manè & vesperè, & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in mensa mundissima, estq; apud nos candelabrum aureum, & lucernæ eius, vt
C accendantur semper ad vesperam: nos quippe custodimus præcepta Domini
12 Dei nostri, quem vos reliquistis. * Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos: filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deum patrum ve-
13 strorum, quia non vobis expedit. *Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur insidias. Cumque ex aduerso hostium staret, ignorantem Iudam suo am-
14 biebat exercitu. * Respiciensque Iudas vidit instare bellum ex aduerso & post tergum, & clamauit ad Dominum: ac
15 Sacerdotes tubis canere cœperunt. *Omnesque viri Iuda vociferati sunt: & ecce illis clamantibus, perterruit Deus Ieroboam, & omnem Israel qui stabat ex ad-
16 uerso Abia & Iuda. * Fugeruntque filij Israel Iudam, & tradidit eos Deus in
17 manu eorum. * Percussit ergo eos Abia,
D & populus eius, plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia
18 virorum fortium. * Humiliatique sunt filij Israel in tempore illo, & vehementissimè confortati filij Iuda, eò quòd sperassent in Domino Deo patrum suo-
19 rum. * Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam, & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius, & Iesana cum filiabus suis, Ephron quoque & filias
20 eius: *nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia: quem percussit Dominus, & mortuus est. * Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit vxores quattuordecim: procreauitque viginti
22 duos filios, & sedecim filias. * Reliqua autem sermonum Abia, viarumque & operum eius, scripta sunt diligentissimè in Libro Addo Prophetæ.

CAP. XIIII.

3.Reg.15. 6.8

DOrmiuit autem Abia cum patribus 1 A
suis, & sepelierunt eum in Ciuitate
Dauid: regnauitq; Asa filius eius pro eo,
in cuius diebus quieuit terra annis de-
cem. *Fecit autem Asa quod bonum & 2 A
placitum erat in conspectu Dei sui, &
subuertit altaria peregrini cultus, & ex-
celsa, *& confregit statuas, lucosque suc-
cîdit: *& præcepit Iudæ vt quæreret Do- 4
minum Deum patrum suorum, & face-
ret legem, & vniuersa mandata: * & abs- 5
tulit de cunctis vrbibus Iuda aras, & fa-
na, & regnauit in pace. *Ædificauit quo- 6
que vrbes munitas in Iuda, quia quietus 5
erat, & nulla temporibus eius bella sur-
rexerant, pacem Domino largiente. *Di- 7
xit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates B 6
istas, & vallemus muris, & roboremus B
turribus, & portis, & seris, donec à bellis
quieta sunt omnia, eò quòd quæsierimus
Dominum Deum patrum nostrorum, 7
& dederit nobis pacem per gyrum. Ædi-
ficauerunt igitur, & nullum in extruen-
do impedimentum fuit. *Habuit autem 8
Asa in exercitu suo portantium scuta &
hastas de Iuda trecenta millia, de Benia-
min verò scutariorum & sagittariorum
ducenta octoginta millia, omnes isti vi-
ri fortissimi. * Egressus est autem contra 9
eos Zara Æthiops cum exercitu suo, de- C
cies centena millia, & curribus trecẽtis: &
venit vsque Maresa. * Porrò Asa perre- 10
xit obuiam ei, & instruxit aciem ad bel-
lum in Valle Sephata, quæ est iuxta Ma- C
resa: *& inuocauit Dominum Deum, & 11
*1.Reg.14. 4.6 ait: Domine non est apud te vlla distan- 11
tia, vtrùm in paucis auxilieris, an in plu-
ribus: adiua nos Domine Deus noster: D
in te enim, & in tuo nomine habentes fi-
duciam, venimus contra hanc multitu-
dinem. Domine, Deus noster tu es, non
præualeat contra te homo. * Exterruit 12
itaque Dominus Æthiopes coram Asa
& Iuda: fugeruntque Æthiopes. * Et 13
persecutus est eos Asa, & populus qui
cum eo erat, vsque Gerara: & ruerunt
Æthiopes vsque ad internecionem, quia
Domino cædente contriti sunt, & exer-
citu illius præliante. Tulerunt ergo spo-
lia multa, * & percusserunt ciuitates 14
omnes per circuitum Geraræ: grandis
quippe cunctos terror inuaserat: & di-
ripuerunt vrbes, & multam prædam as-
portauerunt. * Sed & caulas ouium de- 15
struentes, tulerunt pecorum infinitam
multitudinem, & camelorum: reuer-
sique sunt in Ierusalem.

CAP. XV.

AZarias autem filius Oded, facto in 1
se spiritu Dei, *egressus est in occur- 2
sum Asa, & dixit ei: Audite me Asa & A
omnis Iuda & Beniamin: Dominus vo-
biscum, quia fuistis cum eo. Si quęsieritis
eum, inuenietis: si autem dereliqueritis
eum, derelinquet vos. *Transibũt autem
multi dies in Israel absque Deo vero, & 3
absque sacerdote doctore, & absque lege.
* Cumq; reuersi fuerint in angustia sua 4
ad Dominum Deum Israel, & quęsierint
eum, reperiẽt eum. *In tempore illo non
erit pax egredienti, & ingredienti, sed
terrores vndiq; in cunctis habitatoribus
terrarum: * pugnabit enim gens contra 6
gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia B
Dominus conturbabit eos in omni an-
gustia. * Vos ergo confortamini, & non 7
dissoluãtur manus vestræ: erit enim mer-
ces operi vestro. *Quod cùm audisset A- 8
sa, verba scilicet & prophetiam Azariæ
filij Oded prophetæ, confortatus est, &
abstulit idola de omni terra Iuda, & de
Beniamin, & ex vrbibus, quas ceperat,
montis Ephraim, & dedicauit altare Do-
mini quod erat ante porticum Domini.
* Congregauitque vniuersum Iudam & 9
Beniamin, & aduenas cum eis de Eph-
raim, & de Manasse, & de Simeon:
plures enim ad eum confugerant ex Is-
rael, videntes quòd Dominus Deus illius
esset cum eo. *Cumq; venissent in Ieru- 10
salem mense tertio, anno decimoquinto
regni Asa, * immolauerunt Domino in 11
die illa, de manubiis & præda quam ad-
duxerant, boues septingentos, & arietes
septem millia. * Et intrauit ex more ad 12
corroborandum fœdus, vt quererẽt Do-
minum Deum patrum suorum in toto
corde, & in tota anima sua. * Si quis au- 13
tem, inquit, non quæsierit Dominum
Deum Israel, moriatur, à minimo vsq; ad
maximum, à viro vsque ad mulierem.
* Iurauerunt que Domino voce magna 14
in iubilo, & in clangore tubæ, & in soni-
tu buccinarum, *omnes qui erant in Iu- 15
da cum execratione: in omni enim cor- D
de suo iurauerunt, & in tota voluntate
quæsierunt eum, & inuenerunt: præ-
stitit que eis Dominus requiem per cir-
cuitum. *Sed & Maacham matrem Asa 16
regis ex augusto deposuit imperio, eò
quòd fecisset in luco simulacrum Priapi:

quod

quod omne contriuit, & in frusta com-
minuens combussit in Torrente cedron.
* Excelsa autem derelicta sunt in Israel: 17
attamen cor Asa erat perfectum cunctis
diebus eius. * Eaque quæ vouerat pater 18
suus, & ipse, intulit in domum Domi-
ni, argentum, & aurum, vasorumque
diuersam supellectilem. * Bellum verò 19
non fuit vsque ad trigesimum quintum
annum regni Asa.

CAP. XVI.

ANno autem trigesimo sexto regni 1
eius, ascendit Baasa rex Israel in Iu- A
dã, & muro circumdabat Rama, vt nul-
lus tutè posset egredi & ingredi de regno
Asa. *Protulit ergo Asa argentum & au- 2
rum de thesauris domus Domini, & de
thesauris regis, misitque ad Benadad re-
gem Syriæ, qui habitabat in Damasco,
dicens: * Fœdus inter me & te est, pater 3
quoq; meus & pater tuus habuere con-
cordiam: quam ob rem misi tibi argen-
tum & aurum, vt rupto fœdere, quod
habes cum Baasa rege Israel, facias eum
à me recedere. * Quo comperto, Bena- 4
dad misit principes exercituum suorum B
ad vrbes Israel: qui percusserunt Ahion,
& Dan, & Abelmain, & vniuersas vrbes
Nephthali muratas. *Quod cùm audisset 5
Baasa, desiit ædificare Rama, & intermi-
sit opus suum. *Porrò Asa rex assumpsit 6
vniuersum Iudam, & tulerunt lapides
de Rama, & ligna quæ ædificationi pre-
parauerat Baasa, ædificauitq; ex eis Ga-
baa, & Maspha. * In tempore illo venit 7
Hanani propheta ad Asa regem Iuda, &
dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege
Syriæ, & non in Domino Deo tuo, id
circo euasit Syriæ regis exercitus de ma- C
*Supr.14. 4.9 nu tua. * "Nónne Æthiopes & Libyes 8
multo plures erant, quadrigis & equi-
tibus, & multitudine nimia: quos, cùm
Domino credidisses, tradidit in manu
tua? *Oculi enim Domini contemplan- 9
tur vniuersam terram, & præbent fortí-
tudinem his, qui corde perfecto credunt
in eum. Stultè igitur egisti, & propter
hoc ex præsenti tempore aduersum te
bella consurgent. * Iratusque Asa ad- 10
uersus Videntem, iussit eum mitti in
neruum: valde quippe super hoc fuerat
indignatus: & interfecit de populo in
tempore illo plurimos. * Opera autem 11
Asa prima & nouissima, scripta sunt in
Libro regum Iuda & Israel. *Ægrotauit 12
etiam Asa anno trigesimo nono regni D
sui, dolore pedum vehementissimo, &
nec in infirmitate sua quæsiuit Domi-
num, sed magis in medicorum arte confi-
sus est. *Dormiuitq; cum patribus suis: &
mortuus est anno quadragesimo primo
regni sui. * Et sepelierunt eum in sepul- 14
chro suo quod foderat sibi in Ciuitate
Dauid: posueruntque eum super lectum
suum, plenum aromatibus & vnguentis
meretriciis, quæ erant pigmentariorum
arte confecta, & combusserunt super
eum ambitione nimia.

CAP. XVII.

REgnauit autem Iosaphat filius eius 1
pro eo, & inualuit contra Israel. A
* Constituitq; militum numeros in cun- 2
ctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ mu-
ris. Præsidiaque disposuit in terra Iuda,
& in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat
Asa pater eius. * Et fuit Dominus cum 3
Iosaphat, quia ambulauit in viis Dauid
patris sui primis: & non sperauit in Baa-
lim, *sed in Deo patris sui, & perrexit in 4
præceptis illius, & non iuxta peccata Is
rael. *Confirmauitq; Dominus regnum 5
in manu eius, & dedit omnis Iuda mu-
nera Iosaphat: factaque sunt ei infinitæ
diuitiæ, & multa gloria. *Cumque sum- 6
psisset cor eius audaciam propter vias B
Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda
abstulit. * Tertio autem anno regni sui, 7
misit de principibus suis Benhail, & Ob-
diam, & Zachariam, & Nathanael, & Mi-
chæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda:
*& cum eis Leuitas, Semeiam, & Natha- 8
niam, & Zabadiam, Asael quoque, & Se-
miramoth, & Ionathan, Adoniamque &
Thobiam, & Thobadoniam, Leuitas, &
cũ eis Elisama & Ioran Sacerdotes, * do- 9
cebantq; populum in Iuda, habentes li-
brum legis Domini, & circuibant cun-
ctas vrbes Iuda, atque erudiebant po-
pulum. *Itaque factus est pauor Domini 10
super omnia regna terrarum, quæ erant C
per gyrum Iuda, nec audebant bellare
contra Iosaphat. * Sed & Philisthæi Io- 11
saphat munera deferebant, & vectigal
argenti, Arabes quoque adducebant pe-
cora, arietum septem millia septingenta,
& hircorum totidem. *Creuit ergo Iosa- 12
phat, & magnificatus est vsque in subli-
me: atque ædificauit in Iuda domos ad
instar turrium, vrbesque muratas. * Et 13
multa opera parauit in vrbibus Iuda: viri
quoque bellatores, & robusti erant in Ie-
rusalem, * quorum iste numerus per do- 14

mos

mos atque familias singulorum: In Iuda principes exercitus, Ednas dux, & cum eo robustissimi viri trecẽta millia. * Post hunc Iohanan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia. * Post istũ quoque Amasias filius Zechri, consecratus Domino, & cum eo ducẽta millia virorum fortium. * Hunc sequebatur robustus ad prelia Eliada, & cũ eo tenentium arcum & clypeũ ducenta millia. * Post istum etiam Iozabad, & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum. * Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis, quos posuerat in vrbibus muratis, in vniuerso Iuda.

CAP. XVIII.

FVit ergo Iosaphat diues & inclytus multùm, & affinitate coniunctus est Achab. * Descenditque post annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes & boues plurimos, ipsi, & populo qui venerat cum eo: persuasitque illi vt ascenderet in Ramoth Galaad. * Dixitque Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respõdit: Vt ego, & tu: sicut populus tuus, sic & populus meus: tecumque erimus in bello. * Dixitq. Iosaphat ad regẽ Israel: Consule obsecro impræsentiarum sermonem Domini. * Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellãdum ire debemus an quiescere? At illi, Ascende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. * Dixitq. Iosaphat: Numquid non est hîc prophetes Domini, vt ab illo etiam requiramus? * Et ait rex Israel ad Iosaphat: Est vir vnus, à quo possumus quærere Domini voluntatem: sed ego odi eũ, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore: est autẽ Michæas filius Iemla. Dixitq. Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo. * Vocauit ergo rex Israel vnum de eunuchis, & dixit ei: Voca citò Micheam filium Iemla. * Porrò rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, vterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio: sedebant autem in area iuxta portam Samariæ, omnesq. prophetæ vaticinabãtur coram eis. * Sedecias verò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec conteras eam. * Omnesque prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant:

D 15 12
16
E 17 13
18 14
D
19
15
A 1 16
2
3 17
18
4 19
E 5
B 20
21 6
7
22
23
8
24
9 25
C F
10 26
11 27

Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis. * Nuncius autem, qui ierat ad vocandum Micheam, ait illi: En verba omnium prophetarum vno ore bona regi annunciant: quæso ergo te vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. * Cui respondit Michæas: Viuit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. * Venit ergo ad regem. Cui rex ait: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit: Ascendite: cuncta enim prospera euenient, & tradentur hostes in manus vestras. * Dixitq; rex: Iterum atque iterum te adiuro, vt mihi nõ loquaris, nisi quod verum est, in nomine Domini. * At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absq; pastore: & dixit Dominus: Non habent isti dominos: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. * Et ait rex Israel ad Iosaphat: Nónne dixi tibi, quòd non prophetaret iste mihi quidquam boni, sed ea quæ mala sunt? * At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini: Vidi Dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. * Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret vnus hoc modo, & alter alio: * processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? * At ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius. Dixitq; Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. * Nunc igitur, ecce Dominus dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, & Dominus locutus est de te mala. * Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillã, & ait: Per quam viam transiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? * Dixitq; Michæas: Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo vt abscõderis. * Præcepit autem rex Israel, dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amelech. * Et dicetis: Hæc dicit rex: Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace. * Dixitq; Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est locutus Dominus in me.

Et ait:

Et ait: Audite omnes populi. * Igitur ascenderunt rex Israel & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. * Dixitque rex Israel ad Iosaphat: Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam, tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque rex Israel habitu, venit ad bellum. * Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel. * Itaque cùm vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circumdederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo. * Cùm enim vidissent duces equitatus, quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum. * Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Israel inter ceruicem & scapulas. at ille aurigæ suo ait: Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. * Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperam, & mortuus est occidente sole.

28 9
29 10
D 30 G
31
11
32
33
34 1
A
2

CAP. XIX.

REuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Ierusalem. * Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris: * sed bona opera inuenta sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum vt requireres Dominũ Deum patrum tuorum. * Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem: rursumque egressus est ad populum de Bersabee vsque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum. * Constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca, * & præcipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. * Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, "nec personarum acceptio, nec cupido munerum. * In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & Sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius. * Præcepitque eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. * Omnem causam, quæ venerit ad vos, fratrum vestrorum, qui habitant in vrbibus suis inter cognationem & cognationem, vbicumque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus: ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis. * Amarias autem sacerdos & pontifex vester, in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent: habetisque magistros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiscum in bonis.

9 10
D 11
7
8
B 5
6
B
C 8
10

CAP. XX.

POst hæc congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum. * Veneruntque nuncij, & indicauerunt Iosaphat, dicentes: Venit contra te multitudo magna, de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asasonthamar, quæ est Engaddi. * Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. * Cõgregatusq; est Iudas ad deprecandum Dominum: sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandũ eum. * Cumq; stetisset Iosaphat in medio cœtu Iuda, & Ierusalem, in domo Domini ante atrium nouum, * ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gentium, in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. * Nónne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? * Habitaueruntq; in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes: * Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies, saluosque facies. * Nunc igitur ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir, "per quos non concessisti Israel vt

B 3 4
5
6
B
7
8
9
C 10

ª Deut. 2. 4. 1

transi-

ª Deut. 10. d. 17
Rom. 2. b. 12
Gal. 2. b. 6
Eph. 6. b. 9
Coloss. 3. d. 25
Actor. 10. d. 34
1. Pet. 1. b. 17
Iac. 2. b. 8
Eccl. 35. b. 16

transirent quando egrediebantur de Ægypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos: * econtrariò agunt, 11
& nituntur eijcere nos de possessione, quam tradidisti nobis. * Deus noster, 12
ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. * Omnis verò Iuda stabat coram Domino, 13 C
cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis.
*Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites de filiis Asaph, super quem factus 14
est Spiritus Domini in medio turbæ, *& 15 F
ait: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis Ierusalem, & tu rex Iosaphat: Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hancmultitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei. * Cras 16
descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per cliuum nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Ieruel. * Non eritis 17
vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda, & Ierusalem: nolite timere, nec paueatis: cras egre- D
diemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. *Iosaphat ergo, & Iuda, & om- 18
nes habitatores Ierusalem, ceciderunt G
proni in terram coram Domino, & adorauerunt eum. * Porrò Leuitæ de filijs 19
Caath, & de filiis Core, laudabant Dominum Deum Israel voce magna, in excelsum. * Cumque manè surrexissent, 20
egressi sunt per desertum Thecue: profectisque eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. *Deditque consilium populo, 21
& statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent:
*Psal. 135 f. 1 "Confitemini Domino, quoniam in 22
æternum misericordia eius. * Cumque E
cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt. * Nam- 23
que filij Ammon, & Moab, consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos: cumque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidère vulneribus. * Porrò Iuda cùm venisset ad spe- 24
culam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quemquam, qui necem potuisset euadere. * Venit 25
ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo, ad detrahenda spolia mortuorum: inuenerunt quę inter cadauera variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima, & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. 26
* Die autem quarto congregati sunt in F
Valle benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerunt locum illum Vallis benedictionis vsque in præsentem diem. * Reuersusque est 27
omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosaphat ante eos, in Ierusalem cum lætitia magna, eò quòd dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis. *Ingressique sunt in Ierusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis, in domum Do- 28
mini. * Irruit autem pauor Domini super vniuersa regna terrarum, cùm audissent quòd pugnasset Dominus contra inimicos Israel. * Quieuitque regnum 29 D
Iosaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum. * Regnauit igitur Iosaphat 30
superIudam, & erat trigintaquinque annorum cùm regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Azuba filia 31 G
Selahi. * Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino. * Verum- 32
tamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum. * Reliqua 33
autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digessit in Libros 34
regum Israel. * Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima. *Et 35
particeps fuit vt facerent naues, quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in 36
Asiongaber. * Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

CAP.

CAP. XXI.

3. Reg. 22. f. 51 DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis 1
A
in Ciuitate Dauid: regnauitq; Ioram filius eius pro eo. * Qui habuit fratres, fi- 2
lios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam. omnes hi, filij Iosaphat regis Iuda. *Deditq; eis pater suus multa mu- 3
nera argenti, & auri, & pęsitationes, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram, eò quòd esset primogenitus. * Surrexit ergo Ioram super 4
regnum patris sui: cumq; se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel. *Triginta- 5
B
duorum annorum erat Ioram cùm regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. *Ambulauitque in viis re- 6
gum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius, & fecit malum in cõspectu Domini. *Noluit 7
autem Dominus disperdere domum Dauid, propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tempore. *In die- 8
bus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudę, & constituit sibi regem. *Cum- 9
que trãsisset Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom qui se circumdederat, & omnes duces equitatus 2
eius. *Attamen rebellauit Edom, ne esset 10
sub ditione Iuda, vsque ad hanc diem: eo tępore & Lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum 3
B
Deum patrum suorum: * insuper & ex- 11
celsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & C
præuaricari Iudam. *Allatæ sunt autem 12
ei litterę ab Elia propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda, * sed incessisti per iter re- 13
gum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalẽ, imitatus fornicationẽ domus Achab, insuper & fratres tuos, domum patris tui, meliores te, occidisti: 14
* ecce Dominus percutiet te plaga magna, cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua. *tu 15
autem ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. * Suscitauit ergo 16
Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui cõfines sunt 17
Æthiopibus. * & ascenderunt in Terram Iuda, & vastauerunt eam, diripuerunt que cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi 18
Ioachaz, qui minimus natu erat. *Et super hæc omnia percussit eum Dominus 19
alui languore insanabili. * Cumque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis, exequias, sicut fecerat maio- 20
ribus eius. * Triginta duorum annorum fuit, cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque non rectè, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: verumtamen non in sepulchro regum.

CAP. XXII.

4. Reg. 8. f. 24 COnstituerunt autem habitatores 1
Ierusalem Ochoziam filium eius A
minimum, regẽ pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitq; Ochozias filius Ioram 2
regis Iuda. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Athalia filia Amri. 3
* Sed & ipse ingressus est per vias domus B
Achab: mater enim eius impulit eum vt 4
impiè ageret. * Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui, in interitum eius. *Ambulauitque in consiliis eorum. Et per- 5
rexit cum Ioram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad: vulneraueruntq; Syri Ioram. * Qui reuersus est vt curaretur 6
C
in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. * Voluntatis quippe 7
fuit Dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & cùm venisset, & egrederetur eum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit Dominus vt deleret 8
domum Achab. * Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes

Iuda,

Iudæ,& filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. * Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria : adductumq; ad se,occidit,& sepelierunt eum: eò quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo. nec erat vltrà spes aliqua, vt de stirpe quis
*4.Reg.11.a.1 regnaret Ochoziæ. *[a] siquidem Athalia mater eius, videns quòd mortuus esset filius suus,surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram. * Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur : absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum : Iosabeth autem, quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ, & idcirco Athalia non interfecit eum. * Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

9 D 9 10 10 11 11 C 12 12

CAP. XXIII.

4.Reg.11.a.4 ANno autem septimo confortatus Ioiada,assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroham, & Ismahel filium Iohanan, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ,& Elisaphat filium Zechri : & iniit cum eis fœdus. *Qui circumeuntes Iudam,congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, veneruntq; in Ierusalem. *Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege:dixitq; ad eos Ioiada : Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios Dauid. * Iste est ergo sermo quem facietis: * Tertia pars vestrûm qui veniunt ad Sabbatum, Sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum, erit in portis: tertia verò pars ad domum regis : & tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti : omne verò reliquum vulgus sit in atriis domus Domini. *Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini. * Leuitæ autem circumdent regem, habentes singuli arma sua : (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) sintque cum rege & intrante & egrediente * Fecerunt ergo Leuitæ,& vniuersus Iuda, iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex: & assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati, cum his qui impleuerant sabbatum, & egressuri erant : siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. * Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas,clypeosque & peltas regis Dauid,quas consecrauerat in domo Domini. * Constituitq; omnem populum tenentium pugiones, à parte templi dextra, vsque ad partem templi sinistram, coram altari, & templo,per circuitum regis. *Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema,& testimonium, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatique sunt ei, atque dixerunt : Viuat rex. *Quod cùm audisset Athalia,vocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populũ in templum Domini.*Cumq; vidisset regem stantem super gradum in introitu, & principes, turmasq; circa eum,omnemq; populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem,vocemq; laudantiũ,scidit vestimenta sua,& ait: Insidiæ,insidiæ. * Egressus autem Ioiada pontifex ad cẽturiones, & principes exercitus, dixit eis: Educite illã extra septa templi, & interficiatur foris gladio.Præcepitq; sacerdos ne occideretur in domoDomini.*Et imposuerunt ceruicibus eius manus : cumque intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. * Pepigit autem Ioiada fœdus inter se,vniuersumque populum, & regem,vt esset populus Domini. *Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam : & altaria ac simulacra illius confregerunt : Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.*Constituit autem Ioiada præpositos in domo Domini, sub manibus Sacerdotum, & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini : vt offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio & canticis, iuxta dispositionem Dauid. *Constituit quoque ianitores in portis domus Domini,vt nõ ingrederetur eam immundus in omni re. * Assumpsitq; centuriones,& fortissimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domoDomini,& introire

1 A 2 3 4 5 D 6 B 7 8

per

per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali.*Lætatusque est omnis populus terræ, & vrbs quieuit: porrò Athalia interfecta est gladio.

21

CAP. XXIIII.

4.Reg.12.a.1 SEptem annorum erat Ioas cùm regnare cœpisset: & quadraginta annis regnauit in Ierusalem, nomen matris eius Sebia de Bersabee. * Fecitque quod bonum est coram Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis.*Accepit autem ei Ioiada vxores duas,è quibus genuit filios & filias. * Post quæ placuit Ioas vt instauraret domum Domini. *Congregauitque Sacerdotes,& Leuitas,& dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda,& colligite de vniuerso Israel pecuniã ad sartatecta templi Dei vestri, per singulos annos, festinatoque hoc facite. porrò Leuitæ egêre negligentiùs. *Vocauitque rex Ioiadam principem,& dixit ei : Quare tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalem pecuniam, quæ constituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij?*Athalia enim impiissima,& filij eius, destruxerunt domum Dei; & de vniuersis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt fanum Baalim. * Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam : posueruntque eam iuxta portam domus Domini forinsecus. * Et prædicatum est in Iuda & Ierusalem, vt deferrent singuli pretium
Exod.30.a.11 Domino, * quod constituit Moyses seruus Dei super omnem Israel in deserto. *Lętatique sunt cuncti principes,& omnis populus : & ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt ita vt impleretur. * Cumque tempus esset vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat : effundebantque pecuniam quæ erat in arca: porrò arcam reportabant ad locum suum: sicque faciebant per singulos dies,& congregata est infinita pecunia. *Quam dederunt rex & Ioiada his, qui prœerant operibus domus Domini:at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris,vt quod cadere cœperat, fulciretur.*Egeruntque hi qui operabantur industriè,& obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitauerunt domum Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. *Cumque complessent omnia opera, detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministerium, & ad holocausta,phialæ quoque,& cetera vasa aurea & argentea: & offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. *Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cùm esset centum triginta annorum. *Sepelieruntque eum in Ciuitate Dauid cum regibus,eò quòd fecisset bonum cum Israel, & cum domo eius. * Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem; qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis. *Et dereliquerũt templum Domini Dei patrum suorum, seruieruntque lucis & sculptilibus, & facta est ira contra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatum. * Mittebatque eis prophetas vt reuerterentur ad Dominum,quos protestantes, illi audire nolebant. * Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus: Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquistis Dominum vt derelinqueret vos? * Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini.*Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum, * sed interfecit filium eius. *Mat.23.d.35 Qui cùm moreretur, ait : Videat Dominus,& requirat.*Cumque euolutus esset annus,ascendit contra eum exercitus Syriæ : venitque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum. * Et certè cùm permodicus venisset numerus Syrorum,tradidit Dominus in manibus eorũ infinitam multitudinem,eò quòd dereliquissent Dominum Deum patrũ suorum: in Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia. *Et abeuntes dimiserũt eum in languoribus magnis:surrexerunt autem contra eum serui sui, in vltionẽ sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo,& mortuus est: sepelieruntque eum in Ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum. * Insidiati verò sunt ei, Zabad

1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 13 C 14 15 16 17 18 19 20 21 F 22 23 24 G 25 12 D 26

Y filius

filius Semmaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. *Porrò filij eius, ac ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus D[omi]ni, ſcripta ſunt diligẽtiùs in Libro regum: regnauit autem Amaſias filius eius pro eo. 27

CAP. XXV.

4.Reg.14.b.2 VIgintiquinque annorum erat Amaſias cùm regnare cœpiſſet, & viginti nouem annis regnauit in Ieruſalẽ, nomen matris eius Ioadan de Ieruſalem. 1 A
* Fecitque bonum in conſpectu Domini: verumtamen non in corde perfecto. 2
*Cumque roboratum ſibi videret imperium, iugulauit ſeruos, qui occiderant regem patrem ſuum, *ſed filios eorum non interfecit, ſicut ſcriptum eſt in Libro legis Moyſi, vbi præcepit Dominus, dicẽs: *Deut. 24.c.16 4.Reg.14.b.6 Ezech.18.c.20 Non occidentur patres pro filiis, neque filij pro patribus ſuis, ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur. 3 4
* Congregauit igitur Amaſias Iudam, & conſtituit eos per familias, tribunoſque & centuriones in vniuerſo Iuda & Beniamin: & recenſuit à viginti annis ſuprà, inuenitque trecenta millia iuuenum, qui egrederentur ad pugnam, & tenerent haſtam & clypeum. 5 B
*Mercede quoque conduxit de Iſrael centum millia robuſtorum, centum talentis argẽti. 6
*Venit autem homo Dei ad illum, & ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Iſrael: non eſt enim Dominus cum Iſrael, & cunctis filiis Ephraim: 7
*quòd ſi putas in robore exercitus bella cõſiſtere, ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus: Dei quippe eſt adiuuare, & in fugam conuertere. 8
* Dixitq; Amaſias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de cẽtum talentis, quæ dedi militibus Iſrael? Et reſpondit ei homo Dei: Habet Dominus vnde tibi dare poſſit multo his plura. 9 C
* Separauit itaque Amaſias exercitũ, qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locũ ſuum: at illi contra Iudam vehemẽter irati, reuerſi ſunt in regionem ſuã. 10 G
*Porrò Amaſias confidenter eduxit populum ſuum, & abiit in Vallem ſalinarum, percuſſitque filios Seir decem millia. 11
*Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiuſdam petræ, præcipitaueruntque eos de ſummo in præceps, qui vniuerſi crepuerunt. 12
*At illi exercitus, quem remiſerat Amaſias ne ſecum iret ad prelium, diffuſus eſt in ciuitatibus Iuda, à Samaria vſque ad Bethoron, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam. 13 D
* Amaſias verò poſt cædem Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir, ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incenſum. 14
*Quam ob rem iratus Dominus contra Amaſiam, miſit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adoraſti deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua? 15 E
*Cumque hæc ille loqueretur, reſpondit ei: Num conſiliarius regis es? quieſce ne interficiam te. Diſcedenſque propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, quia feciſti hoc malũ, & inſuper non acquieuiſti conſilio meo. 16
*Igitur Amaſias rex Iuda, inito peſſimo conſilio, miſit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu, regem Iſrael, dicens: Veni, videamus nos mutuò. 17
*At ille remiſit nũcios, dicens: Carduus, qui eſt in Libano, miſit ad cedrum Libani, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce beſtiæ, quæ erant in ſilua Libani, tranſierunt, & conculcauerunt carduum. 18
*Dixiſti: Percuſſi Edom, & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam: ſede in domo tua, cur malum aduerſum te prouocas, vt cadas & tu, & Iuda tecum? 19 F
*Noluit audire Amaſias, eò quòd Domini eſſet voluntas vt traderetur in manus hoſtium propter 20
deos Edom. * Aſcendit igitur Ioas rex Iſrael, & mutuos ſibi præbuere conſpectus: Amaſias autem rex Iuda erat in 21
Bethſames Iuda: *corruitque Iuda corà 22
Iſrael, & fugit in tabernacula ſua. *Porrò 23
Amaſiam regem Iuda, filium Ioas filij Ioachaz, cepit Ioas rex Iſrael in Bethſames, & adduxit in Ieruſalem: deſtruxitque murum eius à porta Ephraim vſque ad portam anguli, quadringentis cubitis. G
*Omne quoque aurum, & argentum, & 24
vniuerſa vaſa, quæ repererat in domo Dei, & apud Obededom, in theſauris etiam domus regię, necnon & filios obſidum, reduxit in Samariam. 25
* Vixit autem Amaſias filius Ioas rex Iuda, poſtquã mortuus eſt Ioas filius Ioachaz rex 26
Iſrael, quindecim annis. *Reliqua autem ſermonum Amaſiæ priorum & nouiſſimorum, ſcripta ſunt in Libro regum 27
Iuda & Iſrael. * Qui poſtquam receſſit à Domino, tetenderunt ei inſidias in Ieruſalem. Cumque fugiſſet in Lachis, miſerunt, & interfecerunt eum ibi. 28 *Portantesque ſuper equos, ſepelierunt eum cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid.

CAP.

CAP. XXVI.

4.Reg.14.b.21 OMnis autem populus Iuda, filium eius Oziam annorum ſedecim, conſtituit regem pro Amaſia patre ſuo. 1 A
*Ipſe ædificauit Ailath, & reſtituit eam ditioni Iuda, poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. 2
*Sedecim annorum erat Ozias cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem, nomen matris eius Iechelia de Ieruſalem. 3
*Fecitque quod erat rectũ in oculis Domini, iuxta omnia, quæ fecerat Amaſias pater eius. 4
* Et exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligẽtis & videntis Deum: cumque requireret Dominum, direxit eũ in omnibus. 5
* Denique egreſſus eſt, & pugnauit contra Philiſthiim, & deſtruxit murum Geth, & murum Iabniæ, murumque Azoti: ædificauit quoq; oppida in Azoto, & in Philiſthiim. 6
*Et adiuuit eũ Deus contra Philiſthiim, & contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal, & contra Ammonitas. 7
* Appendebantq; Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum Ægypti propter crebras victorias. 8 B
* Ædificauitque Ozias turres in Ieruſalem ſuper portam anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitque eas. 9
* Extruxit etiam turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora, tam in campeſtribus, quàm in eremi vaſtitate: vineas quoque habuit & vinitores in montibus, & in carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus. 10
*Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia, ſub manu Iehiel ſcribæ, Maaſiæque doctoris, & ſub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis. 11 A
* Omniſque numerus principum per familias virorum fortium, duorum millium ſexcentorum. 12
*Et ſub eis vniuerſus exercitus, trecentorum & ſeptem millium quingentorum: qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduerſarios dimicabant. 13
* Præparauit quoque eis 14
Ozias, id eſt, cuncto exercitui, clypeos, C B
& haſtas, & galeas, & loricas, arcuſque & fundas ad iaciendos lapides. 4
* Et fecit 15
in Ieruſalem diuerſi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent ſagittas, & ſaxa grandia: egreſſumque eſt nomẽ eius procul, eò quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroboraſſet illũ. 5
* Sed cũ roboratus 16 C
eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominũ Deum ſuum: ingreſſuſque templum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. 17
* Statimque ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi, 18
* reſtiterunt regi, atque dixerunt: Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium: egredere de ſanctuario, ne cõtempſeris: quia non reputabitur tibi in gloriã hoc à Domino 19
Deo. *Iratuſque Ozias, tenens in manu D
thuribulum, vt adoleret incenſum, minabatur Sacerdotibus. Statimque orta eſt lepra in fronte eius coram Sacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis. 20
*Cumque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus, acceleraut egredi, eò quòd ſenſiſſet illico 21
plagam Domini. * *Fuit igitur Ozias rex *4.Reg.15.a.5
leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. Porrò Ioatham filius eius rexit domum regis, & iudicabat populum 22
terræ. *Reliqua autem ſermonum Oziæ priorum & nouiſſimorum, ſcripſit Iſaias filius Amos, propheta. 23
* Dormiuitque Ozias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in agro regalium ſepulchrorum, eò quòd eſſet leproſus: regnauitque Ioatham filius pro eo.

CAP. XXVII.

VIgintiquinque annorum erat Ioatham cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ieruſa filia Sadoc. 1 A 4.Reg.15.b.32
*Fecitque quod rectum erat coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater ſuus, excepto quòd non eſt ingreſſus templum Domini, & adhuc populus delinquebat. 2
*Ipſe ædificauit portam domus Domini excelſam, & in muro Ophel multa conſtruxit. 3 B
* Vrbes quoque ædificauit in montibus Iuda, & in ſaltibus caſtella & turres. 4
* Ipſe pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos, dederuntque ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filij Ammon, in anno 5 C

secundo & tertio. * Corroboratusque est Ioatham, eò quòd direxisset vias suas coram Domino Deo suo. * Reliqua autem sermonũ Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera scripta sunt in Libro regum Israel & Iuda. * Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalẽ. * Dormiuitque Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XXVIII.

4. Reg. 16. a. 2

VIginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit rectum in conspectu Domini sicut Dauid pater eius: * sed ambulauit in viis regum Israel, insuper & statuas fudit Baalim. * Ipse est, qui adoleuit incẽsum in Vallebenẽnom, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gẽtium, quas interfecit Dominus in aduentu filiorũ Israel. * Sacrificabat quoque, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. * Tradiditq; eũ Dominus Deus eius in manu regis Syriæ, qui percussit eum, magnamq; prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascum: manibus quoque regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. * Occiditque Phacee, filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eò quòd reliquissent Dominum Deum patrum suorum. * Eodem tempore occidit Zechri, vir potens ex Ephraim, Maasiam filiũ regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoque secundum à rege. * Ceperuntq; filij Israel de fratribus suis ducẽta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam: pertuleruntque eam in Samariam. * Ea tẽpestate erat ibi propheta Domini, nomine Oded: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iuda, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret vestra crudelitas. * Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos & ancillas. quod nequaquam facto opus est: peccastis enim super hoc Domino Deo vestro. * Sed audite consilium meum, & reducite captiuos, quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor Domini imminet vobis. * Steterũt itaque viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amasa filius Adali, contra eos qui veniebant de prælio, * & dixerunt eis: Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. Quare vultis adiicere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel. * Dimiseruntque viri bellatores prædam, & vniuersa quæ ceperat, coram principibus, & omni multitudine. * Steterũtque viri, quos suprà memorauimus, & apprehendentes captiuos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis: cumque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentque propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicumque ambulare nõ poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerũt Iericho Ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsiq; reuersi sunt in Samariã. * Tempore illo misit rex Achaz ad regẽ Assyriorum postulans auxilium. * Veneruntque Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam. * Philisthiim quoque diffusi sunt per vrbes cãpestres, & ad Meridiem Iuda: ceperuntque Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnan, & Gamzo, cum viculis suis, & habitauerunt in eis. * Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eò quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominum. * Adduxitque contra eum Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit. * Igitur Achaz, spoliata domo Domini, & domo regum ac principum, dedit regi Assyriorũ munera, & tamen nihil ei profuit. * Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz, * immolauit diis Damasci victimas percussoribus suis, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi, cùm econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel. * Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. * In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracũdiam prouocauit Dominum Deum patrum

suorum. * Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum & nouissimorum, scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel. * Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitq; Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX.

4. Reg. 18. a. 1

IGitur Ezechias regnare cœpit, cùm vigintiquinque esset annorum, & vigintinouem annis regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Abia, filia Zachariæ. * Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. * Ipse anno & mense primo regni sui, aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas. * adduxitque Sacerdotes atque Leuitas, & cõgregauit eos in plateam Orientalem. * Dixitq; ad eos: Audite me Leuitę, & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario. * Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquẽtes eum: auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. * Clauserunt ostia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensumque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel. * Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. * En, corruerunt patres nostri gladiis; filij nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt, propter hoc scelus. * Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suæ. * Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incẽsum. * Surrexerunt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Ioel filius Azariæ, de filiis Caath: Porrò de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel. De filiis autẽ Gersom, Ioab filius Zẽma, & Eden filius Ioah. * At verò de filiis Elisaphan, Samri, & Iahiel. De filiis quoque Asaph, Zacharias, & Mathanias: * Necnon de filiis Hemã, Iahiel, & Semei: Sed & de filiis Idithun, Semeias, & Oziel. * Congregueruntque fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mãdatum regis & imperiũ Domini, vt expiarent domum Dei. * Sacerdotes quoque ingressi templum Domini vt sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domus Domini, quam tulerunt Leuitæ, & asportauerunt ad Torrentem cedron foras. * Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini, expiauerunt; templum diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdem, quod cœperant impleuerunt. * Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocausti, vasaque eius, necnon & mẽsam propositionis cum omnibus vasis suis, * cunctamq; templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquam præuaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altare Domini. * Cõsurgensq; diluculò Ezechias rex, aduocauit omnes principes ciuitatis, & ascẽdit in domũ Domini: * obtuleruntq; simul tauros septẽ, & arietes septẽ, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda, dixitque sacerdotibus filiis Aaron vt offerrent super altare Domini. * Mactauerunt igitur tauros, & susceperũt sanguinẽ Sacerdotes, & fuderunt illum super altare, mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt, immolaueruntque agnos, & fuderũt super altare sanguinem. * Applicuerunt hircos pro peccato, corã rege & vniuersa multitudine, imposuerũtq; manus suas super eos: * & immolauerunt illos Sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum coram altare pro piaculo vniuersi Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustum fieret, & pro peccato. * Constituit quoque Leuitas in domo Domini, cum cymbalis, & psalteriis, & citharis, secundùm dispositionem Dauid regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarũ eius. * Steteruntq; Leuitę tenentes organa Dauid, & Sacerdotes tubas. * Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cumq; offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis, quæ Dauid

rex Israel prępararuerat,cõcrepare.* Omni autem turba adorante, cantores, & ij qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum. *Cumque finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. * Præcepitque Ezechias & principes Leuitis, vt laudarent Dominũ sermonibus Dauid,& Asaph Videntis:qui laudauerunt eum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. * Ezechias autem etiam hęc addidit:Implestis manus vestras Domino,accedite, & offerte victimas,& laudes in domo Domini.Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias,& laudes,& holocausta, mente deuota. * Porrò numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centum,agnos ducẽtos.*Sanctificaueruntque Domino boues sexcentos,& oues tria millia.*Sacerdotes verò pauci erant,nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarẽtur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm Sacerdotes. * Fuerunt ergo holocausta plurima,adipes pacificorum, & libamina holocaustorum:& completus est cultus domus Domini. *Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eò quòd ministerium Domini esset expletum. De repẽte quippe hoc fieri placuerat.

28 B 29 7 30 8 31 G 9 32 33 10 34 11 12 35 13 36

Cap. xxx.

MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam:scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen,vt venirent ad domum Domini in Ieruſalem, & facerent Phase Domino Deo Israel. *Inito ergo consilio regis & principum, & vniuersi cœtus Ieruſalem,decreuerunt vt facerent Phase mense secundo. * Non enim potuerant facere in tempore suo, quia sacerdotes,qui possent sufficere,sanctificati non fuerant, & populus nõdum congregatus fuerat in Ieruſalem. * Placuitque sermo regi,& omni multitudini. *Et decreuerunt vt mitterent nuncios in vniuersum Israel, de Bersabee vsq; Dan, vt venirent, & facerent Phase Domino Deo Israel in Ieruſalem: multi enim nõ fecerant sicut lege præscriptum est.*Perrexeruntq; cursores cũ epistolis ex regis imperio, & principum eius, in vniuersum Israel & Iudam, iuxta id, quod rex iusserat, prædicantes: Filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac,& Israel: & reuertetur ad reliquias,quæ effugerunt manum regis Assyriorum.*Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserunt à Domino Deo patrum suorũ, qui tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis. *Nolite indurare ceruices vestras,sicut patres vestri: tradite manus Domino,& venite ad sanctuarium eius,quod sanctificauit in ęternum: seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius. * Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum: fratres vestri, & filij habebunt misericordiam coram dominis suis,qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hanc:pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis,si reuersi fueritis ad eum.*Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem, per terram Ephraim & Manasse vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos. * Attamen quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt Ieruſalem. * In Iuda verò facta est manus Domini vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta præceptum regis & principum,verbum Domini. * Congregatique sunt in Ieruſalem populi multi, vt facerent solemnitatem azymorum, in mense secundo: *& surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Ieruſalem, atque vniuersa,in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in Torrentẽ cedron.*Immolauerũt autem Phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque atque Leuitę tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo Domini: *Steteruntque in ordine suo,iuxta dispositionem & legem Moysi hominis Dei: Sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum, * eò quòd multa turba sanctificata non esset: & idcirco immolarent Leuitæ Phase his, qui non occurrerant sanctificari Domino. *Magna etiã pars populi de Ephraim, & Manasse, & Issachar,& Zabulõ, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phase, non iuxta quod scriptum est: & orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur *cunctis, qui in toto corde requirũt Dominum Deum patrum suorum: & non imputabit eis quòd minùs sanctificati sunt. *Quem exaudiuit Dominus, &

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 C 14 15 16 17 18 19 20

placatus

placatus est populo. * Feceruntque filij Israel,qui inuenti sunt in Ieruſalem,solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies: Leuitæ quoque & Sacerdotes,per organa,quę suo officio congruebãt. *Et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum, qui habebant intelligentiam bonam super Domino: & comederũt septem diebus sollemnitatis, immolantes victimas pacificorum, & laudãtes Dominum Deum patrum suorum. *Placuitq; vniuersæ multitudini vt celebrarẽt etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio. *Ezechias enim rex Iudæ præbuerat multitudini mille tauros, & septẽ millia ouium: principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem millia: sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo. *Et hilaritate perfusa omnis turba Iudæ, tam Sacerdotum & Leuitarum, quàm vniuersæ frequentiæ, quæ venerat ex Israel; proselytorum quoque de Terra Israel,& habitantium in Iuda. * Factaque est grandis celebritas in Ieruſalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non fuerat. *Surrexerunt autem Sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum: peruenitque oratio in habitaculum sanctum cæli.

21 5 B 6 22 D 7 23 8 24 9 10 25 C 11 26 12 27

Cap. xxxi.

CVmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel,qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulacra,succiderunt; lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt,non solùm de vniuerso Iuda & Beniamin,sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent: reuersique sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. * Ezechias autem constituit turmas Sacerdotales & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemque in officio proprio,tam Sacerdotum videlicet quàm Leuitarum, ad holocausta & pacifica,vt ministrarent & confiterentur, canerentque in portis castrorum Domini. * Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum, manè semper & vesperè. Sabbatis quoque, & Calendis,& sollemnitatibus ceteris,sicut scriptum est in lege Moysi. * Præcepit etiam populo habitantium Ieruſalem,vt darent partes Sacerdotibus, & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. *Quod cùmpercre bruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filij Israel frumenti, vini,& olei, mellis quoque: & omnium, quæ gignit humus, decimas obtulerunt. * Sed & filij Israel & Iudæ, qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum & ouium, decimasque sanctorũ,quæ vouerant Domino Deo suo: atque vniuersa portantes, fecerunt aceruos plurimos. * Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos. * Cumque ingressi fuissent Ezechias & principes eius,viderunt aceruos,& benedixerunt Domino ac populo Israel. * Interrogauitque Ezechias Sacerdotes & Leuitas, cur ita iacerent acerui. *Respondit illi Azarias Sacerdos primus de stirpe Sadoc,dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima, eò quòd benedixerit Dominus populo suo: reliquiarum autem copia est ista, quam cernis. *Præcepit igitur Ezechias vt præpararẽt horrea in domo Domini.Quod cùm fecissent,*intulerunt,tam primitias, quàm decimas,& quęcũque vouerant,fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius, secundus, * post quẽ Iahiel, & Azarias,& Nahath, & Asael, & Ierimoth, Iozabad quoque, & Eliel,& Iesmachias,& Mahath,& Banaias,præpositi sub manibus Choneniæ, & Semei fratris eius,ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia pertinebant. *Core verò filius Iemna Leuites & ianitor Orientalis portæ,præpositus erat iis quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque & consecratis in Sancta sanctorum. *Et sub cura eius Eden,& Beniamin,Iesue,& Semeias, Amarias quoque & Sechenias,in ciuitatibus Sacerdotum, vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus: *exceptis maribus ab annis tribus & suprà, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quidquid per singulos dies conducebat in ministerio, atque obseruationibus iuxta diuisiones suas, * Sacerdotibus per familias, & Leuitis à vigesimo anno & supra, per ordines & turmas suas, *vniuersæque multitudini,tã vxoribus,quàm liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi, de his quæ sanctificata fuerant,

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 D 11 12 13 14 15 16 17 18

præbebantur. * Sed & filiorum Aaron per agros,& suburbana vrbium singularum,dispositi erant viri,qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino de Sacerdotibus & Leuitis. * Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda: operatusque est bonum & rectum & verum, coram Domino Deo suo, *in vniuersa cultura ministerij domus Domini,iuxta legem & cæremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque & prosperatus est.

CAP. XXXII.

4.Reg.18. c.13 Isa.36.a.1 Eccl.48. c.20

POst quæ & huiusmodi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam,obsedit ciuitates munitas, volens eas capere.* Quod cũ vidisset Ezechias,venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ierusalem,*inito cum principibus consilio, virisque fortissimis, vt obturarent capita fontium, qui erant extra vrbem: & hoc omnium decernente sententia,*congregauit plurimam multitudinem,& obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes: Ne veniant reges Assyriorũ,& inueniant aquarum abundantiam. *Ædificauit quoque, agẽs industriè, omnem murum, qui fuerat dissipatus,& extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum: instauratuitque Mello in Ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos: *constituitque principes bellatorum in exercitu: & conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum dicens:*Viriliter agite,& confortamini:nolite timere,nec paueatis regem Assyriorũ, & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. * Cum illo enim est brachium carneum: nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster,pugnatque pro nobis.Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. *Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicens: *Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum:In quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Ierusalem? * Num Ezechias decipit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? *Numquid non iste est Ezechias, qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iuda & Ierusalem, dicens: Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? * An ignoratis quæ ego fecerim,& patres mei, cunctis terrarum populis? numquid præualuerunt dij gentium,omniumque terrarum, liberare regionem suam de manu mea? *Quis est de vniuersis diis gentium quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu? *Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu mea. * Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra Dominum Deum,& contra Ezechiam seruum eius. *epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est aduersus eum: Sicut dij gentium ceterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista. *Insuper & clamore magno, lingua Iudaica, contra populum qui sedebat in muris Ierusalem,personabat, vt terreret eos,& caperet ciuitatem. * Locutusque est contra Deum Ierusalem, sicut aduersum deos populorum terræ,opera manuum hominum. *Orauerunt igitur,Ezechias rex,& Isaias filius Amos prophetes, aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt vsque in cælum.* Et misit Dominus angelum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem,& principem exercitus regis Assyriorum:reuersusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum Dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. *Saluauitque Dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit eis quietem per circuitum. * Multi etiam deferebant hostias & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc coram cunctis gẽtibus. * In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem,& orauit

*Tob.1.d.21

4.Reg.20.a.1 Isa.38.a.1

Domi-

Dominum: exaudiuitque eum, & dedit ei signum. *Sed non iuxta beneficia,quæ acceperat, retribuit, quia eleuatũ est cor eius:& facta est contra eum ira,& contra Iudam & Ierusalem.*Humiliatusque est postea,eò quòd exaltatũ fuisset cor eius, tam ipse,quàm habitatores Ierusalem:& idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ. *Fuit autẽ Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni pretij. *Apotheeas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulasque pecorum, * & vrbes ædificauit sibi: habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eò quòd dedisset ei Dominus substantiam multam nimis. * Ipse est Ezechias, qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad Occidẽtem Vrbis Dauid: in omnibus operibus suis fecit prosperè quæ voluit.* Attamen in legatione principũ Babylonis, qui missi fuerant ad cũ, vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram,dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. * Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius, scripta sunt in visione Isaiæ filij Amos prophetæ,& in Libro regũ Iuda & Israel.*Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: regnauitque Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXXIII.

4.Reg.21. a.1

DVodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, & quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem.* Fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes gentium, quas subuertit Dominus coram filiis Israel: *& conuersus instaurauit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: construxitque aras Baalim,& fecit lucos, & adorauit omnẽ militiam cœli,& coluit eã. * Ædificauit quoque altaria in domo Domini, de qua dixerat Dominus: *In Ierusalem erit nomen meũ in æternum. *Ædificauit autem ea cuncto exercitui cæli, in duobus atriis domus Domini. *Transireque fecit filios suos per ignem in Vallebenennom: obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat, habebat secũ magos, & incantatores: multaque mala operatus est coram Domino,vt irritaret eum. *Sculptile quoque & conflatile signum posuit in domo Dei, de qua locutus est Deus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, dicens: In domo hac & in Ierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum. *Et moueri non faciam pedem Israel de terra, quã tradidi patribus eorũ:ita dumtaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque legem & cæremonias, atque iudicia per manum Moysi. *Igitur Manasses seduxit Iudam, & habitatores Ierusalem,vt facerent malũ super omnes gentes, quas subuerterat Dominus à facie filiorũ Israel. *Locutusque est Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerũt. *Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum: ceperuntque Manassen, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem.*Qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorũ. *Deprecatusque est eum, & obsecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus.*Post hæc ædificauit murum extra Ciuitatẽ Dauid, ad Occidentem Gihon in conualle, ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel,& exaltauit illum vehementer: constituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis: *& abstulit deos alienos,& simulacrũ de domo Domini;aras quoque,quas fecerat in monte domus Domini,& in Ierusalẽ, & proiecit omnia extra vrbem. *Porrò instaurauit altare Domini,& immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitque Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel. *Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo. * Reliqua autem gestorum Manasse: & obsecratio eius ad Deum suum: verba quoque Videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. * Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata atque contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos & statuas, antequã

*3.Reg.8. b.17

*2.Reg.7. b.10

Y 5 ageret

ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai. * Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo suo: regnauitque pro eo filius eius Amō. *Vigintiduorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset, & duobus annis regnauit in Ierusalem. *Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit atque seruiuit. * Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo maiora deliquit. *Cumque coniurassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua. *Porrò reliqua populi multitudo, cæsis iis, qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

CAP. XXXIIII.

4. Reg. 22. a 1

OCto annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit in Ierusalem. * Fecitque quod erat rectum in conspectu Domini, & ambulauit in viis Dauid patris sui: non declinauit neque ad dextram, neque ad sinistram. *Octauo autem anno regni sui, cū adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundauit Iudā & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulacrisque & sculptilibus. *Destruxeruntq; coram eo aras Baalim: & simulacra, quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiam, & sculptilia succīdit atque cōminuit: & super tumuloseorū, qui eis immolare consueuerant, fragmēta dispersit. *Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum, mundauitque Iudam & Ierusalem. * Sed & in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon, vsque Nephthali, cuncta subuertit. *Cumque altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaque delubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem. *Igitur anno octauodecimo regni sui, mundata iam terra, & templo Domini, misit Saphan filium Eselię, & Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à commentariis, vt instaurarent domum Domini Dei sui. *Qui venerunt ad Helciam Sacerdotem magnum: acceptamque ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregauerant Leuitæ, & ianitores, de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquiis Israel, ab omni quoque Iuda, & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem, *tradiderūt in manibus eorum, qui præerant operariis in domo Domini, vt instaurarent templum, & infirma quæque sarcirent. * At illi dederunt eam artificibus, & cæmentariis, vt emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad cōmissuras ædificij, & ad contignationem domorū, quas destruxerant reges Iuda. * Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium, Iahath & Abdias de filiis Merari, Zacharias & Mosollam de filiis Caath, qui vrgebāt opus: omnes Leuitæ scientes organis canere. *Super eos verò, qui ad diuersos vsus onera portabant, erant scribæ, & magistri de Leuitis ianitores. *Cumque efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos Librum legis Domini per manum Moysi. * Et ait ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo Domini: Et tradidit ei. * At ille intulit volumen ad regem, & nunciauit ei dicēs: Omnia quæ dedisti in manu seruorum tuorum, ecce complentur. *Argentum, quod repertum est in domo Domini, conflauerunt: datumque est præfectis artificum, & diuersa opera fabricantium. *Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librū. Quem cùm rege præsente recitasset, * audissetq; ille verba legis, scidit vestimenta sua: *& præcepit Helciæ, & Ahicā filio Saphan, & Abdō filio Micha, Saphā quoque scribę, & Asaę seruo regis, dicens: *Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus Libri istius, qui repertus est: magnus enim furor Domini stillauit super nos, eò quòd nō custodierint patres nostri verba Domini, vt facerent omnia quę scripta sunt in isto volumine. *Abiit ergo Helcias, & hi qui simul à rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij Thecuath, filij Hasra custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: & locuti sunt ei verba, quæ suprà narrauimus. *At illa respondit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: *Hęc dicit Dominus: Ecce ego inducam mala super locū istum, & super habitatores eius, cunctaque maledicta, quę scripta sunt in Libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda. * Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam

cundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum, idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. *Ad regem autem Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, *atque emollitū est cor tuū, & humiliatus es in conspectu Dei, super his quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalē, reuerituſq; faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ego quoque exaudiui te, dicit Dominus. *Iam enim colligā te ad patres tuos, & inferēris in sepulchrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malū, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. * Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. * At ille cōuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, *ascendit in domum Domini, vnaque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, Sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis: * & stans in tribunali suo, percussit fœdus corā Domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius, in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo, quod legerat. * Adiurauit quoque super hoc omnes, qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin: & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactū Domini Dei patrum suorum. * Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel: & fecit omnes, qui resdui erant in Israel, seruire Domino Deo suo. Cunctis diebus eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

4. Reg. 23. a 21

FEcit autem Iosias in Ierusalem Phase Domino, quod immolatū est quartadecima die mēsis primi: *& constituit Sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos vt ministrarent in domo Domini. *Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est: Ponite arcam in sanctuario tēpli, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel, nequaquam enim eam vltrà portabitis: nunc autem ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel. * Et præparate vos per domos & cognationes vestras, in diuisionibus singulorū, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius. *Et ministrate in sanctuario per familias turmasque Leuiticas, *& sanctificati immolate Phase: fratres etiā vestros, vt possint iuxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate. * Dedit præterea Iosias omni populo, qui ibi fuerat inuentus in solemnitate Phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia. hæc de regis vniuersa substantia. *Duces quoque eius, spōte quod vouerant, obtulerunt, tam populo, quàm Sacerdotibus & Leuitis. Porrò Helcias, & Zacharias, & Iahiel, principes domus Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendum Phase pecora commixtim duo millia sexcenta, & boues trecētos. *Chonenias autem, & Semeias, etiam Nathanael, fratres eius, necnon Hasabias, & Iehiel, & Iozabad, principes Leuitarum, dederunt ceteris Leuitis ad celebrandum Phase quinque millia pecorum, & boues quingētos. *Præparatumq; est ministerium, & steterūt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoque in turmis, iuxta regis imperium. *Et immolatum est Phase: asperseruntq; Sacerdotes manu sua sanguinem, & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum: *& separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorū, & offerrētur Domino, sicut scriptum est in Libro Moysi: de bobus quoq; fecerunt similiter. *Et assauerunt Phase super ignem, iuxta quod in lege scriptū est: pacificas verò hostias coxerūt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinatò distribuerunt vniuersæ plebi. *sibi autē, & Sacerdotibus postea parauerūt: nam in oblatione holocaustorum & adipum vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filiis Aaron parauerūt nouissimis. *Porrò cātores filij Asaph stabāt in ordine suo, iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Heman, & Idithun, prophetarum regis: Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidem discederent à ministerio: quam ob rem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos. * Omnis igitur cultura Domini ritè cōpleta est in die illa, vt facerent Phase, & offerrent holocausta super altare Domini, iuxta præceptum regis Iosiæ. * Feceruntq; filij Israel, qui reperti fuerant ibi,

Phase in tempore illo, & sollemnitatem azymorum septem diebus. * Non fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase, sicut Iosias, Sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalé. *Octauodecimo anno regni Iosiæ hoc Phase celebratum est. * Postquã instaurauerat Iosias templum, ascendit Nechao rex Ægypti ad pugnandũ in Charcamis iuxta Euphraten: & processit in occursum eius Iosias. *At ille, missis ad eum nunciis, ait: Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinatò ire præcepit: desine aduersum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. *Noluit Iosias reuerti, sed pręparauit cõtra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: 'verùm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo. *Ibiq; vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis: Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum. * Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuusque est, & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum: * Ieremias maximè: cuius omnes cantores atque cantatrices, vsque in præsentem diem, lamentationes super Iosiam replicant; & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. *Reliqua autem sermonũ Iosię & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt Domini; *opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

*4.Reg.23. f.19

*Zach.12. d.11

CAP. XXXVI.

TVlit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & constituit regem pro patre suo in Ierusalem. * Viginti trium annorum erat Ioachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. *Amouit autẽ eum rex Ægypti cùm venisset in Ierusalé, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. * Constituitque pro eo regem, 'Eliakim fratrem eius, super Iudã & Ierusalem: & vertit nomen eius Ioakim: ipsum verò Ioachaz tulit secum, & abduxit in Ægyptum. *Viginti quinque annorũ erat Ioakim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo. * Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem. *Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo. * Reliqua autem verborum Ioakim, & abominationum eius, quas operatus est, & quę inuenta sunt in eo, continentur in Libro regum Iuda & Israel. Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. * Octo annorũ erat Ioachin cùm regnare cœpisset, & tribus mẽsibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem, fecitque malum in conspectu Domini. *Cumq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. 'Regem verò constituit Sedeciam patruum eius super Iudam & Ierusalem. *Viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. * Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ, loquentis ad se ex ore Domini. * A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israel. *Sed & vniuersi principes sacerdotum, & populus, præuaricati sunt iniquè iuxtà vniuersas abominationes Gentium, & polluerunt domum Domini, quã sanctificauerat sibi in Ierusalem. * Mittebat autẽ Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eò quòd parceret populo & habitaculo suo. * At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. * Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorũ gladio in domo sanctuarij sui: nõ est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius. *Vniuersaque vasa domus Domini, tam maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principum, transtulit in Babylonem. *Incenderunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Ierusalem, vniuersas turres combusserunt, & quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. * Siquis euaserat

4.Reg.23. f.30

*Mat.1. b.14

4.Reg.24. d.15 Ier.37.a.1

gladium

gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum, * & compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni. **Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit

Ier.25. & 29. & 31. 1.Esd.1.a. 1.& 6.a.3

Dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens: *Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

LIBER PRIMVS ESDRÆ.

CAPVT PRIMVM.

IN anno primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens: *Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. *Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudea, & ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Ierusalem. *Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumque habitant, adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod volũtariè offerũt templo Dei, quod est in Ierusalé. *Et surrexerunt principes patrũ de Iuda, & Beniamin, & Sacerdotes, & Leuitæ, & omnis cuius Deus suscitauit spiritum, vt ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem. * Vniuersíque qui erant in circuitu, adiuuerũt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, exceptis his, quæ sponte obtulerant. * Rex quoque Cyrus protulit vasa tẽpli Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui. *Protulit autẽ ea Cyrus rex Persarum per manũ Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Sassabasar principi Iuda. * Et hic est numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri vigintinouem, scyphi aurei triginta, * scyphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille. * Omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar, cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

Ierem.25. d.12.& 29. d.10 2.Par.36. d.22

CAP. II.

HI sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudam, vnusquisque in ciuitatem suam. * Qui venerũt cum Zorobabel, Iosue, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Israel: * Filij Pharos, duo millia centum septuagintaduo. *Filij Sephatia, trecenti septuagintaduo. * Filij Area, septingenti septuagintaquinque. * Filij Iahath Moab, filiorum Iosue: Ioab, duo millia octingenti duodecim. * Filij Ælam, mille ducenti quinquaginta quattuor. *Filij Zethua, nongenti quadragintaquinque. *Filij Zachai, septingenti sexaginta. *Filij Bani, sexcenti quadragintaduo. *Filij Bebai, sexcenti vigintitres.

2.Esdr.7. b.6

*Filij

*Filij Azgad, mille ducenti vigintiduo. 12
*Filij Adonicam, sexcenti sexagintasex. 13
*Filij Beguai, duo millia quinquagintasex. 14
*Filij Adin quadringenti quinquagintaquattuor. *Filij Ather, qui erant ex Ezechia, nonagintaocto. *Filij Besai, trecenti vigintitres. *Filij Iora, cétum duodecim. *Filij Hasum, ducenti vigintitres. B
*Filij Gebbar, nonagintaquinque. *Filij 19
Bethlehem, centum vigintitres. *Viri 20
Netupha, quinquagintasex. *Viri Anathoth, centum vigintiocto. *Filij Azmaueth, quadragintaduo. *Filij Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti 24
quadragintatres. *Filij Rama & Gabaa, 25
sexcenti vigintiunus. *Viri Machmas, 26
centú vigintiduo. *Viri Bethel & Hai, 27
ducenti vigintitres. *Filij Nebo, quin- 28
quagintaduo. *Filij Megbis, centú quin- 29
quagintasex. *Filij Ælam alterius, mille 30
ducéti quinquaginta quattuor. *Filij Harim, trecenti viginti. *Filij Lod, Hadid, & 32
Ono, septingenti vigintiquinque. *Filij 33
Iericho, trecenti quadragintaquinque. 34
*Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta. 35
*Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iosue, 36
nongéti septuagintatres. *Filij Emmer, 37
mille quinquagintaduo. *Filij Pheshur, 38
mille ducenti quadragintasептem. *Filij 39
Harim, mille decem & septem. *Leuitæ: 40
Filij Iosue & Cedmihel filiorú Odouiæ, septuagintaquattuor. *Cantores: Filij 41
Asaph, centum vigintiocto. *Filij Ianitorum: filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, 42
filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuersi C
centum trigintanouem. *Nathinæi: filij 43
Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, *filij 44
Ceros, filij Siaa, filij Phadon, *filij Leba- 45
na, filij Hagaba, filij Accub, *filij Hagab, 46
filij Semlai, filij Hanan, *filij Gaddel, 47
filij Gaher, filij Raaia, *filij Rasin, filij 48
Necoda, filij Gazam, *filij Aza, filij 49
Phasea, filij Besee, *filij Asena, filij Mu- 50
nim, filij Nephusim, *filij Bacbuc, filij 51
Hacupha, filij Harhur, *filij Besluth, 52
filij Mahida, filij Harsa, *filij Bercos, 53
filij Sisara, filij Thema, *filij Nasia, filij 54
Hatipha, *filij seruorum Salomonis, filij 55
Sotai, filij Sopheret, filij Pharuda, *filij 56
Iala, filij Dercon, filij Geddel, *filij Sa- 57
phatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui B
erant de Asebaim, filij Ami. *omnes Na- 58
thinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. *Et hi qui ascenderunt de Thelmala, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen 60
suum, vtrùm ex Israel essent. *Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcéti quinquagintaduo. *Et de filiis Sacerdotum: 61
Filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis, vxorem, & vocatus est nomine D
eorum: *hi quæsierunt scripturam ge- 62
nealogiæ suæ, & nō inuenerunt, & eiecti 63
sunt de sacerdotio. *Et dixit Athersatha eis, vt non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atq. perfectus. *Omnis multitudo quasi 64
vnus, quadragintaduo millia trecéti sexaginta: *exceptis seruis eorú, & ancillis, 65
qui erant septem millia trecéti triginta- septem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. *Equi eorum septingenti 66
trigintasex, muli eorum, ducenti qua- 67
dragintaquinque, *cameli eorum, quadringenti trigintaquinque, asini eorum, 68
sex millia septingenti viginti. * Et de principibus patrum, cùm ingrederentur templum Domini, quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei 69
ad extruendam eam in loco suo. * Secundùm vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia, & mille, argenti mnas quinque millia, & 70
vestes sacerdotales centum. *Habitauerunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi, in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

CAP. III.

IAmque venerat mensis septimus, & erāt filij Israel in ciuitatibus suis: con- A
gregatus est ergo populus quasi vir vnus
in Ierusalem. * Et surrexit Iosue filius 2
Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & ædificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei: * Collocaue- 3
runt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarú, & obtulerunt super illud holo- 4
caustū Domino manè & vespere: *Fecerunt- que solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum die- B
bus singulis per ordinem secundùm præ- 5
ceptum, opus diei in die suo. * Et post hæc holocaustum iuge, tam in Calendis quàm in vniuersis sollemnitatibus Domini, quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino. *A primo die mensis septimi 6

cœpe-

cœperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat. * Dederunt autem pecunias 7
latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum, Sidoniis Tyriisque, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppe, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis. * Anno autem se- 8
cundo aduētus eorum ad templum Dei C
in Ierusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalē, & constituerunt Leuitas à viginti annis & supra, vt vrgerent opus Domini. * Stetitque 9
Iosue & filij eius, & fratres eius, Cedmihel & filij eius, & filij Iuda, quasi vir vnus, vt instarent super eos qui faciebāt opus in templo Dei: filij Henadad, & filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. *Fundato igitur à cæmentariis templo 10
Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel. *Et concinebant in 11
hymnis & confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque D
populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset templum Domini. * plurimi 12
etiam de Sacerdotibus & Leuitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum priùs cùm fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lętitia, eleuabāt vocem. *Nec poterat quis- 13
quam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

CAP. IIII.

AVdierunt autem hostes Iudæ & 1
Beniamin, quia filij captiuitatis A
ædificarent templū Domino Deo Israel: *& accedentes ad Zorobabel, & ad prin- 2
cipes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiscum, quia ita vt vos, quærimus Deū vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus Asor Haddan regis Assur, qui adduxit nos huc. *Et dixit eis Zoro- 3
babel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israel: Non est vobis & nobis vt ædificemus domum Deo nostro, sed nosipsi soli ædificabimus Domino Deo 4
nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. * Factum est igitur, vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando. 5
* Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darij regis Persarum. *In regno autem Assueri, in 6
principio regni eius, scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. *Et in diebus Artaxerxis scri- 7
B
psit Beselam Mithridates, & Thabeel, & reliqui, qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro. 8
*Reum Beelteem, & Samsai scriba, scripserunt epistolam vnam de Ierusalem Artaxerxi regi, huiuscemodi: * Reum 9
Beelteem, & Samsai scriba, & reliqui cōsiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieui, & Ælamitæ, 10
& ceteri de Gentibus, quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus: & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans Flumen in pace: (Hoc est exemplar epistolæ, 11
quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, serui tui, viri qui sunt trans Fluuium, salutem dicunt. * Notum sit regi, quia 12
Iudæi, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatē rebellem & pessimam, quā ędificant, extruentes muros eius, & parietes componentes. *Nūc 13
igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa C
ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vsque ad reges hæc noxa 14
perueniet. * Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus, idcirco 15
misimus & nunciauimus regi, *vt recenseas in libris historiarū patrum tuorum, & inuenies scriptum in commentariis: & scies quoniā vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quā ob rem & ciuitas ipsa destructa est. 16
*Nunciamus nos regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluuium non habebis. * Verbum misit rex ad Reum 17
Beelteem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & ceteris trans Fluuium,

salutem

salutem dicens & pacem. *Accusatio, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me. *& à me præceptum est: & recensuerunt, inueneruntq; quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones, & prælia cõcitantur in ea: *nam & reges fortissimi fuerũt in Ierusalem, qui & dominati sunt omni regioni, quæ trãs Fluuium est: tributum quoque & vectigal, & reditus accipiebant. *Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si fortè à me iussum fuerit. *Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. *Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem, & Samsai scriba, & consiliariis eorum: & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. *Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

18 9 19 10 D C 20 11 21 12 22 23 13 24 14

CAP. V.

PRophetauerunt autem Aggeus Propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iudæa & Ierusalem, in nomine Dei Israel. *Tũc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. *In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans Flumen, & Stharbuzanai, & cõsiliarij eorum: sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis? *Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorũ ædificationis illius. *Oculus autem Dei eorũ factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitq; vt res ad Darium referretur, & tunc satisfacerẽt aduersus accusationem illam. *Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trãs Flumen, & Stharbuzanai, & consiliatores eius Arphasachæi, qui erant trans Flumen, ad Darium regem. *Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis. *Notum sit regi, isse nos ad Iudæam prouinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponũtur in parietibus: opusq; illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorũ, *Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis? *Sed & nomina eorum quæsiuimus ab eis, vt nunciaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis. *Huiusce modi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cæli & terræ, & ædificamus templum, quod erat extructũ ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificauerat, & extruxerat. *Postquam autem ad iracundiam prouocauerũt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem. *Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei hæc ædificaretur. *Nam & vasa tẽpli Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de tẽplo, quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit, *dixitque ei: Hæc vasa tolle, & vade, & pone ea in templo, quod est in Ierusalem, & domus Dei ædificetur in loco suo. *Tunc itaque Sassabasar ille venit & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalẽ, & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum cõpletum est. *Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hac remittat ad nos.

1 A 2 15 16 3 17 4 5

CAP. VI.

TVnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, *& inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, taliq; scriptus erat in eo commentarius: *Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolent hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta, *ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autẽ de domo regis dabuntur. *Sed & vasa templi Dei aurea & argẽtea, quæ

1 A 2 3 B 4 5

Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Ierusalem in locum suum, quæ & posita sunt in templo Dei. *Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans Flumen, Stharbuzanai, & consiliarij vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumẽ, procul recedite ab illis, *& dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum, & à senioribus eorum, vt domum Dei illam ædificent in loco suo. *Sed & à me præceptum est, quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est, de tributis, quę dãtur de regione trans Flumẽ, studiosè sumptus dẽtur viris illis, ne impediatur opus. *Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustũ Deo cæli, frumẽtum, sal, vinum, & oleum, secundùm ritum Sacerdotum, qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia. *Et offerãt oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis, & filiorũ eius. *A me ergo positum est decretum: Vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionẽ, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. *Deus autem, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extẽderit manum suam vt repugnet, & dissipet domũ Dei illam, quę est Ierusalem. Ego Darius statui decretũ, quod studiosè impleri volo. *Igitur Thathanai dux regionis trãs Flumen, & Stharbuzanai, & consiliarij eius, secũdùm quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt. *Seniores autem Iudæorum ædificabãt, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum: *& compleuerũt domum Dei istã, vsq; ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darij regis. *Fecerunt autem filij Israel, Sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum trãsmigrationis, dedicationem Domus Dei in gaudio. *Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarũ pro peccato totius Israel duodecim, iuxta numerum tribuum Israel. *Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis, super opera Dei in Ierusalem, *sicut scriptum est in libro Moysi. *Fecerunt autem filij Israel transmigrationis, Pascha, quartadecima die mẽsis primi. *Purificati enim fuerant Sacerdotes & Leuitæ quasi vnus: omnes mundi ad immolãdum pascha vniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis Sacerdotibus, & sibi. *Et comederunt filij Israel, qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerãt à coinquinatione Gentium terrę ad eos, vt quærerent Dominum Deum Israel. *Et fecerunt sollemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

*Num. 3. b. 6. & 8. b. 9.

6 19 20 7 21 B 8 22 9 10 C 11 12 13 14 15

CAP. VII.

POst hęc autem verba, in regno Artaxerxis regis Persarũ, Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ, *filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, *filij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth, *filij Zarahiæ, filij Ozi, filij Bocci, *filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron sacerdotis ab initio. *Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel: & dedit ei rex, secundùm manum Domini Dei eius super eum, omnẽ petitionem eius. *Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis Sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis, in Ierusalem, anno septimo Artaxerxis regis. *Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis. *Quia in primo die mensis primi cœpit ascẽdere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Ierusalem, iuxta manum Dei sui bonam super se. *Esdras enim parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium. *Hoc est autem exemplar epistolę edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ eruditio in sermonibus & præceptis Domini, & ceremoniis eius in Israel. *Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo salutem. *A me decretum est, vt cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de Sacerdotibus eius, & de Leuitis, ire in Ierusalem, tecum vadat. *A facie enim

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 B 12 13 14

regis,& ſeptem conſiliatorum eius, miſſus es, vt viſites Iudæam & Ieruſalem in lege Dei tui,quæ eſt in manu tua: * & vt 15
feras argentum & aurum, quod rex & conſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſrael, cuius in Ieruſalem tabernaculum eſt. * Et omne argentum & au- 16
rum quodcumque inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis, & populus offerre 1
voluerit, & de Sacerdotibus quæ ſponte A
obtulerint domui Dei ſui, quæ eſt in Ieruſalem,* liberè accipe, & ſtudiosè eme 17 2
de hac pecunia vitulos,arietes, agnos,& C
ſacrificia & libamina eorum, & offer ea 3
ſuper altare templi Dei veſtri, quod eſt in Ieruſalem. * Sed & ſi quid tibi & fra- 18 4
tribus tuis placuerit, de reliquo argento
& auro vt faciatis, iuxta volũtatem Dei 5
veſtri facite.* Vaſa quoque, quæ dantur 19 6
tibi in miniſterium domus Dei tui,tra-
de in conſpectu Dei in Ieruſalem. * Sed 20 7
& cetera, quibus opus fuerit in domum
Dei tui, quantumcumque neceſſe eſt vt 8
expendas, dabitur de theſauro, & de fiſco regis,* & à me.Ego Artaxerxes rex, 21 9
ſtatui atque decreui omnibus cuſtodi- B
bus arcę publicę,qui ſunt trans Flumen, 10
vt quodcumque petierit à vobis Eſdras 11
ſacerdos,ſcriba legis Dei cæli,abſq; mo-
ra detis, * vſque ad argenti talenta cen- 22 12
tum, & vſque ad frumenti coros cen-
tum, & vſque ad vini batos centum, & 13
vſque ad batos olei centum,ſal verò abſ-
que menſura. * Omne, quod ad ritum 23
Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter D 14
in domo Dei cæli: ne fortè iraſcatur cõ- 15
tra regnum regis,& filiorum eius. * Vo- 24
bis quoque notum facimus de vniuerſis
Sacerdotibus,& Leuitis,& cãtoribus,& ianitoribus, Nathinæis, & miniſtris domus Dei huius,vt vectigal, & tributum, 16
& annonas,nõ habeatis poteſtatem im- C
ponendi ſuper eos.* Tu autem Eſdra,ſe- 25
cundùm ſapientiam Dei tui, quæ eſt in
manu tua,conſtitue iudices & præſides, 17
vt iudicẽt omni populo qui eſt trãs Flumen, his videlicet qui nouerunt legem
Dei tui, ſed & imperitos docete liberè.
* Et omnis qui non fecerit legem Dei 26
tui,& legem regis diligenter, iudicium 18
erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in condemnationem ſubſtantiæ eius, vel certè in carcerem.* Benedi- 27
ctus Dominus Deus patrũ noſtrorum,
qui dedit hoc in corde regis, vt glorificaret domum Domini, quæ eſt in Ieru- 19
ſalem, * & in me inclinauit miſericor- 28 20

diam ſuam coram rege & conſiliatoribus eius, & vniuerſis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregaui de Iſrael principes qui aſcenderent mecum.

CAP. VIII.

HI ſunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone. * De filiis Phinees, Gerſom.De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid,Hattus.* De filiis Secheniæ,filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati ſunt viri centum quinquaginta. * De filiis Phahath Moab, Elioenai filius Zarehe,& cum eo ducenti viri. * De filiis Sechenię,filius Ezechiel, & cum eo trecẽti viri.* De filiis Adan,Abed filius Ionathan,& cũ eo quinquaginta viri.*De filiis Alam,Iſaias filius Athaliæ, & cum eo ſeptuaginta viri.* De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, & cum eo octoginta viri. * De filiis Ioab,Obedia filius Iahiel,& cũ eo ducenti decẽ & octo viri. * De filiis Selomith,filius Ioſphiæ,& cũ eo centum ſexaginta viri.* De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri. * De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan,& cum eo centum & decẽ viri.*De filiis Adonicam,qui erant nouiſſimi: & hæc nomina eorum: Eliphelethi,& Iehiel,& Samaias, & cum eis ſexaginta viri.* De filiis Begui, Vthai & Zachur,& cũ eis ſeptuaginta viri.*Congregaui autem eos ad fluuium, qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus,quęſiuiq́ue in populo & in ſacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. * Itaque miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam,& Elnathan,& Iarib,& alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Moſollam principes: & Ioiarib, & Elnathan ſapiẽtes. * Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Chaſphiæ loco, & poſui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos, in loco Chaſphiæ, vt adducerent nobis miniſtros domus Dei noſtri. * Et adduxerunt nobis per manum Dei noſtri bonam ſuper nos, virum doctiſſimum de filiis Moholi filiis Leui filij Iſrael, & Sarabiam & filios eius & fratres eius decem & octo, * & Haſabiam, & cum eo Iſaiam de filiis Merari, fratresque eius & filios eius viginti: * & de Nathinæis,

quos

quos dederat Dauid & principes ad miniſteria Leuitarum,Nathineos ducentos viginti: omnes hi ſuis nominibus vocabantur. * Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua,vt affligeremur coram Domino Deo noſtro,& peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis noſtris, vniuerſæque ſubſtantiæ noſtræ. * Erubui enim petere à rege auxilium &equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes, qui quærũt eum in bonitate: & imperium eius, & fortitudo eius,& furor ſuper omnes, qui derelinquunt eum. * Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrum per hoc: & euenit nobis proſperè. * Et ſeparaui de principibus Sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Haſabiam, & cum eis de fratribus eorum decem. * appendiq́ue eis argentum & aurum,&vaſa conſecrata domus Dei noſtri, quæ obtulerat rex & conſiliatores eius, & principes eius, vniuerſuſque Iſrael eorum qui inuenti fuerant: * & appendi in manibus eorum argenti talenta ſexcenta quinquaginta,& vaſa argentea centum,auri centum talenta: * & cratéres aureos viginti,qui habebant ſolidos millenos,& vaſa æris fulgentis optimi duo, pulchra vt aurum.* Et dixi eis:Vos ſancti Domini, & vaſa ſancta,& argentum &aurũ quod ſponte oblatum eſt Domino Deo patrum noſtrorum: * vigilate & cuſtodite,donec appendatis coram principibus Sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Iſrael in Ieruſalem, in theſaurum domus Domini. * Suſceperunt autem Sacerdotes & Leuitæ pondus argenti,& auri,& vaſorũ, vt deferrent Ieruſalem in domum Dei noſtri.*Promouimus ergo à flumine Ahaua duodecimo die menſis primi vt pergeremus Ieruſalem: & manus Dei noſtri fuit ſuper nos,& liberauit nos de manu inimici & inſidiatoris in via. * Et venimus Ieruſalem,& manſimus ibi tribus diebus.* Die autem quarta appenſum eſt argentum, & aurum, & vaſa in domo Dei noſtri, per manum Meremoth filij Vrię Sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cumq́. eis Iazabed filius Ioſue, & Noadaia filius Bennoi Leuitę,* iuxta numerum& pondus omniũ: deſcriptumq́. eſt omne pondus in tẽpore illo.* Sed& qui venerant de captiuitate filij tranſmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo

21 36 22 1 A 23 E 24 2 25 3 26 4 27 F B 28 5 29 6 30 7 31 32 8 33 C G 34 9 35

Iſrael, vitulos duodecim pro omni populo Iſrael, arietes nonaginta ſex,agnos ſeptuaginta ſeptem, hircos pro peccato duodecim: omnia in holocauſtum Domino. *Dederunt autem edicta regis ſatrapis, qui erant de conſpectu regis, & ducibus trans Flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

CAP. IX.

POſtquam autem hęc completa ſunt, acceſſerunt ad me principes, dicẽtes: Non eſt ſeparatus populus Iſrael, Sacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum,& abominationibus eorum, Chananæi videlicet,& Hethæi, & Pherezæi, & Iebuſæi,& Ammonitarum,& Moabitarum, & Ægyptiorũ,& Amorrhæorum: * tulerunt enim de filiabus eorum ſibi & filiis ſuis, & commiſcuerunt ſemen ſanctum cum populis terrarum:manus etiã principum & magiſtratuũ fuit in tranſgreſſione hac prima.*Cumq́ue audiſſem ſermonem iſtum,ſcidi pallium meum & tunicam,& euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens. * Conueneruntautem ad me omnes, qui timebant verbum Dei Iſrael,pro trãſgreſſione eorum qui de captiuitate venerant,& ego ſedebam triſtis vſque ad ſacrificium veſpertinum: * & in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio & tunica,curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum,* & dixi: Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerũt vſque ad cælum,* à diebus patrum noſtrorum: ſed & nos ipſi peccauimus grauiter vſque ad diem hac, & in iniquitatibus noſtris traditi ſumus ipſi,& reges noſtri, & Sacerdotes noſtri, in manum regum terrarum, & in gladium,& in captiuitatẽ,&in rapinã,& in confuſiõnem vultus,ſicut & die hac.* Et nunc quaſi parum & ad momentum facta eſt deprecatio noſtra apud Dominũ Deum noſtrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ,& daretur nobis paxillus in loco ſancto eius,& illuminaret oculos noſtros Deus noſter, & daret nobis vitam modicam in ſeruitute noſtra, * quia ſerui ſumus, & in ſeruitute noſtra non dereliquit nos Deus noſter, ſed inclinauit ſuper nos miſericordiam coram rege Perſarum, vt daret nobis vitam.

& sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis sepem in Iuda & Ieruſalem.* Et nũc quid dicemus Deus noſter poſt hæc? quia dereliquimus mandata tua, * quæ præcepiſti in manu ſeruorum tuorũ prophetarum, dicens: * Terra, ad quam vos ingredimini vt poſſideatis eã, terra immũda eſt, iuxta immunditiam populorum, ceterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vſq; ad os in coinquinatione ſua.* Nunc ergo filias veſtras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis veſtris, & non quæratis pacem eorum, & proſperitatem eorum, vſque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona ſunt terræ, & heredes habeatis filios veſtros vſque in ſæculum.* Et poſt omnia quę venerunt ſuper nos in operibus noſtris peſſimis, & in delicto noſtro magno, quia tu Deus noſter liberaſti nos de iniquitate noſtra, & dediſti nobis ſalutẽ ſicut eſt hodie,* vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum iſtarum. Numquid iratus es nobis vſque ad conſummationem ne dimitteres nobis reliquias ad ſalutem? * Domine Deus Iſrael iuſtus es tu: quoniam derelicti ſumus, qui ſaluaremur ſicut die hac. Ecce coram te ſumus in delicto noſtro. non enim ſtari poteſt coram te ſuper hoc.

* Deut. 7. a. 3

CAP. X.

SIc ergo orante Eſdra, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus eſt ad eum de Iſrael cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum, & fleuit populus fletu multo. * Et reſpondit Sechenias filius Iehiel de filiis Ælam, & dixit Eſdræ: Nos præuaricati ſumus in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc, ſi eſt pœnitẽtia in Iſrael ſuper hoc, * percutiamus fœdus cũ Domino Deo noſtro, vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui timent præceptum Domini Dei noſtri: ſecundùm legem fiat. * Surge, tuum eſt decernere, noſq; erimus tecum: confortare, & fac. * Surrexit ergo Eſdras, & adiurauit principes Sacerdotum & Leuitarum, & omnem Iſrael, vt facerent ſecundùm verbum hoc, & iurauerunt.

1 A
2
3
4
5
6 C
7 B
8
9 D
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

* Et ſurrexit Eſdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filij Eliaſib, & ingreſſus eſt illuc, panem nõ comedit, & aquam non bibit: lugebat enim tranſgreſſionem eorum, qui venerãt de captiuitate. * & miſſa eſt vox in Iuda & in Ieruſalem omnibus filiis tranſmigrationis, vt congregarentur in Ieruſalem: * & omnis qui nõ venerit in tribus diebus iuxta conſilium principũ & ſeniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abiicietur de cœtu tranſmigrationis. * Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ieruſalem tribus diebus, ipſe eſt menſis nonus, vigeſimo die menſis: & ſedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuiis. * Et ſurrexit Eſdras ſacerdos, & dixit ad eos: Vos trãſgreſſi eſtis, & duxiſtis vxores alienigenas, vt adderetis ſuper delictũ Iſrael.* Et nunc date confeſſionẽ Domino Deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius, & ſeparamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis.* Et reſpondit vniuerſa multitudo, dixitque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos, ſic fiat.* Verumtamen quia populus multus eſt, & tempus pluuiæ, & non ſuſtinemus ſtare foris, & opus non eſt diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in ſermone iſto) * conſtituantur principes in vniuerſa multitudine: & omnes in ciuitatibus noſtris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus ſtatutis, & cum his ſeniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei noſtri à nobis ſuper peccato hoc. * Igitur Ionathan filius Azahel, & Iaaſia filius Thecue, ſteterunt ſuper hoc, & Meſollam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: * Feceruntq. ſic filij tranſmigrationis. Et abierunt, Eſdras Sacerdos, & viri principes familiarum, in domos patrum ſuorum, & omnes per nomina ſua, & ſederunt in die primo menſis decimi vt quærerent rem. * Et conſummati ſunt omnes viri, qui duxerant vxores alienigenas, vſque ad diem primam menſis primi. * Et inuenti ſunt de filiis ſacerdotum qui duxerant vxores alienigenas. De filiis Ioſue filij Ioſedec, & fratres eius, Maaſia, & Eliezer, & Iarib, & Godolia. * Et dederunt manus ſuas vt eiicerent vxores ſuas, & pro delicto ſuo arietem de ouibus offerrent.* Et de filiis Emmer, Hanani, & Zebedia.* Et

de filiis

de filiis Harim, Maaſia, & Elia, & Semeia, & Iehiel, & Ozias. * Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maaſia, Iſmael, Nathanael, Iozabed, & Elaſa. * Et de filiis Leuitarum, Iozabed, & Semei, & Celaia, ipſe eſt Calita, Phataia, Iuda, & Eliezer. * Et de cantoribus, Eliaſib. Et de ianitoribus, Sellum, & Telem, & Vri. * Et ex Iſrael, de filiis Pharos, Remeia, & Iezia, & Melchia, & Miamin, & Eliezer, & Melchia, & Banea. * Et de filiis Ælam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ierimoth, & Elia.* Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliaſib, Mathania, & Ierimuth, & Zabad, & Aziza. * Et de filiis Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai.* Et de filiis Bani, Moſollam, & Melluch, & Adaia, Iaſub, & Saal, & Ramoth.* Et de filiis Phahath Moab, Edna, & Chalal,

22
23
D
24
25
26
27
28
29
30

Banaias, & Maaſias, Mathanias, Beſeleel, Bennui, & Manaſſe. * Et de filiis Herem, Eliezer, Ioſue, Melchias, Semeias, Simeon, * Beniamin, Maloch, Samarias. * Et de filiis Haſom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Iermai, Manaſſe, Semei. * De filiis Bani, Maaddi, Amram, & Vel, * Baneas, & Badaias, Cheliau, * Vania, Marimuth, & Eliaſib, * Mathanias, Mathanai, & Iaſi, * & Bani, & Bennui, Semei, * & Salmias, & Nathan, & Adaias,* & Mechnedebai, Siſai, Sarai, * Ezrel, & Selemiau, Semeria, * Sellum, Amaria, Ioſeph. * De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, & Ioel, & Banaia. * Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres, quæ pepererant filios.

31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44

LIBER NEHEMIAE, QVI ET ESDRÆ SECVNDVS DICITVR.

CAPVT PRIMVM.

VErba Nehemiæ filij Helchiæ. Et factum eſt in menſe Caſleu, anno vigeſimo, & ego eram in Suſis caſtro. * Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipſe & viri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis, qui remanſerant & ſupererant de captiuitate, & Ieruſalem. * Et dixerunt mihi: Qui remanſerunt, & relicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna ſunt, & in opprobrio: & murus Ieruſalem diſſipatus eſt, & portæ eius cõbuſtæ ſunt igni.* Cumque audiſſem verba huiuſcemodi, ſedi, & fleui, & luxi diebus multis: ieiunabã, & orabam ante faciem Dei cæli. * Et dixi: * Quæſo Domine Deus cæli fortis, magne atque terribilis, qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum his qui te diligunt, & cuſtodiunt mandata tua:* fiant aures tuę auſcultãtes, & oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die, pro filiis Iſrael ſeruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Iſrael, quibus peccauerunt tibi: ego & domus patris mei peccauimus, * vanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandatum tuum, & ceremonias, & iudicia, quæ præcepiſti Moyſi famulo tuo. * Memento verbi, quod mandaſti Moyſi ſeruo tuo, dicens: Cùm tranſgreſſi fueritis, ego diſpergam vos in populos: * & ſi reuertamini ad me, & cuſtodiatis præcepta mea, & faciatis ea; etiãſi abducti fueritis ad extrema cæli, inde con-

* Dan. 9. 4

1 A
2
3 B
4
5
6 C
7
8
9 D

gregabo vos,& reducam in locum,quem elegi vt habitaret nomen meum ibi.* Et 10
ipſi ſerui tui, & populus tuus: quos redemiſti in fortitudine tua magna, & in
manu tua valida. * Obſecro Domine, 11
ſit auris tua attendens ad orationem ſerui tui, & ad orationem ſeruorum tuorum,qui volunt timere nomen tuum:& dirige ſeruum tuum hodie, & da ei miſericordiam ante virum hunc. ego enim eram pincerna regis.

CAP. II.

FActum eſt autem in menſe Niſan, 1
anno vigeſimo Artaxerxis regis: & A
vinum erat ante eum, & leuaui vinum,
& dedi regi: & eram quaſi languidus
ante faciem eius. * Dixitque mihi rex: 2
Quare vultus tuus triſtis eſt, cùm te ægrotum non videam? non eſt hoc fruſtra, ſed malum neſcio quod in corde
tuo eſt. Et timui valde, ac nimis: * & di- 3
xi regi: Rex in æternum viue: quare
non mœreat vultus meus, quia ciuitas
domus ſepulchrorum patris mei deſerta eſt,& portæ eius combuſtæ ſunt igni? 18
D
* Et ait mihi rex: Pro qua re poſtulas? 4
Et oraui Deum cæli,* & dixi ad regem: 5
Si videtur regi bonum, & ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam,vt mittas me
in Iudæam, ad ciuitatem ſepulchri patris mei, & ædificabo eam. * Dixitque 6
mihi rex, & regina quæ ſedebat iuxta B
eum: Vſque ad quod tempus erit iter
tuum,& quando reuertêris? Et placuit
ante vultum regis, & miſit me: & conſtitui ei tempus. * Et dixi regi: Si regi 7
videtur bonum, epiſtolas det mihi ad
duces regionis trans Flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam: 1
* & epiſtolam ad Aſaph cuſtodẽ ſaltus A 8
regis, vt det mihi ligna, vt tegere poſſim
portas turris domus, & muros ciuitatis,
& domum,quam ingreſſus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum. * Et veni ad duces regio- 2 9
nis trans Flumen, dediq́ue eis epiſtolas
regis. Miſerat autem rex mecum principes militum,& equites. * Et audierunt, 3 10
Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus
Ammanites:&contriſtati ſunt afflictione magna, quòd veniſſet homo, qui 4
C
quæreret proſperitatem filiorum Iſrael. B
* Et veni Ieruſalem, & eram ibi tribus 5 11
diebus,* &ſurrexi nocte ego,& viri pau- 12
ci mecum, & nõ indicaui cuiquam quid
Deus dediſſet in corde meo vt facerem
in Ieruſalem,&iumentum non erat mecum, niſi animal,cui ſedebã. * Et egreſſus ſum per portam vallis nocte, & ante 13
fontem draconis, & ad portam ſtercoris, & conſiderabam murum Ieruſalem
diſſipatum, & portas eius conſumptas
igni. * Et tranſiui ad portam fontis, & 14
ad aquæductum regis, & non erat locus
iumento,cui ſedebam,vt tranſiret. * Et 15
aſcendi per torrentem nocte, & conſiderabam murum, & reuerſus veni ad
portam vallis,& redij. * Magiſtratus au- 16
tem neſciebant quò abiiſſem, aut quid
ego facerem: ſed & Iudæis & ſacerdotibus,& optimatibus, & magiſtratibus,
& reliquis qui faciebant opus, vſque ad
id loci nihil indicaueram. * Et dixi eis: 17
Vos noſtis afflictionem in qua ſumus;
quia Ieruſalem deſerta eſt, & portæ eius
conſumptæ ſunt igni: venite, & ædificemus muros Ieruſalem, & non ſimus
vltrà opprobrium. * Et indicaui eis ma- 18
num Dei mei, quòd eſſet bona mecum,
& verba regis,quæ locutus eſſet mihi, &
aio: Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorũ in bono.* Au- 19
dierunt autem, Sanaballat Horonites,
& Tobias ſeruus Ammanites,& Goſem
Arabs,& ſubſannauerunt nos,& deſpexerunt,dixeruntque: Quæ eſt hæc res,
quam facitis? numquid contra regem
vos rebellatis? * Et reddidi eis ſermonẽ, 20
dixiq. ad eos: Deus cæli ipſe nos iuuat,
& nos ſerui eius ſumus: ſurgamus &
ædificemus:vobis autem non eſt pars,&
iuſtitia, & memoria in Ieruſalem.

CAP. III.

ET ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus, 1
& fratres eius ſacerdotes, & ædifi- A
cauerunt portam gregis: ipſi ſanctificauerunt eam,& ſtatuerunt valuas eius, &
vſq; ad turrim centum cubitorum ſanctificauerunt eam, vſque ad turrim Hananeel. * Et iuxta eum ædificauerunt 2
viri Iericho: & iuxta eum ædificauit Zachur filius Amri.* Portam autẽ piſcium 3
ædificauerunt filij Aſnaa: ipſi texerunt
eam,& ſtatuerũt valuas eius, & ſeras,&
vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth 4
filius Vriæ,filij Accus.* Et iuxta eũ ædificauit Moſollam filius Barachiæ, filij B
Meſezebel:& iuxta eos ædificauit Sadoc
filius Baana: * Et iuxta eos ædificauerũt 5
Thecueni:optimates autem eorum non
ſuppoſuerunt colla ſua in opere Domini ſui.*Et portam veterem ædificauerũt,

Ioiada filius Phaſea, & Moſollam filius
Beſodia:ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt
valuas eius,& ſeras, & vectes: * & iuxta 7
eos ædificauerũt,Meltias Gabaonites, &
Iadon Meronathites, viri de Gabaon &
Maſpha, pro duce qui erat in regione
trans Flumen. * Et iuxta eum ædificauit 8
Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum
ædificauit Ananias filius pigmentarij: &
dimiſerunt Ieruſalem vſq; ad murũ plateæ latioris. * Et iuxta eũ ædificauit Ra- 9
phaia filius Hur,princeps vici Ieruſalem.
* Et iuxta eũ ædificauit Iedaia filius Ha- 10
romaph contra domum ſuam: & iuxta C
eum ædificauit Hattus filius Haſebonię.
* Mediam partem vici ædificauit Mel- 11
chias filius Herem,& Haſub filius Phahath Moab, & turrim furnorum. * Et 12
iuxta eum ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ieruſalem,ipſe & filiæ eius. * Et portam vallis 13
ædificauit Hanun, & habitatores Zanoe:ipſi ædificauerunt eam, & ſtatuerũt
valuas eius,& ſeras,& vectes,& mille cubitos in muro vſque ad portam ſterquilinij. * Et portam ſterquilinij ædificauit 14
Melchias filius Rechab, princeps vici D
Bethacharã: ipſe ędificauit eã,& ſtatuit
valuas eius, & ſeras,& vectes.* Et portã 15
fontis ędificauit Sellum filius Cholhoza,
princeps pagi Maſpha:ipſe ędificauit eã,
& texit,& ſtatuit valuas eius, & ſeras,&
vectes, & muros piſcinæ Siloe in hortũ
regis,&vſque ad gradus,qui deſcendunt
de Ciuitate Dauid. * Poſt eum ædifica- 16
uit Nehemias filius Azboc, princeps dimidiæ partis vici Bethſur, vſq; cõtra ſepulchrum Dauid, & vſque ad piſcinam,
quæ grandi opere conſtructa eſt, & vſq;
ad domum fortium.* Poſt eum ædifica- 17
uerunt Leuitę,Rehum filius Benni:poſt
eum ædificauit Haſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico ſuo. * Poſt 18
eum ædificauerunt fratres eorum,Bauai
filius Enadad, princeps dimidiæ partis
Ceilæ. * Et ædificauit iuxta eum Azer 19
filius Ioſue, princeps Maſpha, menſurã E
ſecundã, contra aſcenſum firmiſſimi anguli.* Poſt eum in monte ędificauit Ba- 20
ruch filius Zachai mẽſuram ſecundam,
ab angulo vſq; ad portam domus Eliaſib ſacerdotis magni. * Poſt eum ædifi- 21
cauit Merimuth filius Vrię filij Haccus,
menſuram ſecundam, à porta domus
Eliaſib, donec extẽderetur domus Eliaſib.* Et poſt eum ędificauerunt ſacerdo- 22
tes,viri de campeſtribus Iordanis.* Poſt 23
eum ædificauit Beniamin & Haſub cõtra domum ſuam: & poſt eũ ædificauit
Azarias filius Maaſiæ filij Ananiæ contra domum ſuam.* Poſt eum ædificauit 24
F
Bennui filius Henadad menſurã ſecundam,à domo Azarię vſque ad flexuram,
& vſq; ad angulum. * Phalel filius Ozi 25
contra flexuram & turrim, quæ eminet
de domo regis excelſa,id eſt,in atrio carceris: poſt eum Phadaia filius Pharos.
* Nathinæi autem habitabant in Ophel 26
vſq; contra portam aquarum ad Orientem,& turrim, quæ prominebat. * Poſt 27
eum ædificauerunt Thecueni mẽſuram
ſecundam è regione, à turre magna &
eminente vſq; ad murum templi. * Sur- 28
ſum autem à porta equorum ædificauerunt ſacerdotes, vnuſquiſq; contra do-
mum ſuã. * Poſt eos ædificauit Sadoc fi- 29
G
lius Emmer contra domum ſuam. Et
poſt eum ædificauit Semaia filius Sechaniæ,cuſtos portæ Orientalis.* Poſt eum 30
ędificauit Hanania filius Selemiæ,&Hanun filius Seleph ſextus, menſuram ſecundam: poſt eum ędificauit Moſollam
filius Barachiæ, contra gazophylacium
ſuum. Poſt eum ædificauit Melchias filius aurificis vſq; ad domum Nathinæorum, & ſcruta vendentium contra portam iudicialem,& vſque ad cœnaculum
anguli. * Et inter cœnaculum anguli 31
in porta gregis ædificauerunt aurifices
& negotiatores.

CAP. IIII.

FActum eſt autem,cùm audiſſet Sana- 1
ballat quòd ædificaremus murum, A
iratus eſt valde: & motus nimis ſubſannauit Iudæos, * & dixit coram fratribus 2
ſuis,& frequẽtia Samaritanorum: Quid
Iudæi faciunt imbecilles? Num dimittent eos gentes? Num ſacrificabunt, &
complebunt in vna die? Numquid ædificare poterunt lapides de aceruis pul- 3
ueris, qui combuſti ſunt? * Sed & Tobias Ammanites proximus eius,ait: Ædificẽt: ſi aſcenderit vulpes,trãſiliet murũ eorum lapideũ. * Audi Deus noſter, 4
quia facti ſumus deſpectui: cõuerte opprobrium ſuper caput eorũ,& da eos in
deſpectionem in terra captiuitatis.* Ne 5
operias iniquitatẽ eorum,& peccatũ eorum coram facie tua non deleatur, quia
irriſerunt ædificantes. * Itaq; ædificaui- 6
mus murum, & cõiunximus totũ vſque B
ad partem dimidiam:& prouocatum eſt
cor populi ad operandum. * Factum 7

est autẽ, cùm audisset Sanaballat,& Tobias,& Arabes, & Ammanitæ, & Azotij, quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem,& quòd cœpisse nt interrupta concludi, irati sunt nimis. * Et congregati sunt omnes pariter, vt venirent, & pugnarent cõtra Ierusalem, & molirentur insidias. * Et orauimus Deum nostrum,& posuimus custodes super murũ die ac nocte contra eos. * Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portãtis, & humus nimia est,& nos nõ poterimus ædificare murum. * Et dixerunt hostes nostri: Nesciant, & ignorent,donec veniamus in medium eorum,& interficiamus eos,& cessare faciamus opus. * Factum est autem,venientibus Iudæis, qui habitabant iuxta eos,& dicẽtibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerãt ad nos, * statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cũ gladiis suis,& lãceis, & arcubus. * Et perspexi atq; surrexi:& aio ad optimates & magistratus, & ad reliquã partem vulgi: Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis memẽtote, & pugnate pro fratribus vestris,filiis vestris, & filiabus vestris, & vxoribus vestris,& domibus vestris.* Factum est autem, cùm audissent inimici nostri nunciatum esse nobis, dissipauit Deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros,vnusquisq; ad opus suum.* Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorũ faciebat opus,& media parata erat ad bellum,& lanceæ,& scuta,& arcus,& loricæ,& principes post eos in omni domo Iuda * ædificantiũ in muro, & portantiũ onera,& imponentiũ: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium: * ædificantium enim vnusquisq; gladio erat accinctus renes. Et ædificabant,& clangebãt buccina iuxta me.* Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est & latũ,& nos separati sumus in muro procul alter ab altero: * in loco quocumq; audieritis clangorem tubæ, illuc cõcurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.* Et nos ipsi faciamus opus:& media pars nostrũm teneat lanceas, ab ascensu auroræ donec egrediantur astra. * In tempore quoque illo dixi populo: Vnusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint nobis vices per noctem,& diem, ad operandum. * Ego autem & fratres mei,& pueri mei,& custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantùm nudabatur ad baptismum.

1 8 A 2 9 10 3 11 C 4 12 5 13 14 6 B 7 15 8 16 9 17 D 10 18 11 19 12 C 20 21 22 13 23

CAP. V.

ET factus est clamor populi & vxorum eius magnus, aduersus fratres suos Iudæos. * Et erant qui dicerent: Filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentũ,& comedamus,& viuamus.* Et erant qui dicerent: Agros nostros,& vineas, & domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. * Et alij dicebant: Mutuò sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros & vineas: * & nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. ecce nos subiugamus filios nostros &filias nostras in seruitutẽ,& de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi,& agros nostros,&vineas nostras alij possidẽt. * Et iratus sum nimis cùm audissem clamorem eorum secũdùm verba hęc: * cogitauitq. cor meũ mecum: & increpaui optimates & magistratus,& dixi eis: Vsurásne singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos concionem magnam,* & dixi eis: Nos,vt scitis,redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerãt gentibus, secũdùm possibilitatem nostram: & vos igitur vendetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. * Dixíque ad eos:Non est bona res,quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? * Et ego, & fratres mei, & pueri mei,commodauimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus, quod debetur nobis. * Reddite eis hodie agros suos,& vineas suas,& oliueta sua,& domos suas: quin potiùs & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis.* Et dixerunt: Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicque faciemus vt loqueris. Et vocaui Sacerdotes, & adiuraui eos, vt facerent iuxta quod dixeram. * Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleuerit verbum istud, de domo sua,& de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multi-

multitudo:Amen. Et laudauerunt Deũ. Fecit ergo populus sicut erat dictum. * A die autẽ illa, qua præceperat rex mihi vt essem dux in terra Iuda, ab anno vigesimo vsque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus.* Duces autem primi, qui fuerant ante me,grauauerunt populum,&acceperũt ab eis,in pane,& vino,& pecunia, quotidie sicles quadraginta:sed & ministri eorũ depresserunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei: * quin potiùs in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.* Iudæi quoq; & magistratus, centũ quinquaginta viri,& qui veniebant ad nos de gentibus quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant. * Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus,arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui: valde enim attenuatus erat populus. * Memento mei Deus meus in bonum, secundùm omnia quæ feci populo huic.

14 8 9 15 10 C 16 D 11 17 12 18 13 19 14 15 D

CAP. VI.

FActum est autẽ, cùm audisset Sanaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & ceteri inimici nostri,quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio (vsque ad tempus autem illud valuas nõ posueram in portis)* miserunt Sanaballat & Gossem ad me, dicentes: Veni,& percutiamus fœdus pariter in viculis in Campo Ono. Ipsi autem cogitabant vt facerẽt mihi malum. *Misi ergo ad eos nuncios,dicens:Opus grande ego facio,& non possum descendere: ne fortè negligatur, cùm venero & descendero ad vos. * Miserunt autem ad me secundùm verbum hoc per quattuor vices:& respondi eis iuxta sermonẽ priorẽ. * Et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo:* IN GENTIBVS auditum est, & Gossem dixit, quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & leuare te velis super eos regem: propter quam causam *& prophetas posueris,qui prędicent de te in Ieruſalem, dicentes: Rex in Iudæa est. Auditurus est rex verba hæc: idcirco nunc veni,vt ineamus consilium pariter. * Et misi ad eos, dicens: Non est factum secundùm verba hæc,quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc. * Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere,& quiescemus. Quam ob causam magis confortaui manus meas: * & ingressus sum domum Semaiæ filij Dalaiæ filij Metabeel secretò. Qui ait: Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. * Et dixi: Num quisquã similis mei fugit? & quis vt ego ingredietur templum, & viuet? non ingrediar. * Et intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum.* acceperat enim pretium,vt territus facerem,& peccarem,& haberent malũ, quod exprobrarent mihi.* Memento mei Domine pro Tobia & Sanaballat,iuxta opera eorũ talia: sed & Noadiæ prophetæ,& ceterorum prophetarum,qui terrebant me.* Cõpletus est autẽ murus vigesimoquinto die mẽsis Elul, quinquaginta duobus diebus. * Factum est ergo cùm audissent omnes inimici nostri,vt timerent vniuersę gentes,quæ erant in circuitu nostro,& cõciderent intra semetipsos, & scirẽt quòd à Deo factum esset opus hoc. * Sed & in diebus illis, multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam,& à Tobia veniebãt ad eos.* Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius,quia gener erat Secheniæ filij Area, & Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filij Barachiæ: * sed & laudabant eum coram me, & verba mea nunciabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

1 8 9 2 10 3 11 4 12 5 13 14 6 15 7

CAP. VII.

1 A 2 POstquam autẽ ædificatus est murus, & posui valuas,&recensui ianitores, & cantores, & Leuitas: * præcepi Hanani fratri meo,& Hananię principi domus de Ieruſalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus ceteris videbatur) * & dixi eis: Non aperiantur portę Ieruſalem vsque ad calorem solis. Cumq. adhuc assisterent, clausæ portæ sunt,& oppilatæ: & posui custodes de habita-

Eccl.49. d.15

habitatoribus Ierusalem, singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam. * Ciuitas autem erat lata 4
nimis & grandis, & populus paruus in
medio eius, & non erant domus ædificatæ. * Deus autem dedit in corde meo, & 5
congregaui optimates, & magistratus, &
vulgus, vt recenserem eos: & inueni li- B
brum census eorum, qui ascenderãt primùm, & inuentum est scriptum in eo.
1. Esd. 2. 2. Esd. 7. * Isti filij prouincię, qui ascenderunt de 6
captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, &
reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudæam,
vnusquisque in ciuitatem suam. * Qui 7
venerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani,
Mardochæus, Belsam, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum
populi Israel: * Filij Pharos, duo millia 8
centum septuaginta duo: * Filij Saphatia, trecẽti septuaginta duo: * Filij Area, 10
sexcenti quinquaginta duo: * Filij Pha- 11
hathmoab filiorum Iosue & Ioab, duo C
millia octingenti decẽ & octo: * Filij Æ- 12
lam, mille ducenti quinquagintaquattuor: * Filij Zethua, octingenti quadra- 13
gintaquinque: * Filij Zachai, septingen- 14
ti sexaginta: * Filij Bannui, sexcẽti qua- 15
draginta octo: * Filij Bebai, sexcenti vi- 16
gintiocto: * Filij Azgad, duo millia trecẽ- 17
ti vigintiduo: * Filij Adonicam, sexcenti 18
sexaginta septẽ: * Filij Beguai, duo millia 19
sexaginta septẽ: * Filij Adin, sexcẽti quin- 20
quagintaquinque: * Filij Ater, filij Hezecię, nonagintaocto: * Filij Hasem, trecẽti 22
vigintiocto: * Filij Besai, trecẽti vigintiquattuor: * Filij Hareph, cẽtum duodecim: * Filij Gabaon, nonagintaquinque: 25
* Filij Bethlehem & Netupha, centum 26
octogintaocto. * Viri Anathoth, centum 27
vigintiocto. * Viri Bethazmoth, quadra- 28
gintaduo. * Viri Cariathiarim, Cephira, 29
& Beroth, septingenti quadraginta tres. D
* Viri Rama & Geba, sexcenti vigintiunus. * Viri Machmas, centũ vigintiduo. 31
* Viri Bethel & Hai, centum vigintitres. 32
* Viri Nebo alterius, quinquagintaduo. 33
* Viri Ælam alterius, mille ducẽti quin- 34
quagintaquattuor. * Filij Harem, trecẽti 35
viginti. * Filij Iericho, trecenti quadra- 36
gintaquinque. * Filij Lod Hadid & Ono, 37
septingẽti vigintiunus. * Filij Senaa, tria 38
millia nongenti triginta. * Sacerdotes: 39
Filij Idaia in domo Iosue, nongenti septuagintatres. * Filij Emmer, mille quin- 40
quagintaduo. * Filij Phashur, mille du- 41
centi quadraginta septem. * Filij Arem, 42
mille decẽ & septem. Leuitę: * Filij Iosue 43
& Cedmihel filiorũ * Oduiæ, septuagin- 44
taquattuor. Cantores: * Filij Asaph, cẽ- 45
tum quadragintaocto. * Ianitores: Filij 46
Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Ac- E
cub, filij Hatita, filij Sobai: cẽtum trigin- 47
taocto. * Nathinæi: filij Soha, filij Hasu- 48
pha, filij Tebbaoth, * filij Ceros, filij Siaa,
filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, fi-
lij Selmai, * filij Hanan, filij Geddel, filij 49
Gaher, * filij Raaia, filij Rasin, filij Neco- 50
da, * filij Gezem, filij Aza, filij Phasea, 51
* filij Besai, filij Munim, filij Nephussim, 52
* filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Har- 53
hur, * filij Besloth, filij Mahida, filij Har- 54
sa, * filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, 55
* filij Nasia, filij Hatipha, * filij seruorum 56
Salomonis, filij Sothai, filij Sophereth, 57
filij Pharida, * filij Iahala, filij Darcon, 58
filij Ieddel, * filij Saphatia, filij Hatil, filij 59
Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim,
filio Amon. * Omnes Nathinæi, & filij 60
seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. * Hi sunt autem, qui ascenderunt 61
de Thelmela, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen
suum, vtrùm ex Israel essent. * Filij Da- 62
laia, filij Tobia, filij Necoda, sexcẽti quadragintaduo. * Et de Sacerdotibus, filij 63
Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui ac- F
cepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus est nomine eorum. * Hi 64
quęsierunt scripturam suam in censu, &
non inuenerũt: & eiecti sunt de sacerdotio. * Dixitq. Atherfatha eis vt nõ man- 65
ducarent de Sanctis sanctorum, donec
staret Sacerdos doctus & eruditus. * Om- 66
nis multitudo quasi vir vnus, quadra- 67
gintaduo millia trecenti sexaginta, * absque seruis & ancillis eorum, qui erant
septem millia trecenti trigintaseptem, &
inter eos cantores, & cantatrices, ducen- 68
ti quadragintaquinque. * Equi eorum,
septingenti trigintasex: muli eorum, du- 69
centi quadragintaquinque: * cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: asini, sex millia septingenti viginti.

Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit, exin Nehemiæ historia texitur.

* Nonnulli autem de principibus fami- 70
liarum dederunt in opus. Atherfatha de- G
dit in thesaurum auri drachmas mille,
phialas quinquaginta, tunicas sacerdo-

tales

tales quingentas triginta. * Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas. 71
* Et quod dedit reliquus populus, auri
drachmas viginti millia, & argenti mnas
duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem. * Habitauerunt autem Sa- 73
cerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi,
& omnis Israel, in ciuitatibus suis.

CAP. VIII.

ET venerat mensis septimus: filij au- 1
tem Israel erant in ciuitatibus suis. A
Congregatusq. est omnis populus quasi
vir vnus, ad plateam quę est ante portam
aquarum: & dixerunt Esdrę scribę vt af-
ferret librum legis Moysi, quam præce-
perat Dominus Israeli. * Attulit ergo 2
Esdras Sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque
qui poterant intelligere, in die prima
mensis septimi. * Et legit in eo apertè in 3
platea quæ erat ante portam aquarum,
de mane vsq; ad mediã diem, in conspectu virorum & mulierum & sapiẽtium:
& aures omnis populi erãt erectę ad Li-
brum. * Stetit autem Esdras scriba super 4
gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eũ, Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Hel- B
cia, & Maasia, ad dextram eius: & ad sinistram, Phadaia, Misael, & Melchia, &
Hasum, & Hasbadana, Zacharia, & Mosollam. * Et aperuit Esdras librum co- 5
rã omni populo: super vniuersum quippe populum eminebat: & cùm aperuisset eum, stetit omnis populus. * Et be- 6
nedixit Esdras Domino Deo magno: &
respõdit omnis populus: Amen, Amen:
eleuans manus suas. & incuruati sunt,
& adorauerunt Deum proni in terram.
* Porrò Iosue, & Bani, & Serebia, Ia- 7
min, Accub, Septhai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Le-
uitæ, silentium faciebant in populo ad
audiẽdam legem: populus autẽ stabat in
gradu suo. * Et legerunt in Libro legis 8
Dei distinctè, & apertè ad intelligendũ:
& intellexerũt cùm legeretur. * Dixit au- 9
tem Nehemias (ipse est Athersatha) & C
Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo: Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, noli-
te lugere, & nolite flere. Flebat enim om-
nis populus cùm audiret verba legis. * Et 10
dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite
mulsum, & mittite partes his qui non
præparauerũt sibi: quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari: ga udiũ et-
enim Dñi est fortitudo nostra. * Leuitæ 11
autẽ silentium faciebãt in omni populo, dicẽtes: Tacete, quia dies sanctus est,
& nolite dolere. * Abiit itaq; omnis po- 12
pulus, vt comederet & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam:
quia intellexerant verba, quæ docuerat
eos. * Et in die secundo congregati sunt 13
principes familiarum vniuersi populi,
Sacerdotes & Leuitæ, ad Esdram scribã,
vt interpretaretur eis verba Legis. * Et 14
inuenerunt scriptum in Lege, præcepisse
Dominum in manu Moysi, vt habitent
filij Israel in tabernaculis, in die sollem-
ni, mense septimo: * & vt prædicent, & 15
D diuulgent vocem in vniuersis vrbibus
suis, & in Ierusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, fron-
des myrti, & ramos palmarum, & fron-
des ligni nemorosi, vt fiant tabernacula,
sicut scriptum est. * Et egressus est popu- 16
lus, & attulerunt. Feceruntq. sibi taber-
nacula vnusquisq; in domate suo, & in
atriis suis, & in atriis domus Dei, & in
platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. * Fecit ergo vniuersa Ec- 17
clesia eorum qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus
Iosue filij Nun taliter filij Israel vsque
ad diem illum. Et fuit lætitia magna ni-
mis. * Legit autem in Libro legis Dei per 18
dies singulos, à die primo vsque ad diem
nouissimum. & fecerunt sollemnitatem
septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

CAP. IX.

IN die autem vigesimoquarto mensis 1
huius, conuenerunt filij Israel in ie- A
iunio & in saccis, & humus super eos.
* Et separatum est semen filiorum Israel 2
ab omni filio alienigena: & steterunt, &
confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. * Et consurrexe- 3
runt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, &
quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum. * Surrexerunt au- 4
tem super gradum Leuitarum, Iosue, &
Bani, & Cedmihel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanani: & clamauerũt

voce

voce magna ad Dominum Deum suum.
* Et dixerunt Leuitæ, Iosue, & Cedmihel, Bonni, Hasebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite, benedicite Domino Deo vestro ab æterno vsq; in æternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude. * Tu ipse Domine, solus, tu fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitum eorum: terram, & vniuersa quæ in ea sunt: maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cæli te adorat. * Tu ipse, Domine Deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne Chaldæorum, & posuisti nomen eius Abraham. * Et inuenisti cor eius fidele corã te: & percussisti cum eo fœdus, vt dares ei Terrã Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezęi, & Iebusæi, & Gergesæi, vt dares semini eius: & implesti verba tua, quoniã iustus es. * Et vidisti afflictionem patrum nostrorũ in Ægypto: clamoremq. eorum audisti super Mare rubrum. * Et dedisti signa atque portenta in Pharaone, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouisti enim quia superbè egerant contra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die. * Et mare diuisisti ante eos, & transierunt per medium maris in sicco: persecutores autẽ eorum proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas. * Et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem; & in columna ignis per noctẽ, vt appareret eis via, per quam ingrediebãtur. * Ad montem quoq; Sinai descẽdisti, & locutus es cum eis de cælo, & dedisti eis iudicia recta, & legẽ veritatis, ceremonias, & præcepta bona: * & sabbatũ sanctificatum tuum ostendisti eis, & mandata, & ceremonias, & legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui. * Panem quoq; de cælo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus, & dixisti eis vt ingrederentur & possiderent terrã, super quam leuasti manum tuam, vt traderes eis. * Ipsi verò & patres nostri superbè egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & nõ audierunt mandata tua. * Et noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices suas, & dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suam, quasi per contentionẽ. Tu autem Deus propitius, clemens & misericors, longanimis & multæ miserationis, non

5 6 B 7 8 9 10 11 C 12 13 14 15 16 F 17 18 19 20 21 22 23 24 25 E 26 27 28 29 D

dereliquisti eos, * & quidem cùm fecissent sibi vitulum conflatilem, & dixissent: Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Ægypto: feceruntque blasphemias magnas. * Tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: cosumna nubis nõ recessit ab eis per diem, vt duceret eos in viam, & columna ignis per noctẽ, vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur. * Et spiritum tuũ bonum dedisti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti. * Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilq. eis defuit: vestimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum non sunt attriti. * Et dedisti eis regna, & populos, & partitus es eis sortes: & possederunt terram Sehon, & terram regis Hesebon, & terram Og regis Basan. * Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur & possiderent. * Et venerunt filij, & possederunt terram, & humiliasti corã eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum & populos terræ, vt facerent eis sicut placebat illis. * Ceperunt itaque vrbes munitas, & humum pinguem, & possederũt domos plenas cunctis bonis; cisternas ab aliis fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederũt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. * Prouocauerũt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te, & proiecerunt legem tuam post terga sua: & prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos vt reuerterentur ad te: feceruntque blasphemias grandes. * Et dedisti eos in manu hostium suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audisti, & secundùm miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum. * Cumq. requieuissent, reuersi sunt vt facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conuersique sunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cælo exaudisti, & liberasti eos in misericordiis tuis, multis temporibus. * Et contestatus es eos vt reuerterentur ad Legem tuam. Ipsi verò superbè egerunt, & nõ audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quę faciet homo, &

18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

* Gen. 11. d. 31

mo, & viuet in eis: & dederũt humerum recedẽtem, & ceruicem suam indurauerunt, nec audierũt. * Et protraxisti super eos annos multos, & cõtestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidisti eos in manu populorũ terrarũ. * In misericordiis autem tuis plurimis nõ fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos: quoniã Deus miserationum, & clemens es tu. * Núc itaq; Deus noster magne, fortis, & terribilis, custodiens pactũ & misericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem, qui inuenit nos, reges nostros, & principes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populũ tuum, à diebus regis Assur vsq; in diem hãc. * Et tu iustus es in omnibus, quæ venerũt super nos: quia veritatem fecisti, nos autẽ impiè egimus. * Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri, non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis. * Et ipsi in regnis suis, & in bonitate tua multa, quam dederas eis, & in terra latissima & pingui, quam tradideras in conspectu eorum, non seruierunt tibi, nec reuersi sunt à studiis suis pessimis. * Ecce nosipsi hodie serui sumus; & terra, quam dedisti patribus nostris vt comederent panem eius, & quę bona sunt eius, & nosipsi serui sumus in ea. * Et fruges eius multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundùm voluntatem suã, & in tribulatione magna sumus. * Super omnibus ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri, & Sacerdotes nostri.

30 31 32 B 33 34 35 36 37 38

CAP. X.

SIgnatores autem fuerunt, Nehemias, Athersatha filius Hachelai, & Sedecias, * Saraias, Azarias, Ieremias, * Phesshur, Amarias, Melchias, * Hattus, Sebenia, Melluch, * Harem, Merimuth, Obdias, * Daniel, Genthon, Baruch, * Mosollam, Abia, Miamin, * Maazia, Belgai, Semeia: hi sacerdotes. * Porrò Leuitæ, Iosue filius Azanię, Bennui de filiis Henadad, Cedmihel, * & fratres eorũ, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan, * Micha, Rohob, Hasebia, * Zachur, Serebia, Sabania, * Odaia, Bani, Baninu.

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

* Capita populi, Pharos, Phahathmoab, Aelam, Zethu, Bani, * Bonni, Azgad, Bebai, * Adonia, Begoai, Adin, * Ater, Hezecia, Azur, * Odaia, Hasum, Besai, * Hareph, Anathoth, Nebai, * Megphias, Mosollam, Hazir, * Mesizabel, Sadoc, Ieddua, * Pheltia, Hanan, Anaia, * Osee, Hanania, Hasub, * Alohes, Phalea, Sobec, * Rehum, Hasebna, Maasia, * Echaia, Hanan, Anan, * Melluch, Haran, Baana: * & reliqui de populo, Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinęi, & omnes qui se separauerũt de populis terrarũ ad legem Dei, vxores eorum, filij eorũ, & filiæ eorum, * omnes qui poterãt sapere spondentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebãt ad pollicendum & iurandum vt ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi serui Dei, vt facerent & custodirẽt vniuersa mãdata Domini Dei nostri, & iudicia eius & ceremonias eius, * & vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris. * Populi quoq; terræ, qui importãt venalia, & omnia ad vsum, per diẽ sabbati vt vendant, nõ accipiemus ab eis in sabbato & in die sanctificato. Et dimittemus annũ septimum, & exactionẽ vniuersæ manus. * Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri, * ad panes propositionis, & ad sacrificiũ sempiternum, & in holocaustum sempiternũ in sabbatis, in calendis, in sollemnitatibus, & in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri. * Sortes ergo misimus super oblationẽ lignorum, inter Sacerdotes, & Leuitas, & populum, vt inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorũ, per tempora, à temporibus anni vsq; ad annum: vt arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi: * & vt afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in annũ, in domo Domini. * & primitiua filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & primitiua boũ nostrorũ, & ouium nostrarum, vt offerrentur in domo Dei nostri, Sacerdotibus qui ministrãt in domo Dei nostri: * & primitias ciborũ nostrorum, & libaminum nostrorũ, & poma omnis ligni, vindemiæ quoq; & olei, afferemus Sacerdotibus ad gazophyla-

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 B 29 G 30 31 32 C 33 34 35 36 D 37 38

cium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Leuitis. Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operũ nostrorũ. * Erit autẽ Sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerẽt decimam partem decimę suę in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domũ thesauri. * Ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel, & filij Leui, primitias frumẽti, vini, & olei: & ibi erũt vasa sanctificata, & Sacerdotes, & cantores, & ianitores, & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

CAP. XI.

HAbitauerunt autẽ principes populi in Ierusalem: reliqua verò plebs misit sortem, vt tollerent vnam partem de decem, qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem verò partes in ciuitatibus. * Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant vt habitarẽt in Ierusalem. * Hi sunt itaque principes prouinciæ, qui habitauerunt in Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem vnusquisque in possessione sua, in vrbibus suis, Israel, Sacerdotes, Leuitæ, Nathinęi, & filij seruorum Salomonis. * Et in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin: de filiis Iuda, Athaias filius Aziam, filij Zacharię, filij Amariæ, filij Saphatię, filij Malaleel: de filiis Phares, * Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Ioiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis: * omnes hi filij Phares, qui habitauerunt in Ierusalem, quadringenti sexagintaocto viri fortes. * Hi sunt autem filij Beniamin: Sellum filius Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia, * & post eum Gebbai, Sellai, nongenti vigintiocto, * & Ioel filius Zechri prępositus eorum, & Iudas filius Senua super ciuitatem secundus. * Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, * Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob princeps domus Dei, * & fratres eorum facientes opera templi: octingenti vigintiduo. Et Adaia filius Ieroham, filius Phelelia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ, * & fratres eius principes patrũ: ducenti quadragintaduo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer, * & fratres eorum potentes nimis: centum vigintiocto, & præpositus eorum Zabdiel filius potentium. * Et de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni, * & Sabathai & Iozabed, super omnia opera, quæ erant forinsecus in domo Dei, à principibus Leuitarum. * Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph, princeps ad laudandum & ad confitendum in oratione, & Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Samua, filius Galal, filius Idithum: * omnes Leuitæ in ciuitate sancta ducenti octogintaquattuor. * Et ianitores, Accub, Telmon, & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centũ septuagintaduo. * Et reliqui ex Israel Sacerdotes & Leuitę in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in possessione sua. * Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel, & Siaha, & Gasphа de Nathinæis. * Et episcopus Leuitarum in Ierusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michę. De filiis Asaph, cantores in ministerio domus Dei. * Pręceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cãtoribus per dies singulos, * & Phathahia filius Mesezebel, de filiis Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne verbum populi, * & in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerunt in Cariatharbe & in filiabus eius: & in Dibon, & in filiabus eius: & in Cabseel, & in viculis eius, * & in Iesue, & in Molada, & in Bethphaleth, * & in Hasersual, & in Bersabee, & in filiabus eius, * & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius, * & in Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth, * Zanoa, Odollam, & in villis earũ, Lachis & regionibus eius, & Azeca, & filiabus eius. Et manserũt in Bersabee vsq; ad vallem Ennom. * Filij autẽ Beniamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus eius: * Anathoth, Nob, Anania, * Asor, Rama, Gethaim, * Hadid, Seboim, & Neballat, Lod * & Ono valle artificũ. * Et de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

CAP. XII.

HI sunt autem Sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderũt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras, * Amaria, Melluch, Hattus, * Sebenias, Rheum, Merimuth, * Addo, Genthon, Abia, * Miamin, Madia, Belga, * Semeia, & Ioiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias, * Idaia. Isti principes Sacerdo-

Sacerdotum, & fratres eorum, in diebus Iosue. * Porrò Leuitæ, Iesua, Bennui, Cedmihel, Sarebia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorum: * & Becbecia atq; Hanni, & fratres eorum, vnusquisq; in officio suo. * Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, * & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Ieddoa. * In diebus autẽ Ioacim erãt Sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania: * Esdræ, Mosollam: Amariæ, Iohanan: * Milicho, Ionathan: Sebeniæ, Ioseph: * Haram, Edna: Maraioth, Helci: * Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam: * Abiæ, Zechri: Miamin & Moadię, Phelti: * Belgæ, Sammua: Semaiæ, Ionathan: * Ioiarib, Mathanai: Iodaiæ, Azzi: * Sellai, Celai: Amoc, Heber: * Helciæ, Hasebia: Idaię, Nathanael. * Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa, scripti principes familiarũ, & Sacerdotes in regno Darij Persæ. * Filij Leui principes familiarum, scripti in Libro verborũ dierum, & vsq; ad dies Ionathan, filij Eliasib. * Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia, & Iosue filius Cedmihel: & fratres eorũ per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptũ Dauid viri Dei, & obseruarent æquè per ordinem. * Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas. * Hi in diebus Ioacim filij Iosue filij Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque. * In dedicatione autem muri Ierusalem, requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalem, & facerẽt dedicationem & lætitiam in actione gratiarũ, & cantico, & in cymbalis, psalteriis, & citharis. * Congregati sunt autem filij cantorũ de campestribus circa Ierusalem, & de villis Nethuphati, * & de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. * Et mundati sunt Sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum. * Ascẽdere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinij. * Et iuit post eos Osaias, & media pars principum Iuda, * & Azarias, Esdras, & Mosollam, Iudas, & Beniamin, & Semeia, & Ieremias. * Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias filius Ionathan, filius Semeiæ, filius Mathanię, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph, * & fratres eius, Semeia, & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iudas, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: & Esdras scriba ante eos in porta Fontis. * Et contra eos ascenderunt in gradibus Ciuitatis Dauid, in ascensu muri super domum Dauid, & vsque ad portam Aquarum ad Orientem. * Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & vsque ad murum latissimum, * & super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vsque ad portam gregis: & steterunt in porta custodiæ, * steteruntque duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum mecum. * Et Sacerdotes, Eliachim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis, * & Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanan, & Melchia, & Aelam, & Ezer. Et clarè cecinerunt cantores, & Iezraia præpositus: * & immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna: sed & vxores eorum & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul. * Recẽsuerunt quoq; in die illa viros super gazophylacia thesauri ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis in decore gratiarum actionis, Sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus est Iuda in Sacerdotibus & Leuitis astantibus. * Et custodierunt obseruationem Dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta præceptum Dauid, & Salomonis filij eius, * quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erãt principes constituti cantorum, in carmine laudantium & confitentiũ Deo. * Et omnis Israel, in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ, dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos, & sanctificabant Leuitas, & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

CAP. XIII.

IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inuentum est scriptum in eo, quòd nõ debeant *Deut. 23. 4.*

introire

introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei vsq; in æternum: * eò quòd
2 non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua: & conduxerint aduersum eos Balaam, ad maledicendum eis: & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem. * Factum est autem, cùm audissent legem, separauerũt omnem alienigenã ab Israel. * Et super hoc erat Elia-
4 sib sacerdos, qui fuerat prępositus in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ. * Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum repo-
5 nentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumẽti, vini, & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorum, & primitias sacerdotales. * In omnibus autem
6 his non fui in Ierusalem, quia anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem, & in fine dierum rogaui regem. * Et veni in Ierusalem, &
7 intellexi malũ, quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei. * Et malum mihi visum est
8 valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio: * pręcepiq; & emũdauerunt gazophylacia: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium, & thus. * Et
10 cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cãtoribus, & de his qui ministrabãt: * & egi causam
11 aduersus magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis. * Et
12 omnis Iuda apportabat decimã frumenti, vini, & olei, in horrea. * Et constituimus super horrea Selemiam Sacerdotẽ, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanan filium Zachur,
13 filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes
14 fratrum suorum. * Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in
15 ceremoniis eius. * In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia in sabbato, portantes aceruos, & onerantes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ierusalem die sabbati. Et contestatus sum, vt in die qua
16 venderet liceret, venderent. * Et Tyrij habitauerũt in ea, inferentes pisces, & omC 17 nia venalia: & vendebant in sabbatis filiis Iuda in Ierusalem: * & obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis: Quæ est hæc
18 res mala, quam vos facitis, & profanatis diem Sabbati? * Numquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis
19 iracundiam super Israel violando Sabbatum. * Factum est autem, cùm quieuissent portæ Ierusalem in die Sabbati, dixi: & clauserunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsque post Sabbatum: & de pueris meis constitui super portas vt nullus inferret onus in die Sabbati.
20 * Et mansерunt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia, foris Ierusalem semel & bis. * Et contestatus sum eos, &
21 dixi eis: Quare manetis ex aduerso muri? si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non
22 venerunt in Sabbato. * Dixi quoque Leuitis vt mundarentur, & venirent ad D custodiendas portas, & sanctificandam diem Sabbati: & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. * Sed & in diebus illis vidi Iudæos
23 ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. * Et filij eorum ex
24 media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. * Et
25 obiurgaui eos, & maledixi. Et cecĩdi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo, vt non darent filias suas filiis eorum, & nõ acciperent de filiabus eorum
26 filiis suis, & sibimetipsis, dicẽs: * Numquid non in huiusсemodi re peccauit Salomon rex Israel? & certè in gentibus multis nõ erat rex similis ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eũ Deus regem super omnẽ Israel: * & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienige-
27 næ. * Numquid & nos inobedientes faciemus omne malum grãde hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & ducamus
28 vxores peregrinas? * De filiis autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. * Recordare Domine Deus meus, aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iusq. Sacerdotale & Leuiticum.
30 * Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis, & constitui ordines Sacerdotum & Leuitarum, vnumquemque in minis-
31 terio suo: * & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiuis: memento mei Deus meus in bonum. Amen.

* 3. Reg. 3. b. 7

* 3. Reg. 11. a. 1

LIBER

LIBER TOBIAE.

CAPVT PRIMVM.

TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali (quę est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad Occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet) * cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate
2 tamen positus, viam veritatis non deseruit, * ita vt omnia, quæ habere poterat,
3 quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. * Cumque esset
4 iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil
5 tamen puerile gessit in opere. * Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, * quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fu-
6 giebat consortia omnium, * sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini, B & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fi-
7 deliter offerens, * ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem
8 decimationem. * Hæc & his similia secundùm legem Dei puerulus obseruabat.
9 * Cùm verò factus esset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei,
10 * quem ab infantia timere Deum docuit,
11 & abstinere ab omni peccato. * Igitur, cùm per captiuitatem deuenisset cum vxore sua, & filio, in ciuitatem Niniuen
12 cum omni tribu sua, (* cùm omnes ederent ex cibis Gentilium) iste custodiuit animam suam, & numquam contamina-
13 tus est in escis eorum. * Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, de- C dit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis, * & dedit illi potestatem
14 quocumque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset. * Pergebat
15 ergo ad omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. * Cùm autem
16 venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his, quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti: * &
17 cùm in multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum
18 pondus argenti. * Post multum verò temporis, mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspe-
19 ctu suo: * Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque vnicuique, prout
20 poterat, de facultatibus suis: * esurientes D alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam so-
21 licitus exhibebat. * Denique cùm reuersus esset rex Sennacherib, fugiens a Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filijs Israel, To-
22 bias sepeliebat corpora eorum. * At vbi nunciatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. * Tobias
23 verò cum filio suo & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.
24 * Post dies verò quadragintaquinque ociderunt regem filij ipsius, * & reuersus
25 est Tobias in domum suam, omnisque facultas eius restituta est ei.

* 4. Reg. 17. a. 3. & 18. b. 9

* 3. Reg. 12. f. 28

* 4. Reg. 19. c. 35 Eccl. 48. d. 24

* Isa. 37. g. 38 2. Mach. 8. c. 19 2. Par. 32. c. 21

CAP. II.

1 POst hæc verò, cùm esset dies festus A
2 Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, * dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, vt epulentur nobiscum.
3 * Cumque abiisset, reuersus nunciauit ei, vnum ex filijs Israel iugulatum iacere in
4 platea. Statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: * tollensque illud portauit ad domum suam occultè, vt, dum sol
5 occubuisset, cautè sepeliret eum. * Cumque occultasset corpus, manducauit pa-
6 nem cum luctu & tremore, * memorans B illum sermonem, quem dixit Dominus * per Amos prophetam: Dies festi vestri
7 conuertentur in lamentationem & luctum. * Cùm verò sol occubuisset, abijt,
8 & sepeliuit eum. * Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes: Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum se-
9 pelis mortuos? * Sed Tobias plus timens

* Amos 8. c. 10 1. Mach. 1. d. 14

* Sup. 1. d. 23

Deum, quàm regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua,& 6
mediis noctibus sepeliebat ea. *Contigit 10
autem vt quadam die fatigatus à sepultura,veniens in domum suam,iactasset se B
iuxta parietem,& obdormisset,* & ex ni- 11
do hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieret- 12
que cæcus. * Hanc autem tentationem 8
ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ 13
eius, sicut & sancti Iob. * Nam cùm ab 9
infantia sua semper Deum timuerit, & C
mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei, * sed immobilis in 14 10
Dei timore permansit,agens gratias Deo
omnibus diebus vitæ suæ. * Nam sicut 15
beato Iob insultabant reges, ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam 11
eius, dicentes: * Vbi est spes tua, pro 16
qua eleemosynas & sepulturas faciebas?
*Tobias verò increpabat eos,dicens:No- 17
lite ita loqui: *quoniam filij sanctorũ su- 18
mus, & vitam illam expectamus, quam
Deus daturus est his, qui fidem suam 13
numquam mutant ab eo. * Anna verò 19 C
vxor eius ibat ad opus textrinum quoti- D
die, & de labore manuum suarum victũ, 14
quem consequi poterat, deferebat. *Vn- 20
de factum est,vt hœdum caprarum accipiens detulisset domi: * Cuius cùm vo- 21 15
cem balantis vir eius audisset, dixit: *Vi- 16
*Deut. 22. a. 1 dete, ne fortè furtiuus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.
*Job 2. c. 9 *Ad hęc vxor eius irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua,& eleemo- 22
synę tuę modò apparuerũt. *Atq; his & 23 18
aliis huiuscemodi verbis exprobrabat ei.

CAP. III.

TVnc Tobias ingemuit,& cœpit ora- 1
re cum lacrymis, *dicens: Iustus es 2 20
Domine, & omnia iudicia tua iusta A
sunt, & omnes viæ tuæ, misericordia, 3
& veritas, & iudicium. * Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea,vel parentum meorum.
*Deut. 28. c. 13 *Quoniam non obediuimus præceptis 4
tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. *Et nunc 5
Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundùm præcepta tua, & non ambulauimus sinceriter coram te. *Et nunc Domine secundùm voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum: expedit enim mihi mori magis quàm viuere. *Eadem itaque die contigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret ímproperium ab vna ex ancillis patris sui, * quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam. *Ergo cùm pro culpa sua increparet puellam,respondit ei, dicens: Ampliùs ex te non videamus filium aut filiam super terram,interfectrix virorum tuorum. *Numquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septẽ viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suę:& tribus diebus,& tribus noctibus non manducauit,neque bibit:*sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam. * Factum est autẽ die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum, *dixit: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his,qui inuocant te. *Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. * Peto Domine vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me. *Tu scis Domine, quia numquam concupiui virum,& mundam seruaui animã meam ab omni concupiscentia. * Numquam cum ludentibus miscui me: neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui. *Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere. * Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. *Non est enim in hominis potestate consilium tuum. *Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuã venire licebit. *Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatẽ, tranquillum facis:& post lacrymationem & fletum, exultationẽ infundis.* Sit nomen tuũ Deus Israel benedictũ in sæcula.* In illo tempore exauditæ sunt preces amborũ in conspectu gloriæ summi Dei: * & missus est Angelus

Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ. 1 22

CAP. IIII.

IGitur cùm Tobias putaret orationem 1
suam exaudiri vt mori potuisset,voca- A
uit ad se Tobiam filium suum, * dixit- 2
*Eccl. 7. c. 29 que ei: *Audi fili mi verba oris mei,& ea in corde tuo, quasi fundamentum construe. * Cùm acceperit Deus animam 3
*Exod. 20. b. 12 meam, corpus meum sepeli: *& honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: * memor enim esse debes, quæ & 4
quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. *Cùm autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa 5
me. *Omnibus autem diebus vitæ tuæ in B 3
mente habeto Deum:& caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas 6
*Luce 14. c. 13 præcepta Domini Dei nostri. *Ex sub- 7 4
Prou. 3. b. 9 Eccle. 4. a. 1 & 14. b. 13 stãtia tua fac eleemosynam,& noli auertere faciem tuã ab vllo paupere: ita enim
Eccli. 35. a. 4 fiet vt nec à te auertatur facies Domini. *Quo modo potueris,ita esto misericors. 8 5
*Si multum tibi fuerit, abundanter tri- 9 6
bue: si exiguum tibi fuerit, etiam exi- B
guum libenter impertiri stude. *Præmiũ 10 7
Eccle. 29. c. 13 enim bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis. *quoniã eleemosyna ab omni pec- 11 8
cato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. *Fiducia magna 12
erit corã summo Deo, eleemosyna, om- C
*1. Thes. 4. a. 3 nibus facientibus eam. *Attende tibi 13
fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam numquam patiaris crimen 9
scire. *Superbiam numquam in tuo sen- 14
su,aut in tuo verbo,dominari permittas: *Gen. 3. a. 5 *Leu. 19. c. 13 Deut. 24. c. 14 Matth. 7. b. 12 *Luce 6. d. 31 *Luc. 14. c. 24 in ipsa enim initiũ sumpsit omnis perditio. *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, 15
& merces mercenarij tui apud te omni- 16
no non remaneat.* *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri fa- 10
cias. *Panem tuum cum esurientibus & 17
egenis comede,& de vestimentis tuis nudos tege. *Panem tuum & vinum tuum 18 D
super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. *consilium semper à sapiente per- 19
quire. * Omni tempore benedic Deum: 20
& pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. *In- 21
dico etiam tibi fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: * & ideo perquire quo modo ad 22
eum peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argenti,& restituas 23
ei chirographum suum. *Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, *Rom. 8. d. 17 sed *multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

CAP. V.

TVnc respondit Tobias patri suo, & 1
dixit: Omnia quæcumque præcepi- A
sti mihi faciam pater. *Quo modo autem 2
pecuniam hanc requiram,ignoro.ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. * Tunc 3 B
pater suus respondit illi, & dixit: Chirographum quidem illius penes me habeo: 6
quod dum illi ostenderis, statim restituet. 4
* Sed perge nunc,& inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: vt,dum adhuc viuo, recipias 5
eam. *Tunc egressus Tobias,inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctũ, 6 B
& quasi paratum ad ambulandum. * Et ignorans quòd Angelus Dei esset, salutauit eum,& dixit: Vnde te habemus bo- 7
ne iuuenis? * At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei:Nosti viam,quę 8
ducit in regionem Medorum? * Cui respondit: Noui:& omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum: qui moratur in Rages ciuitate Medorũ,quę posita est in 9
monte Ecbatanis. *Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nunciẽ 10
patri meo. *Tunc ingressus Tobias,indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad 11
eum. *Ingressus itaque salutauit eum,& 12
dixit: Gaudium tibi sit semper. * Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit,qui in 13
tenebris sedeo, & lumen cæli non video? *Cui ait iuuenis: Forti animo esto, in 14
proximo est vt à Deo cureris. *Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris per- C
ducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? & cum redieris, restituam tibi mercedem tuam. *Et 15
dixit ei Angelus: Ego ducam & reducam eum ad te. *Cui Tobias respondit: Rogo 16
te,indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu? *Cui Raphael angelus dixit: 17
Genus quęris mercenarij,an ipsũ mercenariũ,qui cum filio tuo eat?* Sed ne fortè 18
solicitũ te reddã, ego sum Azarias Ana-

niæ magni filius. * Et Tobias respondit: 19 11
Ex magno genere es tu. Sed peto ne iras-
caris quòd voluerim cognoscere genus
tuum. *Dixit autem illi Angelus: Ego 20
sanum ducam, & sanum tibi reducam fi-
lium tuum. *Respondens autẽ Tobias, 21 12
ait: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere D
vestro, & Angelus eius comitetur vobis- 13
cum. *Tunc paratis omnibus, quæ erant 22 14
in via portanda, fecit Tobias vale patri C
suo & matri suæ, & ambulauerunt am-
bo simul. *Cumque profecti essent, cœ- 23 15
pit mater eius flere, & dicere: Baculum
senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à
nobis. * Numquam fuisset ipsa pecunia, 24
pro qua misisti eum. * Sufficiebat enim 25 16
nobis paupertas nostra, vt diuitias com-
putaremus hoc, quòd videbamus filium
nostrum. *Dixitque ei Tobias: Noli fle- 26 17
re, saluus perueniet filius noster, & sa-
luus reuertetur ad nos, & oculi tui vide-
bunt illum. *Credo enim quòd Angelus 27
Dei bonus comitetur ei, & bene disponat
omnia, quæ circa eum geruntur, ita vt cũ 18
gaudio reuertatur ad nos. *Ad hanc vo- 28 D
cem cessauit mater eius flere, & tacuit. 19

CAP. VI.

PRofectus est autem Tobias, & canis 1 20
sequutus est eum, & mansit prima A
mansione iuxta fluuium Tigris. *Et ex- 2 21
iuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis
immanis exiuit ad deuorandum eum.
*Quem expauescens Tobias clamauit 3
voce magna, dicens: Domine, inuadit
me. * Et dixit ei Angelus: Apprehende 4
branchiã eius, & trahe eum ad te. Quòd
cùm fecisset, attraxit eum in siccum, &
palpitare cœpit ante pedes eius. * Tunc 5
dixit ei Angelus: Exentera hunc piscem,
& cor eius, & fel, & iecur repone tibi:
sunt enim hæc necessaria ad medicamen-
ta vtiliter. * Quod cùm fecisset, assauit 6
carnes eius, & secum tulerunt in via: ce-
tera salierunt, quæ sufficerent eis, quous-
que peruenirent in Rages ciuitatem Me-
dorum. *Tunc interrogauit Tobias An- 7
gelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria fra- B
ter, vt dicas mihi, quod remedium habe-
bunt ista, quæ de pisce seruare iussisti?
*Et respondens Angelus, dixit ei: Cor- 8
dis eius particulam si super carbones po-
nas, fumus eius extricat omne genus dę-
moniorum, siue à viro, siue à muliere, ita
vt vltrà non accedat ad eos. *Et fel valet 9
ad vngendos oculos, in quibus fuerit al-
bugo, & sanabuntur. *Et dixit ei Tobias: 10 9
Vbi vis vt maneamus? *Respondensque
Angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir
propinquus de tribu tua, & hic habet fi-
liam nomine Saram, sed neque masculum, neque feminam vllam habet aliam
præter eam. *Tibi debetur omnis sub- *Num. 27.
stantia eius, & oportet eam te accipere a. 8. & 36.
coniugem. *Pete ergo eam à patre eius, a. 8
& dabit tibi eam in vxorem. * Tunc re-
spondit Tobias, & dixit: Audio quia tra-
dita est septem viris, & mortui sunt: sed
& hoc audiui, quia dæmonium occidit
illos. *Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc
eueniant: & cùm sim vnicus parentibus
meis, deponam senectutem illorum cum
tristitia ad inferos. * Tunc angelus Ra-
phael dixit ei: Audi me, & ostendam ti-
bi qui sunt, quibus prævalere potest dæ-
monium. * Hi namque qui coniugium
ita suscipiũt, vt Deum à se & à sua men-
te excludant, & suæ libidini ita vacent,
sicut equus & mulus, quibus non est in-
tellectus: habet potestatem dæmonium
super eos. *Tu autem cùm acceperis
eam, ingressus cubiculum, per tres dies
continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi
orationibus vacabis cum ea. *Ipsa autem
nocte, incenso iecore piscis, fugabitur
dæmonium. * Secunda verò nocte, in
copulatione sanctorum patriarcharum
admittêris. *Tertia autem nocte, bene-
dictionem consequêris, vt filij ex vobis
procreentur incolumes. *Transacta au-
tem tertia nocte, accipies virginem cum
timore Domini, amore filiorum magis
quàm libidine ductus, vt in semine Abra-
hæ benedictionem in filijs consequaris.

CAP. VII.

INgressi sunt autem ad Raguelem, & 1
susceperunt eos Raguel cum gaudio. *In- 2
tuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ A
vxori suæ: Quàm similis est iuuenis iste
consobrino meo! * Et cùm hæc dixisset, 3
ait: Vnde estis iuuenes fratres nostri? At
illi dixerunt: Ex tribu Nephthali sumus,
ex captiuitate Niniue. *Dixitque illis 4
Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum?
Qui dixerunt: Nouimus. *Cumque mul- 5
ta bona loqueretur de eo, dixit Angelus
ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas,
pater istius est. * Et misit se Raguel, & 6
cum lacrymis osculatus est eum, & plo- B
rans supra collum eius, * dixit: Benedi- 7
ctio sit tibi fili mi, quia boni & optimi 8
viri filius es. *Et Anna vxor eius, & Sara 9
ipsorum filia, lacrymatę sunt. *Postquam

autem locuti sunt, præcepit Raguel oc-
cidi arietem, & parari conuiuium. Cum-
que hortaretur eos discumbere ad pran-
dium, *Tobias dixit: Hîc ego hodie non 10 9
manducabo neque bibam, nisi priùs pe-
titionem meam confirmes, & promittas
mihi dare Saram filiam tuam. *Quo au- 11
dito verbo Raguel, expauit, sciens quid
euenerit illis septẽ viris, qui ingressi sunt
ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic C
similiter contingeret: & cùm nutaret, &
non daret petenti vllum responsum, * di- 12
xit ei Angelus: Noli timere dare eam isti,
quoniam huic timenti Deum debetur
coniux filia tua: propterea alius non po-
tuit habere illam. * Tunc dixit Raguel: 13
Non dubito quòd Deus preces & lacry-
mas meas in conspectu suo admiserit. *Et 14
credo quoniam ideo fecit vos venire ad
me, vt ista coniungeretur cognationi
*Num. 26. suæ *secundùm legem Moysi: & nunc
b. 6 noli dubium gerere quòd tibi eam tra-
dam. * Et apprehendens dexteram filiæ 15
suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus
Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob D
vobiscum sit, & ipse coniungat vos, im-
pleatque benedictionem suam in vobis.
*Et accepta charta, fecerunt conscriptio- 16
nem coniugij. *Et post hæc epulati sunt, 17
benedicentes Deum. *Vocauitq; Raguel 18
ad se Annam vxorem suam, & præcepit
ei vt præpararet alterum cubiculum. *Et 19
introduxit illuc Saram filiam suam, & la-
crymata est. * Dixitque ei: Forti animo 20
esto filia mea: Dominus cæli det tibi
gaudium pro tædio quod perpessa es.

CAP. VIII.

POstquam verò cœnauerunt, intro- 1
duxerunt iuuenem ad eam. *Recor- 2
datus itaque Tobias sermonum Angeli, A
protulit de cassidili suo partem iecoris,
posuitq; eam super carbones viuos. *Tũc 3
Raphael Angelus apprehendit dæmo-
nium, & religauit illud in deserto supe-
rioris Ægypti. *Tunc hortatus est virgi- 4
nem Tobias, dixitque ei: Sara, exurge, &
deprecemur Deum hodie, & cras, & se-
cundum cras: quia his tribus noctibus
Deo iungimur: tertia autem transacta B
nocte, in nostro erimus coniugio. *filij 5
quippe sanctorum sumus, & non possu-
mus ita coniungi, sicut gentes quæ igno-
rant Deum. *Surgentes autẽ pariter, in- 6
stanter orabant ambo simul, vt sanitas
daretur eis. *Dixitque Tobias: Domine 7
Deus patrum nostrorum, benedicant te
cæli & terræ, mareque & fontes, & flu-
mina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis
sunt. *Tu fecisti Adam de limo terræ, *Gen. 2. b. 7
& dedisti que ei adiutorium Heuam. * Et 8 9
nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ
causa accipio sororem meam coniugem,
sed sola posteritatis dilectione, in qua be-
nedicatur nomen tuum in sęcula sęculo- 10
rum. *Dixit quoque Sara: Miserere nobis
Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. * Et factum est 11
circa pullorum cantum, accersiri iussit
Raguel seruos suos, & abierunt cum eo
pariter vt foderent sepulchrum. * Dice- 12
bat enim: Ne fortè simili modo euenerit
C ei, quo & ceteris illis septem viris, qui
sunt ingressi ad eam. *Cumque parassent 13
fossam, reuersus Raguel ad vxorẽ suam,
dixit ei: *Mitte vnam ex ancillis tuis, & 14
videat si mortuus est, vt sepeliã eum an-
tequã illucescat dies. *At illa misit vnam
ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, 15
reperit eos saluos & incolumes, secum
pariter dormientes. *Et reuersa, nuncia- 16
uit bonum nuncium: & benedixerunt
Dominum, Raguel videlicet & Anna
vxor eius, *& dixerunt: Benedicimus te 17
Domine Deus Israel, quia non contigit
quemadmodũ putabamus. *Fecisti enim 18
nobiscum misericordiam tuam, & exclu-
sisti à nobis inimicum persequentẽ nos.
*Misertus es autem duobus vnicis. Fac 19
D eos Domine pleniùs benedicere te: & sa-
crificium tibi laudis tuæ & suæ sanitatis
offerre, vt cognoscat vniuersitas gen-
tium, quia tu es Deus solus in vniuersa
terra. *Statimq; præcepit seruis suis Ra- 20
guel, vt replerent fossam, quam fecerant,
priusquam eluceseceret. * Vxori autem 21
suę dixit vt instrueret conuiuium, & pre-
pararet omnia, quæ in cibos erant iter
agentibus necessaria. *Duas quoque pin- 22
gues vaccas, & quattuor arietes occidi fe-
cit, & parari epulas omnibus vicinis suis,
cunctisque amicis. *Et adiurauit Raguel 23
Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur
apud se. *De omnibus autem, quæ possi- 24
debat Raguel, dimidiam partem dedit
Tobiæ, & fecit scripturam, vt pars dimi-
dia, quæ supererat post obitum eorum,
Tobiæ dominio deueniret.

CAP. IX.

1 TVnc vocauit Tobias Angelum ad se,
A quem quidem hominem existima-
bat, dixitque ei: Azaria frater, peto vt au-
2 sultes verba mea. *Si meipsum tradam

tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. *Tamen obſecro te, vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddaſq; ei chirographum ſuum,& recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas. * Scis enim ipſe quoniam numerat pater meus dies: & ſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius. *Et certè vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum ſpernere non poſſum. * Tunc Raphael aſſumens quattuor ex ſeruis Raguelis,& duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, reddidit ei chirographum ſuum, & recepit ab eo omnem pecuniam. *Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecitq; eum ſecum venire ad nuptias. *Cumq; ingreſſus eſſet domum Raguelis, inuenit Tobiam diſcumbentem:& exiliens,oſculati ſunt ſe inuicem: & fleuit Gabelus,benedixitq; Deum,*& dixit:Benedicat te Deus Iſrael,quia filius es optimi viri,& iuſti,& timentis Deum, & eleemoſynas facientis:*& dicatur benedictio ſuper vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros: * & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, vſque in tertiam & quartam generationem: & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſrael, qui regnat in ſæcula ſæculorum. *Cumq; omnes dixiſſent, Amen,acceſſerunt ad conuiuium: ſed & cum timore Domini nuptiarũ conuiuiũ exercebant.

CAP. X.

CVm verò moras faceret Tobias,cauſa nuptiarum, ſolicitus erat pater eius Tobias,dicens:Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt ibi? *Putáſne Gabelus mortuus eſt, & nemo reddet illi pecuniam? *Cœpit autẽ contriſtari nimis ipſe, & Anna vxor eius cũ eo: & cœperunt ambo ſimul flere: eò quòd die ſtatuto minimè reuerteretur filius eorum ad eos. *Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu heu me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitę noſtrę, ſpem poſteritatis noſtræ?*Omnia ſimul in te vno habentes,te non debuimus dimittere à nobis. * Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari,ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille, cum quo miſimus eum. * Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens circumſpiciebat, & circuibat vias omnes, per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. *At verò Raguel dicebat ad generum ſuum: Mane hîc, & ego mittam nuncium ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum.*Cui Tobias ait:Ego noui,quia pater meus & mater mea modò dies computant,& cruciatur ſpiritus eorum in ipſis.*Cumq; verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione vellet audire,tradidit ei Saram,& dimidiam partem omnis ſubſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & ſaluum atq; gaudentem dimiſit eum à ſe, *dicens: Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatq; vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parentes veſtros,& videant oculi mei filios veſtros priuſquam moriar. * Et apprehendentes parentes filiam ſuam,oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire: *monentes eam honorare ſoceros,diligere maritum, regere familiam, gubernare domum,& ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere.

CAP. XI.

CVmque reuerterentur, peruenerunt ad Charan, quę eſt in medio itinere contra Niniuen, vndecimo die. *Dixitque Angelus: Tobia frater,ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum. *Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu ſequantur iter noſtrum familiæ, ſimul cum coniuge tua,& cum animalibus. *Cumque hoc placuiſſet vt irent,dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. *Anna autem ſedebat ſecus viam,quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere poterat de longinquo. * Et dum ex eodem loco ſpecularetur aduentum eius, vidit à longè,& illicò agnouit venientem filium ſuum: currenſque nunciauit viro ſuo,dicens:Ecce venit filius tuus.*Dixitque Raphael ad Tobiam: At vbi introieris domum tuam, ſtatim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum,& oſculare eum. *Statimque lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis,quod portas tecum. ſcias enim quoniã mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cęli,& in aſpectu tuo gaudebit. *Tunc præcucurrit canis,

qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuncius adueniens, blandimento ſuæ caudę gaudebat. *Et conſurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occũrrit obuiam filio ſuo. *Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cum vxore ſua, & cœperunt ambo flere præ gaudio. * Cumque adoraſſent Deum, & gratias egiſſent, conſederunt. *Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui. * Et ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam: & cœpit albugo ex oculis eius, quaſi membrana oui, egredi. *Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, ſtatimque viſum recepit. *Et glorificabant Deum, ipſe videlicet, & vxor eius, & omnes qui ſciebant eum. *Dicebatq; Tobias: Benedico te Domine Deus Iſrael,quia tu caſtigaſti me,& tu ſaluaſti me:& ecce ego video Tobiam filium meum. *Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia ſana, & pecora, & cameli,& pecunia multa vxoris: ſed & illa pecunia, quam receperat à Gabelo: * & narrauit parentibus ſuis omnia beneficia Dei,quę feciſſet circa eum per hominem qui eum duxerat. * Veneruntque Achior & Nabath conſobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum oſtenderat Deus. * Et per ſeptem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

CAP. XII.

TVnc vocauit ad ſe Tobias filium ſuum,dixitq; ei:Quid poſſumus dare viro iſti ſancto,qui venit tecum? *Reſpondens Tobias, dixit patri ſuo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit eſſe beneficiis eius? *Me duxit & reduxit ſanum,pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmonium ab ea ipſe compeſcuit,gaudium parentibus eius fecit, meipſũ à deuoratione piſcis eripuit,te quoque videre fecit lumen cæli,& bonis omnibus per eum repleti ſumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? *Sed peto te pater mi, vt roges eum, ſi fortè dignabitur medietatem de omnibus,quæ allata ſunt,ſibi aſſumere. *Et vocantes eum, pater ſcilicet & filius, tulerunt eum in partem:& rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerãt,acceptam habere.*Tunc dixit eis occultè: Benedicite Deum cæli,& coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiã ſuam. *Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt: opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum eſt.*Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere: *quoniã eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quę purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam.*Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. *Manifeſto ergo vobis veritatem,& non abſcondam à vobis occultum ſermonem. *Quando orabas cum lacrymis,& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.*Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. * Et nunc miſit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dęmonio liberarem.*Ego enim ſum Raphael Angelus,vnus ex ſeptem,qui aſtamus ante Dominum. *Cumque hæc audiſſent,turbati ſunt,& trementes cecidерunt ſuper terram in faciem ſuam. *Dixitq; eis Angelus:Pax vobis,nolite timere.*Etenim cùm eſſem vobiſcum,per voluntatem Dei eram: ipſum benedicite,& cantate illi. *Videbar quidem vobiſcum manducare,& bibere:ſed ego cibo inuiſibili,& potu, qui ab hominibus videri nõ poteſt, vtor. *Tempus eſt ergo vt reuertar ad eum,qui me miſit: vos autẽ benedicite Deum,& narrate omnia mirabilia eius.*Et cùm hæc dixiſſet,ab aſpectu eorum ablatus eſt,& vltrà eum videre non potuerũt. *Tunc proſtrati per horas tres in faciem,benedixerunt Deum: & exurgentes narrauerũt omnia mirabilia eius.

CAP. XIII.

APeriens autẽ Tobias ſenior os ſuum, benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, & in omnia ſæcula regnum tuum: *quoniam tu flagellas & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & non eſt qui effugiat manum tuam. *Confitemini Domino filij Iſrael, & in conſpectu gentium laudate eum: *quoniam ideo diſperſit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius,& faciatis ſcire eos,quia non eſt alius Deus omnipotẽs præter eũ. *Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras: & ipſe ſaluabit nos propter miſeri-

*Deut. 32. f. 39 1. Reg. 2. a. 6 Sap. 16. a. 13

cordiam ſuam. *Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timore & tremore cõfitemini illi: regemque ſæculorum exaltate in operibus veſtris. *Ego autem in terra captiuitatis meæ cõfitebor illi: quoniam oſtendit maieſtatem ſuam in gentem peccatricem. *Conuertimini itaque peccatores, & facite iuſtitiam corã Deo, credentes quòd faciat vobiſcũ miſericordiam ſuam. *Ego autem, & anima mea, in eo lætabimur. *Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. *Ieruſalem ciuitas Dei, caſtigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. *Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum ſæculorum, vt reædificet in te tabernaculum ſuum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia ſæcula ſæculorum. *Luce ſplendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te. *Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terrã tuam in ſanctificationẽ habebunt. *Nomen enim magnum inuocabunt in te. *Maledicti erunt qui contempſerint te: & condemnati erunt omnes qui blaſphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te. *Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum. *Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudẽt ſuper pace tua. *Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ieruſalem ciuitatem ſuam à cunctis tribulationibus eius, Dominus Deus noſter. *Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam claritatẽ Ieruſalem. *Portæ Ieruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorũ eius. *Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius ſternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur. *Benedictus Dominus, qui exaltauit eam, & ſit regnum eius in ſæcula ſæculorum ſuper eam. Amen.

*Iſa. 60. a. 5

*Apoc. 21. c. 18

CAP. XIIII.

ET conſummati ſunt ſermones Tobiæ. Et poſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum ſuorum. *Completis itaque annis centum duobus, ſepultus eſt honorificè in Niniue. *Quinquaginta namque & ſex annorum lumẽ oculorum amiſit, ſexagenarius verò recepit. *Reliquũ verò vitæ ſuæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. *In hora autem mortis ſuæ vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum, & ſeptẽ iuuenes filios eius nepotes ſuos, dixitq; eis: *Propè erit interitus Niniue: non enim excidit verbum Domini: & fratres noſtri, qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, reuertentur ad eam. *Omnis autem deſerta terra eius replebitur, & domus Dei, quę in ea incenſa eſt, iterum reædificabitur: ibiq; reuertentur omnes timentes Deum, *& relinquentgẽtes idola ſua, & venient in Ieruſalem, & inhabitabunt in ea, * & gaudebunt in ea omnes reges terrę, adorantes regẽ Iſrael. *Audite ergo filij mei patrẽ veſtrũ: Seruite Domino in veritate & inquirite vt faciatis quę placita ſunt illi: * & filiis veſtris mandate vt faciant iuſtitias & eleemoſynas, vt ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute ſua. *Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hîc: ſed quacumque die ſepelieritis matrẽ veſtram circa me in vno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros vt exeatis hinc: * video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. * Factum eſt autem poſt obitum matris ſuæ, Tobias abſceſſit ex Niniue cum vxore ſua, & filiis, & filiorum filiis, & reuerſus eſt ad ſoceros ſuos. *inuenitque eos incolumes in ſenectute bona: & curam eorũ geſſit, & ipſe clauſit oculos eorum: & omnem hereditatem domus Raguelis ipſe percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum ſuorum. *Et completis annis nonaginta nouem in timore Domini, cum gaudio ſepelierunt eum. *Omnis autẽ cognatio eius, & omnis generatio eius, in bona vita, & in ſancta conuerſatione permanſit, ita vt accepti eſſẽt tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

1. Eſdr. 3. b. 8.

LIBER

LIBER IVDITH.

CAPVT PRIMVM.

ARPHAXAD itaque, rex Medorum, ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificauit ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbatanis, *ex lapidibus quadratis & ſectis: fecit muros eius in latitudinem cubitorum ſeptuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò eius poſuit in altitudinem cubitorum centum. *Per quadrum verò earum, latus vtrumque vicenorum pedum ſpatio tendebatur, poſuitq; portas eius in altitudinem turrium: *& gloriabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarũ ſuarum. *Anno igitur duodecimo regni ſui: Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum *in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Iadaſon, in campo Erioch regis Elicorum. *Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & cor eius eleuatũ eſt: & miſit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano, *& ad gentes quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Eſdrelon, *& ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem vſque ad Ieruſalem, & omnem terram Ieſſe, quouſque perueniatur ad terminos Æthiopiæ. *Ad hos omnes miſit nuncios Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum: *qui omnes vno animo contradixerunt, & remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerunt. *Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex aduerſus omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum ſuum, quòd defenderet ſe de omnibus regionibus his.

CAP. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonoſor regis, vigeſima & ſecunda die menſis primi, factum eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, vt defenderet ſe. *Vocauitque omnes maiores natu, omneſque duces, & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilij ſui: *dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. *Quod dictum cùm placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem militiæ ſuę, *& dixit ei: Egredere aduerſus omne regnum Occidentis, & contra eos præcipuè, qui contempſerunt imperium meũ. *Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitam ſubiugabis mihi. *Tunc Holofernes vocauit duces, & magiſtratus virtutis Aſſyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, ſicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equitum ſagittariorum duodecim millia. *Omnemque expeditionem ſuam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus ſufficerẽt copioſè, boum quoque armenta, gregeſque ouium, quorum non erat numerus. *Frumentum ex omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit. *Aurum verò, & argentum, de domo regis aſſumpſit multum nimis. * Et profectus eſt ipſe, & omnis exercitus, cum quadrigis, & equitibus, & ſagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, ſicut locuſtæ. *Cumque pertranſiſſet fines Aſſyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui ſunt à ſiniſtro Cilicię, aſcenditque omnia caſtella eorum, & obtinuit omnẽ munitionem. *Effregit autem ciuitatem opinatiſſimam Melothi, prædauitq; omnes filios Tharſis, & filios Iſmael, qui erant contra faciem deſerti, & ad auſtrum terræ Cellon. * Et tranſiuit Euphraten, & venit in Meſopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelſas, quę erant ibi, à torrente Mambre vſquequo perueniatur ad mare: * & occupauit terminos eius, à Cilicia vſque ad fines Iapheth, qui ſunt ad auſtrum. * Abduxitque omnes filios Madian, & prædauit omnem lo-

cupletationem eorum, omnesque resistentes sibi occidit in ore gladij. *Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incîdi: *& cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

CAP. III.

TVnc miserunt legatos suos, vniuersarum vrbium ac prouinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt: * Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. * Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ouium, & caprarum, equorumque & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ, atque familię, in conspectu tuo sunt: *sint omnia nostra sub lege tua. * Nos, & filij nostri, serui tui sumus. *Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. *Tunc descẽdit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitantem terram. *De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum. *Tantusq; metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis, exirent obuiam venienti, * excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibiis. *Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt: * nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excîdit. *præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terrę exterminaret, videlicet vtipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quę potuissent Holofernis potentia subiugari. *Pertransiens autẽ Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa, * accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

CAP. IIII.

TVnc audientes hæc filij Israel, qui habitabant in Terra Iuda, timuerunt valde à facie eius. * Tremor & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat ceteris ciuitatibus & templis earũ. *Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium: *& muris circumdederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. *Sacerdos etiam Eliachim, scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni iuxta Dothain, & vniuersos, per quos viæ transitus esse poterat, *vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirẽt vbi angustum iter esse poterat inter montes. *Et fecerunt filij Israel, secundùm quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. * Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis, & orationibus, ipsi & mulieres eorũ. *Et induerunt se Sacerdotes cilicijs, & infãtes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio: *& clamauerũt ad Dominum Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium Gentibus. *Tunc Eliachim, sacerdos Domini magnus, circuiuit omnem Israel, allocutusq; est eos, *dicens: Scitote quoniã exaudiet Dominus preces vestras, si manẽtes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini. *^ Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidẽtem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit: *sic erunt vniuersi hostes Israel: si perseueraueritis in hoc opere, quod cœpistis. * Ad hanc igitur exhortationẽ eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, *ita vt etiam hi, qui offerebant Domino holocausta, præcincti cilicijs offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super capita eorum. *Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israel.

*Exod. 17. d. 12

CAP. V.

NVnciatumq; est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filij Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera concluderent, *& furore nimio exarsit in iracundia magna, vocauitque omnes principes Moab & duces Ammon, *& dixit eis: Dicite mihi quis sit populus iste, qui mõtana obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quę sit multitudo eorum: vel quis rex militiæ illorum: *& quare præ omnibus, qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obuiam nobis, vt susciperent noscũ pace? *Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatẽ in conspectu tuo, de populo isto, qui in mõtanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo. *Populus iste ex progenie Chaldæorum est. *^ hic primùm in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in Terra Chaldæorum. *Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, *vnum Deum cæli coluerunt, ^qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarẽt in Charan. Cumq; operuisset omnem terram fames, ^descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. *Cumque grauaret eos rex Ægypti, atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totam Terram Ægypti plagis variis. *^ Cumque eiecissent eos Ægyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suũ seruitium reuocare, *^ fugientibus his Deus cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. *In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, vt non remaneret vel vnus, qui factum posteris nunciaret. * Egressi verò mare rubrum, deserta Sina montis occupauerũt, in quibus numquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. *Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cęlo consecuti sunt. *Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. * Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. *Quotiescumq; autem prẽter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. *Quotiescumq; autẽ pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli virtutem resistendi. *Denique Chananæum regem, & Iebusæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Heuęum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum, & ciuitates eorum ipsi possederunt: *& vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem. *Nam & ante hos annos, cùm recessissent à via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam. *Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hęc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt sancta eorum. *Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorũ: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. *Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. *Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eũ, dicentes ad alterutrum: * Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ? *Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur: *vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

*Gen. 11. d. 31

*Gen. 12. a. 1

*Gen. 46. a. 2

*Exod. 14. a. 1

*Exod. 14. g. 29

CAP. VI.

FActum est autem cùm cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior: * Quoniam prophetasti nobis dicens, quòd gens Israel defen-

defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor: *cùm percusserimus eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet: *& probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit vniuersæ terræ: tuncq; gladius militię meę transiet per lateratua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà, donec exterminetis cum illis. *Porrò autem si prophetiam tuam verâ existimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse. *Vt autem noueris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis, vt, dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas. *Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt comprehenderent Achior, & perducerẽt eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israel. *Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularij. *Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt ad dominum suum. *Porrò filij Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: Quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in mediũ populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset, quòd illum vinctũ Assyrij reliquissent. *In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. *In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, *& quemadmodũ ipse Holofernes iratus iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: vt, dum vicerit filios Israel, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire suppliciis, propter hoc quòd dixisset: Deus cæli defensor eorum est. *Cumque Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt, *dicentes: Domine Deus cæli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostrã humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. *Finito itaque fletu, & per totã diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior, *dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. *Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscũ. *Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam. *Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt. *Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israel.

*Exod. 5. d. 21

*Sap. 5. 6. 12

*Psal. 105. 2. 6

CAP. VII.

HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis, vt ascenderent contra Bethuliam. *Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouincijs & vrbibus vniuersæ iuuentutis. *Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, vsque ad Chelmon qui est contra Esdrelon. *Filij autem Israel vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerẽ super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populũ suum. *Et assumentes arma sua bellica, federũt per loca, quæ ad angusti itineris tramitem dirigũnt inter montosa, & erãt custodientes ea tota die & nocte. *Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quòd fons, qui influebat, aquæductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquæductum illorum. *Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potiùs quàm ad potandum. *Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicẽtes: Filij Israel, non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt

illos colles in præcipitio constituti. *Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. *Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. *Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternę, & collectiones aquarũ, omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatẽ vnde satiarentur vel vna die, quoniam ad mensurã dabatur populis aqua quotidie. *Tunc ad Oziam congregati omnis viri, feminęque, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce *dixerunt: *Iudicet Deus inter nos & te, quoniã fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cũ Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. *Et ideo non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna. *Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. *Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum, viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores nostras, & infantes nostros, mori ante oculos nostros. *Contestamur hodie cælum & terram, & Deum patrum nostrorũ, qui vlciscitur nos secundùm peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatẽ in manu militię Holofernis, & sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis. *Et cùm hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes: *Peccauimus cũ patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatẽ fecimus. *Tu, quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te, *vt non dicant inter Gentes: Vbi est Deus eorũ? *Et cùm fatigatibis clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, *exurgẽs Ozias infusus lacrymis, dixit: Æquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiã. *Forsitã enim indignationẽ suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. *Si autẽ trãsactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti estis.

CAP. VIII.

ET factum est, cùm audisset hęc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben: *& vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ: *instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. *Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. *Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, *& habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. *Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas. *Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valdè, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. *Hæc itaque cùm audisset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri & Charmi. *Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? *Et qui estis vos, qui tentatis Dominum? *Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potiùs qui iram excitet, & furorẽ accendat. *Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei. *Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipsum pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus: *non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiã inflammabitur. *Et ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi, *dicamus flentes Domino, vt secundùm voluntatẽ suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur: *quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorũ, qui dereliquerunt Deum

suum, & adorauerunt deos alienos, *pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum. *Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum deafflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes Gentes, quæcumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster. * Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri vt probarentur, si verè colerent *Gen. 22. a. 1 Deum suum. ** Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. *Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. *Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra *1. Cor. 10. b. 9 Dominum protulerunt, ** exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. *Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, * sed reputantes peccatis nostris hęc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. * Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio. *Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. *Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis: * ita quod facere disposui, probate si ex Deo est, & orate vt firmum faciat Deus consiliũ meum. * Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum abra mea: & orate, vt sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel. * Vos autem nolo vt scrutemini actum meum, & vsque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum. * Et dixit ad eam Ozias princeps Iuda: Vade in pace, & Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

CAP. IX.

QVibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens: *Domine Deus patris mei Simeon, *qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenatum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem: *& dedisti mulieres illorum in prędam, & filias illorum in captiuitatem; & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ. *Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti. * Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. ** Respice *Gen. 34. d. 29 *Exod. 14. b. 9 castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. * Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. *Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos. * Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, *& nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. *Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio suo cornu altaris tui. * Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur: *capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ. * Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum; & virtutem, vt euertam illum. ** Erit *Iud. 4. d. 21. & 5. d. 26 enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus feminæ deiecerit eum. *Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. *Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: *& omnes Gentes agnóscant, quia tu es Deus, & non est alius præter te.

CAP. X.

FActum est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum. *Vocauitque abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ, * & lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suę, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. * Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. *Imposuit itaque abræ suæ ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est. * Cumque venissent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam & presbyteros ciuitatis. *Qui cùm vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. * Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. *Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce: Fiat, fiat. *Iudith verò orans Dominum, transiuit per portas ipsa & abra eius. *Factum est autẽ, cùm descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes: Vnde venis? aut quò vadis? *Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. *Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendã illi quo aditu possit obtinere eos, ita vt nõ cadat vir vnus de exercitu eius. * Et cùm audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniã pulchritudinem eius mirabantur nimis. *Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consiliũ, vt descenderes ad dominum nostrum. *Hoc autẽ scias, quoniam cùm steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofernis, annunciantes eam. *Cumq; intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. * Dixeruntq; ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebręorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare cõtra eos debeamus? *Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum: * & cùm in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternẽs se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

CAP. XI.

TVnc Holofernes dixit ei: Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego numquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. *Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum. * Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? * Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuę, perfectam rem faciet Dominus tecum. *Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperãt illi. *Nunciatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. ** Nec hoc *Sup. 5. a. 5 latet, quod locutus est Achior; nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire. *Constat enim, Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. *Et quoniã sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus

ſuper ipſos eſt. *Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam intermortuos computantur. * Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum: *& ſancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non cõtingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt conſumere quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt quòd in perditionẽ dabuntur. *Quod ego ancilla tua cognoſcens, fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa nunciare tibi. *Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, * & dicet mihi quando eis reddat peccatum ſuum, & veniens nunciabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ieruſalem, & habebis omnem populum Iſrael, ſicut oues, quibus non eſt paſtor, & non latrabit vel vnus canis contra te: *quoniam hæc mihi dicta ſunt per prouidentiam Dei. *Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nunciare tibi. * Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ſapientiam eius, & dicebant alter ad alterum: *Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum. * Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus, qui miſit te ante populum, vt des illum tu in manibus noſtris: *& quoniam bona eſt promiſſio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuerſa terra.

CAP. XII.

TVnc iuſſit eam introire vbi repoſiti erant theſauri eius, & iuſſit illic manere eam, & conſtituit quid daretur illi de conuiuio ſuo. *Cui reſpondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quę mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo. *Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi iſta, quæ tecum detuliſti, quid faciemus tibi? * Et dixit Iudith: Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam ſerui eius in tabernaculum, quod præceperat. *Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. * Et præcepit cubicularijs ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum ſuum, per triduum: *& exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ. * Et vt aſcendebat, orabat Dominum Deum Iſrael, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi ſui. * Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vſque dum acciperet eſcam ſuam in veſpere. * Et factum eſt, in quarto die Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum: Vade, & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum. *Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi femina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo tranſeat. *Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. *Cui Iudith reſpondit: Quæ ego ſum, vt contradicam domino meo? *Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. *Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimento ſuo, & ingreſſa ſtetit ante faciem eius. * Cor autem Holofernis concuſſum eſt: erat enim ardens in concupiſcentia eius. * Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inueniſti gratiam coram me. *Et dixit Iudith: Bibam domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis. *Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipſo, ea quę parauerat illi ancilla eius. *Et iucundus factus eſt Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum numquam biberat in vita ſua.

CAP. XIII.

VT autem ſerò factum eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit. *erant autem omnes fatigati à vino: *eratque Iudith ſola in cubiculo. *Porrò Holofernes iacebat in lectò, nimia ebrietate ſopitus. *Dixitque Iudith puellæ ſuę, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret. *Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio, *dicens: Confirma me Domine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt, ſicut promiſiſti,

miſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas: & hoc, quod credens per te poſſe fieri cogitaui, perficiam. * Et cùm hæc dixiſſet, acceſſit ad columnam, quę erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit. * Cumque euaginaſſet illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora. * & percuſſit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius, & abſtulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. * Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ ſuæ, & iuſſit vt mitteret illud in perã ſuam. * Et exierunt duæ, ſecundùm conſuetudinem ſuam, quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra, & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis. *Et dixit Iudith à longè cuſtodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus, qui fecit virtutem in Iſrael. * Et factum eſt, cùm audiſſent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. *Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo vſque ad maximum: quoniam ſperabant eam iam non eſſe venturam. *Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuerſi: illa autem aſcendens in eminentiorem locum, iuſſit fieri ſilentium. Cumq; omnes tacuiſſent, * dixit Iudith: Laudate Dominum Deum noſtrum, qui nõ deſeruit ſperantes in ſe: *& in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam, quam promiſit domui Iſrael: & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui hac nocte. *Et proferens de pera caput Holofernis, oſtendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiæ Aſſyriorum, & ecce conopœum illius, in quo recumbebat in ebrietate ſua, vbi per manum feminæ percuſſit illum Dominus Deus noſter. * Viuit autem ipſe Dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coniquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis, gaudentem in victoria ſua, in euaſione mea, & in liberatione veſtra. *[a] Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in ſæculũ miſericordia eius. * Vniuerſi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. *Porrò Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. * Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorũ noſtrorum: *quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in ęternum, pro quibus non pepercifti animæ tuæ, propter anguſtias & tribulationem generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectum Dei noſtri. * Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. *Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith: Deus Iſrael, cui tu teſtimonium dediſti quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea. * Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holofernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſrael contempſit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cùm captus fuerit populus Iſrael, gladio perforari præcipiam latera tua. * Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ pauore, cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius. *Poſteà verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit: * Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſrael.

[a] Pſal. 105. & 106.

CAP. XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros: *Et erit, cùm exierit Sol, accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes. * Tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam. * Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatũ, decidet ſuper eos timor. *Cumque cognoueritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam Dominus conteret eos ſub pedibus veſtris. *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius vſq; in hodiernum diem. * Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpen-

derunt ſuper muros caput Holofernis, accepitque vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu. * Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. * Porrò hi qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepẽtes, excitãdi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitãtibus, ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret. *Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorũ pulſando aut intrando aperire. *Sed cùm veniſſent eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus regis Aſſyriorum, dixerunt cubiculariis: *Intrate, & excitate illum, quoniam egreſſi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad prælium. * Tunc ingreſſus Vagao cubiculũ eius, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire. * Sed cùm nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet, acceſſit proximans ad cortinam, & eleuans eam, videnſque cadauer abſque capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactum iacere ſuper terram, exclamauit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua. *Et ingreſſus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum, * & dixit: Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor, ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo. * Quod cùm audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorum valde. * Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

5 6 8 9 7 C 10 8 C 11 12 13 9 14 D 10 11 12 13 D 14 15 16 17 15 18

CAP. XV.

CVmq; omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet, fugit mens & conſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt, * ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus, euadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audiebant, fugientes per vias camporum & ſemitas collium. *Videntes itaque filij Iſrael fugientes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderuntque clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos. *Et quoniam Aſſyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij autem Iſrael vno agmine perſequentes, debilitabant

1 A 2 A 2 3 4 3 5 4 B 6

omnes, quos inuenire potuiſſent. *Miſit itaque Ozias nuncios per omnes ciuitates & regiones Iſrael. *Omnis itaque regio, omnisq; vrbs, electam iuuentutẽ armatam miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſque peruenirent ad extremitatẽ finium ſuorum. *Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam, quam fugientes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. *Hi verò, qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum attulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. *Ioacim autem ſummus pontifex, de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith. *Quę cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri: * quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. * Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. * Per dies autem triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſrael. *Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo. * Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis & citharis.

1 A 2 3 4 5 6

CAP. XVI.

TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens:

* Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, exaltate, & inuocate nomen eius.

* Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.

* Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum.

* Venit Aſſur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

* Dixit ſe incenſurum fines meos, &

iuue-

iuuenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

*Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, & confodit eum.

* Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum.

* Exuit enim ſe veſtimento viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſrael.

*Vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum.

* Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuã fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

*Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.

* Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.

*Filij puellarum compunxerũt eos, & ſicut pueros fugiẽtes occiderũt eos: perierũt in prælio à facie Domini Dei mei.

*Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo noſtro.

* Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt.

* Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ.

*Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ, ſicut cera, liqueſcent ante faciem tuam.

*Gen. 1 Pſal. 32. 6. 9

8 B 9 10 D 11 12 13 14 15 C 16 17 18

19 * Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

20 * Væ genti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos.

21 * Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum.

22 *Et factum eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriam venit in Ieruſalẽ adorare Dominũ: & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, 23 & repromiſſiones ſuas. * Porrò Iudith, vniuerſa vaſa bellica Holofernis, quę dedit illi populus, & conopœum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in 24 anathema obliuionis. * Erat autem populus iucundus ſecundùm faciem ſanctorum, & per tres menſes gaudium huius victoriæ celebratum eſt cum Iudith.

25 * Poſt dies autem illos vnuſquiſque rediit in domum ſuam, & Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat 26 vniuerſæ terræ Iſrael. * Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta, ita vt non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir eius.

27 * Erat autem diebus feſtis procedens 28 cum magna gloria. * Manſit autem in domo viri ſui annos centum quinque, & dimiſit abram ſuam liberam, & defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia.

29 * Luxitque illam omnis populus diebus 30 ſeptem. *In omni autem ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Iſrael, & poſt 31 mortem eius annis multis. *Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis, ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vſque in præſentem diem.

LIBER ESTHER.

CAPVT PRIMVM.

IN diebus Aſſueri, qui regnauit ab India vſque Æthiopiam, ſuper centum viginti ſeptem prouincias: * quando ſedit in ſolio regni ſui, Suſan ciuitas regni eius exordium fuit. * Tertio igitur anno imperij ſui, fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram ſe, 4 *vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ, multo tempore, centum videlicet & 5 octoginta diebus. * Cumque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſan, à maxi-

1 A 2 3 4 5

mo vsque ad minimum : & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. * Et pendebant ex omni parte tentoria aërij coloris, & carbasini ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebãtur. Lectuli quoque aurei & argentei, super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. * Bibebãt autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur. * Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. * Vasthi quoque regina fecit conuiuium feminarum, in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat. * Itaque die septimo, cùm rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas, septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, * vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius : erat enim pulchra valde. * Quæ renuit, & ad regis imperiũ, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, * interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac iura maiorum (* erant autem primi & proximi, Charsena, & Sethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Mamuchan, septem duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant) * cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. * Respondítque Mamuchan, audiente rege, atque principibus, Non solùm regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri. * Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant : Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. * Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum, paruipendent imperia maritorum : vnde regis iusta est indignatio. * Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quæ melior est illa, accipiat. * Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum, quàm minorum, deferant maritis suis honorem. * placuit consilium eius regi, & principibus : fecitq; rex iuxta consilium Mamuchan, * & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuersis linguis & litteris, esse viros principes ac maiores in domibus suis : & hoc per cunctos populos diuulgari.

CAP. II.

HIs ita gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, vel quæ passa esset : * dixeruntque pueri regis, ac ministri eius : Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, * & mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines : & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum feminarum sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum : & accipiant mundum muliebrem, & cetera ad vsus necessaria. * Et quæcumque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi : & ita, vt suggesserant, iussit fieri. * Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, * qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, * qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther : & vtrumque parentem amiserat : pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam. * Cumque percrebruisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multę pulchrę virgines adducerentur Susan, & Egeo traderentur eunucho, Esther quoque inter ceteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero

4. Reg. 24. d. 15 Inf. 11. b. 4

femi-

feminarum. * Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit eunucho, vt acceleraret mundum muliebrẽ, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam quàm pedissequas eius ornaret atq; excoleret. * Quæ noluit indicare ei populum & patriã suam : Mardocheus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret : * qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. * Cùm autẽ venissent tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrẽ pertinebant, mensis duodecimus vertebatur : ita dũtaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrrhino, & aliis sex quibusdam pigmentis & aromatibus vterentur. * Ingredientesq; ad regẽ, quidquid postulassent ad ornatum pertinẽs, accipiebant, & vt eis placuerat, compositæ de triclinio feminarum ad regis cubiculũ transibant. * Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur manè, atq; inde in secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Susagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat : nec habebat potestatem ad regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eã venire iussisset ex nomine. * Euoluto autem tempore per ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abihail fratris Mardochæi, quã sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcumque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. * Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. * Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq; eam regnare in loco Vasthi. * Et iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & seruis suis, pro coniunctione & nuptiis Esther. Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. * Cumque secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis : * necdum prodiderat Esther patriam, & populum suum, iuxta mandatum eius. Quidquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther : & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutriebat. * Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine præsidebant : voluerunt que insurgere in regem, & occidere eum. * Quod Mardochæum non latuit, statimque nunciauit reginæ Esther ; & illa regi, ex nomine Mardochæi, qui ad se rem detulerat. * Quæsitum est, & inuentum : & appensus est vterque eorum in patibulo. Mandatumque est historiis, & annalibus traditum coram rege.

CAP. III.

POst hæc rex Assuerus exaltauit Aman filiũ Amadathi, qui erat de stirpe Agag : & posuit soliũ eius super omnes principes, quos habebat. * Cunctique serui regis, qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabãt Aman : sic enim præceperat eis imperator. solus Mardocheus nõ flectebat genu, neque adorabat eũ. * Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatij præsidebant : Cur præter ceteros non obseruas mandatũ regis? * Cumq; hoc crebriùs dicerent, & ille nollet audire, nunciauerunt Aman, scire cupientes vtrùm perseueraret in sententia : dixerat enim eis se esse Iudæũ. * Quod cùm audisset Aman, & experimento probasset quòd Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde, * & pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas : audierat enim quòd esset gentis Iudææ. magisque voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem. * Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnã, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici : & exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. * Dixitque Aman regi Assuero : Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, nouis vtens legibus & ceremoniis, insuper & regis scita contemnens. Et optimè nosti quòd non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam. * si tibi placet, decerne vt pereat, & decem millia ta-

lentorum appendam arcariis gazæ tuæ.
* Tulit ergo rex annulum, quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorum, *dixitq; ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum sit. de populo age quod tibi placet. * Vocatique sunt scribæ regis mense primo Nisan, tertiadecima die eiusdem mensis: & scriptum est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas regis, & iudices prouinciarũ, diuersarumque gentium, vt quæque gens legere posset, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Assueri: & litterę signatæ ipsius annulo, *missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos, à puero vsq; ad senem, paruulos & mulieres, vno die, hoc est, tertiodecimo mensis duodecimi, qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent. * Summa autem epistolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent, & pararẽt se ad prædictam diem.
* Festinabant cursores, qui missi erant, regis imperium explere. Statimq; in Susan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis, qui in vrbe erant, flentibus.

CAP. IIII.

QVæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, * & hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. * In omnibus quoque prouinciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro strato vtẽtibus. *Ingressæ autem sunt puellæ Esther & eunuchi, nunciaueruntque ei. Quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacco induerent eum: quam accipere noluit.
* Accitoque Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, præcepit ei vt iret ad Mardochæũ, & disceret ab eo cur hoc faceret. *Egressusq; Athach, iuit ad Mardocheum stantem in platea ciuitatis, ante ostium palatij: * qui indicauit ei omnia quæ acciderant, quo modo Aman promisisset, vt in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argẽtum. * exemplar quoque edicti, quod pendebat in Susan, dedit ei, vt reginæ ostenderet, & moneret eam, vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. *Regressus Athach, nunciauit Esther omnia, quæ Mardocheus dixerat. *Quæ respondit ei, & iussit vt diceret Mardocheo:
* Omnes serui regis, & cunctæ, quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, quòd siue vir, siue mulier, non vocatus, interius atrium regis intrauerit, absque vlla cunctatione statim interficiatur: nisi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Ego igitur quo modo ad rẽgem intrare potero, quæ triginta iã diebus nõ sum vocata ad eum? *Quod cùm audisset Mardochæus, * rursum mandauit Esther, dicens: Ne putes quòd animam tuam tantùm liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis: *si enim nunc siluerís, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui, peribitis. Et quis nouit, vtrùm idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? *Rursumq; Esther hæc Mardochæo verba mandauit: *Vade & congrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti & periculo.
*Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Esther præceperat.

CAP. V.

DIe autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra basilicã regis: at ille sedebat super solium suum in consistorio palatij contra ostiũ domus. *Cumq; vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam aureã, quam tenebat manu. Quæ accedens, osculata est summitatem virgæ eius. *Dixitq; ad eam rex: Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. *At illa respondit: Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium quod paraui. *Statimq; rex, Vocate, inquit, citò Aman, vt Esther obediat voluntati. Venerunt itaque rex & Aman ad conuiuium, quod eis regina parauerat. * Dixitque ei rex, postquam vinum

biberat

biberat abundanter: Quid petis vt detur tibi? & pro qua re postulas? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. * Cui respondit Esther: Petitio mea, & preces sunt istæ: * Si inueni in conspectu regis gratiã, & si regi placet vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionẽ: veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras apériam regi volũtatem meam. *Egressus est itaque illo die Aman lætus & alacer. Cumque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solùm non assurrexisse sibi, sed nec motũ quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde: * & dissimulata ira, reuersus in domũ suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam: * & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumq; turbam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset.
*Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum aliũ vocauit ad conuiuium cum rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. * Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias. *Responderuntq; ei, Zares vxor eius, & ceteri amici: Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic manè regi vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuit ei consilium, & iussit excelsam parari crucem.

CAP. VI.

NOctem illã duxit rex insomnem, iussitq; sibi afferri historias & annales priorum temporum. Quæ cùm illo præsente legerentur, * ventum est ad illum locum vbi scriptum erat, quo modo nunciasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium. *Quod cùm audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri: Nihil omnino mercedis accepit.
* Statimque rex, Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. *Respondentes pueri: Aman stat in atrio. Dixitque rex: Ingrediatur. *Cumq; esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quòd nullũ alium rex, nisi se, vellet honorare, *respondit: Homo, quem rex honorare cupit, * debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regiũ diadema super caput suum, *& primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcumq; voluerit rex honorare. * Dixitq; ei rex: Festina, & sumpta stola & equo, fac, vt locutus es, Mardocheo Iudęo, qui sedet ante fores palatij. Caue ne quidquã de his, quæ locutus es, prætermittas. *Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumq; Mardochæũ in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcumq; rex voluerit honorare. *Reuersusque est Mardochæus ad ianuã palatij: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite: * narrauitque Zares vxori suæ, & amicis, omnia quæ euenissent sibi. Cui respondérunt sapientes, quos habebat in consilio, & vxor eius: Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, nõ poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. *Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & citò eum ad conuiuium, quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

INtrauit itaque rex & Aman, vt biberent cum regina. *Dixitq; ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther vt detur tibi? & quid vis fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. *Ad quem illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro. *Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos & famulas venderemur: esset tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem.
*Respondensque rex Assuerus ait: Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? *Dixitque Esther: Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens.

* Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum. Aman quoque surrexit vt rogaret Esther reginā pro anima sua, intellexit enim à rege sibi paratum malum. *Qui cùm reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius. * Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo. *Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

CAP. VIII.

DIe illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman aduersarij Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther quòd esset patruus suus. *Tulitque rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem cōstituit Mardochæum super domum suam. *Nec his contenta, procidit ad pedes regis, fleuitque, & locuta ad eum orauit, vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. * At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur: illaque consurgens stetit ante eum, *& ait: Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro, vt nouis epistolis, veteres Aman litteræ, insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur. * Quo modo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei? * Respondit; rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo: Domū Aman concessi Esther, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos. * Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, regis nomine, signātes litteras annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis, quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatę erant, nemo auderet contradicere. * Accitisque scribis & librariis regis (erat autem tempus tertij mensis, qui appellatur Siban) vigesima & tertia die illius, scriptæ sunt epistolæ, vt Mardocheus voluerat, ad Iudæos, & ad principes, procuratoresq; & iudices, qui centum vigintiseptem prouinciis ab India vsque ad Æthiopiā præsidebant; prouinciæ atq; prouinciæ, populo & populo, iuxta linguas & litteras suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire. *Ipsæq; epistolæ, quę regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres litteras nouis nunciis præuenirēt. *Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos, cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus, interficerent atque delerent, & spolia eorum diriperent. *Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertiadecima mensis duodecimi Adar. *Summaque epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret, paratos esse Iudæos ad capiendā vindictam de hostibus suis. *Egressique sunt veredarij celeres nuncia perferentes, & edictum regis pependit in Susan. * Mardochæus autem, de palatio, & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & aëreis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnisque ciuitas exultauit, atque lætata est. * Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. * Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias, quocumque regis iussa veniebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies: in tantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & ceremoniis iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

CAP. IX.

IGitur duodecimi mensis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare. * Congregatique sunt per singulas ciuitates,

tates, oppida, & loca, vt extenderent manum contra inimicos & persecutores suos. Nullusque ausus est resistere, eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat. * Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisq; dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi: *quem principem esse palatij, & plurimum posse cognouerant: fama quoque nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. *Itaq; percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere: * in tantum vt etiam in Susan quingentos viros interficerent, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorum: quorū ista sunt nomina: *Pharsandatha, & Delphon, & Esphatha, *& Phoratha, & Adalia, & Aridath i, * & Phermesta, & Arisai, & Aridai, & Iezatha. * Quos cùm occidissent, prædas de substantiis eorum tangere noluerunt. *Statimque numerus eorum, qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est. *Qui dixit reginæ: In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeam? *Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas Iudæis, vt sicut fecerūt hodie in Susan, sic & cras faciant, & decem filij Aman in patibulis suspendantur. *Præcepitque rex vt ita fieret. Statimq; in Susan pependit edictum, & decem filij Aman suspēsi sunt. *Congregatis Iudæis quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est. *Sed & per omnes prouincias, quæ ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuagintaquinque millia occisorū implerentur, & nullus de substantiis eorum quidquam contingeret. * Dies autem tertiusdecimus mensis Adar, primus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerūt esse sollemnē, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. * At hi qui in vrbe Susan cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt sollemnem epularum atque lætitiæ. *Hi verò Iudæi, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularū & ciborum. *Scripsit itaq; Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad Iudæos, qui in omnibus regis prouinciis morabantur, tam in vicino positis, quàm procul, *vt quartamdecimam & quintamdecimā diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno sollemni celebrarent honore: *quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atq; tristitia in hilaritatem gaudiumq; conuersa sunt, essentq; dies isti epularum atque lętitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. *Susceperuntq; Iudæi in sollemnem ritum cuncta quę eo tempore facere cœperant, & quę Mardochæus litteris facienda mandauerat. * Aman enim, filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: & misit phur, quod nostra lingua vertitur in sortem. *Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius, litteris regis irriti fierent: & malum, quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Deniq; & ipsum & filios eius affixerunt cruci, *atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium: eo quòd phur, id est sors, in vrnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est libri huius, volumine continentur: *quæq; sustinuerunt, & quę deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absque sollemnitate transigere: quos scriptura testatur, & certa expetunt tempora, annis sibi iugiter succedentibus. *Isti sunt dies, quos nulla vmquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his ceremoniis obligata est. * Scripseruntque Esther regina filia Abihail & Mardochæus Iudæus, etiam secundam epistolam, vt omni studio dies

ista sollemnis sanciretur in posterum. * & miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum vigintiseptem prouinciis regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, * obseruantes Dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochæus & Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo, ieiunia & clamores, & Sortium dies, * & omnia, quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

CAP. X.

REx verò Assuerus, omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias: * cuius fortitudo & imperium, & dignitas atque sublimitas, qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum: * & quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autem, quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & litteris continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur: quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est veru prænotauimus.

* Dixitque Mardochæus: A Deo facta sunt ista. * Recordatus sum somnij, quod videram, hæc eadem significantis: nec eorum quidquam irritum fuit. * Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit: Esther est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam. * Duo autem dracones: ego sum, & Aman. * Gentes, quæ conuenerant: hi sunt, qui conati sunt delere nomẽ Iudæorum. * Gens autem mea: Israel est, quæ clamauit ad Dominum, & saluum fecit Dominus populum suum: liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atq; portenta inter Gentes: * & duas sortes esse præcepit, vnam Populi Dei, & alteram cunctarum Gentium. * Venitque vtraq; sors in statutum ex illo iam tempore diem coram Deo vniuersis gentibus: * & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hereditatis suæ. * Et obseruabuntur dies isti in mense Adar, quartadecima & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio & gaudio in vnũ cœtum populi cõgregati, in cunctas deinceps generationes populi Israel.

CAP. XI.

ANno quarto, regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt, Dositheus, qui se Sacerdotem & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius, hanc epistolam phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

* Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somnium Mardochæus filius Iairi, filij Semei, filij Cis, de tribu Beniamin: * homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ. * * Erat autẽ de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda: * & hoc eius somnium fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terram: * & ecce duo dracones magni, paratique contra se in prælium. * Ad quorum clamorẽ cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. * Fuitq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram. * Conturbataq; est gens iustorum timẽtium mala sua, & præparata ad mortem. * Clamaueruntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. * Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. * Quod cùm vidisset Mardochæus, & surrexisset de strato, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo scire cupiens quid significaret somnium.

4. Reg. 24. d. 15 Sup. 2. a. 6

CAP. XII.

MOrabatur autem eo tempore in aula regis, cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatij. * Cumq; intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentiùs perquisisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nunciauit super eo regi. * Qui de vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad

Sup. 2. d. 21 & 6. a. 2

mortem. * Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis: sed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit. * Præcepitque ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. * Aman verò filius Amadathi bugæus, erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo & populo eius, pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

Hucusque prooemium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptum est in volumine,

Et diripuerunt bona, vel substantias eorum.

Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

REx maximus Artaxerxes ab India vsq; Æthiopiam, centum vigintiseptem prouinciarum principibus & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutẽ. * Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potẽtiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos, vt absq; vllo terrore vitã silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. * Quærente autem me à consiliariis meis, quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapiẽtia & fide ceteros præcellebat, & erat post regem secũdus, Aman nomine, * indicauit mihi in toto orbe terrarũ populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium Gentium cõsuetudinem faciens, Regum iussa contemneret, & vniuersarum cõcordiam nationũ sua dissensione violaret. * Quod cùm didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis vti legibus, nostrisque iussionibus contraire, & turbare subiectarũ nobis prouinciarum pacem atque concordiam, * iussimus, vt quoscumque Aman, qui omnibus prouinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nulliusque eorum misereatur, quartadecima die duodecimi mensis Adar anni præsentis: * vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant.

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, vbi legitur,

Pergensque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther.

Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

* Mardochæus autẽ deprecatus est Dominum, memor omnium operum eius, * & dixit: Domine Domine rex omnipotẽs, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuę resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. * Tu fecisti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. * Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuę. * Cuncta nosti, & scis, quia non pro superbia & contumelia, & aliqua glorię cupiditate, fecerim hoc, vt non adorarẽ Aman superbissimum, * (libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem,) * sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarẽ, excepto Deo meo. * Et nunc Domine rex Deus Abraham, miserere populi tui, quia voluntnos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam delere. * Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto. * Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. * Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominum, eò quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIIII.

ESther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum, quod imminebat. * Cumque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis: omniaq; loca, in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit. * Et deprecabatur Dominum Deum Israel, dicens: Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. * Periculum meũ in manibus meis est. * Audiui à patre meo, quòd tu Domine tulisses Israel de cunctis Gentibus, & patres nostros

Deut. 4. c. 3

ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hereditatem sempiternam, fecistiq; eis sicut locutus es. *Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: * coluimus enim deos eorum. Iustus es Domine: *& nunc non eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentię deputantes, *volunt tua mutare promissa, & delere hereditatẽ tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, * vt aperiant ora Gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum. *Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cœpit sæuire, disperde. * Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciã Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis: *tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & trãsfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & ceteri qui ei consentiunt. * Nos autem libera manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam, * & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, & omnis alienigenæ. * Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, * & quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: *& numquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. *Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

CAP. XV.

Hæc quoq; addita reperi in editione vulgata.

ET mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua. *Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem: *& tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

* Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua. *Cumq; regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas, *& super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre nõ sustinens: * altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. *Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis, tristem celabat animũ, & nimio timore contractum. *Ingressa igitur cũcta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auroq; fulgens, & pretiosis lapidibus, eratq; terribilis aspectu. *Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, &, in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput. *Conuertitq; Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: *Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. * Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. * Accede igitur, & tange sceptrum. * Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris? * Quæ respondit: Vidi te domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. * Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. *Cumque loqueretur, rursus corruit, & penè exanimata est. *Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

CAP. XVI.

Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

REx magnus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam, centum viginti septem prouinciarum ducibus ac principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem dicit. *Multi bonitate principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: * & non solùm subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, moliuntur insidias. * Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. *Et in tantum vesaniæ proruperunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, *dum aures principũ simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. *Quæres & ex veteribus probatur historiis, & ex his quæ geruntur quotidie, quo modo malis quorumdam suggestionibus regum studia deprauentur. * Vnde prouidẽdum est paci omnium prouinciarum. * Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate; sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam. * Et vt manifestiùs, quod dicimus, intelligatis; "Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusq; à Persarum sanguine, & pietatẽ nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est: * & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus: * qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu. *Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, & consortem regni nostri Esther, cum omni gente sua, nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem: * hoc cogitans, vt illis interfectis, insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarũ transferret in Macedonas. * Nos autem, à pessimo mortalium Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed econtrariò iustis vtentes legibus, * & filios altissimi & maximi, semperq; viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsq; hodie custoditur. * Vnde eas litteras, quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas. *Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est, Susan, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei quod meruit. *Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis. * Quibus debetis esse admiculo, vt eos, qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. *hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium. * Vnde & vos, inter ceteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in posterum cognoscatur, * omnes, qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. * Omnis autem prouincia & ciuitas, quæ noluerit sollemnitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solùm hominibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

LIBER IOB.

CAPVT PRIMVM.

VIR erat in Terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo: *Natiõ; sunt ei septem filij, & tres filiæ. *Et fuit possessio eius, septem millia ouium, & tria millia camelorum, qu ingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter omnes Orientales. * Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent & biberent cum eis. *Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo

*Sup. 3. a. 1

diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.
* Quadam autem die, cùm venissent filij Dei vt assisterent coram Domino, B affuit inter eos etiam Satan. * Cui dixit A Dominus: Vnde venis? Qui respondens, ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. * Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? * Cui respondens Satan, ait: Numquid Iob frustra timet Deum? * nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? * Sed extende paululum manum B tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. * Dixit ergo C Dominus ad Satan: Ecce, vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Satan à facie Domini. * Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, * nuncius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, * & irruerunt Sabæi, C tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus vt nunciarem tibi. * Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerosque consumpsit, & effugi ego solus vt nunciarem tibi. * Sed & illo adhuc loquente, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt D gladio, & ego fugi solus vt nunciarem tibi. * Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, * repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quattuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos & mortui sunt, & effugi ego solus vt nunciarem tibi. * Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, * & dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. * " In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. * Eccli. 5. c. 14. 1. Tim. 6. b. 7.

CAP. II.

FActum est autem, cùm quadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius, * vt diceret Dominus ad Satan: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eã. * Et dixit Dominus ad Satan: Numquid cõsiderasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra.
* Cui respondens Satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: * alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi.
* Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua. * Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq; ad verticem eius: * qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. * Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo & morere. * Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. * Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. * Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum.
* Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, * & locutus est.
* Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Conceptus est homo. * Ier. 20. d. 14.
* Dies ille vertatur in tenebras, non

requirat

requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine.
* Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis, occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. * Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.
* Sit nox illa solitaria, nec laude digna:
* Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan:
* Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ:
* Quia non concluſit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. * Quare non in vulua mortuus fuſm, egressus ex vtero non statim perij?
* Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? * Nunc enim dormiens filerem, & somno meo requiescerem:
* Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines:
* Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento:
* Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.
* Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.
* Et quondam vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris.
* Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. * Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt? * qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum:
* Gaudentque vehementer cùm inuenerint sepulchrum.
* Viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris?
* Antequam comedam suspiro: & tamquam inundantes aquæ, sic rugitus meus:
* Quia timor, quem timebam, euenit mihi: & quod verebar accidit.
* Nónne dissimulaui? nónne silui? nónne quieui? & venit super me indignatio.

CAP. IIII.

REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit:
* Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
* Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti:
* Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti:
* Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.
* Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?
* Recordare obsecro te, quis vmquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt?
* Quin potiùs vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos,
* Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos:
* Rugitus leonis, & vox leænę, & dentes catulorum leonum contriti sunt.
* Tigris periit, eò quòd non haberet prædam, & catuli leonis dissipati sunt.
* Porrò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius.
* In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,
* Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt:
* Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.
* Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.
* " Numquid homo, Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? * Inf. 25. a. 4.
* " Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem: * Inf. 15. b. 15. 2. Pet. 2. a. 4.
* Quanto magis hi qui habitãt domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?
* De manè vsque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.
* Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & nõ in sapientia.

CAP. V.

VOca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.
* Verè stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.
* Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.
* Longè fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.
* Cuius messem famelicus comedet,

& ip-

& ipsum rapiet armatus,& bibent sitientes diuitias eus. *Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor. 6
* Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. 7 B
* Quam ob rem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum: 8
* Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero: 9
* Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa: 10
* Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate: * Qui dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorum quod cœperant: 11 12
*" Qui apprehendit sapientes in astutia eorum,& consiliũ prauorum dissipat: 13 C
* Per diem incurrent tenebras,& quasi in nocte sic palpabunt in meridie. 14
* Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. 15
* Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. 16
* Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationẽ ergo Domini ne reprobes: 17 C
* Quia ipse vulnerat,& medetur: percutit, & manus eius sanabunt. 18
* In sex tribulationibus liberabit te,& in septima non tanget te malum. 19
* In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. 20
* A flagello linguæ absconderis,& non timebis calamitatem cùm venerit. 21 D
* In vastitate & fame ridebis,& bestias terræ non formidabis. 22
* Sed cum lapidibus regionũ pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. 23
* Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum, & visitãs speciem tuam, non peccabis. 24
* Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. 25
* Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. 26
* Ecce, hoc, vt inuestigauimus,ita est: quod auditum, mente pertracta. 27

*" 1.Cor.3.d.19

Cap. VI.

REspondens autem Iob, dixit: 1
* Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui:& calamitas, quam patior, in statera. 2 A
* Quasi arena maris hæc grauior apparet: vnde & verba mea dolore sunt plena: 3
* Quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritũ meum, & terrores Domini militant contra me. 4
* Numquid rugiet onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos cùm ante præsepe plenum steterit? 5
* Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? 6 B
* Quæ prius nolebat tangere anima mea,nunc præ angustia,cibi mei sunt. 7
* Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto,tribuat mihi Deus? 8
*Et qui cœpit,ipse me conterat:soluat manum suam,& succîdat me? 9
* Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. 10
* Quæ est enim fortitudo mea vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam? 11
* Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. 12
* Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. 13 C
* Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. 14
* Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim trãsit in conuallibus. 15
* Qui timent pruinam, irruet super eos nix. 16
* Tempore, quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerit, soluentur de loco suo. 17
*Inuolutæ sunt semitę gressuũ eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. 18
* Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper. 19
* Confusi sunt, quia speraui: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt. 20
* Nunc venistis: & modò videntes plagam meam timetis. 21
* Numquid dixi: Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi? 22
* Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? 23 D
* Docete me, & ego tacebo: & siquid fortè ignoraui, instruite me. 24
* Quare detraxistis sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit qui possit arguere me? 25
* Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis, & in ventũ verba profertis. 26

* Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. 27
* Verumtamen quod cœpistis explete: præbete aurem,& videte an mentiar. 28 21
* Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate. 29
*Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. 30 1 A

Cap. VII.

MIlitia est vita hominis super terrã: & sicut dies mercenarij, dies eius. 1 A 3
*Sicut seruus desiderat vmbrã, & sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui: 2 4
*Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. 3 5
* Si dormiero,dicam: Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. 4 6 B
*Induta est caro mea putredine & sordibus puluueris, cutis mea aruit, & contracta est. 5 7
*Dies mei velociùs transierunt quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. 6 B
*Memẽto quia vẽtus est vita mea,& nõ reuertetur oculus meus vt videat bona. 7 9
* Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam. 8
*Sicut consumitur nubes,& pertransit: sic qui descẽderit ad inferos,nõ ascendet. 9
* Nec reuertetur vltrà in domũ suam, neque cognoscet eũ amplius locus eius. 10
* Quapropter & ego non parcam ori meo,loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ. 11 C
* Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? 12
* Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in strato meo: 13
*Terrebis me per somnia,& per visiones horrore concuties. 14
*Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. 15
*Desperaui,nequaquã vltrà iam viuam: parce mihi,nihil enim sunt dies mei. 16 D
*Quid est homo,quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? 17
*Visitas eum diluculo, & subitò probas illum: 18
*Vsquequo non parcis mihi,nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? 19
*Peccaui,quid faciam tibi ó custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? 20
* Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in puluere dormiam:& si manè me quæsieris, non subsistam. 21

Cap. VIII.

REspondens autem Baldad Suhites, dixit: 1
* Vsquequo loquêris talia, & spiritus multiplex sermones oris tui? 2
*Numquid Deus supplãtat iudiciũ?aut Omnipotens subuertit quod iustum est? 3
*Etiam si filij tui peccauerunt ei,& dimisit eos in manu iniquitatis suæ: 4
* Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus: 5
*Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: 6 B
*In tantũ,vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. 7
*Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam: 8
*" (Hesterni quippe sumus,& ignoramus quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram.) 9 *Psal.143.4.4 Inf.14.a.2
*Et ipsi docebunt te: loquentur tibi,& de corde suo proferent eloquia. 10
*Numquid virere potest scirpus absque humore?aut crescere carectũ sine aqua? 11 C
* Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: 12
*Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum,& spes hypocritæ peribit: 13
* Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. 14
*Innitetur super domum suam, & non stabit:fulciet eam,& non consurget: 15
* Humectus videtur antequam veniat Sol,& in ortu suo germẽ eius egredietur. 16
* Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. 17 D
* Si absorbuerit eum de loco suo,negabit eum, & dicet: Non noui te. 18
*Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur. 19
* Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis: 20
* Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. 21
*Qui oderunt te,induentur cõfusione: & tabernaculum impiorũ non subsistet. 22

CAP. IX.

ET respondens Iob, ait:
*Verè scio quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo.
* Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.
*Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?
* Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo.
*Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur.
*Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo:
*Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris.
*Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora austri. * Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.
*Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam.
*Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest: Cur ita facis?
*Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portãt orbem.
* Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?
*Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.
* Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.
*In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.
* Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus.
* Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere.
* Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.
*Etiã si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitę meæ.
* Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit.
*Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.
*Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. quòd si non ille est, quis ergo est?
* Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.
*Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam.
*Cùm dixero: Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.
* Verebar omnia opera mea, sciés quòd non parceres delinquenti. * Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui?
*Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ:
* Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.
* Neque enim viro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.
*Non est qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.
* Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat.
*Loquar, & non timebo eum: neque enim possum metuens respondere.

CAP. X.

TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittã aduersum me eloquiũ meum, loquar in amaritudine animæ meæ.
*Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices.
*Numquid bonũ tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuũ tuarum, & cõsilium impiorum adiuues?
* Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis?
*Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora,
*Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris?
*Et scias quia nihil impiũ fecerim, cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere.
*Manus tuę fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? *Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. * Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? * Pelle & carnibus vestisti me: ossibus & neruis compegisti me:
* Vitam & misericordiã tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritũ meum.
*Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris.
*Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? *Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria.
* Et propter superbiam quasi leænam capies me, reuersusque mirabiliter me crucias.

*Instau-

*Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.
*Quare de vulua eduxisti meus qui utinam consumptus essem ne oculus me videret.
*Fuissem quasi nõ essem, de vtero translatus ad tumulum.
*Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum:
*Antequam vadam & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine:
* Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

CAP. XI.

REspondens autem Sophar Naamathites, dixit:
*Numquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus iustificabitur?
* Tibi soli tacebunt homines? & cùm ceteros irriseris, à nullo confutaberis?
*Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.
*Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.
*Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius, & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.
*Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?
*Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?
*Longior terra mensura eius, & latior mari.
*Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?
*Ipse enim nouit hominũ vanitatem, & videns iniquitatem, nónne considerat?
*Vir vanus in superbiam erigitur, & tamquam pullum onagri se liberum natum putat.
*Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.
*Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia:
*Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & nõ timebis.
*Miseriæ quoque obliuiscēris, & quasi aquarum quæ præterierũt recordaberis.
*Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cùm te cõsumptum putaueris, orieris vt lucifer.
*Et habebis fiduciam, proposita tibi spe, & defossus securus dormies.
*Requiescēs, & nõ erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.
*Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ. *Leuit. 26. a. 5

CAP. XII.

REspondens autem Iob, dixit:
*Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?
*Et mihi est cor, sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc, quæ nostis, ignorat. *Inf. 20. a. 2
*Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deum & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas. *Prou. 14. a. 2
*Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.
*Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum.
*Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.
*Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris.
*Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit?
*In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis. *Psal. 34. a. 3
*Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, saporem?
*In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.
*Apud ipsum est sapiẽtia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.
*Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominẽ, nullus est qui aperiat. *Isa. 22. f. 22. Apoc. 3. b. 7
*Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram.
*Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.
*Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.
*Balteum regum dissoluit, & præcingit funes renes eorum.
*Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat:
*Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens.
*Effundit despectionem super principes, eos, qui oppressi fuerant, releuans.

*Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. 21 D
*Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. 23
*Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium: *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. 24 25

CAP. XIII.

ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. 1
*Secundùm scientiam vestram & ego noui: nec inferior vestri sum. A 2
*Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio: 3
*Priùs vos ostendẽs fabricatores mendacij, & cultores peruersorũ dogmatum. 4
*Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes. 5
*Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite. 6
*Numquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? B 3 7
*Numquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? *Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur vt homo, vestris fraudulentiis? 8 9
*Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. 10
*Statim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos. 11
*Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. B 6 12
*Tacete paulisper, vt loquar quodcumque mihi mens suggesserit, *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? 13 14
*Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: verumtamen vias meas in cõspectu eius arguam. *Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. *Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris. C 7 15 16 17
*Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar. 18
*Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor? 19
*Duo tantùm ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar: 20
*Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat. 21
*Voca me, & ego respondebo tibi: aut certè loquar, & tu responde mihi. 22
*Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi. 23
*Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? 24
*Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris: 25
*Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. 26
*Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti: 27
*Qui quasi putredo consumẽdus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. C 28

CAP. XIIII.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. 1
**Qui quasi flos egreditur & cõteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet. A 2 *Sup. 8. b. 9 *Psal. 143. d. 4
*Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? 3
**Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu qui solus es? 4 *Psal. 50. a. 4
*Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: cõstituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. 5
*Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius. B 6
*Lignum habet spẽ: si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. 7
*Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, 8
*Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cùm primùm plantatũ est: 9
*Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque cõsumptus, vbi quęso est? 10
*Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat: 11
*Sic homo cùm dormierit, non resurget; donec atteratur cælum, non euigilabit, nec consurget de somno suo. C 12
*Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & cõstituas mihi tempus, in quo recorderis mei? 13
*Putásne mortuus homo rursum viuat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. 14
*Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarũ porriges dexteram. 15

**Tu

*Prou. 5. d. 21 **Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. 16
*Signasti quasi in sæculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam. 17 D
*Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. 18
*Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes. 19
*Roborasti eum paululum vt in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum. 20
*Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget. 21
*Attamen caro eius dum viuet dolebit, & anima illius super semetipso lugebit. 22

CAP. XV.

REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit: 1
*Numquid sapiens respõdebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? A 2
*Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit. 3
*Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo. 4
*Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. 5
*Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi. 6
*Numquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? 7
*Numquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? 8
*Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? 9
*Et senes & antiqui sunt in nobis, multo vetustiores quàm patres tui. *Eccl. 12. b. 8 B 10
*Numquid grande est vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibẽt. 11
*Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? 12
*Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusce modi sermones? 13
*Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? 14
**Ecce inter sanctos eus nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. *Sup. 4. d. 18 15
*Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquã iniquitatẽ? 16
*Ostendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi. C 17
*Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. 18
*Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos. 19
*Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. 20
*Sonitus terroris semper in auribus illius: & cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur. 21
*Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium. 22
*Cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. 23
*Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prœlium. 24
*Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. 25
*Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. 26
*Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. D 27
*Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. 28
*Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam. 29
*Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. 30
*Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit. 31
*Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius arescent. 32
*Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem uum. 33
*Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. 34
**Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. *Isa. 59. a. 4 *Psal. 7. d. 15 35

CAP. XVI.

RESpondens autem Iob, dixit: 1
*Audiui frequenter talia, consolatores onerosi omnes vos estis. A 2
*Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris? *Poteram & ego similia vestri loqui: atque vtinam esset anima vestra pro anima mea: 3 4
*Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos: 5

*Roborarem vos ore meo:& mouerem labia mea,quasi parcens vobis. 6
*Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. 7
* Nunc autem oppressit me dolor meus,& in nihilum redacti sunt omnes artus mei. 8
*Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi. 9
*Collegit furorem suum in me,& comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. 10
*Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserũt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. 11
*Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. 12
*Ego ille quondam opulentus, repentè contritus sum:tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum. 13
*Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea. 14
*Concîdit me vulnere super vulnus,irruit in me quasi gigas. 15
*Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. 16
*Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. 17
* Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces. 18
*Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. 19
*Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. 20
* Verbosi amici mei: ad Deum stillat oculus meus. 21
*Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. 22
*Ecce enim breues anni transeũt,& semitam,per quam non reuertar, ambulo. 23

CAP. XVII.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur,& solum mihi superest sepulchrum. 1
* Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. 2
*Libera me Domine,& pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet contra me. 3
*Cor eorum longè fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. 4
*Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient. 5
*Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis. 6
* Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. 7
*Stupebunt iusti super hoc,& innocens contra hypocritam suscitabitur. 8
*Et tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. 9
*Igitur omnes vos conuertimini,& venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem. 10
*Dies mei trãsierunt,cogitationes meę dissipatæ sunt, torquentes cor meum. 11
* Noctem verterunt in diem,& rursum post tenebras spero lucem. 12
*Si sustinuero,infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum. 13
*Putredini dixi: Pater meus es; mater mea,& soror mea, vermibus. 14
* Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat? 15
*In profundissimum infernum descendent omnia mea: putásne saltem ibi erit requies mihi? 16

CAP. XVIII.

REspondens autem Baldad Suhites, dixit: 1
*Vsque ad quem finem verba iactabitis: intelligite priùs,& sic loquamur. 2
*Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram vobis? 3
*Qui perdis animam tuam in furore tuo,numquid propter te derelinquetur terra,& transferentur rupes de loco suo? 4
*Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? 5
*Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est, extinguetur. 6
*Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. 7
*Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. 8
*Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. 9
*Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. 10
*Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius. 11
*Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. 12

*Deuoret

*Deuoret pulchritudiné cutis eius,consumat brachia illius primogenita mors. 13
*Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius,& calcet super eum, quasi rex, interitus. 14
*Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. 15
*Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. 16
1 Psal. 2. & 11 **Memoria illius pereat de terra,& non celebretur nomen eius in plateis. 17
*Expellet eum de luce in tenebras,& de orbe transferet eum. *Non erit semen eius neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. 18 19
*In die eius stupebunt nouissimi,& primos inuadet horror. 20
*Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum. 21

CAP. XIX.

REspondens autem Iob, dixit: 1
*Vsquequo affligitis animã meam, & atteritis me sermonibus? 2
*En,decies confunditis me,& non erubescitis opprimentes me. 3
*Nempe, etsi ignoraui, mecum erit ignorantia mea. 4
*At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. 5
*Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me,& flagellis suis me cinxerit. 6
*Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet:vociferabor,& nõ est qui iudicet. 7
*Semitam meã circumsepsit,& transire nõ possũ,& in calle meo tenebras posuit. 8
*Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. 9
*Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. 10
*Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum. 11
*Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. 12
*Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. 13
*Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant,obliti sunt mei. 14
*Inquilini domus meę,& ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me,& quasi peregrinus fui in oculis eorum. 15
*Seruum meum vocaui,& non respondit,ore proprio deprecabar illum. 16
*Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. 17
*Stulti quoque despiciebant me,& cùm ab eis recessissem,detrahebant mihi. 18
*Abominati sunt me quondam consiliarij mei: & quem maximè diligebam, auersatus est me. 19
*Pelli meæ,consumptis carnibus,adhęsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. 20
*Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. 21
*Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? 22
* Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei?quis mihi det vt exarentur in libro *stylo ferreo,& plumbi lamina,vel celte sculpantur in silice? 23 24
*Scio enim quòd Redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum: 25
*Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. 26
*Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt,& non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo. 27
*Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? 28
*Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium. 29

CAP. XX.

REspondens autem Sophar Naamathites, dixit: 1
*Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi,& mens in diuersa rapitur. 2
*Doctrinam,qua me arguis,audiam, & spiritus intelligẽtię meę respõdebit mihi. 3
*Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, 4
*Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. 5
*Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius,& caput eius nubes tetigerit: 6
*Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant,dicent: Vbi est? 7
*Velut somnium auolans non inuenietur,transiet sicut visio nocturna. 8
*Oculus,qui eum viderat, non videbit, neque vltrà intuebitur eum locus suus. 9
*Filij eius atterentur egestate,& manus illius reddent ei dolorem suum. 10
*Ossa eius implebũtur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. 11
* Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. 12

*Parcet illi, & non derelinquet illud,& celabit in gutture suo. 13
*Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. 14
*Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. 15
*Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. *(Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.) 16 17 C
*Luet quę fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit. 18
*Quoniam cõfringens nudauit paupere: domum rapuit, & nõ ędificauit eam. 19
[a] Eccl. 5. c. 9 **Nec est satiatus venter eius: & cùm habuerit quæ concupierat, possidere non poterit. 20
*Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. 21
*Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. 22
*Vtinam impleatur vẽter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. 23
*Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. 24 D
*Eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent & venient super eum horribiles. 25
*Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo. 26
*Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. 27
*Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. 28
*Hæc est pars hominis impij à Deo, & hereditas verborum eius à Domino. 29

Cap. xxi.

Respondens autem Iob, dixit: 1
*Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam. 2 A
*Sustinete me, & ego loquar, & post mea, si videbitur, verba ridete. 3
*Numquid contra hominem disputatio mea est, vt meritò non debeã contristari? 4
*Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro: 5
*Et ego quãdo recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor. 6
[a] Ier. 12. a. 1. Abac. 1. a. 3 **Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? 7
*Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum. 8
*Domus eorum securę sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. 9 B
*Bos eorum cõcepit, & non abortiuit: vacca peperit, & nõ est priuata fœtu suo. 10
*Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. 11
*Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. 12
*Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. 13
*Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. 14
[a] Malac. 3. d. 14 **Quis est Omnipotens vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum? 15
*Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. 16
*Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui? 17 C
*Erunt sicut paleę ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. 18
*Deus seruabit filiis illius dolorem patris: & cùm reddiderit, tunc sciet. 19
*Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore Omnipotentis bibet. 20
*Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? & si numerus mensium eius dimidietur? 21
*Numquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? 22
*Iste moritur robustus & sanus, diues & felix. *Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur: 23 24
*Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus: 25
*Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. 26 D
*Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. 27
*Dicitis enim: Vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorum? 28
*Interrogate quemlibet de viatoribus, & hęc eadẽ illum intelligere cognoscetis. 29
*Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. 30
*Quis arguet coram eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi? 31
*Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. 32
*Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. 33
*Quomodo igitur consolamini me frustra, cùm responsio vestra repugnare ostensa sit veritati? 34

Cap. xxii.

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: 1 A
*Numquid Deo potest comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scientiæ? 2
*Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua? 3
*Numquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium, 4
*Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? 5
*Abstulisti enim pignus fratrum tuorũ sine causa, & nudos spoliasti vestibus. 6
*Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. 7
*In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potẽtissimus obtinebas eam. 8 B
*Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti. 9
*Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. 10
*Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri? 11
*An non cogitas quòd Deus excelsior cęlo sit, & super stellarum verticem sublimetur? 12
*Et dicis: Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. 13
*Nubes latibulum eius, nec nostra cõsiderat, & circa cardines cæli perambulat. 14
*Numquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui? 15
*Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum: 16 C
*Qui dicebant Deo: Recede à nobis: & quasi nihil posset facere Omnipotens, æstimabant eum: 17
*Cùm ille implesset domos eorum bonis: quorum sententia procul sit à me. 18
[a] Psal. 106. d. 42 **Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos. 19
*Nónne succisa est erectio eorum, & rèliquias eorum deuorauit ignis? 20
*Acquiesce igitur ei, & habeto pacem; & per hæc habebis fructus optimos. 21
*Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo. 22
*Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. 23 D
*Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. 24
*Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. 25
*Tunc super Omnipotentẽ deliciis affluues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. 26
*Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. 27
*Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen. 28
[a] Prou. 29. d. 23 **Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. 29
*Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum. 30

Cap. xxiii.

Respondens autem Iob, ait: 1
*Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. 2 A
Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? 3
*Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus. 4
*Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. 5
*Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. 6 B
*Proponat ęquitatem cõtra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum. 7
*Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum. 8
*Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum: si me vertam ad dexteram, non videbo illum. 9 C
*Ipse verò scit viam meam, & probauit me quasi aurum, quod per ignem trãsit: 10
*Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. 11
*A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius. 12
*Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcumque voluit, hoc fecit. 13 D
*Cùm expleuerit in me voluntatem suã, & alia multa similia præsto sunt ei. 14
*Et idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore solicitor. 15
*Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me. 16
*Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meã operuit caligo. 17

Cap. xxiiii.

AB Omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. 1 A

*Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges,& pauerunt eos.
*Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ.
*Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ.
*Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum:vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.
*Agrum non ſuũ demetunt: & vineam eius,quem vi oppreſſerint,vindemiant.
*Nudos dimittunt homines,indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore:
*Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexãtur lapides.
*Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerunt.
*Nudis & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas.
*Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.
*De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.
*Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias eius,nec reuerſi ſunt per ſemitas eius.
*Mane primo conſurgit homicida, interficit egenũ & pauperem: per noctem verò erit quaſi fur.
*Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicẽs:Non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum.
*Perfodit in tenebris domus, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem.
*Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.
*Leuis eſt ſuper faciem aquæ: maledicta ſit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum.
*Ad nimium ealorem tranſeat ab aquis niuium,& vſque ad inferos peccatum illius.
*Obliuiſcatur eius miſericordia: dulcedo illius vermes: non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum.
*Pauit enim ſterilem,quæ non parit,& viduæ bene non fecit.
*Detraxit fortes in fortitudine ſua: & cùm ſteterit,non credet vitæ ſuæ.
*Apoc. 2. f. 21 *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam: oculi autem eius ſunt in viis illius.

*Eleuati ſunt ad modicum,& non ſubſiſtent,& humiliabuntur ſicut omnia,& auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur.
*Quod ſi non eſt ita, quis me poteſt arguere eſſe mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

CAP. XXV.

RESpondens autem Baldad Suhites, dixit:
*Poteſtas & terror apud eum eſt, qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.
*Numquid eſt numerus militum eius? & ſuper quem non ſurget lumen illius?
*Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?
*Ecce luna etiam non ſplendet,& ſtellę non ſunt mundæ in conſpectu eius:
*Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

CAP. XXVI.

RESpondens autem Iob,dixit:
*Cuius adiutor es? numquid imbecillis? & ſuſtentas brachium eius, qui non eſt fortis?
*Cui dedifti conſilium?forſitan illi, qui non habet ſapientiam, & prudentiam tuam oſtendiſti plurimam.
*Quem docere voluiſti?nónne eum,qui fecit ſpiramentum?
*Ecce gigantes gemunt ſub aquis,& qui habitant cum eis.
*Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni.
*Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum, & appẽdit terram ſuper nihilum.
*Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.
*Qui tenet vultum ſolij ſui,& expandit ſuper illud nebulam ſuam.
*Terminum circumdedit aquis, vſque dum finiantur lux & tenebræ.
*Columnæ cæli contremiſcunt,& pauent ad nutum eius.
*In fortitudine illius repentè maria congregata ſunt, & prudentia eius percuſſit ſuperbum.
*Spiritus eius ornauit cælos: & obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.
*Ecce,hæc ex parte dicta ſunt viarum eius: & cùm vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

CAP.

CAP. XXVII.

ADdidit quoque Iob,aſſumens parabolam ſuam,& dixit:
*ViuitDeus,qui abſtulit iudiciũ meum, & Omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam.
*Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis,
*Non loquẽtur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mẽdacium.
*Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.
*Iuſtificationem meam,quam cœpi tenere, non deſeram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.
*Sit vt impius,inimicus meus:& aduerſarius meus quaſi iniquus.
*Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat,& non liberet Deus animam eius?
*Numquid Deus audiet clamorem eius cùm venerit ſuper eum anguſtia?
*Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?
*Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat,nec abſcondam.
*Ecce, vos omnes noſtis, & quid ſine cauſa vana loquimini?
*Hęc eſt pars hominis impij apudDeũ, & hereditas violentorum,quam ab Omnipotente ſuſcipient.
*Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane.
*Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabũt.
*Si comportauerit quaſi terrã argentũ, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta:
*Præparabit quidem,ſed iuſtus veſtietur illis: & argentum innocens diuidet.
*Ædificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum.
*Pſal. 48. d. 18 **Dives cùm dormierit,nihil ſecũ auferet: aperiet oculos ſuos,& nihil inueniet.
*Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas.
*Tollet eum ventus vrens,& auferet,& velut turbo rapiet eum de loco ſuo.
*Et mittet ſuper eum,& non parcet:de manu eius fugiens fugiet.
*Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum,intuens locum eius.

CAP. XXVIII.

HAbet argentum, venarum ſuarum principia:& auro locus eſt, in quo conflatur.
*Ferrum de terra tollitur: & lapis ſolutus calore,in æs vertitur.
*Tempus poſuit tenebris, & vniuerſorum finem ipſe conſiderat,lapidem quoque caliginis,& vmbram mortis.
*Diuidit torrens à populo peregrinante,eos quos oblitus eſt pes egentis hominis,& inuios.
*Terra, de qua oriebatur panis in loco ſuo,igni ſubuerſa eſt.
*Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.
*Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis.
*Non calcauerunt eam filij inſtitorum, nec pertranſiuit per eam leæna.
*Ad ſilicem extendit manum ſuam, ſubuertit à radicibus montes.
*In petris riuos excidit, & omne pretioſum vidit oculus eius.
*Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt,& abſcondita in lucem produxit.
*Sapientia verò vbi inuenitur?& quis eſt locus intelligentiæ?
*Neſcit homo pretium eius,nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.
*Abyſſus dicit: Non eſt in me:& mare loquitur:Non eſt mecum.
*Sap.7.c.9 **Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius.
*Non conferetur tinctis Indiæ coloribus,nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro.
*Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri:
*Excelſa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem ſapientia de occultis.
*Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia,nec tincturæ mundiſſimæ componetur.
*Vnde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ?
*Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium,volucres quoque cæli latet.
*Perditio & mors dixerunt: Auribus noſtris audiuimus famam eius.
*Deus intelligit viam eius,& ipſe nouit locum illius.
*Ipſe enim fines mundi intuetur: & omnia,quæ ſub cælo ſunt,reſpicit.
*Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.
*Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis ſonantibus:

*Tunc

*Tunc viditillam, & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit. 27
*Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia. 28

CAP. XXIX.

ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit: 1 A
*Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundùm dies quibus Deus cuſtodiebat me? 2
*Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? 3
*Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo? 4
*Quando erat Omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei? 5
*Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? 6
*Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabāt cathedrā mihi? 7 B
*Videbant me iuuenes, & abſcōdebantur: & ſenes aſſurgentes ſtabant. 8
*Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo. 9
*Vocem ſuam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. 10
*Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi. 11
*Eò quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillū, cui non eſſet adiutor. 12
*Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. 13 C
*Iuſtitia indutus ſum: & veſtiui me, ſicut veſtimento & diademate, iudicio meo. 14
*Oculus fui cæco, & pes claudo. 15
*Pater eram pauperū: & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. 16
*Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. 17
*Dicebamque: In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. 18
*Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea. 19
*Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. 20 D
*Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum. 21
*Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. 22
*Expectabant me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. 23
*Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. 24
*Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumq; ſederem quaſi rex, circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. 25

CAP. XXX.

NVnc autem deriſent me iuniores tempore, quorū non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: 1 A
*Quorum virtus manuū mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabantur indigni. 2
*Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine, ſquallentes calamitate & miſeria. 3
*Et mandebant herbas, & arborū cortices, & radix iuniperorū erat cibus eorum. 4
*Qui de conuallibus iſta rapientes, cùm ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant. 5
*In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream. 6
*Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant. 7 B
*Filij ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. 8
*Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium. 9
*Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciē meā conſpuere nō verentur. 10
*Pharetram enim ſuam aperuit, & affixit me, & frenum poſuit in os meum. 11
*Ad dexteram orientis calamitates meę illicò ſurrexerunt: pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. 12
*Diſſipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium. 13
*Quaſi rupto muro, & aperta ianua, irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. 14 C
*Redactus ſum in nihilum: abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum: & velut nubes pertranſiit ſalus mea. 15
*Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis. 16
*Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt. 17
*In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me. 18
*Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri. 19

*Clamo

*Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me. 20
*Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. 21
*Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me validè. 22
*Scio quia mórti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. 23 D
*Verumtamen non ad cōſumptionem eorum emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. 24
*Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. 25
*Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ. 26
*Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. 27
*Mœrens incedebam, ſine furore; conſurgens, in turba clamabam. 28
*Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. 29
*Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ æumate. 30
*Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. 31

CAP. XXXI.

PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. 1 A
*Quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hereditatem Omnipotens de excelſis? 2
*Numquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam? 3
*Nónne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? 4
*Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus: 5
*Appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam. 6
*Si declinauit greſſus meus de via, & ſecutum eſt oculos meos cor meum, & ſi manibus meis adhæſit macula: 7
*Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur. 8
*Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtiū amici mei inſidiatus ſum: 9
*Scortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij. 10 B
*Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. 11
*Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. 12
*Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cùm diſceptarent aduerſum me. 13
*Quid enim faciam cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quęſierit, quid reſpondebo illi? 14
*Numquid non in vtero fecit me qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus? 15
*Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. 16
*Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea: 17
*(Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.) 18
*Si deſpexi pereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem: 19
*Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt: 20 C
*Si leuaui ſuper pupillū manū meam, etiam cùm viderē me in porta ſuperiorē: 21
*Humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur. 22
*Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. 23
*Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: Fiducia mea. 24
*Si lętat' ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. 25
*Si vidi ſolem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè: 26
*Et lętatum eſt in abſcondito cor meū, & oſculatus ſum manū meā ore meo. 27
*Quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum. 28
*Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quòd inueniſſet eum malum. 29
*Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. 30 D
*Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt ſaturemur? 31
*Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. 32
*Si abſcōdi quaſi homo peccatū meum, & celaui in ſinu meo iniquitatē meam. 33
*Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me: & nō magis tacui, nec egreſſus ſum oſtium. 34
*Quis mihi tribuat auditorem, vt deſiderium meum audiat Omnipotens: & librum ſcribat ipſe qui iudicat. 35

*Vt

*Vt in humero meo portem illũ, & circumdem illum quasi coronam mihi? 36
*Per singulos gradus meos pronũciabo illum, & quasi principi offeram eum. 37
*Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent: 38
*Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi: 39
*Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. 40

Finita sunt verba Iob.

CAP. XXXII.

OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eò quòd iustus sibi videretur. 1 A
*Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eò quòd iustum se esse diceret coram Deo. 2
*Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eò quòd non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. 3
*Igitur Eliu expectauit Iob loquẽtem: eò quòd seniores essent qui loquebãtur. 4
*Cùm autẽ vidisset quòd tres respondere non potuissent, iratus est vehementer. 5 B
*Respondensque Eliu filius Barachel Buzites dixit: 6
Iunior sum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demisso capite, veritus sum vobis indicare meam sententiam. 7
*Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. 8
*Sed, vt video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. 9
*Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. 10
*Ideo dicam: Audite me, ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. C
*Expectaui enim sermones vestros, audiui prudẽtiam vestram, donec discepta-remini sermonibus: 11
*Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed, vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius. 12
*Ne fortè dicatis: Inuenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo. 13
*Nihil locutus est mihi, & ego non secundùm sermones vestros respõdebo illi. 14
*Extimuerunt, nec responderunt vltrà, abstuleruntque à se eloquia. 15

*Quoniam igitur expectaui, & no sunt locuti: steterunt, nec vltrà responderunt: 16 D
*Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam. 17
*Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. 18
*En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit. 19
*Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo. 20
*Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo. 21
*Nescio enim quàm diu subsistam, & si post modicum tollat me Factor meus. 22

CAP. XXXIII.

AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. 1 A
*Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis. 2
*Simplici corde meo sermones mei, & sententiam puram labia mea loquentur. 3
*Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. 4
*Si potes, responde mihi, & aduersus faciem meam consiste. 5
*Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & eodem luto ego quoque formatus sum. 6 7
*Verũtamen miraculũ meũ non te terreat, & eloquẽtia mea non sit tibi grauis. 8
*Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui: 9
*Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me. B
*Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. 10
*Posuit in nervo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. 11
*Hoc est ergo, in quo non es iustificatus: respondebo tibi, quia maior sit Deus homine. 12
*Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi? 13
*Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit. 14
*Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: 15
*Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, 16 C
*Vt auertat hominem ab his quæ facit, & liberet eum de superbia: 17
*Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladium. 18
*Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. 19

*Abo-

*Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis. 20
*Tabescet caro eius; & ossa, quæ tecta fuerant, nudabuntur. 21
*Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. 22
*Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem: 23
*Miserebitur eius, & dicet: Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier. 24
*Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. 25
*Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. 26 D
*Respiciet homines, & dicet: Peccaui, & verè deliqui, &, vt eram dignus, non recepi. 27
*Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. 28
*Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos. 29
*Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. 30
*Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor. 31
*Si autem habes quod loquaris, respondemihi, loquere: volo enim, te apparere iustum. 32
*Quòd si non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam. 33

CAP. XXXIIII.

PRonuncians itaque Eliu, etiam hæc locutus est: 1 A
*Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me: 2
*Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. 3 *Sup. 12. 6. 11
*Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. 4
*Quia dixit Iob: Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum. 5
*In iudicando enim me, mẽdacium est: violẽta sagitta mea absque vllo peccato. 6
*Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam: 7
*Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis? 8
*Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. 9
*Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. 10
*Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. 11 B

*Verè enim Deus nõ condẽnabit frustrà, nec Omnipotẽs subuertet iudicium. 12
*Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? 13
*Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. 14
*Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. 15
*Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei. 16
*Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum, qui iustus est, in tantum condemnas? 17
*Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios: 18
*Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cùm disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi. 19 *Deut. 10. d. 17 2. Par. 19. b. 7 Sap. 6. b. 8 Eccli. 35. b. 16 Rom. 2. b. 11 Gal. 2. b. 6 Ephes. 6. b. 9 Col. 3. d. 26 Act. 10. e. 34 1. Pet. 1. e. 17
*Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertansibunt, & auferent violentum absque manu. 20
*Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. 21 C
* Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. 22
*Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium. 23
*Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. 24
*Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur. 25
*Quasi impios percussit eos in loco videntium. 26
*Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt: 27
*Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. 28
*Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum & super gentes & super omnes homines? 29 D
*Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 30
*Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. 31
*Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam. 32
*Numquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego; quòd si quid nosti melius loquere. 33
*Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. 34

*Iob

*Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. 35
*Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis. 36
*Quia addit super peccata sua blasphemiam, inter nos interim constringatur: & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum. 37

CAP. XXXV.

IGitur Eliu hæc rursum locutus est: 1
*Numquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres: Iustior sum Deo? 2 A
*Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero? 3
*Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. 4
*Suspice cælum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te sit. 5 B
*Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? 6
*Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? 7 C
*Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. 8
*Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. 9 C
*Et non dixit: Vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? 10
*Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos. 11
*Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum. 12
*Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotēs causas singulorū intuebitur. 13 D
*Etiam cùm dixeris: Non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum. 14
*Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè. 15
*Ergo Iob frustrà aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat. 16

CAP. XXXVI.

ADdens quoque Eliu, hæc locutus est: 1
*Sustine me paululū, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. 2 A
*Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. 3
*Verè enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. 4
*Deus potentes non abiicit, cùm & ipse sit potens. 5

*Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. 6
*Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. 7
*Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis: 8 B
*Indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt. 9
*Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. 10
*Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria: 11
*Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia. 12
*Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cū vincti fuerint. 13
*Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos. 14
*Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. 15
*Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. 16 C
*Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. 17
*Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. 18
*Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine. 19
*Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis. 20
*Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam. 21
*Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. 22
*Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem? 23
*Memento quòd ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. 24 D
*Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul. 25
*Ecce, Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inæstimabilis. 26
*Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum. 27
*Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper. 28
*Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, 29

*Et

*Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. 30
*Per hęc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. 31
*In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat. 32
*Annunciat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eā possit ascēdere. 33

CAP. XXXVII.

SVper hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo. 1 A
*Audite auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedētem. 2
*Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. 3
*Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ; & non inuestigabitur, cùm audita fuerit vox eius. 4
*Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. 5
*Qui præcipit niui vt descendat in terram, & hiemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. 6 B
*Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. 7
*Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur. 8
*Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus. 9
*Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ funduntur aquæ. 10
*Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. 11
*Quæ lustrant per circuitum, quoeumque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciem orbis terrarum: 12 B
*Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocumque loco misericordię suę eas iusserit inueniri. 13 C
*Ausculta hæc Iob: sta, & considera mirabilia Dei. 14
*Numquid scis quando præceperit Deus pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius? 15
*Numquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? 16
*Nónne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? 17
*Tu forsitan cum eo fabricatus es cęlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. 18
*Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris. 19 D
*Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. 20
*At nunc non vident lucem: subitò 21 C

aër cogētur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.
*Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio. 22
*Dignè eum inuenire non possumus: magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. 23
*Ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. 24

CAP. XXXVIII.

RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit: 1 A
*Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? 2
*Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & respondē mihi. 3
*Vbi eras quando ponebā fundamēta terræ? indica mihi si habes intelligentiā. 4
*Quis posuit mēsuras eius, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? 5
*Super quo bases illius solidatę sunt? aut quis demisit lapidem angularē eius, 6
*Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? 7
*Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens: 8
*Cùm ponerem nubem vestimētum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? 9
*Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia; 10
*Et dixi: Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos. 11 B
*Numquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? 12
*Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? 13 C
*Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum: 14
*Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur. 15
*Numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? 16
*Numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? 17
*Numquid considerasti latitudinem terræ? indica mihi, si nosti, omnia, 18
*In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit: 19
*Vt ducas vnumquodq; ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius. 20
*Sciebas tunc quòd nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras? 21 C

* Numquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? 22 5
* Quæ preparaui in tempus hoſtis, in diem pugnę & belli? 23 6
* Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? 24 7
* Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, 25 8
* Vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur, 26 9
* Vt impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes? 27 10
* Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris? 28 11
* De cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit? 29 12
* In ſimilitudinẽ lapidis aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur. 30 D 13
* Numquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare? 31 14
* Numquid producis Luciferum in tempore ſuo, & Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis? 32 15
* Numquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? 33 C 16
* Numquid eleuabis in nebula vocẽ tuam, & impetus aquarum operiet te? 34 17
* Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Adſumus? 35 18
* Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? 36 19
* Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? 37 20
* Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur? 38 21
* Numquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis, 39 22
* Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur? 40 23
* Pſal. 146. b. 9 * Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamãt ad Deum, vagantes, eò quòd non habeant cibos? 41 24

CAP. XXXIX.

NVmquid noſti tempus partus ibicum in petris, vel parturiẽtes ceruas obſeruaſti? 1 A 25
* Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? 2 26
* Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. 3 27
* Separantur filij earum, & pergunt ad paſtum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas. 4 28
* Quis dimiſit onagrum liberũ, & vincula eius quis ſoluit? 5 29
* Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis. 6 30
* Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. 7 B 31
* Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit. 8
* Numquid volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? 9
* Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te? 10
* Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? 11
* Numquid credes illi quòd ſemẽtem reddat tibi, & aream tuam congreget? 12
* Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, & accipitris. 13
* Quando derelinquit ouа ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea? 14
* Obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. 15
* Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui, friuſtra laborauit nullo timore cogente. 16 C
* Priuauit enim eã Deus ſapientia, nec dedit illi intelligentiam. 17
* Cùm tẽpus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & aſcenſorem eius. 18
* Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circũdabis collo eius hinnitũ? 19
* Numquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? gloria narium eius terror. 20
* Terram vngula fodit, exultat audacter: in occurſum pergit armatis. 21
* Contemnit pauorẽ, nec cedit gladio. 22
* Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta & clypeus. 23
* Feruens & fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem. 24
* Vbi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellũ, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. 25
* Numquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum? 26 D
* Numquid ad præceptũ tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidũ ſuũ? 27
* In petris manet, & in præruptis ſilicibus cõmoratur, atq; in aceſſis rupibus. 28
* Inde contemplatur eſcam, & de longè oculi eius proſpiciunt. 29
* Pulli eius lambent ſanguinem: & vbicumque cadauer fuerit, ſtatim adeſt. 30
* Et adiecit Dñs, & locutus eſt ad Iob: 31

* Num-

* Numquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquieſcit? vtique qui arguit Deum, debet reſpondere ei. 32 22
* Reſpondens autem Iob Domino, dixit: 33 23
* Qui leuiter locutus ſum, reſpondere quid poſſum? manum meam ponam ſuper os meum. 34 24
* Vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem; & alterum, quibus vltrà non addam. 35 25

CAP. XL.

REſpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit: 1 A 26
* Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi. 2 27
* Numquid irritum facies iudicium meũ: & condẽnabis me, vt tu iuſtificeris? 3 28
* Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas? 4 29
* Circumda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. 5 30
* Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia. 6 31
* Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo. 7 B 32
* Abſconde eos in puluere ſimul, & ſi cies eorum demerge in foueam: 8 33
* Et ego confitebor quòd ſaluare te poſſit dextera tua. 9 34
* Ecce, Behemoth, quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet: 10 35
* Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. 11
* Stringit caudam ſuam quaſi cedrum, nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. 12
* Oſſa eius velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. 13
* Ipſe eſt principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium eius. 14 C
* Huic montes herbas ferunt: omnes beſtiæ agri ludent ibi. 15
* Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus. 16
* Protegunt vmbrę vmbram eius, circumdabunt eum ſalices torrentis. 17
* Ecce, abſorbebit fluuium, & nõ mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. 18
* In oculis eius quaſi hamo capiet eũ, & in ſudibus perforabit nares eius. 19
* An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? 20
* Numquid pones circulũ in naribus eius, aut armilla perforabis maxillã eius? 21 D
* Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? 22
* Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum? 23
* Numquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? 24
* Concident eum amici, diuident illum negotiatores? 25
* Núquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius? 26
* Pone ſuper eum manum tuam: memento belli, nec vltrà addas loqui. 27
* Ecce, ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur. 28

CAP. XLI.

NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo? 1 A
* Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt. 2
* Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. 3
* Quis reuelabit faciem indumenti eius? & in mediũ oris eius quis intrabit? 4
* Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido. 5
* Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus. 6
* Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas: 7 B
* Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. 8
* Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ diluculi. 9
* De ore eius lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accenſæ. 10
* De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis. 11
* Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. 12
* In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas. 13
* Membra carnium eius cohærentia ſibi: mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. 14 C
* Cor eius indurabitur tãquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. 15
* Cùm ſublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. 16
* Cùm apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit neque haſta, neque thorax: 17
* Reputabit enim quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs. 18
* Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. 19

* Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. 20 D
* Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. 21
* Feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet quasi cùm vnguenta bulliunt. 22 9
* Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. 23 10
* Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret. 24 C
* Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. 25 11

CAP. XLII.

RESpondens autem Iob Domino, dixit: 1 A
* Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. 2
* Quis est iste, qui celat consilium absque scientia? ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam. 3 12 D
* Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi. 4
* Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. 5 13 14
* Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. 6
* Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam nō estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. 7 15 B
* Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: 8

Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia: neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob.
* Abierūt ergo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat Dñs ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.
* Dominus quoq; cōuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob, duplicia.
* Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum priùs, & comederunt cum eo panem in domo eius: & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum: & dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam.
* Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouiū, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ.
* Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.
* Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij.
* Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra: deditq. eis pater suus hereditatem inter fratres earum.
* Vixit autem Iob post hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem, & mortuus est senex & plenus dierum.

LIBER

LIBER PSALMORVM.

PSALM. I.

BEATVS vir, qui non abiit in consilio impio- A
rum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit:
** Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. 2
** Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: 3
Et folium eius non defluet: & omnia quæcumque faciet prosperabuntur. 4
* Non sic impij, non sic: sed tamquam puluis, quem proiicit vētus à facie terrę. 4
* Ideo non resurgēt impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum. 5
* Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit. 6

Psalm. II.

QVare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? 1 A
* Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. 2
* Dirumpamus vincula eorum: & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. 3
* Qui habitat in cælis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos. 4 B
* Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. 5
* Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. 6
** Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. 7
* Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. 8 C
* Reges eos in virga ferrea, & tāquam vas figuli confringes eos. 9
** Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. 10
* Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. 11
* Apprehendite disciplinam, nequādo irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. 12
* Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes, qui confidunt in eo. 13

Psalmus Dauid, cùm fugeret à facie Absalom filij sui. (2. Reg. 15. 14.) III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. 1 2 A
* Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo eius. 3
* Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. 4
* Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. 5
* Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dominus suscepit me. 6
* Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus. 7
* Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. 8
* Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua. 9

In finem in carminibus. Psalmus Dauid. IIII.

CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. 1 2 A
Miserere mei, & exaudi orationem meam.
* Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? 3
* Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum. 4

Apoc. 2. 5. 27. & 19. c. 15

Isa. 1. b. 8

Ier. 17. b. 8

Act. 4. 9. 25

Act. 13. c. 33 Heb. 1. b. 5. & 5. b. 5

* Ephes. 4. f. 26

* Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini. 5
*Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino. multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona? 6
* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo. 7
* A fructu frumenti, vini, & olei ſui, multiplicati ſunt. 8
* In pace in idipſum dormiam, & requieſcam; 9
* Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. 10

In finem pro ea, quæ hereditatem conſequitur, Pſalmus Dauid. V.

VErba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. 2
* Intẽde voci orationis meæ, rex meus & Deus meus. 3
*Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meam. 4
* Mane aſtabo tibi & videbo: quoniã non Deus volens iniquitatem tu es. 5
* Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. 6
* Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. 7
Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: * ego autẽ in multitudine miſericordiæ tuæ. 8
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
* Domine deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam. 9
* Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. 10
* Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus. 11
Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.
* Et lætẽtur omnes, qui ſperãt in te, in æternũ exultabunt: & habitabis in eis. 12
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices iuſto. 13
Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

* Inſt. 13. a. 9 Rom. 3. b. 13

In finem in carminibus, Pſalmus Dauid, pro octaua. VI.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, 2
* Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea. 3
* Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? 4
* Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. 5
* Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? 6
* Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo. 7
* Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. 8
* Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. 9
* Exaudiuit Dñs deprecationẽ meam, Dominus orationem meam ſuſcepit. 10
* Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valde velociter. 11

* Matt. 7. d. 23. & 25. d. 41 Luc. 13. f. 27

Pſalmus Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſi filij Iemini. (2. Reg. 16.) VII.

DOmine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. 2
* Nequãdo rapiat vt leo animã meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat. 3
*Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis: 4
* Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis. 5
* Perſequatur inimicus animã meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. 6
* Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti: * & ſynagoga populorum circumdabit te. 7
Et propter hanc in altum regredere: * Dominus iudicat populos. 8
Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.

*Conſu-

* Conſumetur nequitia peccatorum, & dirige iuſtum, " ſcrutans corda & renes Deus. 10
Iuſtum * adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde. 11
* Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, numquid iraſcitur per ſingulos dies? 12
* Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. 13
* Et in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. 14
* " Ecce parturiit iniuſtitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem. 15
* Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit. 16
* Conuertetur dolor eius in caput eius: & in vertice ipſius iniquitas eius deſcendet. 17
* Confitebor Domino ſecundùm iuſtitiam eius: & pſallam nomini Domini altiſſimi. 18

* 1. Par. 28. b. 9 Iſa. 11. d. 20. & 27. b. 10. & 10. c. 12

* Iſa. 59. a. 4 Iob 15. d. 35

In finem pro torcularibus, Pſalmus Dauid. VIII.

DOmine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! 2
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. 3
*Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum & vltorem. 4
* Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti. 5
*Quid eſt homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniã viſitas eum? 6
* " Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum: * & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. 7
* " Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi; 8
* Volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. 9
*Domine Dñs noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! 10

* Hebr. 2. 4. 7

* Gen. 1. d. 28 1. Cor. 15. d. 26

In finem pro occultis filij, Pſalmus Dauid. IX.

COnfitebor tibi Dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. 2
* Lætabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime, 3
* In conuertendo inimicum meum retrorſum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua. 4
* Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. 5
* Increpaſti Gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi. 6
*Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum deſtruxiſti. 7
Periit memoria eorum cũ ſonitu: * & Dominus in æternum permanet. 8
Parauit in iudicio thronũ ſuum: * & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. 9
* Et factus eſt Dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. 10
* Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. 11
*Pſallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter Gentes ſtudia eius: * 12
* Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum. 13
* Miſerere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis. 14
* Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. 15
* Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt. 16
In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.
* Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuũ ſuarum comprehenſus eſt peccator. 17
* Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiſcuntur Deum. 18
* Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem. 19
* Exurge Domine, nõ cõfortetur homo: iudicẽtur Gentes in conſpectu tuo. 20
* Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos: vt ſciant gentes quoniam homines ſunt. 21

Pſal. X. ſecundùm Hebr.

*Vt quid Domine receſſiſti lõgè, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione? 1
* Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant. 2
* Quoniã laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ: & iniquus benedicitur. 3

*Exacerbauit Dominum peccator, secundùm multitudinē iræ suæ nō quęret. 4 5 B
* Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tēpore. 5 B
Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur. 6
* Dixit enim in corde suo: Non mouebor à generatione in generationem, sine malo. 6 7
* * Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor. 7 8
* Sedet in insidiis cū diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. 8 1
* Oculi eius in pauperem respiciunt: 9 2
insidiatur in abscōdito, quasi leō in spelunca sua. C A
Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. 3
* In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum. 10 4
* Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, auertit faciem suam ne videat in finem. 11 5
* Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum. 12 6
* Propter quid irritauit impius Deū? dixit enim in corde suo: Non requiret. 13 B D
* Vides, quoniā tu laborem & doloré consideras: vt tradas eos in manus tuas. 14 7
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. 8
* Contere brachiū peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur. 15 9
* Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi: peribitis Gentes de terra illius. 16 1
* Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. 17 A
* Iudicare pupillo & humili, vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram. 18 2

In finem, Psalmus Dauid. X.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer? 1 2 A 5
* Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. 3 6
* Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit? 4

* * Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius: *Abac. 2. d. 20
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogāt filios hominū.
* Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
* Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.
* Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatē vidit vultus eius.

In finem pro octaua, Psalmus Dauid. XI.

SAluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.
* Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.
* Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.
* Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?
* Propter miseriā inopum, & gemitū pauperū, nunc exurgā, dicit Dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
* * Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. * Prou. 30. a. 5
* Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.
* In circuitu impij ambulant: secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

In finem, Psalmus Dauid. XII.

VSquequo Domine obliuiscēris me in finem? Vsquequo auertis faciem tuam à me?
* Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?
* Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? * respice, & exaudi me Domine Deus meus.
Illumina oculos meos ne vmquam obdormiā in morte: * ne quando dicat inimicus meus: Præualui aduersus eum.
Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: * ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

In

In finem, Psalmus Dauid. XIII. 1 1 A

DIxit insipiens in corde suo: Non est Deus. A
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. 2
* Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. 2 3
* Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. 3 4
Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. 5
Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. 6
Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum. 7 B
* Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? 4 B 8
* Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. 5 9
* Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est. 6 10
* Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm auerterit Dominus captiuitatē plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. 7

Psalmus Dauid. XIIII. 1 1 A

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? A
* Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: 2
* Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua: 3
Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. 4
* Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat: 4 B
Qui iurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. 5
Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

COnserua me Domine, quoniam speraui in te. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. 1 A 2
* Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. 3
* Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. 4
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
* Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. 5
* Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi. 6
* Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. 7 B
* * Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. * Act. 2. d. 25 8
* Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. 9
* * Quoniam nō derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. * Act. 2. d. 31. & 13. c. 35 10
Notas mihi feci sti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Oratio Dauid. XVI.

EXaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. 1 A
Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.
* De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates. 2
* Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. 3
* Vt non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. 4
* Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. 5 B
* Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. 6
* Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. 7
* A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi. 8

Sub vmbra alarum tuarũ protege me:
* à facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meam circumdederunt,* adipem ſuum concluſerunt: os eorum locutum eſt ſuperbiam.
* Proiicientes me nunc circumdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
* Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam: & ſicut catulus leonis habitans in abditis.
* Exurge Domine, præueni eum, & ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam * ab inimicis manus tuæ.
Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.
Saturati ſunt filiis: & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.
*Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

In finem puero Domini Dauid, qui locutus eſt Domino verba cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorũ eius, & de manu Saul, & dixit: (1. *Reg.* 22. 2.) XVII.

DIligam te Domine fortitudo mea:
* Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.
" Deus meus adiutor meus, & ſperabo in eum.
Protector meus, & cornu ſalutis meę, & ſuſceptor meus.
* Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis ſaluus ero.
* Circũdederunt me dolores mortis: & torrẽtes iniquitatis cõturbauerũt me.
* Dolores inferni circũdederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.
* In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui:
Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in cõſpectu eius, introiuit in aures eius.
* Commota eſt, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.
* Aſcendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
* Inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.
* Et aſcendit ſuper cherubim, & volauit: volauit ſuper pennas ventorum.
*Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa aqua in nubibus aëris.
* Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis.
* Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: grando & carbones ignis.
* Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
* Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarũ; Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.
*Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.
* Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.
* Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus eſt Dñs protector meus.
* Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit, quoniam voluit me.
* Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiã meam, & ſecundùm puritatem manuũ mearum retribuet mihi:
* Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo.
* Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo: & iuſtitias eius non repuli à me.
* Et ero immaculatus cum eo: & obſeruabo me ab iniquitate mea.
* Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.
* Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:
* Et cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris.
* Quoniã tu populum humilẽ ſaluum facies: & oculos ſuperborũ humiliabis.
* Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.
* Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.
* Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.
* Quoniã quis Deus præter Dominũ? aut quis Deus præter Deum noſtrum?
* Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatam viam meam.
* ` Qui perfecit pedes meos tamquam cerui pedum, & ſuper excelſa ſtatuens me.

* *Hebr.* 2. *c.* 13

2. *Reg.* 22. *v.* 34. 35

* Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum, brachia mea.
* Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ: & dextera tua ſuſcepit me:
Et diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebit.
* Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & non ſunt infirmata veſtigia mea.
* Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.
* Confringam illos, nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.
* Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.
* Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti.
* Clamauerũt, nec erat qui ſaluos faceret; ad Dominum, nec exaudiuit eos.
* Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.
* Eripies me de cõtradictionibus populi: conſtitues me in caput Gentium.
* Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.
* Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.
*Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.
* Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.
* Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.
* ` Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo pſalmum dicam.
* Magnificans ſalutes regis eius, & faciens miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſæculum.

Rom. 15. *v.* 9

In finem, Pſalmus Dauid.
XVIII.

CÆli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.
*Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.
* Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.
* ` In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
* Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Rom. 10. *v.* 18

Luc. 24. 46

* & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo:
Exultauit vt gigas ad currẽdam viam.
* à ſummo cælo egreſſio eius:
Et occurſus eius vſq; ad ſummũ eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.
* Lex Domini immaculata conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.
* Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
* Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi: iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.
* Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum.
* Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.
* Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: * & ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.
* Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus, & redemptor meus.

In finem, Pſalmus Dauid.
XIX.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
* Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tueatur te.
* Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.
* Tribuat tibi ſecundùm cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.
* Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.
*Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nũc cognoui quoniam ſaluum fecit Dominus CHRISTVM ſuum.
Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ eius.
* Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus.
* Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus.
* Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus Dauid. 1
XX.

DOmine in virtute tua lętabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer. 2 A
* Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. 3
* Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. 4
* Vitam petiit à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi. 5 B
* Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. 6
* Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. 7
* Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia Altissimi non commouebitur. 8
* Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. 9
* Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis. 10 C
* Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum. 11
* Quoniam declinauerunt in te mala; cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. 12
* Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum. 13
* Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas. 14

In finem pro susceptione matutina, Psalmus Dauid. XXI. 1

Matth. 27. *c.* 46 *Marc.* 15. *d.* 34 DEus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. 2 A
* Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. 3
* Tu autẽ in sancto habitas, Laus Israel. 4
* In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. 5
* Ad te clamauerũt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. 6
* Ego autẽ sum vermis, & nõ homo: opprobrium hominũ, & abiectio plebis. 7
* *Matt.* 27. *d.* 39 *Marc.* 15. *c.* 29 * Omnes videntes me, deriserũt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput. 8
* *Matt.* 27. *c.* 43 * Sperauit in Domino, eripiat eũ: saluum faciat eum, quoniam vult eum. 9
* Quoniam tu es, qui extraxisti me de vẽtre: spes mea ab vberibus matris meæ 10 B
* In te proiectus sum ex vtero: de vẽtre matris meæ Deus meus es tu, * ne discesseris à me: 11
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet. 12
* Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. 13
* Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. 14
* Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. 15
Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.
* Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. 16
* Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. 17 C
* *Matt.* 27. *d.* 35 * Foderũt manus meas & pedes meos: 18
* dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me: * * diuiserunt sibi vẽstimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. * *Ioan.* 19. *d.* 23 19
* Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice. 20
* Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam. 21
* Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam. 22
* * Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. * *Hebr.* 2. *c.* 12 23
* Qui timetis Dominũ laudate eum: vniuersum semẽ Iacob glorificate eum: 24
* Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis:
Nec auertit faciem suam à me: & cùm clamarem ad eum exaudiuit me. 25
* Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum. 26 D
* Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabũt Dominũ qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi. 27
* Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ: 28
Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium.
* Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur Gentium. 29

* Mandu-

* Manducauerunt & adorauerũt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. 30
* Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi. 31
* Annunciabitur Dño generatio ventura: & annunciabunt cæli iustitiam eius populo qui nascetur, quẽ fecit Dominus. 32

Psalmus Dauid. XXII. 1

Isa. 40. *d.* 11 *Ierem.* 23. *d.* 3 *Ezech.* 34. *d.* 11. *e.* 23 1. *Pet.* 2. *d.* 25. *& 5. e.* 3 DOminus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco pascuæ ibi me collocauit. 2 A
Super aquam refectionis educauit me: * animam meam conuertit. 3
Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.
* Nam, & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. 4 B
Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
* Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. 5
Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quàm præclarus est!
* Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: 6
Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Prima sabbati, Psalmus Dauid. 1
XXIII.

1. Cor. 10. *f.* 26 *Psal.* 49. *b.* 12 DOmini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. 2 A
* Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum. 3
* Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? 4
* Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. 5
* Hic accipiet benedictionẽ à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo. 6 B
* Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. 7 D
* Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. 8
* Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prelio.
* Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. 9
* Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 10

In finem, Psalmus Dauid. 1
XXIIII.

A D te Domine leuaui animã meam: A
* Deus meus in te confido, non erubescam: 2
* Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur. 3
* Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. 4
Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
* Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. 5
* Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. 6
* Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. 7 B
Secundùm misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.
* Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. 8
* Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. 9
* Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius. 10
* Propter nomen tuũ Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. 11 C
* Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit. 12
* Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram. 13
* Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis. 14
* Oculi mei semper ad Dominũ: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. 15
* Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego. 16
* Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me. 17 D
* Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea. 18
* Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & * odio iniquo oderunt me. * *Ioan.* 15. *d.* 25 19
* Custodi animam meam, & erue me: non erubescam quoniam speraui in te. 20
* Innocentes & recti adhęserunt mihi: quia sustinui te. 21
* Libera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis. 22

In

In finem, Psalmus Dauid. 1
XXV.

IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor. A
* Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum. 2
*Quoniã misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua. 3
*Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. 4 B
* Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo. 5 D
*Lauabo inter innocẽtes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine: 6
*Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua. 7
* Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. 8
*Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam: 9 C
*In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. 10
* Ego autem in innocẽtia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. 11
*Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine. 12

Psalmus Dauid priusquam liniretur. 1
XXVI.

DOminus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? A
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?
* Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas: 2
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
* Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. 3
Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. 5 B
* Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: 4 B 6
Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius. 7
* Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. 5
* In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. 6 8
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino. C 9
*Exaudi Domine vocẽ meam, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. 7 8
*Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciẽ tuam Domine requiram.
*Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo. 9
Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus.
* Quoniam pater meus, & mater mea, dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me. 10
* Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos. 11
*Ne tradideris me in animas tribulantiũ me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. 12
* Credo videre bona Domini in terra viuentium. 13
* Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. 14

Psalmus ipsi Dauid. 1
XXVII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me: ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. A
* Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. 2
* Ne simul trahas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me: 3
Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.
* Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum. 4
Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionẽ eorum ipsis.
* Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis eos. 5 B
* Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ. 6
* Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. 7
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
*Dominus fortitudo plebis suę: & protector saluationum christi sui est. 8
* Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in æternum. 9

Psalmus Dauid, 1
In consummatione tabernaculi.
XXVIII.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum. A
*Afferte Domino gloriã & honorem, afferte Domino gloriã nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius. 2
* Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas. 3 B
*Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia. 4
* Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani: 5
* Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium. 6
*Vox Domini intercidentis flammam ignis: * Vox Domini concutientis desertum: & commouebit Dominus desertum Cades. 7 8
* Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam. 9 C
*Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum. 10
* Dominus virtutẽ populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace. 11

Psalmus Cantici 1
In dedicatione domus Dauid.
XXIX.

EXaltabo te Domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. 2 A
* Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. 3
*Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum. 4
* Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius. 5
* Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius. 6 B
Ad vesperum demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia.
* Ego autem dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum. 7
* Domine in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem. 8
Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. C
*Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor. 9
* Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? 10
Numquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?
* Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. 11
*Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia: 12
* Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. 13

In finem, Psalmus Dauid, 1
pro extasi. XXX.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. 2 A
* Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. 3
Esto mihi in Deum protectorem; & in domum refugij, vt saluum me facias.
* Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. 4
* Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. 5
* " In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis. 6 *Luc. 23. f. 46
* Odisti obseruantes vanitates, supervacuè. 7
Ego autem in Domino speraui: *exultabo, & lætabor in misericordia tua. 8
Quoniam respexisti humilitatẽ meam, saluasti de necessitatibus animam meam.
* Nec cõclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos. 9
* Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus: 10 B
*Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. 11
Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.
* Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium & vicinis meis valde, & timor notis meis. 12
Qui videbant me, foras fugerunt à me: * obliuioni datus sum, tamquam mortuus à corde. C
Factus sum tamquam vas perditum: 13
* quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. 14
In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.

* Ego autem in te speraui Domine: dixi: Deus meus es tu: * in manibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.
* Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: *Domine non confundar, quoniam inuocaui te.
Erubescant impij, & deducantur in infernum: * muta fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia, & in abusione.
* Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.
* Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.
* Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.
* Ego autem dixi in excessu mentis meæ: Proiectus sum à facie oculorum tuorum.
Ideò exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
* Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.
*Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

* Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.
* Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
*Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.
In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.
*Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.
*Lętamini in Domino & exultate iusti, & gloria mini omnes recti corde.

Ipsi Dauid intellectus. XXXI.

Rom. 4. d. 7 BEati, quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.
* Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
* Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.
* Quoniá die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
* Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.
Isa. 65. d. 24 "Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.
* Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno.
Verumtamẽ in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Psalmus Dauid. XXXII.

EXultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.
* Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
* Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
* Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.
* Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra.
* Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.
* Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.
* Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
* " Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. *Iudith 16. c. 17*
* Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autẽ cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.
* Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.
* Beata gens, cuius est Dominus, Deus eius; populus, quem elegit in hereditatem sibi.
* De cælo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.
* De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.
* Qui finxit sigillatim corda eorũ: qui intelligit omnia opera eorum.
* Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.
* Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.

* Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius.
* Vt eruat à morte animas eorum: & alat eos in fame.
* Anima nostra sustinet Dominum: quoniam adiutor & protector noster est.
* Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto eius speruimus.
* Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.

Dauidi, cùm immutauit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eũ & abijt. (1. *Reg.* 21.) XXXIII.

BEnedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
* In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.
* Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.
* Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
* Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.
* Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
* Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
*Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.
* Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
Luc. 1. §. 53 * " Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.
* Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.
1. Pet. 3. d. 10 * " Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?
*Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.
* Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.
* Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.
Eccli. 35. d. 21 Heb. 4. c. 13 * " Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
* Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
* Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.
*Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.
* Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
* Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.
* Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ipsi Dauid. XXXIIII.

IVdica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.
*Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
* Effunde framcam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.
* Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam.
Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.
* Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & angelus Domini coarctans eos.
*Fiat via illorum tenebrę & lubricum: & angelus Domini persequens eos.
* Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacuè exprobrauerunt animam meam.
*Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.
* Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.
* Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.
* Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.
* Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
* Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animã meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.
* Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.
* Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoraui.
* Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.

* Domine quando reſpicies? reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. 17

*Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te. 18

* Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi iniquè: " qui oderunt me gratis & annuunt oculis. 19

* Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. 20

* Et dilatauerunt ſuper me os ſuũ: dixerunt: Euge, euge, viderũt oculi noſtri. 21

* Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me. 22

*Exurge & intende iudicio meo; Deus meus, & Dominus meus, in cauſam meã. 23

* Iudica me ſecundùm iuſtitiam tuam Domine Deus meus, & non ſupergaudeant mihi. 24

* Non dicant in cordibus ſuis: Euge, euge, animæ noſtræ: nec dicant: Deuorauimus eum. 25

*Erubeſcant & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis. 26

Induantur confuſione & reuerentia qui magna loquuntur ſuper me.

* Exultent & lætentur qui volunt iuſtitiam meam: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſerui eius. 27

*Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam. 28

In finem, ſeruo Domini ipſi Dauid. XXXV. 1

DIxit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos eius. 2 A

*" Quoniam dolosè egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odiũ. 3 *Sup. 13. a. 3

* Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere vt benè ageret. 4

* Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. 5

* Domine in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſque ad nubes. 6

* Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua abyſſus multa. 7

Homines, & iumenta ſaluabis Domine: *quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. 8

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum ſperabunt. B 19

*Inebriabũtur ab vbertate domus tuę: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. 9

*Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. 10

*Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & iuſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde. 11

* Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me. 12

*Ibi ceciderunt qui operãtur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. 13

Pſalmus ipſi Dauid. XXXVI. 1

NOli æmulari in malignantibus: neque zelaueris faciẽtes iniquitatem. A 2

* Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum citò decident. 3

* Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſcêris in diuitiis eius. 4

* Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. 5

* Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet. 6

* Et educet quaſi lumen iuſtitiã tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem: 7

* ſubditus eſto Domino, & ora eum.

Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua; in homine faciente iniuſtitias.

*Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris. 8

*Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: ſuſtinentes autem Dominum, ipſi hereditabunt terram. 9

* Et adhuc puſillũ, & non erit peccator: & quæres locũ eius, & non inuenies: 10 B

* " Manſueti autẽ hereditabũt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. 11 *Matth. 5. a. 4

* Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis. 12

*Dominus autem irridebit eum: quoniam proſpicit quòd veniet dies eius. 13

*Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum ſuum, 14

Vt deiiciant pauperem & inopem: vt trucident rectos corde.

* Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringatur. 15

* Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. 16

* Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iuſtos Dñs. 17

* Nouit Dominus dies immaculatorum: & hereditas eorum in æternũ erit. 18

* Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabũtur: * quia peccatores peribunt. 19 20

Inimici verò Domini mox vt honorifi-

Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me.
* Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.
* Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.
* Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum,
Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.
* Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tamquam nihilum ante te.
Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.
* Verumtamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
*Et nũc quę est expectatio mea? nónne Dominus? & substantia mea apud te est.
*Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.
* Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: * amoue à me plagas tuas.
* A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.
* Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.
Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
* Remitte mihi, vt refrigerer priùs quàm abeam, & ampliùs non ero.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.
XXXIX.

EXpectans expectaui Dominum, & intendit mihi.
* Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos: & direxit gressus meos.
* Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.
Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in Domino.
* Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas.
*Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
Annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
* Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. *Hebr. 10. b. 5
Holocaustum & pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce venio.
In capite libri scriptum est de me * vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuã in medio cordis mei.
* Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti.
* Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, à concilio multo.
* Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
*Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
*Cõplaceat tibi Domine vt eruas me: "Domine, ad adiuuandum me respice. *Infrà 69. a. 2
*" Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam. *Sup. 34. a. 4
Conuertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.
* Ferant confestim cõfusionem suam, qui dicunt mihi: Euge euge.
* Exultent & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.
* Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus solicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

In finem, Psalmus ipsi Dauid. XL.

BEatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die malâ liberabit eum Dominus.
* Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
* Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

*Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.
* Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomẽ eius?
* Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras, & loquebatur * in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
* Verbum iniquum constituerunt aduersum me: Numquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?
*Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.
* Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.
*Act. 1. c. 16 * " In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
*Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
* Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & vsque in sæculum: fiat, fiat.

In finem,
Intellectus filiis Core. XLI.

QVemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.
* Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?
* Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?
*Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei:
In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.
* Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, * & Deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à mõte modico.
* Abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.
* In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.
Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Susceptor meus es,
Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?
* Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei:
Dum dicunt mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Psalmus Dauid. XLII.

IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.
*Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?
* Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.
* Et introibo ad altare Dei; ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

In finem, Filiis Core ad intellectum.
XLIII.

DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis,
Opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.
* Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos:
* Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos:
Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.
* Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob.
* In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
* Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.

* Saluasti enim nos de affligentibus nos : & odientes nos confudisti. 8
* In Deo laudabimur tota die : & in nomine tuo confitebimur in sæculum. 9
* Nunc autem repulisti & confudisti nos:& non egredieris Deus in virtutibus nostris. 10
* Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros : & qui oderunt nos,diripiebant sibi. 11
*Dedisti nos tamquam oues escarum: & in gentibus dispersisti nos. 12
* Vendidisti populum tuum sine pretio : & non fuit multitudo in commutationibus eorum. 13
* Posuisti nos opprobrium vicinis nostris,subsannationem & derisum his,qui sunt in circuitu nostro. 14
* Posuisti nos in similitudinem Gentibus ; commotionem capitis in populis. 15
* Tota die verecundia mea contra me est,& confusio faciei meæ cooperuit me, 16
* A voce exprobrantis & obloquentis,à facie inimici & persequentis. 17
* Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te : & iniquè non egimus in testamento tuo. 18
*Et non recessit retro cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua: 19
* Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. 20
*Si obliti sumus nomen Dei nostri,& si expandimus manus nostras ad deum alienum : 21
*Nónne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. 22
*Rom.8. f.36 " Quoniam propter te mortificamur tota die : æstimati sumus sicut oues occisionis. 23
* Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. 24
* Quare faciem tuam auertis, obliuiscris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ ? 25
* Quoniam humiliata est in puluere anima nostra : conglutinatus est in terra venter noster. 26
*Exurge Domine,adiuua nos:& redime nos propter nomen tuum. 1

In finem,pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum , Canticum pro dilecto. XLIIII. 1

ERuctauit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. 2
Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. 3
*Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in æternum. 4
* Accingere gladio tuo super femur tuum , potentissime, 5
* Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna, 6
Propter veritatem & mãsuetudinem, & iustitiam : & deducet te mirabiliter dextera tua. 7
* Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis, 8
*" Sedes tua Deus in sæculum sæculi : virga directionis virga regni tui. *Heb.1. f.8
* Dilexisti iustitiam , & odisti iniquitatem : propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. 9
* Mirrha , & gutta , & casia à vestimentis tuis,à domibus eburneis : ex quibus delectauerunt te *filiæ regum in honore tuo. 10
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato : circumdata varietate. 11
* Audi filia , & vide, & inclina aurem tuam : & obliuiscere populum tuum , & domum patris tui. 12
* Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. 13
* Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur , omnes diuites plebis . 14
* Omnis gloria eius filiæ regis ab intus , in fimbriis aureis * circumamicta varietatibus . 15
Adducentur regi virgines post eam : proximæ eius afferentur tibi. 16
* Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis. 17
* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. 18
* Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem. 19
Propterea populi confitebuntur tibi in æternum , & in fæculum fæculi. 20

In finem,
Filiis Core pro arcanis,Psalmus XLV. 1

DEus noster refugium, & virtus; adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. 2
* Propterea non timebimus dum turbabitur terra : & transferentur montes in cor maris. 3
* Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum : conturbati sunt montes in fortitudine eius. 4
*Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei : sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. 5
* Deus , in medio eius, non commouebitur : adiuuabit eam Deus manè diluculo . 6
* Conturbatæ sunt gentes,& inclinata sunt regna : dedit vocem suam , mota est terra . 7
* Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Iacob. 8
*Venite,& videte opera Domini,quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella vsque ad finem terræ. 9
Arcum conteret , & confringet arma: & scuta comburet igni. 10
* Vacate, & videte quoniam ego sum Deus : exaltabor in gentibus , & exaltabor in terra. 11
* Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Iacob. 12

In finem , pro filiis Core Psalmus XLVI. 1

OMnes Gentes plaudite manibus : iubilate Deo in voce exultationis. 2
* Quoniam Dominus excelsus , terribilis:Rex magnus super omnem terram. 3
*Subiecit populos nobis,& gentes sub pedibus nostris. 4
* Elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit. 5
*2.Reg.6. f.15 * " Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ. 6
* Psallite Deo nostro , psallite: psallite Regi nostro, psallite. 7
* Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter. 8
* Regnabit Deus super gentes : Deus sedet super sedem sanctam suam. 9
* Principes populorũ congregati sunt cum Deo Abraham : quoniam dij fortes terræ , vehementer eleuati sunt. 10

Psalmus Cantici filiis Core secunda sabbati. XLVII. 1

MAgnus Dominus,& laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri,in monte sancto eius. 2
* Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion , latera Aquilonis , ciuitas Regis magni. 3
* Deus in domibus eius cognoscetur, cùm suscipiet eam. 4
* Quoniam ecce reges terræ congregati sunt : conuenerunt in vnum. 5
* Ipsi videntes sic admirati sunt , conturbati sunt,commoti sunt: *tremor apprehendit eos. 6
Ibi dolores vt parturientis, * in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. 7
*Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum , in ciuitate Dei nostri : Deus fundauit eam in æternum. 8
* Suscepimus Deus misericordiam tuam , in medio templi tui. 9
*Secundùm nomen tuum Deus,sic & laus tua in fines terræ : iustitia plena est dextera tua. 10
* Lætetur mons Sion,& exultent filiæ Iudæ , propter iudicia tua Domine. 11
* Circumdate Sion, & complectimini eam : narrate in turribus eius. 12
* Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera. 13
* Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum , & in sæculum sæculi : ipse reget nos in sæcula. 14

In finem , filiis Core Psalmus. XLVIII. 1

AVdite hæc omnes Gentes : auribus percipite omnes , qui habitatis orbem. 2
*Quique terrigenæ,& filij hominum: simul in vnum diues & pauper. 3
* Os meum loquetur sapientiam : & meditatio cordis mei prudentiam. 4
*" Inclinabo in parabolam aurem meam : aperiam in psalterio propositionem meam . *Psal.77. a.2. Matt.13. c.35
* Cur timebo in die mala ? iniquitas calcanei mei circumdabit me. 5
* Qui confidunt in virtute sua : & in multitudine diuitiarũ suarum gloriãtur. 6
* Frater non redimit , redimet homo: non dabit Deo placationem suam. 7
* Et pretium redemptionis animæ suæ : & laborabit in æternum, * & viuet adhuc in finem. 8
* Non videbit interitum , cùm viderit sapientes morientes : simul insipiens , & stultus peribunt. 9
Et relinquent alienis diuitias suas:*& sepulchra eorum domus illorum in æternum. 10
Tabernacula eorum in progenie , & progenie : vocauerunt nomina sua in terris suis. 11
* Et homo,cùm in honore esset , non intel-

intellexit : comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. C 14

* Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt. 14 15

* Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. 15 16

Et dominabuntur eorum iusti in matutino : & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. 17

* Verumtamẽ Deus redimet animam meã de manu inferi, cùm acceperit me. 16 18 D

* Ne timueris cùm dites factus fuerit homo : & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. 17 19 D

*Quoniam cùm interierit, non sumet omnia: neq; descendet cũ eo gloria eius. 18 20

* Quia anima eius in vita ipsius benedicetur : confitebitur tibi cùm benefeceris ei. 19 21

*Introibit vsque in progenies patrum suorum : & vsque in æternum non videbit lumen. 20 22

* Homo,cùm in honore esset,non intellexit : comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. 21 23

Psalmus Asaph. XLIX.

DEus deorum Dominus locutus est: & vocauit terram, 1 1 A

A solis ortu vsque ad occasum : * ex Sion species decoris eius. 2 2

* Deus manifestè veniet: Deus noster & non silebit. 3 3 A

Ignis in conspectu eius exardescet : & in circuitu eius tempestas valida. 4

* Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum. 4 5

* Cõgregate illi sanctos eius:qui ordinant testamentum eius super sacrificia. 5 B

*Et annunciabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est. 6 6

* Audi populus meus ,& loquar ; Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum. 7 7 B

* Non in sacrificiis tuis arguam te:holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. 8 8

* Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. 9 9

* Quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum,iumenta in montibus & boues. 10 10

*Cognoui omnia volatilia cęli:& pulchritudo agri mecum est. 11 11

* Si esuriero,non dicam tibi : meus est enim orbis terræ,& plenitudo eius. 12 12 C

*Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? 13 13

* Immola Deo sacrificium laudis : & redde Altissimo vota tua. 14 14

* Et inuoca me in die tribulationis : eruam te, & honorificabis me. 15 15

* Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? 16 16

* Tu verò odisti disciplinam : & proiecisti sermones meos retrorsum. 17

* Si videbas fũrem,currebas cum eo:& cum adulteris portionem tuam ponebas. 18 D

* Os tuum abundauit malitia : & lingua tua concinnabat dolos. 19

* Sedens aduersus fratrẽ tuum loquebaris , & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum: * hæc fecisti,& tacui. 20 21

Existimasti inique quòd ero tui similis : arguam te, & statuam contra faciem tuam.

* Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum : nequando rapiat , & non sit qui eripiat. 22

* Sacrificiũ laudis honorificabit me:& illic iter , quo ostendam illi salutare Dei. 23

In finem , Psalmus Dauid,
*Cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bethsabee.
(2. *Reg.* 12.) L.

MIserere mei Deus , secundùm magnam misericordiam tuam. 1 1 A

Et secundùm multitudinẽ miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. 2

* Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. 3

* Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : & peccatum meum contra me est semper. 4

* Tibi soli peccaui , & malum coram te feci : " vt iustificeris in sermonibus tuis , & vincas cùm iudicaris. 5 6 *Rom.* 3. *a.* 4

* Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:& in peccatis concepit me mater mea. 7 B

* Ecce enim veritatem dilexisti : incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. 8 8

* " Asperges me hyssopo, & mũdabor: lauabis me,& super niuem dealbabor. 9 9 *Leuit.* 14. *Num.* 19.

* Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata. 10

* Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. 11

* Cor mundũ crea in me Deus:& spiritum rectum innoua in visceribus meis. 12 C

* Ne proiicias me à facie tua : & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. 13

* Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. 14 2

* Docebo iniquos vias tuas : & impij ad te conuertentur. 15 3

* Libera me de sanguinibus Deus , Deus salutis meæ : & exultabit lingua mea iustitiam tuam. 16 4

*Domine,labia mea aperies:& os meũ annunciabit laudem tuam. 17 D

* Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique : holocaustis non delectaberis. 18 5 B

* Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritũ & humiliatum Deus non despicies. 19 6

* Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : vt ædificentur muri Ierusalem. 20

*Tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, & holocausta : tunc imponent super altare tuum vitulos. 21 7

In finem,Intellectus Dauid, 1
* Cùm venit Doeg Idumæus, & nunciauit Sauli: Venit Dauid in domum Achimelech. 2 1
(1. *Reg.* 22. 9.) LI.

QVid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate? 3 1 A

* Tota die iniustitiã cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. 4 2 A

* Dilexisti malitiam super benignitatem ; iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. 5 3

* Dilexisti omnia verba præcipitationis,lingua dolosa. 6 4

* Propterea Deus destruet te in finẽ: euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo ; & radicẽ tuam de terra viuentium. 7 5 B

* Videbunt iusti,& timebũt, & super eum ridebunt,& dicent : * Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: 8 9 6

Sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum : & prævaluit in vanitate sua.

* Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei,speraui in misericordia Dei in æternum,& in sæculum sæculi. 10

* Confitebor tibi in sæculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum , quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. 11 1

In finem,
Pro Maeleth intelligentiæ Dauid. 1
LII. 1

DIxit insipiens in corde suo:Non est Deus. 1 A

* Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus : non est qui faciat bonum. 2

* " Deus de cælo prospexit super filios hominum:vt videat si est intelligẽs, aut requirens Deum. 3 *Psal.* 13. *a.* 1

* " Omnes declinauerunt , simul inutiles facti sunt:nõ est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. 4 *Rom.* 3. *b.* 12.

*Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebẽ meam vt cibum panis? 5 B

* Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. 6

Quoniam Deus dissipauitossa eorum qui hominibus placent : confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.

* Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. 7

In finem,
In carminibus intellectus Dauid, 1
* Cùm venissẽt Ziphęi,& dixissent ad Saul: Nónne Dauid absconditus est apud nos? (1. *Reg.* 23. 19. & 26. 1.) 1 2
LIII.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me. 1 3 A

* Deus exaudi orationem meam : auribus percipe verba oris mei. 2 4

* Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierũt animam meam:& non proposuerunt Deum ante conspectum suum. 3 5 B

* Ecce enim Deus adiuuat me:& Dominus susceptor est animæ meæ. 4 6

* Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos. 5 7

*Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est. 6 8

* Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : & super inimicos meos despexit oculus meus. 7 9

In finem,In carminibus intellectus Dauid. LIIII. 1

EXaudi Deus orationem meam , & ne despexeris deprecationẽ meam: 1 2 A

* intende mihi,& exaudi me. 2 3

Contristatus sum in exercitatione mea:& conturbatus sum* à voce inimici,& à tribulatione peccatoris. 3 4

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

* Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.
* Timor & tremor venerũt super me: & contexerunt me tenebræ:
* Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?
* Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.
* Expectabam eũ, qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus, & tẽpestate.
* Præcipita Domine, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatẽ, & contradictionem in ciuitate.
* Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, * & iniustitia.
Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus.
* Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.
Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: absc̃odissem me forsitan ab eo.
* Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus:
* Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.
* Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes:
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.
* Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus saluabit me.
* Vespere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocẽ meã.
* Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.
* Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.
Non enim est illis commutatio, & nõ timuerunt Deum: * extendit manum suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamẽtum eius, * diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.
* Iacta super Dominum curã tuam, & ipse te enutriet: nõ dabit in æternum fluctuationem iusto.
* Tu verò Deus deduces eos, in puteum interitus.
Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

In finem,
Pro populo, qui à Sanctis longè factus est, Dauid in tituli inscriptionem, cùm tenuerũt eũ Allophyli in Geth. (1. *Reg.* 21. 12). LV.

MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
*Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.
* Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.
* In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
* Tota die verba mea execrabãtur: aduersum me omnes cogitationes eorum, in malum.
* Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam, * pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
Deus, * vitam meam annunciaui tibi: posuisti lacrymas meas in cõspectu tuo,
Sicut & in promissione tua: * tunc cõuertentur inimici mei retrorsum:
In quacumq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es.
* In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.
* In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.
* Quoniam eripuisti animã meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeã coram Deo in lumine viuentium.

In finem,
Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, cùm fugeret à facie Saul in speluncam. (2. *Reg.* 22. 1. & 24. 4.)
LVI.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniã in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.
* Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.
* Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, * & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.
* Exaltare super cælos Deus: & in omnem terram gloria tua.
* Laqueum parauerũt pedibus meis: incuruauerunt animam meam.
Foderũt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.
* Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.
* Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
* Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus:
* Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.
* Exaltare super cælos Deus; & super omnem terram gloria tua.

In finem,
Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem. LVII.

SI verè vtique iustitiam loquimini: recta iudicate filij hominum.
* Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.
* Alienati sunt peccatores à vulua, erauerunt ab vtero: locuti sunt falsa.
* Furor illis secundùm similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,
* Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.
* Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.
* Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
* Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.
* Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.
* Lætabitur iustus cùm viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
* Et dicet homo: Si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.

In finem,
Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionẽ, quando misit Saul, & custodiuit domũ eius, vt eum interficeret. (1. *Reg.* 19. 11.) LVIII.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.
* Ripe me de operantibus iniquitatẽ: & de viris sanguinum salua me.
* Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
* Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.
* Exurge in occursum meũ, & vide: & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel, Intende ad visitandas omnes gentes: non misereatis omnibus, qui operantur iniquitatem.
* Conuertentur ad vesperã: & famem patientur vt canes, & circuibũt ciuitatẽ.
* Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit?
* Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.
* Fortitudinẽ meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es:
* Deus meus, misericordia eius præueniet me.
* Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:
* Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione & mẽdacio annunciabuntur * in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.
* Conuertentur ad vesperã, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.
*Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.
* Ego autẽ cantabo fortitudinem tuã: & exultabo manè misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, & refugiũ meum, in die tribulationis meæ.
* Adutor meus tibi psallã, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

In finem,
Pro his qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi Dauid in doctrinam, * cùm succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia. (2.*Reg*.8.1. & 10.7. & 1.*Par*.18.1.)

LIX.

DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.
* Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.
* Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
* Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus:
Vt liberentur dilecti tui: * saluum fac dextera tua, & exaudi me.
* Deus locutus est in sancto suo: Lætabor, & partibor Sichimam: & conuallem tabernaculorum metibor.
* Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: * Moab olla spei meę.
In Idumæam extendam calceamentum meũ: mihi alienigenę subditi sunt.
* Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
* Nónne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
* Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
* In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

In finem,
In hymnis Dauid. LX.

EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
* A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.
Deduxisti me, * quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.
* Inhabitabo in tabernaculo tuo in sęcula: protegar in velamento alarũ tuarũ.
* Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
* Dies super dies regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.
* Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?
* Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi: vt reddam vota mea de die in diem.

In finem,
Pro Idithun, Psalmus Dauid.

LXI.

NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
* Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor ampliùs.
* Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos: tamquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?
* Verumtamen pretium meum cogitauerũt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebãt.
* Verumtamen Deo subiecta esto anima mea: quoniã ab ipso patientia mea.
* Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.
* In Deo salutare meũ, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.
* Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.
* Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominũ in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
* Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.
* Semel locutus est Deus, duo hęc audiui, quia potestas Dei est, * & tibi Domine misericordia: [a] quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

[a] *Matt*.16.d.27 *Rom*.2.b.6 1.*Cor*.3.b.8 *Gal*.6.b.5

Psalmus Dauid,
Cùm esset in deserto Idumææ.
(1.*Reg*.22.5.) LXII.

DEus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.
* In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
* Quoniã melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
* Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
* Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

* Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, * adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
* Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
* Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

In finem,
Psalmus Dauid. LXIII.

EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.
* Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.
* Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram,
*vt sagittent in occultis immaculatum.
* Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt vt absconderẽt laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?
* Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur Deus.
Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: * & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: * & timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.
* Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

In finem, Psalmus Dauid,
Canticum Hieremię, & Ezechielis populo transmigrationis, cùm inciperent exire. LXIIII.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem.
* Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
* Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.
* Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, * mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.
*Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, * & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: exitus matutini & vespere delectabis.
* Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.
* Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidijs eis lætabitur germinans.
* Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.
*Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.
* Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

In finem,
Canticum Psalmi resurrectionis.

LXV.

IVbilate Deo omnia terra, * psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
*Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
* Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
*Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.
* Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.
* Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
* Benedicite Gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius,
*Qui posuit animam meam ad vitam: & nõ dedit in commotionẽ pedes meos.
* Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
* Induxisti nos in laqueum, posuisti tribula-

tribulationes in dorso nostro : * imposuisti homines super capita nostra. 12 C

Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. 13

* Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, * quæ distinxerunt labia mea. 14

Et locutum est os meum, in tribulatione mea. 15

* Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

* Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. 16 D

* Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. 17

* Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. 18

*Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. 19

* Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me. 20

In finem,
In hymnis, Psalmus Cantici Dauid. 1
LXVI.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. 2 A

* Vt cognoscamus in terra viã tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. 3

* Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. 4

* Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. 5

*Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum. 6 7

Benedicat nos Deus, Deus noster, * benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. 8

In finem,
Psalmus Cantici ipsi Dauid. 1
LXVII.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. 2 A

* Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. 3

* Et iusti epulẽtur, & exultẽt in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. 4

* Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. 5

Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, * patris orphanorum, & iudicis viduarum. 6

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo: 7

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. 8

* Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto: 9

* Terra mota est, etenim cæli distillauerũt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. 10

* Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam. 11

* Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus. 12

* Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. 13

* Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia. 14

* Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. 15

* Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: 16

* mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: * vt quid suspicamini montes coagulatos? 17

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

* Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in sancto. 18

* Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus: 19 C

Etenim non credẽtes, inhabitare Dominum Deum.

* Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. 20

*Deus noster, Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis. 21

*Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. 22

* Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: 23

* Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso. 24

* Viderũt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei; regis mei qui est in sancto. 25

* Præuenerunt principes coniuncti psallen-

psallentibus, in medio iuuencularum cympanistriarum. 26

* In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel. 27

* Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu. 28 D

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

* Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. 29

*A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera. 30

*Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento. 31

Dissipa gentes, quæ bella volunt: *venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo. 32

* Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino: psallite Deo, *qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem. 33 34

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, * date gloriam Deo super Israel, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. 35

* Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. 36 C

In finem, pro iis qui commutabuntur, Dauid. LXVIII. 1

SAlum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. 2 A

* Infixus sum in limo profundi: & non est substantia. 3

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

* Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. 4

* Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. 5

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.

* Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita. 6

*Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum. 7

Non confundantur super me qui quærunt te, Deus Israel.

*Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. 8 B

*Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. 9

*Quoniam zelus domus tuæ comedit me: "& opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. 10

* Ioan. 2. d. 17 Rom. 15. d. 3

* Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi. 11

*Et posui vestimentũ meum cilicium: & factus sum illis in parabolam. 12

* Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum. 13

* Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus. 14

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.

* Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum. 15

* Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum. 16

* Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me. 17

*Et ne auertas faciẽ tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. 18

* Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. 19 C

* Tu scis improperiũm meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. 20

*In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum, & miseriam. 21

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui cõsolaretur, & nõ inueni.

*" Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. 22 * Matt. 27. f. 48

* Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ, & in retributiones, & in scãdalum. 23

* Obscurẽtur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. 24

* Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos. 25

*" Fiat habitatio eorũ deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. 26 * Act. 1. d. 20

*Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. 27

* Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ eorum: & non intrent in iustitiã tuam. 28 D

* Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur. 29

* Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me. 30

* Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude: 31

* Et placebit Deo super vitulũ nouellum, cornua producentem & vngulas. 32

* Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra:

* Quoniam

* Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit. 34
* Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis. 35
* Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda. 36
Et inhabitabunt ibi, & hereditate acquirent eam.
* Et semen seruorum eius possidebit eam; & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. 37

In finem, Psalmus Dauid, 1 C
In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

LXIX.

DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. 2 A
* Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam: 3
* Auertãtur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala: 4
Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.
* Exultent & lætétur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuũ. 5
* Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiua me. 6
Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Psalmus Dauid,
Filiorum Ionadab, & priorum captiuorum. 1

LXX.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum: * in iustitia tua libera me, & eripe me. 1 A 2
Inclina ad me aurẽ tuam, & salua me.
* Esto mihi in Deum protectorẽ, & in locum munitum: vt saluum me facias: 3
Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
* Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui: 4
* Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine spes mea à iuuentute mea. 5
* In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus. 6 B
In te cantatio mea semper: * tamquam prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis. 7
* Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam. 8
* Ne proiicias me in tempore senectutis: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me. 9
* Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum. 10
* Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat. 11
* Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice. 12
* Confundantur, & deficiãt detrahentes animæ meæ: operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi. 13
* Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam. 14
* Os meum annunciabit iustitiã tuam; tota die salutare tuum. 15
Quoniam non cognoui litteraturam,
* introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. 16
* Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua: 17
* Et vsq; in senectam & senium: Deus ne derelinquas me, 18
Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est;
Potentiam tuam, * & iustitiam tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi? 19 D
* Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me: 20
* Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me. 21
* Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israel. 22
* Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi; & anima mea, quam redemisti. 23
* Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cùm confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi. 24

Psalmus,
In Salomonem. 1

LXXI.

DEus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis: 2 A
Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
* Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. 3
* Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem. 4
* Et permanebit cum Sole, & ante 5

Lunam,

Lunam, in generatione & generationẽ.
* Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. 6 B
* Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna. 7
* Et dominabitur à mari vsque ad mare; & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. 8
* Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent. 9
* Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent: 10
* Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei: 11 C
* Quia liberabit pauperem à potente; & pauperem, cui non erat adiutor. 12
* Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. 13
* Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. 14
* Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. 15
* Et erit firmamẽtum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. 16 D
* Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen eius. 17
Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.
* Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus: 18
* Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. 19
* Defecerunt laudes Dauid filij Iesse. 20

Psalmus Asaph. 1

LXXII.

QVàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde? 1 A
* Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei. 2
* Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. 3
* Quia non est respectus morti eorum; & firmamentum in plaga eorum. 4
* In labore hominum nõ sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: 5
* Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. 6 B
* Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. 7
* Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt. 8
* Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra. 9
* Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis. 10
* Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? 11
* Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias. 12
* Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas: 13
* Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. 14
* Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. 15 C
* Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me: 16
* Donec intrem in Sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum. 17
* Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. 18
* Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. 19
* Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. 20
* Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: * & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. 21 22
* Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. 23
* Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. 24 D
* Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? 25
* Defecit caro mea, & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ. 26
* Quia ecce, qui elongãt se à te, peribũt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. 27
* Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam: 28
Vt annunciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

Intellectus Asaph. 1

LXXIII.

VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? 1 A
* Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. 2
Redemisti virgam hereditatis tuæ: mons Sion, in quo habitasti in eo.
* Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto! 3

* Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio sollemnitatis tuæ.
Posuerunt signa sua, signa: * & non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignorum securibus* exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.
*[a] Incēderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
* Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.
* Signa nostra non vidimus, iā non est propheta: & nos nō cognoscet amplius.
* Vsquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?
*Vt quid auertis manum tuā, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?
*[a] Deus autem rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ.
* Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
*Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum.
* Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.
*Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.
* Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.
* Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.
* Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
*Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.
* Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
* Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.
* Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

*[a] 4. Reg. 25. c. 9

*[a] Luc. 1. §. 70

In finem, Ne corrumpas, Psalmus Cantici Asaph. LXXIIII.

COnfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua: * cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
* Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
* Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.
* Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
* Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: *quoniam Deus iudex est.
Hunc humiliat, & hunc exaltat: *quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.
*Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Iacob.
* Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

In finem, in Laudibus, Psalmus Asaph, Canticum ad Assyrios. LXXV.

NOtus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.
*Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
* Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.
* Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
* Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.
* Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
* De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit,
*Cùm exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
* Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
* Vouete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera,
Terribili * & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

In finem, pro Idithun, Psalmus Asaph. LXXVI.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
* In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea, *memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.
* Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.
* Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.
* Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.
* Numquid in æternū proiiciet Deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc?
* Aut in finē misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?
* Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
* Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.
*Memor fui operū Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,
* Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
* Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam: * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.
* Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
* Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeunt: * vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuę orbi terræ: commota est & contremuit terra.
* In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
*[a] Exod. 14. c. 19 * Deduxisti sicut oues populū tuum, in manu Moysi & Aaron.

Intellectus Asaph. LXXVII.

ATtēdite populе meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
* Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
* Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.
* Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.
Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.
* Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.
Quanta mādauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: * vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis,
*Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei: & mandata eius exquirant.
* Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans;
Generatio, quæ non direxit cor suum: & non est creditus cū Deo spiritus eius.
* Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.
*Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
* Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.
*Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.
*[a] Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre. *[a] Exod. 14. c. 21
* Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
*[a] Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa. *[a] Exod. 17. v. 6 Psal. 104. v. 38
* Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.
* Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerūt Excelsum in inaquoso.
* Et tentauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.
*Et malè locuti sunt de Deo: dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?
* Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.
Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
*[a] Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel: *[a] Num. 11. v. 2
* Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.
* Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.

*Exod.16.d.4
a *Num.11.b.7
Ioan.6.d.31
1.Cor.10.a.3
*Num.11.g.31

* Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.
* Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
* Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.
* Et pluit super eos sicut puluerē carnes: & sicut arenā maris volatilia pēnata.
* Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.
* Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis:
*non sunt fraudati à desiderio suo.

*Num.11.g.33

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: * & ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.
* In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
* Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.
* Cùm occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.
* Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.
* Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei:
* Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
* Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorū: & non disperdet eos.
Et abundauit vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam:
* Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
* Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso?
* Et cōuersi sunt, & tentauerunt Deū: & sanctum Israel exacerbauerunt.
* Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis,
* Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.

*Exod.7.d.20

*Exod.8.a.6.f.24
*Exod.30.e.15
*Exod.9.f.25

*Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.
*Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos; & ranam, & disperdidit eos.
*Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.
*Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina.
*Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni.

* Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos.
* Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.

*Exod.12.d.29

*Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
* Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tamquam gregem in deserto.

*Exod.14.c.27

*Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
* Et induxit eos in montem sanctificationis suæ; montem, quem acquisiuit dextera eius.

*Ios.13.b.8

Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
* Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.
* Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
* Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum.
* In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.
* Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel.

*1.Reg.4.a.2
Ierem.7.b.12

*Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.
* Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
*Et conclusit in gladio populū suum: & hereditatem suam spreuit.
*Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
* Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.
* Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.
* Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriū sempiternū dedit illis.
* Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit:
* Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
* Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula.

*Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum,
*Pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam.
*Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Psalmus Asaph. LXXVIII.

DEus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
*Posuerunt morticina seruorum tuorum, escas volatilibus cæli; carnes sanctorum tuorum, bestiis terræ.
* Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
* Facti sumus opprobrium vicinis nostris; subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
* Vsquequo Domine irascēris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

*Ierem.10.d.25

* Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt; & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt:
* Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.

*Isai.64.a.9

* Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:
* Ne fortè dicant in Gentibus: Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris,
Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est: * introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundùm magnitudinem brachij tui, possíde filios mortificatorum.
* Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.
* Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum:
In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.

In finem, Pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.

LXXIX.

QVi regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.
Qui sedes super cherubim, manifestare * coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.
Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.
* Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
* Domine Deus virtutum, quousque irascēris super orationem serui tui?
*Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?
* Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.
* Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam: & salui erimus.
*Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.
*Dux itineris fuisti in conspectu eius: plantasti radices eius, & impleuit terram.
* Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.
*Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.
* Vt quid destruxisti maceriam eius: & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?
* Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam.
*Deus virtutum conuertere: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.
* Et perfice eam, quam plantauit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.
* Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.
* Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ; & super filium hominis, quem confirmasti tibi.
* Et non discedimus à te, viuificabis nos: & nomen tuum inuocabimus.
*Domine Deus virtutū conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

In finem,
Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

LXXX.

EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.
*Sumite psalmum, & date tympanum; psalterium iucundum cum cithara.

* Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestræ :
* Quia præceptum in Israel est: & iudicium Deo Iacob.
[a] Gen.41. f. 29 *" Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti : linguam, quam non nouerat, audiuit.
* Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.
* In tribulatione inuocasti me,& liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis : " probaui te apud aquam contradictionis.
[b] Exod.20. a.2 *" Audi populus meus,& contestabor te:Israel si audieris me,*nõ erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.
*Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti : dilata os tuum, & implebo illud.
* Et non audiuit populus meus vocem meam : & Israel non intendit mihi.
[c] Act.7. c.16 *" Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum , ibunt in adinuentionibus suis.
[d] Baruc.3. b.13 *" Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset :
* Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem : & super tribulantes eos misissem manum meam.
* Inimici Domini mentiti sunt ei : & erit tempus eorum in sæcula.
* Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra , melle saturauit eos.

Psalmus Asaph. LXXXI.

DEus stetit in synagoga deorum : in medio autem deos diiudicat.
* Vsquequo iudicatis iniquitatem : & facies peccatorum sumitis?
*Iudicate egeno,& pupillo:humilem, & pauperem iustificate.
[e] Prou.24. a. 11 *" Eripite pauperem : & egenum de manu peccatoris liberate.
* Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant : mouebuntur omnia fundamenta terræ.
[f] Ioan.10. g. 34 *" Ego dixi : Dij estis , & filij excelsi omnes.
* Vos autem sicut homines moriemini : & sicut vnus de principibus cadetis.
* Surge Deus,iudica terram:quoniam tu hereditabis in omnibus Gentibus.

Canticum Psalmi Asaph.
LXXXII.

DEus, quis similis erit tibi?ne taceas, neque compescaris Deus:
* Quoniam ecce inimici tui sonuerũt : & qui oderunt te,extulerunt caput.
* Super populum tuum malignauerunt consilium : & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
* Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltrà.
* Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt, * tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ :
Moab , & Agareni, * Gebal, & Ammon, & Amalec : alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
* Etenim Assur venit cum illis : facti sunt in adiutorium filiis Lot.
[g] Iudic.7. f. 22 Iudic. 4. d. 15 *Fac illis sicut Madian, & Sisaræ; sicut Iabin in torrente Cisson.
* Disperierunt in Endor:facti sunt vt stercus terræ.
[h] Iudic.7. f. 25 * Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb , & Zebee, & Salmana ;
Omnes principes eorum , * qui dixerunt : Hereditate possideamus Sanctuarium Dei.
* Deus meus pone illos vt rotam : & sicut stipulam ante faciem venti.
* Sicut ignis, qui comburit siluam : & sicut flamma comburens montes :
* Ita persequêris illos in tempestate tua : & in ira tua turbabis eos.
* Imple facies eorum ignominia : & quærent nomen tuum, Domine.
* Erubescãt, & conturbentur in sæculum sæculi: & confundantur,& pereant.
*Et cognoscant quia nomen tibi Dominus:tu solus Altissimus in omni terra.

In finem,
Pro torcularibus filijs Core,Psalmus.
LXXXIII.

QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum : * concupiscit , & deficit anima mea in atria Domini.
Cor meum,& caro mea,exultauerunt in Deum viuum.
*Etenim passer inuenit sibi domum,& turtur nidum sibi,vbi ponat pullos suos.
Altaria tua Domine virtutum : rex meus , & Deus meus.
* Beati , qui habitãt in domo tua Domine:in sæcula sæculorum laudabunt te.
* Beatus vir,cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, * in valle lacrymarum in loco,quem posuit.
* Etenim benedictionem dabit legislator,

lator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.
* Domine Deus virtutum exaudi orationem meam : auribus percipe Deus Iacob .
* Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui :
*Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia .
Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
* Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus : gratiam , & gloriam dabit Dominus.
* Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia : Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

In finem, filiis Core,Psalmus.
LXXXIIII.

BEnedixisti Domine terram tuam : auertisti captiuitatem Iacob.
* Remisisti iniquitatem plebis tuæ : operuisti omnia peccata eorum.
* Mitigasti omnem iram tuam : auertisti ab ira indignationis tuæ.
* Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.
* Numquid in æternum irascêris nobis?aut extendes iram tuam à generatione in generationem ?
*Deus tu conuersus viuificabis nos:& plebs tua lætabitur in te.
* Ostende nobis Domine misericordiam tuam : & salutare tuum da nobis.
*Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : quoniam loquetur pacem in plebem suam ;
Et super sanctos suos , & in eos qui conuertuntur ad cor.
* Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
* Misericordia & veritas obuiauerunt sibi : iustitia & pax osculatæ sunt.
* Veritas de terra orta est:& iustitia de cælo prospexit.
* Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.
* Iustitia ante eum ambulabit : & ponet in via gressus suos.

Oratio ipsi Dauid. LXXXV.

INclina Domine aurẽ tuam, & exaudi me : quoniã inops & pauper sum ego.
* Custodi animam meam , quoniam sanctus sum : saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te.
* Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die : * lætifica animam serui tui , quoniam ad te Domine animam meam leuaui.
[i] Ioel 2. c. 23 *"Quoniam tu Domine suauis,& mitis , & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.
*Auribus percipe Domine orationem meã: & intende voci deprecationis meæ.
* In die tribulationis meæ clamaui ad te : quia exaudisti me.
* Non est similis tui in diis Domine: & non est secundùm opera tua.
* Omnes gentes quascumque fecisti, venient , & adorabunt coram te Domine : & glorificabunt nomen tuum.
* Quoniam magnus es tu , & faciens mirabilia : tu es Deus solus.
* Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua:lętetur cor meum vt timeat nomen tuum.
*Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo,& glorificabo nomen tuum in æternum :
* Quia misericordia tua magna est super me : & eruisti animam meam ex inferno inferiori.
* Deus , iniqui insurrexerunt super me , & synagoga potentium quæsierunt animam meam : & non proposuerunt te in conspectu suo .
*Et tu Domine Deus miserator & misericors,patiens, & multæ misericordiæ, & verax ,
* Respice in me , & miserere mei, da imperium tuum puero tuo : & saluum fac filium ancillæ tuæ.
* Fac mecum signum in bonum,vt videant qui oderunt me,& confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Filiis Core , Psalmus Cantici.
LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
*Gloriosa dicta sunt de te,ciuitas Dei.
* Memor ero Rahab & Babylonis scientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus,& populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
* Numquid Sion dicet: Homo,& homo natus est in ea : & ipse fundauit eam Altissimus?

* Dominus narrabit in scripturis populorum,& principum; horum,qui fuerunt in ea. 6
* Sicut lætantium omnium habitatio est in te. 7

Canticum Psalmi, Filijs Core,in finé, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ. LXXXVII.

DOmine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te. 2
* Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam: 3
*Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit. 4
* Æstimatus sum cum descendentibus in lacum:factus sum sicut homo sine adiutorio, * inter mortuos liber, 5 6
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.
* Posuerunt me in lacu inferiori : in tenebrosis, & in vmbra mortis. 7
*Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me. 8
* Longè fecisti notos meos à me : posuerunt me abominationem sibi. 9
Traditus sum,& nō egrediebar:*oculi mei languerunt præ inopia. 10
Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
* Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici susciabunt, & confitebuntur tibi? 11
* Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? 12
* Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? 13
* Et ego ad te Domine clamaui : & manè oratio mea præueniet te. 14
* Vt quid Domine repellis orationem meam : auertis faciem tuam à me? 15
* Pauper sum ego,& in laboribus à iuuentute mea : exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus. 16
* In me transierunt iræ tuæ : & terrores tui conturbauerunt me. 17
* Circumdederunt me sicut aqua tota die : circumdederunt me simul. 18
* Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria. 19

Intellectus Ethan Ezrahitæ. LXXXVIII.

MIsericordias Domini in æternum cantabo. 1
In generationem & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo. 2
*Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cælis:præparabitur veritas tua in eis. 3
* Disposui testamentum electis meis, *iuraui Dauid seruo meo: *vsque in æternum præparabo semen tuum. 4 5 *2.Reg.7.c.12
Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.
* Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine : etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. 6
*Quoniam quis in nubibus equabitur Domino : similis erit Deo in filiis Dei? 7
*Deus,qui glorificatur in consilio sanctorum : magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. 8
* Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. 9
* Tu dominaris potestati maris : motum autem fluctuum eius tu mitigas. 10
* Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum : in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. 11
* "Tui sunt cæli,& tua est terra,orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti : 12 *Gen.1.4.2
* aquilonem & mare tu creasti. 13
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt : *tuū brachium cum potentia. 14
Firmetur manus tua,& exaltetur dextera tua : * iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. 15
Misericordia & veritas præcedent faciem tuam : * beatus populus, qui scit iubilationem. 16
Domine, in lumine vultus tui ambulabūt, * & in nomine tuo exultabunt tota die : & in iustitia tua exaltabuntur. 17
* Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. 18
* Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. 19
* Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti : Posui adiutorium in potente:& exaltaui electum de plebe mea. 20
* "Inueni Dauid seruum meum : oleo sancto meo vnxi eum. 21 *1.Reg.16.v.1.c.12 Aller.13.f.22
* Manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confortabit eum. 22

* Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. 23
* Et concîdam à facie ipsius inimicos eius:& odientes eum in fugā conuertam. 24
* Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso : & in nomine meo exaltabitur cornu eius. 25
* Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. 26
*Ipse inuocabit me : Pater meus es tu: Deus meus,& susceptor salutis meæ: 27
* Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ. 28
* In æternū seruabo illi misericordiam meam; & testamentum meum fidele ipsi. 29
* Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. 30
*Si autem dereliquerint filij eius legem meam : & in iudicijs meis non ambulauerint : 31
* Si iustitias meas profanauerint : & mandata mea non custodierint : 32
* Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum. 33
*Misericordiam autem meam non dispergam ab eo : neque nocebo in veritate mea : 34
*Neque profanabo testamentū meum: & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. 35
* Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar : * semen eius in æternum manebit. 36 37
* Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum : & testis in cælo fidelis. 38 *1.Reg.7.d.16
* Tu verò repulisti & despexisti:distulisti Christum tuum. 39
*Euertisti testamentum serui tui: profanasti in terra Sanctuarium eius. 40
* Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem. 41
* Diripuerunt eum omnes trāseuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis. 42
* Exaltasti dexteram deprimentium eum : lætificasti omnes inimicos eius. 43
* Auertisti adiutorium gladij eius : & non es auxiliatus ei in bello. 44
* Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius in terram collisisti. 45
*Minorasti dies temporis eius : perfudisti eum confusione. 46
*Vsquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua? 47
* Memorare quæ mea substantia : numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum? 48
* Quis est homo,qui viuet, & non videbit mortem : eruet animam suam de manu inferi? 49
* Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, "sicut iurasti Dauid in veritate tua? 50 *2.Reg.7.c.11
* Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium. 51
* Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. 52
* Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat. 53

Oratio Moysi hominis Dei. LXXXIX.

DOmine,refugium factus es nobis,à generatione in generationem. 1
* Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis; à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus. 2
* Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti: Conuertimini filij hominum. 3
* Quoniā mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna,quæ præteriit, 4
Et custodia in nocte, *quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. 5
*Manè sicut herba transeat,manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat. 6
* Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. 7
* Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. 8
* Quoniam omnes dies nostri defecerunt : & in ira tua defecimus. 9
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: * "dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. 10 *Eccli.18.v.2.
Si autem in potentatibus, octoginta anni : & amplius eorum, labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.
* Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam *dinumerare? 11 12
Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.
* Conuertere Domine vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos. 13
* Repleti sumus manè misericordia tua : & exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris. 14
*Lætati sumus pro diebus,quibus nos humiliasti; annis, quibus vidimus mala. 15

* Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum. 16
* Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige. 17

Laus Cantici Dauid. XC.

QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. 1 A
* Dicet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum. 2
* Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. 3
* Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. 4
* Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, 5 B
* A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano. 6
* Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. 7
* Verumtamẽ oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis. 8
*Quoniã tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum. 9 C
*Non accedet ad te malũ: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. 10
*" Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. 11
* In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. 12
* Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem. 13 D
* Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. 14
*Clamabit ad me, & ego exaudiã eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. 15
* Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum. 16

*Matth. 4. a. 6 Luca 4. b. 10

Psalmus Cantici, In die sabbati. XCI.

BOnum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime; 1 2 A
* Ad annunciandum manè misericordiam tuã, & veritatẽ tuam per noctem; 3
* In decachordo, psalterio; cum canticо, in cithara. 4
*Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. 5
* Quàm magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. 6 B
*Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc. 7
* Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem: 8
Vt intereant in sæculum sæculi: * tu autem Altissimus in æternum Domine. 9
* Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem. 10
* Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi. 11 C
* Et despexit oculus meus inimicos meos: & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. 12
*Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. 13
* Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. 14
* Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & bene patientes erunt, * vt annuncient: 15 16
Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

Laus Cantici ipsi Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra. XCII.

DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. 1 A
Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.
*Parata sedes tua ex tũc: à sæculo tu es. 2
* Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam. 3
Eleuauerunt flumina fluctus suos, * à vocibus aquarum multarum. 4
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. B
* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum. 5

Psalmus ipsi Dauid, Quarta sabbati. XCIII.

DEus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit. 1 A
* Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. 2

* Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur: 3
* Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam? 4
*Populum tuum Domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt. 5
* Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt. 6
* Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. 7 B
* Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite. 8
*Qui plantauit aurem, nõ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? 9
* Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam? 10
* Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. 11
*Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum: 12
* Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. 13 C
*Quia non repellet Dñs plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet. 14
* Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. 15 A
*Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? 16
*Nisi quia Dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. 17
*Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me. 18 D
* Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. 19
* Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto? 20
* Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt. 21
* Et factus est mihi Dñs in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ. 22
* Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster. 23

Laus Cantici ipsi Dauid. XCIIII.

VEnite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro. 1 A
* Præoccupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei. 2
* Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnes deos. 3
* Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines mõtium ipsius sunt. 4
* Quoniã ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccã manus eius formauerunt. 5
*Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos. 6
*Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. 7 B
* " Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; 8 *Heb. 3. b. 7
* Sicut in irritatione secundùm diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea. 9
* " Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde. 10 *Num. 14. f. 34
* Et isti non cognouerunt vias meas: " vt iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam. 11 *Heb. 4. a. 3

Canticum ipsi Dauid, Quando domus ædificabatur post captiuitatem. (1. Par. 15.)

XCV.

CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. 1 A
* Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius. 2
* Annunciate inter Gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. 3
*Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. 4
* Quoniam omnes dij Gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit. 5
*Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. 6 B
*Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: *afferte Domino gloriam nomini eius. 7 8
Tollite hostias, & introite in atria eius: *adorate Dominum in atrio sancto eius. 9
Commoueatur à facie eius vniuersa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnauit. 10 C
Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
* Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: *gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. 11 12
Tunc exultabunt omnia ligna syluarum * à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram. 13

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Huic Dauid,
Quando terra eius restituta est.
XCVI.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
* Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.
* Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.
* Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.
* Montes, sicut cera fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.
* Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
*"Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.
"Adorate eum omnes angeli eius: *audiuit, & lætata est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine:
*Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
*"Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.
* Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.
*Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Exod. 20. a. 4. Leuit. 26. a. 1. Deut. 5. a. 8.
Hebr. 1. c. 6.
Amos 5. d. 15. Rom. 12. b. 9.

Psalmus ipsi Dauid. XCVII.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.
*"Notũ fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
* Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.
Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.
* Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.
* Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conspectu regis Domini: * moueatur mare, & plenitudo eius; orbis terrarum, & qui habitant in eo.
* Flumina plaudẽt manu, simul montes exultabunt * à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Isa. 52. c. 10. & 63. b. 8.

Psalmus ipsi Dauid. XCVIII.

DOminus regnauit, irascantur populi; qui sedet super cherubim, moueatur terra.
* Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.
* Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: * & honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.
*Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.
* Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius:
Inuocabant Dñm, & ipse exaudiebat eos: *in colũna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.
* Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
* Exaltate Dominũ Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Psalmus in confessione.
XCIX.

IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.
Introite in conspectu eius, in exultatione.
* Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos:
Populus eius, & oues pascuæ eius: *introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.
Laudate nomen eius: * quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

Psalmus ipsi Dauid. C.

MIsericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine:
Psallam, * & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

* Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.
Non adhæsit mihi * cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam.
* Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.
Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.
* Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.
*Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.
*In matutino interficiebã omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Oratio pauperis,
Cùm anxius fuerit, & in conspectu
Domini effuderit precem
suam. CI.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
* Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me:
* Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerũt.
*Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
*A voce gemitus mei adhęsit os meum carni meæ.
* Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
* Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
* Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me aduersum me iurabant.
*Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam,
*A facie iræ & indignationis tuę: quia eleuans allisisti me.
*Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.
* Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.
* Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tẽpus.
* Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.
*Et timebunt Gentes nomen tuũ Domine, & omnes reges terræ gloriã tuam.
* Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.
*Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.
*Scribantur hęc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dñm:
*Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit:
* Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum:
* Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ierusalem.
*In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino.
*Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
* Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.
* Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.
*Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
*Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Ipsi Dauid. CII.

BEnedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius.
*Benedic anima mea Domino: & noli obliuiscì omnes retributiones eius.
* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
* Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.
* Qui replet in bonis desideriũ tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
* Faciens misericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriam patiẽtibus.
*Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel voluntates suas.
* Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.
* Non in perpetuum irascetur: neque ni æternum comminabitur.

Num. 14. c. 18.

* Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis: neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis. 10
* Quoniam ſecundùm altitudinem cæli à terra, corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. 11
* Quantum diſtat Ortus ab Occidente: lõgè fecit à nobis iniquitates noſtras. 12
*Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe: 13
* quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. 14
Recordatus eſt quoniam puluis ſumus: * homo, ſicut fœnum dies eius, tamquam flos agri ſic efflorebit. 15
* Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet ampliùs locum ſuum. 16
*Miſericordia autẽ Domini ab æterno, & vſq; in æternum ſuper timentes eum. 17
Et iuſtitia illius in filios filiorum, * his qui ſeruant teſtamentum eius: 18
Et memores ſunt mandatorum ipſius, ad faciendum ea. D
*Dominus in cælo parauit ſedẽ ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur. 19
* Benedicite Dño omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. 20
* Benedicite Domino omnes virtutes eius: miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. 21
* Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino. 22

Ipſi Dauid. CIII. 1

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. A
Confeſſionem, & decorem induiſti: * amictus lumine ſicut veſtimento: 2
Extendens cælum ſicut pellem: * qui tegis aquis ſuperiora eius. 3
Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.
*Heb. 1. c. 7 * Qui facis angelos tuos, ſpiritus; & miniſtros tuos, ignem vrentem. 4
*Qui fundaſti terrã ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſæculũ ſæculi. 5
*Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ. 6
* Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt. 7
* Aſcendunt montes, & deſcendunt campi, in locum quem fundaſti eis. 8
*Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur: neque conuertentur operire terram. B 9
* Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertranſibunt aquæ. 10
* Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua. 11
* Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. 12
*Rigans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operũ tuorum ſatiabitur terra: 13
*Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum: 14
Vt educas panem de terra: * & vinum lætificet cor hominis:
Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet. 15
* Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: * illic paſſeres nidificabunt. 16
Herodij domus dux eſt eorũ: *montes excelſi ceruis: petra refugium herinaciis. 17
* Fecit lunam in tempora: ſol cognouit occaſum ſuum. 18
* Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. C 19
*Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. 20
* Ortus eſt ſol, & congregati ſunt: & in eubilibus ſuis collocabuntur. 21
* Exibit homo ad opus ſuũ: & ad operationem ſuam vſque ad veſperum. 22
* Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua. 24
* Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus. 25
Animalia puſilla cum magnis: * illic naues pertranſibunt. 26
Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei: * omnia à te expectant vt des illis eſcam in tempore. D 27
* Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. 28
* Auertente autẽ te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. 29
*Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. 30
* Sit gloria Domini in ſæculum: lætabitur Dominus in operibus ſuis: 31
* Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. 32
**Cantabo Domino in vita mea: pſallam Deo meo quamdiu ſum. *Inf. 145. 4. 2 33

*Iucun-

* Iucundum ſit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino. 34
* Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non ſint: benedic anima mea Domino. 35

Alleluia. (1. Par. 16. 8.)

CIIII.

1. Par. 16. 8. Iſa. 12. 4 COnfitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius. 1 A
* Cantate ei, & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius. 2
* Laudamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quærentium Dominum. 3
* Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. 4
*Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius. 5
* Semen Abraham, ſerui eius: filij Iacob electi eius. 6
* Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius. 7
* Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui; verbi, quod mandauit in mille generationes: 8
*Gen. 12. 16. *Quod diſpoſuit ad Abraham: & iuramenti ſui ad Iſaac: 9
* Et ſtatuit illud Iacob in præceptum: & Iſrael in teſtamentum æternum: 10
*Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis veſtræ. 11
* Cùm eſſent numero breui, pauciſſimi & incolæ eius: 12
*Et pertranſierunt de gente in gẽtem, & de regno ad populum alterum: 13 B
*Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges. 14
*1. Par. 16. 22. *Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari. 15
*2. Reg. 2. 6. 14 * Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit. 16
*Gen. 37. 36 *Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. 17
*Gen. 39. 20 *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertrãſiit animam eius, 18
* donec veniret verbum eius. 19
Eloquium Domini inflammauit eum: 20
*Gen. 41. 14 **miſit rex, & ſoluit eum; princeps populorum, & dimiſit eum.
*Conſtituit eum dominũ domus ſuæ: & principem omnis poſſeſſionis ſuæ. 21
*Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: & ſenes eius prudentiam doceret. 22
*Gen. 46. 6. *Exod. 1. 7. Act. 7. b. 17 **Et intrauit Iſrael in Ægyptum: & Iacob accola fuit in Terra Cham. 23 C
* Et auxit populum ſuum vehementer: & firmauit eum ſuper inimicos eius. 24
* Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: & dolum facerent in ſeruos eius. 25
*Exod. 3. b. 10. & 4. d. 29 **Miſit Moyſen ſeruum ſuum; Aaron, quem elegit ipſum. 26
*Exod. 7. a. 10 **Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum in Terra Cham. 27
*Exod. 10. f. 21 **Miſit tenebras, & obſcurauit: & non exacerbauit ſermones ſuos. 28
*Exod. 7. d. 20 **Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum. 29
*Exo. 8. b. 6 **Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipſorum. 30
*Exod. c. 8 & 9 *Dixit, & venit cœnomyia: & cinifes in omnibus finibus eorum. 31
* Poſuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipſorum. 32
* Et percuſſit vineas eorũ, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finiũ eorum. 33
*Exod. 10. c. 12 **Dixit, & venit locuſta, & bruchus, cuius non erat numerus: 34 D
* Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum. 35
*Exod. 12. d. 19 **Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. 36
*Exod. 13. d. 21 **Et eduxit eos cum argẽto & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus. 37
* Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum ſuper eos. 38
*Pſal. 77. b. 14. 1. Cor. 10. 4. 1 **Expandit nubẽ in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. 39
*Exod. 16. c. 13 **Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli ſaturauit eos. 40
*Num. 20. c. 11 **Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in ſicco flumina; 41
*Gen. 17. 4. 7 **Quoniã memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerũ ſuum. 42
* Et eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia. 43
* Et dedit illis regiones Gentium: & labores populorum poſſederunt: 44
* Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant. 45

Alleluia. (Iudith 13. 21.) CV.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. 1 A
*Iudith 13. 23. Eccli. 43. d. 35 **Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? 2
*Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. 3
*Memento noſtri Domine in beneplacito 4

cito populi tui: visita nos in salutari tuo:
* Ad videndũ in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hereditate tua.
*ᵃ Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.
* Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerũt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare rubrum.
* Et saluauit eos propter nomẽ suum: vt notam faceret potentiam suam.
*ᵇ Et increpuit Mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
* Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
*ᶜ Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
* Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
*Citò fecerunt, obliti sunt operũ eius: & non sustinuerunt consilium eius.
*ᵈ Et concupierunt concupiscentiã in deserto: & tẽtauerunt Deũ in inaquoso.
*ᵉ Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
* Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini.
*ᶠ Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
* Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
*ᵍ Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.
*Et mutauerũt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.
* Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, *mirabilia in Terra Cham: terribilia in mari rubro.
*ʰ Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius:
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos: *& pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:
Non crediderunt verbo eius, *& murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.
*ⁱ Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto:
* Et vt deiiceret semen eorũ in Nationibus: & dispergeret eos in regionibus.
*Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

* Et irritauerunt eum in adinuẽtionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.
*ᵏ Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.
* Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem & generationem vsque in sempiternum.
*ˡ Et irritauerunt eum ad Aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: * quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis: *nõ disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.
* Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: * & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.
* Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis.
* Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus, *& contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.
* Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hereditatem suam.
*Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.
*Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum:
* sæpe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
* Et vidit cùm tribularentur: & audiuit orationem eorum.
*ᵐ Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundùm multitudinem misericordiæ suæ.
* Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.
*Saluos nos fac Domine Deus noster: & congrega nos de Nationibus:
Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.
* Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo & vsque in sæculum: & dicet omnis populus: Fiat, fiat.

Alleluia. (*Iudith* 13.21.) CVI.

1 A COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
2 * Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de

regionibus congregauit eos,
3 * A solis ortu, & occasu; ab aquilone, & mari.
4 * Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,
5 * Esurientes, & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.
6 * Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.
7 * Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.
8 * Confiteãtur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.
9 * Quia satiauit animam inanẽ: & animam esurientem satiauit bonis.
10 * Sedentes in tenebris, & vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.
11 * Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt.
12 * Et humiliatũ est in laboribus cor eorũ: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.
13 B * Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
14 * Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.
15 * Confiteantur Domino misericordię eius: & mirabilia eius filiis hominum.
16 * Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.
17 * Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
18 * Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.
19 * Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
20 * Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.
21 C * Confiteantur Domino misericordię eius: & mirabilia eius filiis hominum:
22 * Et sacrificent sacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione.
23 * Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.
24 * Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.
25 * Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.
26 * Ascendũt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
27 * Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.
28 * Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.
29 * Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.
30 * Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
31 * Confiteantur Domino misericordię eius: & mirabilia eius filiis hominum.
32 * Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.
33 *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim;
34 D * Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.
35 * Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.
36 * Et collocauit illic esuriẽtes: & constituerunt ciuitatem habitationis.
37 * Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.
38 * Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorũ non minorauit.
39 * Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.
40 * Effusa est contẽptio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.
41 * Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
42 * ᵃ Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum. ᵃ Num. 22. c. 19
43 * Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?

Canticum Psalmi ipsi Dauid. (*Sup.* 56.8.) CVII.

1 A PAratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.
2 * Exurge gloria mea, exurge psalteriũ, & cithara: exurgam diluculo.
3 * Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.
4 * Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsq; ad nubes veritas tua.
5 * Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: * vt liberentur dilecti tui.
6 Saluum fac dextera tua, & exaudi me:
7 * Deus locutus est in sancto suo:
8 B Exultabo, & diuidam Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar.
9 * Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.

Iuda rex meus:* Moab lebes spei meę. 10
In Idumæam extendã calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt. 11
* Quis deducet me in ciuitatẽ munitam? quis deducet me vsq; in Idumęam? 12
* Nónne tu Deus, qui repulisti nos, & non exibis Deus in virtutibus nostris? 13
* Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. 14
* In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

In finem, Psalmus Dauid. 1

CVIII.

DEus laudem meam ne tacueris: 2
quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. A
* Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis. 3
* Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. 4
* Et posuerũt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea. 5
* Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius. 6
* Cùm iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum. 7
* Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter. 8
* Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua. 9
* Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: & eiiciantur de habitationibus suis. 10 B
* Scrutetur fœnerator omnẽ substantiam eius: & diripiãt alieni labores eius. 11
* Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. 12
* Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius. 13
* In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur. 14
* Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum: * pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam. 15 B
* Et persecutus est hominẽ inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. 16 5
* Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. 17 6
Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. 18 C 7
* Fiat ei sicut vestimentũ, quo operitur; & sicut zona, qua semper præcingitur. 19
* Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam. 20
* Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. 21
Libera me, * quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me. 22
* Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locustæ. 23
* Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleũ. 24
* Et ego factus sum opprobrium illis. viderunt me, & mouerunt capita sua. 25 D
* Adiuua me Domine Deus meus: saluũ me fac secundùm misericordiã tuam. 26
* Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam. 27
* Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur. 28
* Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua. 29
* Confitebor Dño nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum. 30
* Quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequẽtibus animã meã. 31

Psalmus Dauid. 1

CIX.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis: A *Matt. 22. d. 42*
" Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. *1. Cor. 15. d. 25 Heb. 1. d. 13. & 10. c. 13*
* Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. 2
* Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. 3
* " Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. 4 B *" Heb. 5. b. 6. & 7. c. 17*
* Dominus à dextris tuis, confregi t in die iræ suæ reges. 5
* Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: cõquassabit capita in terra multorũ. 6
* De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. 7

Alleluia. 1

CX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo; in consilio iustorum, & congregatione. A

* Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius. 2 4
* Confessio & magnificẽtia opus eius: & iustitia eius manet in sæculum sęculi. 3 5
* Memoriam fecit mirabiliũ suorum, misericors & miserator Dominus: * escam dedit timentibus se. 4 5 6 7 B 8
Memor erit in sęculum testamẽti sui: * virtutem operum suorum annunciabit populo suo: 6 9
* Vt det illis hereditatem gentium: opera manuum eius, veritas & iudicium. 7 B
* Fidelia omnia mandata eius: confirmata in sæculum sęculi, facta in veritate & æquitate. 8 1 A
* Redemptionem misit populo suo: mandauit in ęternũ testamentum suum. 9 2
Sanctum, & terribile nomen eius: * " initium sapientiæ timor Domini. 10 3 *" Prou. 1. d. 7. & 9. d. 17. Eccli. 1. d. 16*
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in sæculum sæculi. 4

Alleluia, Reuersionis Aggæi, & Zachariæ. 5

CXI.

BEatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. 1 A 6
* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. 2 7
* Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi. 3 8
* Exortum est in tenebris lumẽ rectis: misericors, & miserator, & iustus. 4 1
* Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: * quia in æternum non commouebitur. 5 B 6 2 3
* In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. 7 4
Paratum cor eius sperare in Domino, * confirmatum est cor eius: nõ commouebitur donec despiciat inimicos suos. 8 5 6
* Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria. 9 7
* Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit. 10 8

Alleluia. 9

CXII.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. 1 A C
* Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & vsque in sæculum. 2 10
* A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. 3 11
* " Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. 4 5 *" Malac. 1. d. 11*
* Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in cælo & in terra? 6 7 B 8
* Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: 9
* Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
* Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Alleluia. 1

CXIII.

IN exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro: A *Exod. 13. d. 3*
* Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. 2
* Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. 3
* Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium. 4
* Quid est tibi mare quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum? 5
* Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. 6
* A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. 7
* Qui conuertit petrã in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. 8
* NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS: sed nomini tuo da gloriam. 1 B
* Super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant Gentes: Vbi est Deus eorum? 2
* Deus autem noster in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit. 3
* " Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. 4 *" Infr. 134. c. 15*
* " Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. 5 *" Sap. 15. d. 15*
* Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. 6
* Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. 7
* Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. 8
* Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. 9 C
* Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. 10
* Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. 11
* Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis. 12

Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.
* Benedixit omnibus,qui timent Dominum,pusillis cum maioribus.
* Adiiciat Dominus super vos;super vos, & super filios vestros.
* Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum,& terram.
* Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.
* Barue. 2. d.17 * Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes, qui descendunt in infernum.
* Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Alleluia. CXIIII.

DIlexi,quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.
* Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.
* Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni:
* & nomen Domini inuocaui.
O Domine libera animam meam:
* misericors Dominus,& iustus,& Deus noster miseretur.
*Custodiens paruulos Dominus:humiliatus sum,& liberauit me.
* Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.
*Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.
* Placebo Domino in regione viuorum.

Alleluia. CXV.

2. Cor.4. c.13 Rom.3. a.4 CRedidi,propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
* Ego dixi in excessu meo:Omnis homo mendax.
*Quid retribuam Domino, pro omnibus,quæ retribuit mihi?
* Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.
* Vota mea Domino reddam coram omni populo eius:* pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.
* O Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis,& nomen Domini inuocabo.
* Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius; * in atriis domus Domini,in medio tui Ierusalem.

Alleluia. CXVI.

Rom.15. c.11. LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi:
* Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: * & veritas Domini manet in æternum. * Ioan. 12. c.34

Alleluia. CXVII.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
* Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
*Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sæculum misericordia eius.
* Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius.
* De tribulatione inuocaui Dominũ: & exaudiuit me in latitudine Dominus.
* Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
* Hebr.13. a.6 * Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.
* Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:
* Bonum est sperare in Domino,quàm sperare in principibus.
* Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
* Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
* Circumdederũt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
*Impulsus euersus sum vt caderem:& Dominus suscepit me.
* Exod.15. a.2 * Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.
* Vox exultationis & salutis,in tabernaculis iustorum.
* Dextera Domini fecit virtutem:dextera Domini exaltauit me,dextera Domini fecit virtutem.
* Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.
* Castigans castigauit me Dominus:& morti non tradidit me.
* Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas cõfitebor Domino: * hæc porta Domini,iusti intrabunt in eam.
* Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

*) Lapi-

*) Matt.21. d.42 Luce 20. c.17 Act.4. d.11 Rom.9. d.33 1.Pet.2. d.7 Isa.28.d.16 *) Lapidem, quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli.
* A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.
* Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.
O Domine saluum me fac,ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, & illuxit nobis.
Constituite diem sollemnem in condensis,vsque ad cornu altaris.
* Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu,& exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
*Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Alleluia. CXVIII.

ALEPH.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.
* Beati,qui scrutãtur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
* Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.
* Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.
* Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.
* Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.
*Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ.
* Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

BETH.

*In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.
* In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.
* In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
* Benedictus es Domine:doce me iustificationes tuas.
* In labiis meis, pronunciaui omnia iudicia oris tui.
* In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.
* In mandatis tuis exercebor:& considerabo vias tuas.
* In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

GIMEL.

* Retribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.
*Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.
*Incola ego sum in terra:non abscondas à me mandata tua.
* Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore.
* Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.
* Aufer à me opprobrium,& contemptum: quia testimonia tua exquisiui.
* Etenim sederunt principes,& aduersum me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
*Nam & testimonia tua meditatio mea est:& consilium meũ iustificationes tuę.

DALETH.

* Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundùm verbum tuum.
* Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
* Viam iustificationũ tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
* Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
* Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.
* Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
*Adhęsi testimoniis tuis Domine:noli me confundere.
*Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.

HE.

* Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
*Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
* Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.
* Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.
* Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
* Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo.
* Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.
* Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

VAV.

* Et veniat super me misericordia tua

Domine: salutare tuum secundùm eloquium tuum. F 66
* Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis. 42 67
*Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudiciis tuis supersperaui. 43
* Et custodiam legem tuam semper, in sæculum & in sæculum sæculi. 44
* Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. 45
* Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum: & non confundebar. 46
* Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. 47
* Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in iustificationibus tuis. 48

ZAIN.

* Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. 49 G
*Hæc me cõsolata est in humilitate mea: quia eloquium tuũ viuificauit me. 50
* Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui. 51
*Memor fui iudiciorum tuorum à sęculo Domine: & consolatus sum. 52
* Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. 53
*Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. 54
* Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam. 55
*Hęc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui. 56

HETH.

* Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam. 57 H
*Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundùm eloquium tuum. 58
* Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua. 59
* Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua. 60
*Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus. 61
* Media nocte surgebam ad confitendũ tibi, super iudicia iustificationis tuæ. 62
* Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. 63
* Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me. 64

TETH.

* Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundùm verbum tuum. 65 I
* Bonitatem, & disciplinam, & scientiã doce me: quia mandatis tuis credidi. 66
* Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. 67
* Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. 68
* Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. 69
*Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum. 70
* Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. 71
* Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti. 72

IOD.

* Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua. 73 K
* Qui timent te videbunt me, & lętabuntur: quia in verba tua supersperaui. 74
*Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me. 75
* Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundùm eloquium tuũ seruo tuo. 76
* Veniant mihi miserationes tuę, & viuam: quia lex tua meditatio mea est. 77
* Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. 78
* Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua. 79
* Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar. 80

CAPH.

* Defecit in salutare tuũ anima mea: & in verbum tuum supersperaui. 81 L
* Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ, dicentes: Quando consolaberis me? 82
* Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas nõ sum oblitus. 83
* Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium? 84
* Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. 85
* Omnia mandata tua veritas: iniquè persecuti sunt me, adiuua me. 86
* Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. 87
*Secundùm misericordiam tuam viuifica me: & custodiã testimonia oris tui. 88

LAMED.

* In æternum Domine, verbum tuum permanet in cælo. 89 M
* In generationem & generationẽ veritas tua: fundasti terram, & permanet. 90

* Ordina-

* Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. 91
*Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tũc fortè periissem in humilitate mea. 92
*In æternum nõ obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. 93
* Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. 94
* Me expectauerunt peccatores vt perderẽt me: testimonia tua intellexi. 95
* Omnis cõsummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. 96

MEM.

* Quomodo dilexi legem tuã Domine? tota die meditatio mea est. 97 N
* Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est. 98
* Super omnes docẽtes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. 99
* Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. 100
* Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. 101
* A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. 102
* Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! 103
* A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. 104

NVN.

* Lucerna pedibus meis verbũ tuum, & lumen semitis meis. 105 O
* Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. 106
* Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundùm verbum tuum. 107
* Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me. 108
* Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. 109
* Posuerũt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui. 110
* Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt. 111
* Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. 112

SAMECH.

* Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. 113 P
*Adiutor, & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui. 114
* Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei. 115
*Suscipe me secundùm eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. 116
* Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. 117
* Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum. 118
*Pręuaricãtes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua. 119
* Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. 120

AIN.

*Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. 121 Q
* Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. 122
* Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ. 123
* Fac cum seruo tuo secundùm misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me. 124
* Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua. 125
* Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam. 126
* Ideo dilexi mandata tua, super aurum & topazion. 127
* Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui. 128

PHE.

* Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. 129 R
* Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. 130
* Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. 131
* Aspice in me, & miserere mei, secũdùm iudicium diligentiũ nomen tuũ. 132
*Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. 133
* Redime me à calumniis hominum: vt custodiam mandata tua. 134
* Faciem tuã illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas. 135
* Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legẽ tuam. 136

SADE.

* Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum. 137 S
* Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis. 138
*Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. 139
*Ignitum eloquium tuũ vehementer: & seruus tuus dilexit illud. 140

* Adoleſcentulus ſum ego, & cõtemptus: iuſtificationes tuas non sũ oblitus. 141 166
* Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: & lex tua veritas. 142 167
* Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt. 143 168
* Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam. 144

COPH.

*Clamaui in toto corde meo, exaudi me Dñe: iuſtificationes tuas requiram. 145 Y T
* Clamaui ad te, ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua. 146 170
* Prẽueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui. 147 171
* Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. 148 172
* Vocem meã audi ſecundùm miſericordiam tuã Domine: & ſecundùm iudicium tuum viuifica me. 149 173
* Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti ſunt. 150 174
* Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas. 151 175
* Initio cognoui de teſtimoniis tuis: quia in æternum fundaſti ea. 152 176

RES.

* Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam nõ ſum oblitus. 153 1 A V
*Iudica iudiciũ meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. 154 2
* Longè à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. 155 3
* Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundùm iudicium tuum viuifica me. 156 4
* Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: à teſtimoniis tuis non declinaui. 157 5 B
* Vidi prẽuaricantes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt. 158 6
* Vide quoniam mandata tua dilexi Dñe: in miſericordia tua viuifica me. 159 7
*Principium verborum tuorum, veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. 160

SIN.

*Principes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum. 161 1 A X
* Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. 162 2
* Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi. 163 3
* Septies in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. 164 4
*Pax multa diligẽtibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum. 165 5 B
* Expectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi. 166 6
* Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer. 167 7
* Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. 168 8

TAV.

* Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. 169 Y
* Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecũdùm eloquium tuũ eripe me. 170
* Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me iuſtificationes tuas. 171
* Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ: quia omnia mandata tua æquitas. 172
* Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata elegi. 173
* Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt. 174
* Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. 175
* Erraui, ſicut ouis quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mãdata tua non ſum oblitus. 176

Canticum graduum. CXIX.

1 A AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.
2 * Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.
3 * Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?
4 * Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.
5 B *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar: 6 * multum incola fuit anima mea.
7 * Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Canticum graduum. CXX.

1 A LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. 2. Par. 20. v. 17
2 * Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.
3 * Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
4 * Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.
5 B * Dominus cuſtodit te, Dñs protectio tua, ſuper manum dexterã tuam.
6 * Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.

* Domi-

* Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus. 7 8
*Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum; ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. 8 1

Canticum graduum. CXXI.

1 A LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: In domum Domini ibimus.
2 * Stantes erant pedes noſtri, in atriis tuis Ieruſalem.
3 * Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.
4 * Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini, teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.
5 * Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid.
6 * Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te. B
7 * Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
8 * Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te:
9 * Propter domum Domini Dei noſtri, quæſiui bona tibi.

Canticum graduum. CXXII.

1 A AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. A
2 * Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum,
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrũ, donec miſereatur noſtri.
3 * Miſerere noſtri Dñe, miſerere noſtri: quia multũ repleti ſumus deſpectione:
4 * Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Canticum graduum. CXXIII.

1 NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: A
2 * niſi quia Dominus erat in nobis,
Cùm exurgerent homines in nos,
3 * forte viuos deglutiſſent nos:
Cùm iraſceretur furor eorum in nos,
4 * forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
5 * Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.
6 *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. B
7 * Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.
8 * Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

Canticum graduum. CXXIIII.

1 A QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat * in Ieruſalem.
2 Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
3 * Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.
4 * Benefac Domine bonis, & rectis corde.
5 * Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operãtibus iniquitatem: pax ſuper Iſrael.

Canticum graduum. CXXV.

1 A IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati:
2 * Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis.
3 * Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.
4 * Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro.
5 * Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent.
6 * Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua.
Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Canticum graduum Salomonis. CXXVI.

1 A NIſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.
2 * Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.
Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum:
3 * ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.
4 * Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.
5 * Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Canticum graduum. CXXVII.

BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.
* Labores manuum tuarũ quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
* Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.
Filij tui sicut nouellę oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.
* Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.
* Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.
* Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

Canticum graduum. CXXVIII.

SÆpè expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel.
* Sępe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
* Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
* Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: * confundantur & conuertãtur retrorsum omnes, qui oderũt Sion.
* Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam euellatur, exaruit:
* De quo non impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit:
* Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Canticum graduum. CXXIX.

DE profundis clamaui ad te Domine: * Domine exaudi vocẽ meam.
Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.
* Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?
* Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: * sperauit anima mea in Domino.
* A custodia matutina vsque ad noctem, speret Israel in Domino.
* Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
* Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum Dauid. CXXX.

DOmine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.
* Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam:
Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.
* Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Canticum graduum. CXXXI.

MEmento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius: *2.Reg.7*
* Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob:
* Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei:
* Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,
* Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
* Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis siluæ.
* Introibimus in tabernaculũ eius: adorabimus in loco, vbi steterũt pedes eius.
* ‡ Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. *2.Par.6. §.41*
* Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.
* Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.
* Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eam: ‡ de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *‡ 2.Reg.7. c.12 Luc.1.f.55 Act.2. c.30*
* Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos:
Et filij eorum vsque in sęculum, sedebunt super sedem tuam.
* Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
* Hæc requies mea in sęculum sæculi: hîc habitabo quoniam elegi eam.
* Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
* Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.
* ‡ Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. *‡ Luc.1. §.69 Malac.3. c.1*
* Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Canticum graduum Dauid. CXXXII.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum:
* Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,
Quod descendit in oram vestimenti eius: * sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.
Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in sæculum.

Canticum graduum. CXXXIII.

ECce nunc benedicite Dominum, omnes serui Domini:
Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri,
* In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.
* Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.

Alleluia. CXXXIIII.

LAudate nomen Domini, laudate serui Dominum.
* Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
* Laudate Dominum, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue.
* Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.
* Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis.
* Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.
* ‡ Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. *‡ Ier.10. c.13*
Qui producit vẽtos de thesauris suis: * ‡ qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsque ad pecus. *‡ Exod.12. d.29*
* Et misit signa & prodigia in medio tui Ægypte; in Pharaonem, & in omnes seruos eius.
* ‡ Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes, *‡ Ios.12. a.1.c.7*
* ‡ Sehon regem Amorrhæorũ, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan. *‡ Num.21. c.24.& 33*
* Et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israel populo suo.
* Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem.
* Quia iudicabit Dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.
* ‡ Simulachra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. *‡ Sup.113. a.4*
* ‡ Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. *‡ Sap.15. d.15*
* Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.
* Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.
* Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.
* Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.
* Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

Alleluia. CXXXV.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius.
* Confitemini Deo dẽorum: quoniam in æternum misericordia eius.
* Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.
* Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.
* ‡ Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. *‡ Gen.1. a.1*
* Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.
* Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius.
* Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.
* Lunam & stellas in potestatẽ noctis: quoniam in æternum misericordia eius.
* ‡ Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius. *‡ Exod.12. d.29*
* ‡ Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius. *‡ Exod.13. d.17*
* In manu potenti, & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.
* Qui diuisit Mare rubrũ in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius.
* Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.
* ‡ Et excussit Pharaonem, & virtutem eius in Mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius. *‡ Exod.14. c.28*
* Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.
* Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius.

[a] Num. 21. c. 24

[a] Num. 21. 5. 33

[a] Ios. 13. 4. 7

* [a] Et occidit reges fortes: quoniam 18
in æternum misericordia eius.
* Sehon regem Amorrhæorum: quo- 19
niam in æternum misericordia eius.
* [a] Et Og regem Basan: quoniam in 20
æternum misericordia eius.
* [a] Et dedit terram eorũ hereditatem: 21
quoniam in æternum misericordia eius.
* Hereditatem Israel seruo suo: quo- 22 D
niam in æternum misericordia eius.
* Quia in humilitate nostra memor 23
fuit nostri: quoniam in æternum miseri-
cordia eius.
* Et redemit nos ab inimicis nostris: 24
quoniam in æternum misericordia eius.
* Qui dat escam omni carni: quoniam 25
in æternum misericordia eius.
* Confitemini Deo cæli: quoniam in 26
æternum misericordia eius.
Confitemini Domino dominorum:
quoniam in æternum misericordia eius.

Psalmus Dauid, Hieremiæ.
CXXXVI.

SVper flumina Babylonis, illic sedi- 1 A
mus & fleuimus: cùm recordaremur
Sion:
* In salicibus in medio eius, suspendi- 2
mus organa nostra.
* Quia illic interrogauerunt nos, qui 3
captiuos duxerunt nos, verba cantio-
num:
Et qui adduxerunt nos: Hymnum 4
cantate nobis de canticis Sion.
* Quomodo cantabimus canticum
Domini in terra aliena?
* Si oblitus fuero tui Ierusalem, obli- 5
uioni detur dextera mea.
* Adhæreat lingua mea faucibus 6 B
meis, si non meminero tui:
Si non proposuero Ierusalem, in prin-
cipio lætitiæ meæ.
* Memor esto Domine filiorum 7 9
Edom, in die Ierusalem:
Qui dicunt: Exinanite, exinanite vs-
que ad fundamentum in ea.
* Filia Babylonis misera: beatus, qui 8 11
retribuet tibi retributionem tuam,
quam retribuisti nobis.
* Beatus, qui tenebit, & allidet paruu- 9 12
los tuos ad petram.

Ipsi Dauid. CXXXVII.

CONfitebor tibi Domine in toto 1 A
corde meo: quoniam audisti verba
oris mei.
In conspectu angelorum psallam tibi: 2
*adorabo ad templum sanctum tuum,
& confitebor nomini tuo,
Super misericordia tua, & veritate tua:
quoniam magnificasti super omne, no-
men sanctum tuum.
* In quacumque die inuocauero te, ex- 3
audi me: multiplicabis in anima mea
virtutem.
* Confiteantur tibi Domine omnes 4
reges terræ: quia audierunt omnia verba
oris tui:
* Et cantent in viis Domini: quoniam
magna est gloria Domini.
* Quoniam excelsus Dominus, & hu- 6
milia respicit: & alta à longè cognoscit.
* Si ambulauero in medio tribulatio- 7
nis, viuificabis me: & super iram inimi-
corum meorum extẽdisti manum tuam,
& saluum me fecit dextera tua.
* Dominus retribuet pro me: Domi- 8
ne misericordia tua in sæculum: opera
manuum tuarum ne despicias.

In finem, Psalmus Dauid.
CXXXVIII.

DOmine probasti me, & cognouisti 1 A
me: * tu cognouisti sessionem
meam, & resurrectionem meam.
* Intellexisti cogitationes meas de 2
longè: semitam meam, & funiculum
meum inuestigasti.
* Et omnes vias meas præuidisti: quia 4
non est sermo in lingua mea.
* Ecce Domine tu cognouisti omnia, 5
nouissima & antiqua: tu formasti me,
& posuisti super me manum tuam.
* Mirabilis facta est scientia tua ex me: 6
confortata est, & non potero ad eam.
* Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie 7
tua fugiam?
* [a] Si ascendero in cælum, tu illic es: si 8 [a] Amos 9. a. 2
descendero in infernum, ades.
* Si sumpsero pennas meas diluculo, 9 B
& habitauero in extremis maris:
* Etenim illuc manus tua deducet 10
me: & tenebit me dextera tua.
* Et dixi: Forsitan tenebræ conculca- 11
bunt me: & nox illuminatio mea in de-
liciis meis.
* Quia tenebræ non obscurabuntur à 12
te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut
tenebræ eius, ita & lumen eius.
* Quia tu possedisti renes meos: sus- 13 C
cepisti me de vtero matris meæ.
* Confitebor tibi quia terribiliter ma- 14
gnificatus es: mirabilia opera tua, & ani-
ma mea cognoscit nimis.

* Non

* Non est occultatum os meum à te, 15
quod fecisti in occulto: & substantia
mea in inferioribus terræ.
* Imperfectum meum viderunt oculi 16
tui, & in libro tuo omnes scribẽtur: dies
formabuntur, & nemo in eis.
* Mihi autem nimis honorificati sunt 17
amici tui, Deus: nimis confortatus est
principatus eorum.
* Dinumerabo eos, & super arenam 18
multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc
sum tecum.
* Si occideris Deus peccatores: viri 19 D
sanguinum declinate à me:
* Quia dicitis in cogitatione: Accipient 20
in vanitate ciuitates tuas.
* Nónne qui oderunt te Domine, ode- 21
ram: & super inimicos tuos tabescebam?
* Perfecto odio oderam illos: & inimici 22
facti sunt mihi.
* Proba me Deus, & scito cor meum: 23
interroga me, & cognosce semitas meas.
* Et vide, si via iniquitatis in me est: 24
& deduc me in via æterna.

In finem, Psalmus Dauid.
CXXXIX.

ERipe me Domine ab homine malo: 1
à viro iniquo eripe me.
* Qui cogitauerũt iniquitates in cor- 2 A
de: tota die constituebant prælia.
* [a] Acuerunt linguas suas sicut ser- 4 [a] Sup. 5. d. 11. Rom. 3. d. 13.
pentis: venenum aspidum sub labiis eo-
rum.
* Custodi me Domine de manu pec- 5
catoris: & ab hominibus iniquis eri-
pe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus 6
meos: * absconderunt superbi laqueum
mihi:
Et funes extenderunt in laqueum: iu-
xta iter scandalum posuerunt mihi.
* Dixi Domino: Deus meus es tu: 7
exaudi Domine vocẽ deprecationis meę.
* Domine, Dñe virtus salutis meæ: 8 B
obumbrasti super caput meũ in die belli:
* Ne tradas me Domine à desiderio 9
meo peccatori: cogitauerunt contra me,
ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.
* Caput circuitus eorum: labor la- 10
biorum ipsorum operiet eos.
* Cadent super eos carbones, in ignẽ 11
deijcies eos: in miseriis non subsistent.
* Vir linguosus non dirigetur in terra: 12
virum iniustum mala capiẽt in interitu.
* Cognoui quia faciet Dominus iudi- 13
cium inopis, & vindictam pauperum.
* Verumtamen iusti confitebuntur 14
nomini tuo: & habitabunt recti cum
vultu tuo.

Psalmus Dauid. CXL.

DOmine clamaui ad te, exaudi me: 1
intende voci meæ, cùm clamauero A
ad te.
* Dirigatur oratio mea sicut incensum 2
in conspectu tuo: eleuatio manuum
mearum sacrificium vespertinum.
* Pone Domine custodiam ori meo: 3
& ostium circumstantiæ labiis meis.
* Non declines cor meum in verba 4
malitiæ, ad excusandas excusationes in
peccatis.
Cum hominibus operantibus iniqui-
tatem, & non communicabo cum elec-
tis eorum.
* Corripiet me iustus in misericordia, 5
& increpabit me: oleum autem peccato-
ris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc & oratio mea in be- B
neplacitis eorum: * absorpti sunt iuncti 6
petræ iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potue- 7
runt: * sicut crassitudo terræ erupta est
super terram.
Dissipata sunt ossa nostra secus infer- 8
num: * quia ad te Domine, Domine oculi
mei: in te speraui, non auferas animam
meam.
* Custodi me à laqueo, quem statue- 9
runt mihi: & à scandalis operantium
iniquitatem.
* Cadent in retiaculo eius peccatores: 10
singulariter sum ego donec transeam.

Intellectus Dauid,
Cùm esset in spelunca, oratio.
(1. Reg. 24.) CXLI.

VOce magna ad Dominum clamaui: A
voce mea ad Dominum deprecatus
sum:
* Effundo in eõspectu eius orationem 2
meam, & tribulationem meam ante ip-
sum pronuncio.
* In deficiendo ex me spiritum meum, 3
& tu cognouisti semitas meas.
In via hac, qua ambulabam, abscon- 4
derunt laqueum mihi.
* Considerabam ad dextera m, & vide- 5 B
bam: & non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga à me, & non est qui requi-
rat animam meam.
* Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es 6
spes mea, portio mea in terra viuẽtium.

[a] Supr. 7. d. 1

* Inten-

* Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. 7
Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.
* Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi. 8

Psalmus Dauid,
Quando persequebatur eum Absalom filius eius. (2. *Reg.* 17.) 1

CXLII.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia. A
* Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. 2
* Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. 3
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sęculi: * & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatũ est cor meum. 4
* Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. 5 B
* Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi: 6
* Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus. 7
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
* Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speraui. 8
Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. C
* Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. 9 10
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuũ Domine viuificabis me, in æquitate tua. 11
Educes de tribulatione animã meam: * & in misericordia tua disperdes inimicos meos. 12
Et perdes omnes, qui tribulãt animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Psalmus Dauid.
Aduersus Goliath. CXLIII. 1

BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. A
* Misericordia mea, & refugium meũ: susceptor meus, & liberator meus: 2
Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.
* Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? 3 B
* Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt. 4 a *Iob* 8. *b.* 9. & 14. *a.* 2
* Domine inclina cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt. 5
* Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. 6
* Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis; de manu filiorum alienorum. 7
* Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum, dextera iniquitatis. 8 C
* Deus canticum nouum cãtabo tibi: in psalterio, decachordo psallam tibi. 9
* Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno: * eripe me. 10 11
Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum, dextera iniquitatis:
* Quorum filij, sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. 12
Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt similitudo templi.
* Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. 13 D
Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis: * boues eorum crassæ. 14
Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.
* Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius. 15

Laudatio ipsi Dauid.
CXLIIII.

EXaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sęculum, & in sæculum sæculi. A
* Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi. 2
* Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. 3
* Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt. 4
* Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabũt. 5
* Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabũt. 6 B

* Memo-

* Memoriam abũdantię suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt. 7 8
* Miserator & misericors Dominus: patiens, & multum misericors. 8
* Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. 9 9
* Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi. 10
* Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur: 11
* Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui. 12 C 1 A
* Regnum tuum regnum omnium sæculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem. 13
Fidelis Dñs in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. 2
* Alleuat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes elisos. 14 3
* Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno. 15 4
* Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. 16 5
* Iustus Dñs in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. 17 6 D
* Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. 18 7 B
* Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos. 19 8
* Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet. 20 9
* Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum, & in sæculum sæculi. 21 10

Alleluia, Aggæi, & Zachariæ.
CXLV. 1

Psal. 118. & 144 LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quàmdiu fuero. 2 A
Nolite confidere in principibus; * in filiis hominum, in quibus non est salus. 3
* Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. 4
* Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: * * qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. 5 6
* *Act.* 14. *v.* 15 *Apoc.* 14. *b.* 7
* Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. 7 B
Dominus soluit compeditos: * Dominus illuminat cæcos. 8
Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.
* Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet. 9
* Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion in generationem & generationem. 10

Alleluia. CXLVI. 1

LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio. A
* Ædificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit. 2
* Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. 3
* Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat. 4
* Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus. 5
* Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram. 6
* Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara. 7 B
* Qui operit cælum nubibus: & parat terræ pluuiam. 8
Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.
* Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. 9
* Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. 10
* Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius. 11

Alleluia. CXLVII.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. 12 A
* Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. 13
* Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te. 14
* Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius. 15
* Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. 16 B
* Mittit crystallũ suam sicut buccellas: ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit? 17
* Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ. 18

* Qui

*Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.
* Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua nō manifestauit eis. Alleluia.

Alleluia. CXLVIII.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis.
* Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
* Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.
* Laudate eum cæli cælorū: & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, * laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.
*Statuit ea in æternum, & in sęculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.
* Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi:
* Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.
* Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.
* Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ:
* Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.
* Iuuenes, & virgines: senes cū iuniotibus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen eius solius.
* Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel, populo appropinquanti sibi. Alleluia.

Alleluia. CXLIX.

CAntate Domino cāticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
* Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege suo.
* Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei:
* Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.
* Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.
* Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum:
*Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.
* Ad alligandos reges eorū in compedibus: & nobiles eorū in manicis ferreis.
* Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alleluia.

Alleluia. C L.

LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
* Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.
* Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.
* Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.
* Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum. Alleluia.

LIBER

LIBER PROVERBIORVM, QVEM HEBRÆI MISLE APPELLANT.

CAPVT PRIMVM.

PArabolæ Salomonis, filij Dauid, regis Israel. * Ad sciendam sapientiam, & disciplinam: *ad intelligenda verba prudentiæ, & susciptēdam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem: * vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia, & intellectus. *Audiens sapiēs, sapientior erit: & intelligēs, gubernacula possidebit. * Animaduertet parabolam, & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorum. * " Timor Domini, principium sapientiæ. Sapientiam, atque doctrinam stulti dispiciunt. * Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: *vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. * Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. * Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra: *deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. * Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. * Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrūm. * Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. * " Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundāt sanguinem. * Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. * Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. * Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt. * Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: * In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens: * Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam? * " Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. * Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. * Despexistis omne consiliūm meum, & increpationes meas neglexistis. * Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id, quod timebatis, aduenerit. * Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia: * Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inuenient me: *eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, *nec acquieuerint cōsilio meo, & detraxerint vniuersę correptioni meę. * Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabuntur. * Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. * Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

*Psal.110. 4.10 Eccli. 1. 6.16

*Isa.65. b.11.&66. a.4 Ierem.7. c.13

*Isai.59. b.7

CAP. II.

FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, * vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. * Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:

tiæ: * si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: * tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies: * quia Dominus dat sapientiam: & ex ore eius prudentia, & scientia. * Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, * seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens. * Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam. * Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit: * consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, * vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur: * qui relinquunt iter rectum, & ambulāt per vias tenebrosas: * qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: * quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. * Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos; * & relinquit ducem pubertatis suæ, * & pacti Dei sui oblita est. inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. * omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ. * Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias. * Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. * ᵃ Impij verò de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

ᵃ *Iob 18. d. 17*

Cap. III.

Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat. * longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. * Misericordia & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: * & inuenies gratiam, & disciplinam bonam, coram Deo & hominibus. * Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. * In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. * ᵃ Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deum, & recede à malo: * sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. * ᵃ Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da ei: * & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. * ᵃ Disciplinam Domini, fili mi, ne abijcias: nec deficias cùm ab eo corriperis: * quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. * Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia: * melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auri primi & purissimi fructus eius: * pretiosior est cunctis opibus: & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. * Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. * Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificę. * Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus. * Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia. * Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. * Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis: Custodi legem atque consilium: * & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. * tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget: * si dormieris, non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus. * ne pauea repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. * Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedē tuum ne capiaris. * Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac. * Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere: cras dabo tibi: cùm statim possis dare. * Ne moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam. * Ne contendas aduersus hominem frustra, cùm ipse tibi nihil mali fecerit. * ᵃ Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius: * quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. * Egestas à Domino in domo impij: habitacula autem iustorum benedicentur. * Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. * Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.

ᵃ *Rom. 12. d. 16*

ᵃ *Tob. 4. b. 7 Luc. 14. c. 13*

ᵃ *Hebr. 12. b. 5 Apoc. 3. d. 19*

ᵃ *Psal. 36. d. 1*

Cap. IIII.

Audite filij disciplinam patris, & attendite vt sciatis prudentiam. * Donum bonum tribuam vobis, legē meam ne derelinquatis. * Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea: * & docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues. * Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. * Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. * Principium

pium sapientię, posside sapientiam, & in omni possessione tua, acquire prudentiam: * arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cùm eam fueris amplexatus. * dabit capiti tuo augmēta gratiarū, & corona inclyta proteget te. * Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. * Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis: * quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. * Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. * Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. * Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina, & desere eam. * non enim dormiunt nisi malefecerint: & rapitur somnus ab eis nisi supplātauerint. * comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. * Iustorum autem semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. * Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. * Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. * ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: * vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. * Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. * Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. * Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. * Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. * Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: auerte pedem tuum à malo. vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

Cap. V.

Fili mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, * vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. Ne attendas fallaciæ mulieris. * fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: * nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps. * Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant. * Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. * Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. * Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. * Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. * ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, * & gemas in nouissimis, quādo consumpseris carnes tuas & corpus tuum, & dicas: * Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, * nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam? * Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagogæ. * Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: * Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. * Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. * Sit vena tua benedicta, & lętare cum muliere adolescentię tuæ: * cerua charissima, & gratissimus hinnulus. vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. * Quare sedúceris fili mi ab aliena, & fouêris in sinu alterius? * ᵃ Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat. * ᵃ Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. * Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

ᵃ *Iob 31. d. 4*

ᵃ *Iob 34. c. 21*

Cap. VI.

Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, * illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. * Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum: * ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. * Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. * Vade ad formicam ô piger, & cōsidera vias eius, & disce sapientiam: * quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, * parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. * ᵃ Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? * Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, vt dormias: * & veniet tibi quasi viator, egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longè fugiet à te. * Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, * annuit oculis, terit pede, digito

ᵃ *Inf. 24. d. 33*

loquitur, * prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. 14
* huic extemplo veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltrà medicinam. * Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius: 15 16
* Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxiũ sanguinem, 17
* cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, 18
* proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. * Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. * Liga ea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo. * Cùm ambulaueris, gradiantur tecum: cùm dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis. 19 20 21 22
* quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ: * vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. * Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius: * pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. * Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? * aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? * sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cùm tetigerit eam. * Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam: * deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet. * Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: * turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur: * quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, * nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

CAP. VII.

FIli mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili * serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui: * liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. * Dic sapientiæ, soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam, * vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit. * De fenestra enim domus meæ per cãcellos prospexi, * & video paruulos, considero vecordem 1 2 3 4 5 6 7
iuuenem, * qui transit per plateam iuxta angulum, & prope viam domus illius, 8 9
graditur * in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. * Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula & vaga, * quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, 10 11 12
* nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. * Apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: * Victimas pro salute voui, hodie reddidi vota mea. * idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi. * Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto. * aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. * Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. * non est enim vir in domo sua, abijt via longissima. * sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. * Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorũ protraxit illum. * Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, * donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quòd de periculo animę illius agitur. * Nunc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. * Ne abstrahatur in vijs illius mens tua: neque decipiaris semitis eius. * multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. * Viæ inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27

CAP. VIII.

NVmquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? * In summis excelsis; verticibus supra viam, in medijs semitis stans, * iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: * O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. * Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. * Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent. * Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. * Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. * recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. * Accipite disciplinam meam, & non 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

pecu-

pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. * Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest cõparari. * Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. * Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. * Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. * Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: * Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. * Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. * Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia. * Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo. * In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij, * vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. * Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. * Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. * Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperãt: * necdum montes graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar: * adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. * Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: * quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: * quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. * Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens corã eo omni tempore; * ludẽs in orbe terrarum: & deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. * Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. * Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. * Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. * Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutẽ à Domino: * qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. B 1 4 5 B 6 7 8 9 C 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 C 20 21 D 22 23 24 25 26 27 D 28 1 A 2 3

CAP. IX.

SApientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. * Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. * Misit ancillas suas 1 2 A 3
vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: * Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: * Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. * Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. * Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. * Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. * Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. * Principium sapientiæ, timor Domini: & scientia sanctorũ, prudentia. * Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. * Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. 4 5 6 7 B 8 9 10 11 12 13 14 D 15 16 17 18

Sup. 1. 4. 7. Psal. 110. b. 10. Eccl. 1. 6. 16.

* Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, * sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, * vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo: * Qui est paruulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est: * Aquæ furtiuę dulciores sunt, & panis absconditus suauior. * Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius.

Parabola Salomonis.

CAP. X.

FIlius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ. * Nil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. * Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet. * Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes. * Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis. * Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. * Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet. * Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cæditur labijs. * Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. * Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labijs verberabitur. 1 2 3 4 5 6 7 B 8 9 10

Eccl. 27. c. 25.

* Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. 11
* 1.Pet.4. b.8 * Odium suscitat rixas: * & vniuersa delicta operit charitas. 12
2.Cor.13. b.4 *In labijs sapiẽtis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius qui indiget corde. 13
* Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusioni proximum est. 14
* Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. 15 C
* Opus iusti ad vitam: fructus autem impij ad peccatum. 16
* Via vitæ, custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. 17 B
* Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est. 18
*In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua prudentissimus est. 19
*Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo. 20
* Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. 21
* Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio. 22
*Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia. 23 D
* Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur. 24
* Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. 25 C
* Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum. 26
* Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breuiabuntur. 27
* Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit. 28
* Fortitudo simplicis via Domini: & pauor his, qui operantur malum. 29
* Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. 30
*Os iusti parturiet sapientiam: lingua prauorum peribit. 31
* Labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa. 32

Cap. xi.

STatera dolosa, abominatio est apud Dominum: & pondus æquum, voluntas eius. 1 A
*Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. 2
* Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos. 3
* Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. 4
* Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius. 5
* Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidijs suis capientur iniqui. 6
* Mortuo homine impio, nulla erit vltrà spes: & expectatio sollicitorũ peribit. 7
* Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. 8
* Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. 9 B
* In bonis iustorum exultabit ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. 10
* Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur. 11
* Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit. 12
* Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum. 13
* Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia. 14
* Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit. 15
* Mulier gratiosa inueniet gloriam: & robusti habebunt diuitias. 16
* Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abijcit. 17
* Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis. 18
* Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem. 19
* Abominabile Domino cor prauum: & voluntas eius in ijs, qui simpliciter ambulant. 20
* Manus in manu non erit innocens malus: semẽ autem iustorum saluabitur. 21
* Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. 22
* Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor. 23
* Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. 24
* Anima, quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. 25
* Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. 26 D
* Benè consurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. 27

* Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. 28 18
* Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti. 29 19
* Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas, sapiens est. 30 20
1.Pet.4. 4.18 * Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? 31

Cap. xii.

QVi diligit disciplinã, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. 1 D A 23
* Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè agit. 2 24
* Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorũ non commouebitur. 3 25
* Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. 4 26
* Cogitationes iustorum iudicia: & consilia impiorum fraudulenta. 5 27
* Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos. 6 28
* Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit. 7 B 1
* Doctrina sua noscetur vir: qui autẽ vanus & excors est, patebit contemptui. 8 A 2
* Eccli.10. & 30 * Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm glorioſus & indigens pane. 9 3
* Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorũ crudelia. 10 4
* Eccli.20. & 30 * Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est. 11 5
Qui suauis est in vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam. 6
* Desiderium impij munimentum est pessimorum: radix autem iustorum proficiet. 12 7 B
*Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia. 13 8
* De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. 14 C 9
* Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia. 15 10
* Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. 16 11
* Qui quod nouit loquitur, index iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. 17 12
* Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua autem sapientium sanitas est. 18
* Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. 19
* Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. 20
* Non contristabit iustum quidquid ei acciderit: impij autem replebũtur malo. 21
* Abominatio est Domino labia mendacia: qui autẽ fideliter agunt, placent ei. 22 D
* Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam. 23
* Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. 24
* Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur. 25
* Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: iter autem impiorum decipiet eos. 26
* Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium. 27
* In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem. 28

Cap. xiii.

FIlius sapiens, doctrina patris: qui autẽ illusor est, nõ audit cùm arguitur. 1 A
* De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autẽ præuaricatorũ iniqua. 2
* Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. 3
* Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. 4
* Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem cõfundit, & confundetur. 5
* Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat. 6
* Est quasi diues, cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis diuitijs sit. 7 B
* Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet. 8
* Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur. 9
* Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. 10
* Substantia festinata minuetur: quæ autem paullatim colligitur manu, multiplicabitur. 11
* Spes, quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens. 12

* Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur. 13 C
Animæ dolosę errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt, & miserantur.
* Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. 14
* Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago. 15
* Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperit stultitiam. 16
* Nuncius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas. 17
* Egestas, & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. 18
* Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos, qui fugiunt mala. 19 D
* Qui cum sapiẽtibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. 20
* Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona. 21
* Bonus relinquit heredes filios, & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris. 22
* Multi cibi in noualibus patrum: & alijs congregantur absque iudicio. 23
* Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. 24
* Iustus comedit, & replet animã suã: venter autem impiorum insaturabilis. 25

CAP. XIIII.

Iob 12. a. 4 SApiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoque manibus destruet. 1 A
* Ambulãs recto itinere, & timẽs Deũ, despicitur ab eo, qui infami graditur via. 2
* In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientium custodiunt eos. 3
* Vbi nõ sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. 4
* Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis. 5
* Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis. 6
* Vade contra virum stultum, & nescit labia prudentiæ. 7
* Sapientia callidi est intelligere viam suam: & imprudentia stultorum errans. 8
* Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia. 9
* Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. 10 B
* Domus impiorum delebitur: tabernacula verò iustorum germinabunt. 11
* Est via, quæ videtur homini iusta: nouissima autẽ eius deducũt ad mortem. 12
* Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. 13
* Vijs suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus. 14
* Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos. 15
Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.
* Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confidit. 16
* Impatiens operabitur stultitiam: & vir versutus odiosus est. 17 C
* Possidebunt paruuli stultitiam, & expectabunt astuti scientiam. 18
* Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum. 19
* Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici verò diuitum multi. 20
* Qui despicit proximũ suum, peccat: qui autẽ miseretur pauperis, beatus erit. 21
Qui credit in Domino, misericordiam diligit.
* Errant qui operantur malum: misericordia & veritas præparant bona. 22
* In omni opere erit abundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. 23
* Corona sapientium, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum, imprudentia. 24
* Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia verspellis. 25
* In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes. 26
* Timor Domini fons vitæ, vt declinent à ruina mortis. 27
* In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis. 28 D
* Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. 29
* Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. 30
* " Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. 31 *" Inf. 17. a. 5*
*In malitia sua expelletur impius: sperat autem iustus in morte sua. 32
* In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos quosque erudiet. 33
* Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum. 34

* Acceptus est regi minister intelligẽs: iracundiam eius inutilis sustinebit. 35

CAP. XV.

Inf. 21. a. 15 REsponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. 1 A
* Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. 2
*In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. 3
* Lingua placabilis, lignum vitæ: quę autem immoderata est, conteret spiritum. 4
* Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. 5
In abundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.
* Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio. 6
* Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. 7 B
*" Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia. 8 *" Eccl. 34. a. 21*
* Abominatio est Domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. 9
* Doctrina mala deserenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. 10
* Infernus, & perditio corã Domino: quanto magis corda filiorum hominum? 11 A
* Non amat pestilens eum, qui se corripit: nec ad sapientes graditur. 12
*" Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deijcitur spiritus. 13 *" Inf. 17. d. 22*
* Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia. 14
* Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium. 15
* Melius est parũ cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. 16
* Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. 17 C
* Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. 18
* Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo. 19
* Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam. 20
* Sultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos. 21
* Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur. 22
* Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. 23
* Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo. 24
* Domum superborũ demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ. 25 D
* Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. 26
* Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet. 27
*" Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo. 28 *" Inf. 16. a. 6*
* Mens iusti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis. 29
* Longè est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet. 30
* Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa. 31
* Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur. 32
* Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. 33
* Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

HOminis est animam præparare: & Domini gubernare linguam. 1 A
* Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum põderator est Dominus. 2
* Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. 3
* Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum. 4
* Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. 5
Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis, quàm immolare hostias.
*" Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo. 6 *" Sup. 15. d. 27*
* Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. 7
* Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. 8 B
* Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus eius. 9
* Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. 10
* Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides sacculi. 11

* Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium. 12
* Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, diligetur. 13
* Indignatio regis, nuncij mortis: & vir sapiens placabit eam. 14
* In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus. 15
* Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. 16 B C
* Semita iustorum declinat mala: custos animæ suæ seruat viam suam. 17
* Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus. 18
* Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. 19
* Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est. 20
* Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora percipiet. 21
* Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas. 22
* Cor sapientis erudiet os eius: & labijs eius addet gratiam. 23
* Fauus mellis, composita verba: dulcedo animæ, sanitas ossium. 24 C
* Est via quæ videtur homini recta: & nouissima eius ducunt ad mortem. 25 D
* Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. 26
* Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit. 27
* Homo peruersus suscitat lites: & verbosus separat principes. 28
* Vir iniquus lactat amicum suum: & ducit eum per viam non bonam. 29
* Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum. 30
* Corona dignitatis senectus, quæ in vijs iustitiæ reperietur. 31 D
* Melior est patiēs viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiū. 32
* Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. 33

CAP. XVII.

MElior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. 1 A
* Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hereditatē diuidet. 2 *Eccli. 10. d. 28
* Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. 3
* Malus obedit linguę iniquę, & fallax obtemperat labijs mendacibus. 4

* Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. 5 *Sup. 14. d. 31
* Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. 6
* Non decent stultum verba composita; nec principem labium mentiens. 7
* Gemma gratissima, & expectatio præstolantis: quocumque se vertit, prudenter intelligit. 8 B
* Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos. 9 C
* Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum.
* Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. 10
* Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti in stultitia sua. 11 12
* Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. 13 *Rom. 12. d. 17 1. Pet. 3. b. 9 1. Thess. 5. d. 15
* Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. 14
* Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. 15 *Isaiæ 5. c. 25 C
* Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit? 16
Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala.
* Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustijs comprobatur. 17
* Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. 18
* Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat ostium, quęrit ruinam. 19
* Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. 20 D
* Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatuo lætabitur. 21
* Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. 22 *Sup. 15. b. 13
* Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. 23
* In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. 24 *Eccls 2. c. 14. & 8. d. 1
* Ira patris, filius stultus: & dolor matris quæ genuit eum. 25
* Non est bonum, damnū inferre iusto: nec percutere principē, qui recta iudicat. 26
* Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus. 27 *Isac. 1. c. 19

*Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. 28 22

CAP. XVIII.

OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. 1 A
* Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. 2 23
* Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. 3
* Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. 4
* Accipere personam impij non est bonum, vt declines à veritate iudicij. 5
* Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. 6 B
* Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina animæ eius. 7 4
* Verba bilinguis, quasi simplicia: & ipsa perueniunt vsq; ad interiora ventris. 8
Pigrum deijcit timor: animæ autem effeminatorum esurient.
* Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. 9
* Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. 10 B
* Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum. 11
* Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. 12 9
* Qui priùs respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. 13 10 *Eccli. 11. d. 8
*Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? 14 C 12
* Cor prudens possidebit scientiam: & auris sapientium quærit doctrinam. 15 13
* Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. 16 14
* Iustus, prior est accusator sui: venit amicus eius, & inueftigabit eum. 17 15 C
* Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat. 18 16
* Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium. 19
* De fructu oris viri replebitur venter eius: & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. 20 D 17
* Mors, & vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. 21 18

* Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum: & hauriet iucunditatem à Domino. 22 19
Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & impius.
* Cum obsecrationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigidè. 23
* Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater. 24

CAP. XIX.

MElior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua, & insipiens. 1 A
* Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet. 2
* Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum feruet animo suo. 3
* Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur. 4
* Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. 5 *Dan. 3. g. 61
* Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. 6
* Fratres hominis pauperis oderūt eū: insuper & amici procul recesserūt ab eo. 7
Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit: * qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona. 8
* Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit. 9
* Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. 10
* Doctrina viri per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi. 11
*Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbā, ita & hilaritas eius. 12
* Dolor patris, filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. 13
* Domus, & diuitię dātur à parētibus: à Domino autem propriè vxor prudens. 14
*Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. 15 C
* Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. 16
* Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: & vicissitudinē suam reddet ei. 17
* Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. 18
* Qui impatiens est, sustinebit damnum: & cùm rapuerit, aliud apponet. 19

* Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.
* Multę cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit.
* Homo indigens misericors est: & melior est pauper, quàm vir mendax.
* Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.
* Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.
[a] Inf. 11. b. 11
* [a] Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.
* Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus est & infelix.
* Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.
* Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem.
* Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorũ corporibus.

Cap. xx.

LVxuriosa res, vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens.
* Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.
* Honor est homini, qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs.
* Propter frigus piger arare noluit: mẽdicabit ergo æstate, & non dabitur illi.
* Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud.
* Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet?
* Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.
* Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.
[a] 1. Ioan. 1. c. 8. 3. Reg. 8. c. 46. 2. Par. 6. c. 36. Eccl. 7. c. 21.
* [a] Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato?
[a] Sup. 11. d. 1. Inf. 20. d. 23
* [a] Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrumque abominabile est apud Deum.
* Ex studijs suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.
* Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque.
* Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.
* Malum est, malũ est, dicit omnis emptor: & cùm recesserit, tunc gloriabitur.
* Est aurum, & multitudo gemmarum: & vas pretiosum labia scientiæ.
* [a] Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.
[a] Infr. 27. c. 13
* Suauis est homini panis mendacij: & postea implebitur os eius calculo.
* Cogitationes consilijs roborantur: & gubernaculis tractanda sunt bella.
* Ei, qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.
* [a] Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris.
[a] Exod. 21. c. 16. Leuit. 20. b. 9. Matth. 15. a. 4
* Hereditas, ad quã festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.
* [a] Ne dicas: Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.
[a] Rom. 12. d. 17. 1. Pet. 3. b. 9. 1. Thess. 5. d. 15
* Abominatio est apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona.
* A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam?
* Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare.
* Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.
* Lucerna Domini spiraculum hominis, quę inuestigat omnia secreta ventris.
* Misericordia & veritas custodiũt regẽ, & roboratur clementia thronus eius.
* Exultatio iuuenũ, fortitudo eorum: & dignitas senum, canities.
* Liuor vulneris absterget mala: & plagæ in secretioribus ventris.

Cap. xxi.

SIcut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.
* Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus.
* Facere misericordiam & iudicium, magis placet Domino, quàm victimæ.
* Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum.
* Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est.
* Qui cõgregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.
* Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium.

* Peruersa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectum opus eius.
* Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.
* Anima impij desiderat malum, non miser ebitur proximo suo.
* Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam.
* Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo.
* Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.
* Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam.
* Gaudium iusto est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem.
* Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.
* Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.
* Pro iusto datur impius: & pro rectis iniquus.
[a] Eccli. 25. c. 22. Infr. 25. d. 24
* [a] Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda.
* Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.
* Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.
* Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiduciæ eius.
* Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animã suam.
* Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.
* Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam manus eius operari: * tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est, tribuet, & non cessabit.
* Hostiæ impiorũ abominabiles, quia offeruntur ex scelere.
* Testis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam.
* Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam.
* Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.
* Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

Cap. xxii.

MElius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: super argentum & aurum, gratia bona.
Eccli. 7. d. 2
* Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus.
* Callidus vidit malum, & abscondit se: innocens pertransijt, & afflictus est damno.
* Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ & gloria & vita.
* Arma & gladij in via peruersi: custos autem animæ suæ longè recedit ab eis.
* Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.
* Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis.
* Qui seminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ suæ consummabitur.
[a] Eccli. 31. c. 28
* [a] Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.
Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium.
* Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ.
* Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.
* Oculi Domini custodiunt scientiam: & supplantantur verba iniqui.
* Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.
* Fouea profunda os alienæ: cui iratus est Dominus, incidet in eam.
* Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.
* Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.
* Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. * quæ pulchra erit tibi, cùm seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis:
* Vt sit in Domino fiducia tua, vnde & ostendi eam tibi hodie.
* Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia: * vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te.
* Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in

porta: * quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.
* Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: * ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.
* Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis: * si enim non habes vnde restituas, quid causæ est vt tollat operimentum de cubili tuo?
* Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.
* Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

Cap. xxiii.

QVando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam: * & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam, * ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.
* Noli laborare vt diteris: sed prudentiæ tuæ pone modum.
* Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælum.
* Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: * quoniam in similitudinem arioli & coniectoris, æstimat quod ignorat.
Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est tecum.
* Cibos, quos comederas, euomes: & perdes pulchros sermones tuos.
* In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.
* Ne attingas paruulorum terminos: & agrum pupillorum ne introeas:
* Propinquus enim illorum fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorũ.
* Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.
* Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur.
* Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis.
* Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: * & exultabunt renes mei, cùm locuta fuerint rectum labia tua.
* Non æmuletur cor tuum peccatores: sed in timore Domini esto tota die:
* quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.
* Audi fili mi, & esto sapiens: & dirige in via animum tuum.
* Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: * quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.
* Audi patrem tuum, qui genuit te: & ne contemnas cùm senuerit mater tua.
* Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.
* Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit, lætabitur in eo.
* Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te.
* Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas custodiant.
* Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus, aliena.
* Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit, interficiet.
* Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?
* Nónne his, qui commorantur in vino, & studentcalicibus epotandis?
* Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, * sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.
* Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa.
* Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo: * & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

Cap. xxiiii.

NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: * quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.
* Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur.
* In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substãtia pretiosa & pulcherrima.
* Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus.
* Quia cum dispositione initur bellum: & erit salus vbi multa consilia sunt.

* Excelsa

* Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.
* Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
* Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum detractor.
* Si desperaueris lassus in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua.
* Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.
* Si dixeris: Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.
* Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo.
* Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cùm inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.
* Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.
* Septies enim cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum.
* Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: * ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.
* Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios: * quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.
* Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis: * quoniam repente consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit?
* Hæc quoque sapientibus: Cognoscere personam in iudicio nõ est bonum.
* Qui dicunt impio: Iustus es: maledicẽt eis populi, & detestabũtur eos tribus.
* Qui arguunt eum, laudabuntur: & super ipsos veniet benedictio.
* Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.
* Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: vt postea ædifices domum tuam.
* Ne sis testis frustra cõtra proximum tuum: nec lactes quemquam labijs tuis.
* Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuique secundùm opus suum.
* Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: * & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.
* Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.
* Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, vt quiescas: * & veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vir armatus.

Cap. xxv.

HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.
* Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem.
* Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.
* Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.
* Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.
* Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris.
* Melius est enim vt dicatur tibi: Ascende huc; quàm vt humilieris coram principe.
* Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne postea emendare non possis, cùm dehonestaueris amicũ tuum.
* Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: * ne fortè insultet tibi cùm audierit, & exprobrare non cesset.
Gratia & amicitia liberant: quas tibi serua, ne exprobrabilis fias.
* Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
* Inauris aurea, & margaritum fulgẽs, qui arguit sapientẽ, & aurẽ obedientem.
* Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.
* Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir glorioſus, & promissa non complens.
* Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.
* Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud.
* Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.
* Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.
* Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, * & amittit pallium in die frigoris.
Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.

Sicut

Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi.
* ‖ Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere: * prunas enim congregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi.
* Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem.
* ‖ Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi.
* Aqua frigida animæ ſitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.
* Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio.
* Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ‖ ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.
* Sicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

CAP. XXVI.

QVomodo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.
* Sicut auis ad alia tranſuolans, & paſſer quò libet vadens: ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet.
* Flagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium.
* Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.
* Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.
* Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuncium ſtultum.
* Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſultorum parabola.
* Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem.
* Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum.
* Iudicium determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.
* ‖ Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam.
* Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens.
* Dicit piger: Leo eſt in via, & leæna in itineribus: * ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.
* * Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eam conuerterit.
* Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.
* Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius.
* Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem: * ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo: & cùm fuerit deprehenſus, dicit: Ludens feci.
* Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcent.
* Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignē, ‖ ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.
* Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima ventris.
* Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata.
* Labijs ſuis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos.
* Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.
* Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.
* Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.
* Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.

CAP. XXVII.

NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.
* Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.
* ‖ Graue eſt ſaxum, & onerоſa arena: ſed ira ſtulti vtroque grauior.
* Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit?
* Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus.
* Meliora ſunt vulnera diligētis, quàm fraudulenta oſcula odientis.
* ‖ Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.
* Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum.
* Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici conſilijs anima dulcoratur.
* Amicum tuum, & amicum patris tui ne di-

ne dimiſeris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.
Melior eſt vicinus iuxta, quàm frater procul.
*Stude ſapientię fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem.
* Aſtutus videns malum, abſconditus eſt: paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.
* ‖ Tolle veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo: & pro alienis, aufer ei pignus.
* Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit.
* ‖ Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur: * qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, & oleum dexteræ ſuæ vocabit.
* Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui.
* Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius: & qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur.
* Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.
* ‖ Infernus & perditio numquam implentur: ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.
* ‖ Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis.
Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit ſcientiam.
* Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.
* Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera:
* Non enim habebis iugiter poteſtatem: ſed corona tribuetur in generationem & generationem.
* Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta ſunt fœna de montibus.
* ‖ Agni ad veſtimentum tuum: & hœdi, ad agri pretium.
* Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

FVgit impius, nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit.
* Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis ſapientiam, & horum ſcientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.
* Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames.
* Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum.
* Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.
* ‖ Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis itineribus.
* Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui autem comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum.
* Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas.
* Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.
* Qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corruet: & ſimplices poſſidebunt bona eius.
* Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autem prudens ſcrutabitur eum.
* In exultatione iuſtorū multa gloria eſt: regnantibus impijs ruinæ hominum.
* Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.
* Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.
* Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem.
* Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.
* Hominem, qui calumniatur animæ ſanguinēm, ſi vſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet.
* Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit: qui peruerſis graditur vijs, concidet ſemel.
* ‖ Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate.
* Vir fidelis multum laudabitur: ‖ qui autem feſtinat ditari, non erit innocens.
* Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.
* Vir, qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quòd egeſtas ſuperueniet ei.

* Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. 23 16

* Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est. 24 17

* Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur. 25 18

* Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse saluabitur. 26 19

* Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. 27 20

* Cùm surrexerint impij, absconden-tur homines: cùm illi perierint, multiplicabuntur iusti. 28 21

CAP. XXIX.

VIro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus: & eum sanitas non sequetur. 1 22 A

* In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cùm impij sumpserint principatum, gemet populus. 2 23

* Vir, qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: qui autem nutrit scorta, perdit substantiam. 3 24

[a] Luc. 15. c. 13

* Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. 4 25

* Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. 5 26

* Peccanté virũ iniquum inuoluet laqueus: & iustus laudabit atque gaudebit. 6 27 A

* Nouit iustus causam pauperum: impius ignorat scientiam. 7 28 B

* Homines pestilentes diffipant ciuitatem: sapientes verò auertunt furorem. 8 29 2

* Vir sapiens, si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. 9 30 3

* Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius. 10 31 4

* Totum spiritũ suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum. 11 32

* Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. 12 33 5

* Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusque illuminator est Dominus. 13 34 6

* Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. 14 35 7

* Virga atque correptio tribuit sapientiam: puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. 15 36 B 8

* In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera: & iusti ruinas eorum videbunt. 16 37

* Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. 17 38

* Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legem, beatus est. 18 39

* Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. 19 40

* Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quàm illius correptio. 20 41

* Qui delicatè à pueritia nutrit seruũ suum, postea sentiet eum contumacem. 21 42

* Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. 22 43 D

* [b] Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritu suscipiet gloria. 23 44

[b] Iob 22. d. 29

* Qui cum fure participat, odit animã suam: adiurantem audit, & non indicat. 24 45

* Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur. 25 46

* Multi requirunt faciem principis: & iudicium à Domino egreditur singulorum. 26 47

* Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos, qui in recta sunt via. 27 48

Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

CAP. XXX.

VErba Congregantis filij Vomentis. Visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait: 1 A

* Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. 2

* Non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum. 3 B

* Quis ascendit in cælum atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti? 4

* [c] Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se: * [d] ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mendax. 5 6

[c] Psal. 11. b. 7
[d] Deut. 4. a. 2. & 12. d. 32

* Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. 7 B

* Vanitatem, & verba mendacia longè fac à me. 8

Mendici-

Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria: 9 32

* ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. 33

* Ne accuses seruum ad dominũ suum, ne fortè maledicat tibi, & corruas. 10

* Generatio, quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. 11

* Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. 12

* Generatio, cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. 13 1 A

* Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. 14 2

* Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, Affer. 15 3

Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod numquam dicit: Sufficit. C 4

* Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua: ignis verò numquam dicit: Sufficit. 16 5

* Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suę, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. 17 6

* Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: 18 7

* Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. 19 8

* Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malum. 20 9

* Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: 21 10

* Per seruum cùm regnauerit: per stultũ cùm saturatus fuerit cibo: 22 11

* per odiosam mulierem cùm in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam cùm fuerit heres dominæ suæ. 23 12

* Quattuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: 24 D 13

* Formicę, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi: 25 14

* lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: 26 15

* regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: 27 16

* stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. 28 17

* Tria sunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, quod incedit feliciter: 29 18

* Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum: 30 19

* gallus succinctus lumbos: & aries: nec est rex, qui resistat ei. 31 20

* Est qui stultus apparuit postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum. 32 21

* Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias. 33

CAP. XXXI.

VErba Lamuelis regis. Visio, qua erudiuit eum mater sua. 1 A

* Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum? 2

* Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges. 3

* Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas. * & ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. 4 5

* Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo: * bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs. 6 7

* Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt: * aperi os tuum, decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem. 8 9

* Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. 10 B

* Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. 11

* Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. 12

* Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. 13

* Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum. 14

* Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. 15

* Considerauit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. 16

* Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. 17

* Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. 18

* Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. 19 C

* Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. 20

* Non timebit domui suæ à frigoribus

bus niuis : omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
* Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius.
* Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.
* Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
* Fortitudo & decor indumentũ eius, & ridebit in die nouissimo.
* Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.

* Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.
* Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt ; vir eius, & laudauit eam.
* Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.
* Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.
* Date ei de fructu manuum suarum : & laudent eam in portis opera eius.

ECCLESIASTES,

QVI AB HEBRÆIS

COHELETH

APPELLATVR.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Ecclesiastæ, filij Dauid, regis Ierusalem. * Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. * Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole ? * Generatio præterit, & generatio aduenit : terra autem in æternum stat. *Oritur sol,& occidit,& ad locum suum reuertitur : ibique renascens, * gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem : lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. *Omnia flumina intrant in mare,& mare non redundat : ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant. * Cunctæ res difficiles : non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. * Quid est quod fuit ? ipsum quod futurum est. quid est quod factum est ? ipsum quod faciendum est. * Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere : Ecce hoc recens est : iam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos. * Non est priorum memoria : sed nec eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo. * Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem, * & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. * Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. * Peruersi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. *Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem : & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. * Dediqué cor meum vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam : & agnoui quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus : * eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.

CAP. II.

DIxi ego in corde meo: Vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas. *Risum reputaui errorem : & gaudio dixi: Quid frustra deciperis ? * Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem quid esset vtile filijs hominum : quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ. * Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas, *feci hortos,& pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus, * & extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluam lignorum germinantium, * possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque,& magnos ouium greges, vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem : * coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, ac prouinciarum : feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda : * & supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem : sapientia quoque perseuerauit mecum. * Et omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. *Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. * Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stultitiam (quid est, inquam, homo, vt sequi possit regem Factorem suum?) * & vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. * " Sapientis oculi in capite eius : stultus in tenebris ambulat : & didici quòd vnus vtriusque esset interitus. * Et dixi in corde meo: Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd maiorem sapientiæ dedi operam ? Locutusque cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas. * Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora oblivione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter vt indoctus. * Et idcirco tæduit me vitæ meę, videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus. * Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus heredem post me, *quem ignoro, vtrùm sapiens an stultus futurus sit,& dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui & solicitus fui. & est quidquam tam vanum? *Vnde cessaui, renunciauitque cor meum vltra laborare sub sole. * Nam cùm alius laboret in sapientia, & doctrina, & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit: & hoc ergo, vanitas, & magnum malum. * Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est ? * Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit: & hoc nónne vanitas est? *Nónne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis ? & hoc de manu Dei est. * Quis ita deuorabit, & delicijs affluet vt ego ? * Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, & scientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget,& tradat ei qui placuit Deo : sed & hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis.

*Inf.8.a.1 Tren.17. d.24

CAP. III.

OMnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo.
* Tempus nascendi, & tempus moriendi.
Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.
*Tempus occidendi,& tẽpus sanandi.
Tempus destruendi, & tempus ædificandi.
* Tempus flendi, & tempus ridendi.
Tempus plangendi, & tẽpus saltandi.
* Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi.
Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.
* Tempus acquirendi, & tempus perdendi.
Tempus custodiendi, & tempus abijciendi.
* Tempus scindendi, & tempus consuendi.
Tempus tacendi,& tempus loquendi.
* Tempus dilectionis, & tempus odij.
Tempus belli, & tempus pacis.

* Quid habet amplius homo de labore suo? 9
* Vidi afflictionem, quam dedit Deus filijs hominum, vt distendantur in ea. 10
* Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem. 11
* Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari, & facere bene in vita sua. 12
* Omnis enim homo, qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. 13
* Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum: non possumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. 14
* Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam fuerunt: & Deus instaurat quod abijt. 15
* Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. 16
* Et dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit. 17
* Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs. 18
* Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius: cuncta subiacent vanitati, 19
* & omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. 20
* Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? 21
* Et deprehendi nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat? 22

CAP. IIII.

VErti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. 1
* Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: 2
* & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. 3
* Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. 4
* Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens: 5
* Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi. 6
* Considerans reperi & aliam vanitatem sub sole: 7
* vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. 8
* Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ: 9
* si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ soli: quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. 10
* Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet? 11
* Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei: funiculus triplex difficilè rumpitur. 12
* Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum. 13
* Quòd de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia consumatur. 14
* Vidi cunctos viuentes, qui ambulant sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. 15
* Infinitus numerus est populi omnium, qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt, non lætabũtur in eo. sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. 16
* Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. 17
* Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.

CAP. V.

NE temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cælo, & tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui. 1
* Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia. 2
* Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed quodcumque voueris, redde: 3
* multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. 4
* Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo: Non est prouidentia: ne fortè iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. 5
* Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deum time. 6
* Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso

* 1. Reg. 15. c. 22. Osee 6. c. 6.

celso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, 8
* & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. 9
* Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. 10
* Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis? 11
* Dulcis est somnus operanti, siue parùm, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire. 12
* Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. 13
* Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filium, qui in summa egestate erit. 14
* Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. 15
* Miserabilis prorsus infirmitas: quo modo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? 16
* Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque tristitia. 17
* Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub sole, numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus: & hæc est pars illius. 18
* Et omni homini, cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei. 19
* Non enim satis recordabitur dierum vitę suę, eò quòd Deus occupet delicijs cor eius.

CAP. VI.

EST & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines: 1
* Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miseria magna est. 2
* Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat: de hoc ego pronuncio quòd melior illo sit abortiuus. 3
* Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. 4
* Non vidit solem, neque cognouit distantiam boni & mali: 5
* etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nónne ad vnum locum properant omnia? 6
* Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. 7
* Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita? 8
* Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. 9
* Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. 10
* Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem. 11

CAP. VII.

QVid necesse est homini maiora se quærere, cùm ignoret quid conducat sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suę, & tempore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurũ sub sole sit? 1
* Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa; & dies mortis die natiuitatis. 2
* Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. 3
* Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. 4
* Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. 5
* Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi. 6
* quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas. 7
* Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. 8
* Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens arrogante. 9
* Ne sis velox ad iracundum: quia ira in sinu stulti requiescit. 10
* Ne dicas: Quid putas causæ est quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio. 11
* Vtilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest videntibus solem. 12
* Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuunt possessori suo. 13
* Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. 14
* In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias. 15
* Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. 16
* Noli esse iustus multum: neque plus 17

* Iob 20. c. 20.
* Iob 1. d. 21. 1. Tim. 6. b. 7.
* Prou. 22. c. 1.

sapias quàm necesse est, ne obstupescas.
* Ne impiè agas multum : & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.
* Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam : quia qui timet Deum, nihil negligit. * Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis. * Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. * Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accomodes cor tuum: ne forte audias seruum tuum maledicentem tibi. * scit enim conscientia tua, quia & tu crebrò maledixisti alijs.
* Cuncta tentaui in sapientia. Dixi : Sapiens efficiar : & ipsa longiùs recessit à me * multo magis quàm erat : & alta profunditas, quis inueniet eam? * Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam, & rationem : & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium: * & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illam : qui autè peccator est, capietur ab illa. * Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterum, vt inuenirem rationem, * quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. * Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi?

CAP. VIII.

Sap. 2. c. 14

SApientia hominis lucet in vultu eius, & potentissimus faciem illius commutabit. * Ego os regis obserua, & præcepta iuramenti Dei. * Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo : quia omne, quod voluerit, faciet : * & sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest : Quare ita facis? * Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. * Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio : * quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio. * Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium. * Omnia hæc consideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum. * Vidi impios sepultos : qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. sed & hoc vanitas est. * Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. * Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. * Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui nō timent faciem Domini. * Est & alia vanitas, quę fit super terrā. sunt iusti, quibus mala prouenium, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc vanissimum iudico. * Laudaui igitur lætitiam, quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet, atque gauderet : & hoc solum secum auferret de labore suo, in diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole. * Et apposui cor meum vt scirem sapientiam, & intelligerem distentionem quæ versatur in terra : est homo, qui diebus & noctibus somnum non capit oculis. * Et intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole : & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat : etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

CAP. IX.

OMnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo, vtrùm amore an odio dignus sit: * sed omnia in futurum seruantur incerta, eò quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. sicut bonus, sic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verum deierat. * Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur. * Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam: melior est canis viuus leone mortuo. * Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum. * Amor quoque, & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc sæculo, & in opere quod sub sole geritur. * Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua. * Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. * Perfruere vita cum vxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ : hæc est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole. * Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. * Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam; sed tempus, casumque in omnibus. * Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo superuenerit. * Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probaui maximam : * Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. * Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. * Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine : quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita? * Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos. * Melior est sapientia, quàm arma bellica : & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

MVscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Pretiosior est sapiētia & gloria, parua & ad tempus stultitia. * Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. * Sed & in via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. * Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris : quia curatio faciet cessare peccata maxima. * Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis : * positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. * Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. * Qui fodit foueam, incidet in eam : & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. * Qui transfert lapides, affligetur in eis : & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. * Si retusum fuerit ferrum, & hoc nō vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia. * Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. * Verba oris sapientis gratia : & labia insipientis præcipitabunt eum: * Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. * Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante se fuerit: & quid post se futurū sit, quis ei poterit indicare? * Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere. * Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt. * Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. * In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. * In risum faciunt panem, & vinum vt epulentur viuentes: & pecuniæ obediunt omnia. * In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annunciabit sententiam.

CAP. XI.

MItte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum. * Da partem septem, nec non & octo : quia ignoras quid futurum sit mali super terram. * Si repletę fuerint nubes, imbrem super terram effundēt. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. * Qui obseruat ventum, non seminat : & qui considerat nubes, numquam metet. * Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

Prou. 26. d. 27. Eccli. 27. d. 29

nium. * Manè semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud; & si vtrumque simul, melius erit. * Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. * Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. * Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. * Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim & voluptas vana sunt.

6 7 8 C 9 D 10

CAP. XII.

MEmento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent: * antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam: * quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina: * & claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis,

1 A 2 3 B 4

& consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. * Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes. * Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, * & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. * Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. * Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas. * Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. * Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno. * His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensque meditatio, carnis afflictio est. * Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo: * & cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum illud sit.

5 6 7 C 8 9 10 D 11 12 13 14

CAN-

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS, QVOD HEBRAICE DICITVR SIR HASIRIM.

CAPVT PRIMVM.

OSCVLETVR me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, * fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomẽ tuum: ideò adolescentulæ dilexerunt te. * Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum: recti diligunt te. * Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. * Nolite me cõsiderare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol: filij matris meę pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam nõ custodiui. * Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. * Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. * Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. * Pulchræ sunt genæ tuę sicut turturis: collum tuum sicut monilia. * Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. * Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. * Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. * Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. * Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra

1 A 2 3 A 4 5 6 7 B 8 C 9 10 C 11 12 D 13 14 15 16

es, oculi tui columbarum. * Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus: * tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

CAP. II.

EGo flos campi, & lilium conuallium. * Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. * Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. * Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. * Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. * Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. * Adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. * Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: * similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum, respiciẽs per fenestras, prospiciens per cancellos * En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. * Iam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit. * Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra: * ficus protulit grossos suos: vineę florentes dederunt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, & veni:

1 2 3 A 4 5 6 7 B 8 9 10 C 11 12 13 14 15 16

* columba

* columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.
* Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. * Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia * donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. * Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. * Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. * Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui. * Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata. * Fauus distillãs labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.
* Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. * Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorũ fructibus. Cypri cum nardo, * nardus & crocus, fistula & cinnamomum cũ vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cũ omnibus primis vnguentis. * Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.
* Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

genæ tuæ, absque eo, quod intrinsecus latet. * Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. * Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, * donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. * Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. * Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. * Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui. * Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata. * Fauus distillãs labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.
* Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. * Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorũ fructibus. Cypri cum nardo, * nardus & crocus, fistula & cinnamomum cũ vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cũ omnibus primis vnguentis. * Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.
* Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctes quæsiui quẽ diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. * Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. * Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? * Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum; nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ.
* Adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. * Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? * En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: * omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. * Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: * columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate cõstrauit propter filias Ierusalem: * Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII.

QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. * Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. * Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita

dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi. * Inuenerunt me custodes qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerũt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. * Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectũ meum, vt nuncietis ei quia amore lãgueo. * Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? * Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. * Caput eius aurum optimum: Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. * Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. * Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. * Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris. * Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Species eius vt libani, electus vt cedri. * Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem. * Quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.

CAP. VI.

DIlectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. * Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. * Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.
* Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.
* Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. * Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. * Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. * Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt; reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. * Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? * Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica. * Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. * Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

CAP. VII.

QVid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Iuncturæ femorum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis. * Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs. * Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ. * Collũ tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quę respicit contra Damascum. * Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus. * Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs! * Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris. * Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut malorum.
* Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsq; & dentibus illius ad ruminandum.
* Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. * Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. * Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. * Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

CAP. VIII.

QVis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? * Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. * Læua eius sub capite

meo, & dextera illius amplexabitur me. 4
* Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne susciteti, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. * Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo B
susciteui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. * Pone me vt 6
signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades eius, lampades ignis atq; flammarum. * Aquæ multæ non po- 7
tuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illã: si dederit homo om- C
nem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. * Soror 8
nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? * Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. * Ego murus: & vbera mea sicut D
turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. * Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. * Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius. * Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. * Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

LIBER SAPIENTIAE.

CAPVT PRIMVM.

DILIGITE "iustitiam, qui iudicatis terram. A
'Sētite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: * "quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. * peruersę enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corrigit insipiētes. * quoniam 4
in maleuolam animam non introibit sa- B
pientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. * Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. 5
* " Benignus est enim spiritus sapientiæ, 6
& non liberabit maledicum à labijs suis: 'quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguę eius auditor. * " Quoniam spiritus Do- 7
mini repleuit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet voeis. * Propter hoc qui loquitur ini- 8
qua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. * In cogitatio- 9
nibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. * Quoniam auris zeli audit omnia, & 10 C
tumultus murmurationum non absconditur. * Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguę, quoniam sermo obscurus 11
in vacuum non ibit: os autē, quod mentitur, occidit animam. * Nolite zelare 12
mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionē in operibus manuum vestrarum. * " Quoniam Deus mortem 13 *Ezech. 18. g. 32. & 33. c. 11
non fecit, nec lętatur in perditione viuorum. * Creauit enim, vt essent omnia: & 14 D
sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. 15
* Iustitia enim perpetua est, & immortalis. * Impij autem manibus & verbis 16
accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.

CAP. II.

DIXERUNT enim cogitantes apud se 1 A *Iob 7. a. 1. & 14. a. 1. 1. Cor. 15. d. 32
non rectè: " Exiguum, & cum tædio est tempus vitę nostræ, & non est refrigerium

frigerium in fine hominis, & non est 2
qui agnitus sit reuersus ab inferis: * quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus: quoniam fumus flatus est in naribus nostris: & sermo scintilla ad commouendum cor 3
nostrum: * qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tamquam mollis aër, & transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata: *& nomen nostrum obliuionem accipiet 4
per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. * " Vmbræ enim 5 *Ps. 89. b. 15. & 143. a. 4
transitus est tempus nostrum, & non est B
reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. * " Venite 6 *Ps. 22. b. 13. & 56. a. 12
ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. * Vino pretioso & vnguentis nos 7
impleamus: & non prætereat nos flos temporis. * Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullū pratum sit, quod 8
non pertranseat luxuria nostra. * Nemo 9
nostrūm exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors. * Opprimamus pauperem iustum, & non parca- 10
mus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. * Sit autem fortitu- 11
do nostra lex iustitiæ: quod enim infirmum est, inutile inuenitur. * Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est 12
nobis, & contrarius est operibus nostris, C
& improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. * " Promittit se scientiam Dei habere, & 13 *Mat. 27. 40. Ioan. 7. 27
filium Dei se nominat. * " Factus est no- 14
bis in traductionem cogitationum nostrarum. * Grauis est nobis etiam ad vi- 15
dendum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. * Tam- 16
quam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tamquam ab immunditijs, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrē se habere Deum. 17
* Videamus ergo si sermones illius veri D
sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. 18 *Sapi. 11. 21. & 12. 2. & 16. 11. & 19. 3
* " Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum. * Contumelia & tormento 19
interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. * Morte turpissima condemnemus 20
eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. * Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eo- 21
rum. * Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. * " Quoniam Deus creauit ho- 23 *Gen. 1. d. 27. 2. b. 7. 5. a. 3
minem inexterminabilem, & ad imagi- 24 *Eccl. 17. a. 1
nem similitudinis suæ fecit illum. * " Inuidia autem diaboli mors introiuit in 25 *Gen. 3. a. 2
orbem terrarum: * imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

CAP. III.

IVstorum autem animæ in manu Dei 1 *Deut. 33. a. 3
sunt, & non tanget illos tormentum A
mortis. * Visi sunt oculis insipientium 2 *Inf. 5. a. 4
mori: & æstimata est afflictio exitus illorum; * & quod à nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. * Et si co- 3
ram hominibus tormenta passi sunt, spes 4
illorum immortalitate plena est. * In 5
paucis vexati, in multis benè disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & in- 6
uenit illos dignos se. * Tamquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. * Fulge- 7
bunt iusti & tamquam scintillæ in arundineto discurrent. * " Iudicabunt natio- 8 *Mat. 13. f. 43 1. Cor. 6. a. 2
nes, & dominabuntur populis, & regna- B
bit Dominus illorū in perpetuum. * Qui 9
confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius. 10
* Impij autem secundùm quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt. * Sapientiam enim, & disciplinam 11
qui abijcit, infelix est: & vacua est spes C
illorum, & labores sine fructu, & inu- 12
tilia opera eorum. * Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum. 13
* Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis: & incoinquinata, quæ nescìuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum: * " & spado, qui non operatus est 14 *Isa. 56. a. 4
per manus suas iniquitatem, nec cogita- D
uit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in 15
templo Dei acceptissima. * Bonorum enim laborum glorioſus est fructus, & 16
quæ non concidat radix sapientiæ. * Filij autem adulterorum in inconsummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. * Et si quidem longæ vitæ 17
erunt, in nihilum computabūtur, & sine honore

honore erit nouissima senectus illorum.
* Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. * Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

CAP. IIII.

OQuàm pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. * Cùm præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. * Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. * " Et si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita, à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. * Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. * Ex iniquis enim somnis filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. * Iustus autẽ si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. * Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, * & ætas senectutis vita immaculata. * " Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores trãslatus est. * raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. * Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. * Consummatus in breui expleuit tempora multa: * placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia: * quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius. * Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celeriùs consummata, longam vitam iusti. * Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. * Videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. * & erunt post hæc decidentes sine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuum:

quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. * Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

TVnc stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. * Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, * dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. * " Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: * ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. * Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. * Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. * Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? * " Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuncius percurrẽs, * " & tamquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius, cùm præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus: * aut tamquam auis, quæ transuolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumẽtum itineris, sed tantùm sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aërem: commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius: * aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: * sic & nos nati continuò desiuimus esse: & virtutis quidem nullũ signũ valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. * Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerũt: * " quoniam spes impij tamquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tamquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tamquam fumus, qui à vento diffusus est: & tamquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. * Iusti autem in perpetuum viuent,

& apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. * Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniã dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. * " Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. * Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. * sumet scutum inexpugnabile æquitatem: * acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. * Ibunt directè emissiones fulgurum, & tamquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. * Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. * Contra illos stabit spiritus virtutis, & tamquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet sedes potentium.

CAP. VI.

MElior est sapientia quàm vires: & vir prudens quàm fortis. * Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finiũ terræ. * Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: * " quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: * quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis nec custodistis legem iustitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis. * Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. * Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormẽta patientur. * " Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinẽ cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. * Fortioribus autem fortior instat cruciatio. * Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. * Qui enim custodierint iusta iustè, iustificabuntur: & qui didicerint ista, inuenient quid respondeant. * Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. * Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. * Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. * Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. * Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò securus erit. * Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in vijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. * Initium enim illius, verissima est disciplinæ concupiscentia. * Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est: * incorruptio autem facit esse proximum Deo. * Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. * Si ergo delectamini sedibus & sceptris, ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. * diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis. * quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit referam: & non abscondam à vobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem: * neque cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. * Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est. * Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

CAP. VII.

SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in vẽtre matris figuratus sum caro, * decem mensium tẽpore " coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. * Et ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans. * In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. * Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. * Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. * Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ: * & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. * " nec comparaui illi lapidem pretiosum: quo-

niam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. * Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. * Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, * & lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. *Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. * Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati. * Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator: * in manu enim illius, & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina. * Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram: vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, * initium, & consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum, *anni cursus, & stellarum dispositiones, * naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum, * & quæcumque sunt absconsa & improuisa, didici: omnium enim artifex docuit me sapientia. *est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, * humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis. * Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem vbique propter suam munditiam. * Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. *" candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. *Et cùm sit vna, omnia potest: & in se permanēs omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit. *Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. * Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. * Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

*3.Reg.3. b.13 *Matth.6. d.33

Cap. VIII.

Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. * Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. * Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed & omnium Dominus dilexit illam. * doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius. * Et si diuitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? *Si autem sensus operatur: quis horum, quæ sunt, magis quàm illa est artifex? *Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes: sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. * Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & sæculorum. *Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum: sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei. * Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis: * & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me: * tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. * Præterea habebo per hanc, immortalitatem: & memoriam æternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. *Disponam populos: & nationes mihi erunt subditæ. * Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. * Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo: quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ,

*Heb.1.a.3

tiæ, * & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, vt mihi illam assumerem. * Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. * Et cùm essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. *Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: adij Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordiis meis:

Cap. IX.

Deus patrum meorum, & Domine misericordię, qui fecisti omnia verbo tuo, *& sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est, * vt disponat orbē terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: *da mihi sedium tuarum assistricem sapiētiam, & noli me reprobare à pueris tuis: *" quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. * Nam & si quis erit consummatus inter filios hominū, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. *" Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum: * & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinē tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio: *" & tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cùm orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. * Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te: * scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia. * Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei. *"Quis enim hominum poterit scire consiliū Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? *Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. * Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. *Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? * Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis: * & sic correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? * Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio.

*1.Reg.3. b.9

Cap. X.

Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarū, cùm solus esset creatus, custodiuit, *" & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia. *" Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per irā homicidij fraterni deperijt. *" Propter quem, cùm aqua deleret terram: sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. *"Hæc & in consensu nequitiæ cùm se nationes contulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filij misericordia fortem custodiuit. *" Hæc iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, descendente igne in pentapolim: * quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. * Sapientiam enim prætereuntes, non tantùm in hoc lapsi sunt vt ignorarent bona, sed & insipientię suæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his, quæ peccauerunt, nec latēre potuissent. * Sapientia autem hos, qui se obseruant, à doloribus liberauit. *" Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. * In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. * Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. *"Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, *" & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant: &

*Genes.28. a.5.b.10 *Gen.37. f.26 *Act.7.b.9 Gen.41. f.40

mendaces ostendit, qui maculaueruntillum, & dedit illi claritatem æternam.
*Exod.1. b.11 *" Hæc populum iustum, & semen sine querela, liberauit à nationibus, quę illum deprimebant. *Intrauit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. * Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem: *" transtulit illos per Mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam.
*Exod.14. a.22 *Psal.77. b.14 * Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. " Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, *" & decantauerunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter: * quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.
*Exod.12. a.35 *Exod.15. a.1

CAP. XI.

Exod.16. a.1 DIrexit opera eorũ in manibus prophetæ sancti. *Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas. *" Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt. *" Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. *Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui, & in eis, cùm abundarent filij Israel, lætati sunt; * per hæc, cùm illis deessent, benè cum illis actum est. * Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. * Qui cùm minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperatè, * ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorum necares. * Cùm enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. * Hos quidem tamquam pater monens probasti: illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti. * Absentes enim & præsentes similiter torquebantur. *Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum. * Cùm enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirãtes in finem exitus. *Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati sunt,
Exod.17. c.12 *Num.20. b.11

non similiter iustis sitientes. * Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, " quòd quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam: * vt scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *" Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones, * aut noui generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes: * quarum non solùm læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. * Sed & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. * Multum enim valere, tibi soli supererat semper: & virtuti brachij tui quis resistet? * Quoniam tamquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ descẽdit in terram. *Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. * Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. *Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? * Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.
Inf.12. c.2 Leui.26. d.22 Inf.16.a.1 Ier.8.c.17

CAP. XII.

OQuàm bonus & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus! *Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te Domine. *" Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, * quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta, * & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerũ hominum, & deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo, *& auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti per manus parentum nostrorum, *vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quę tibi omnium
Deut.9. a.3.12.d. 29.18.b. 12

charior

charior est terra. * Sed & his tamquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. *Non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis, aut verbo duro simul exterminare: *" sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. *Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum. * Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? * Non enim est alius Deus quàm tu, " cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium. *Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. *Cùm ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute. * Virtus enim tua iustitiæ initium est: & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. * Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum, qui te nesciunt, audaciam traducis. * Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerẽtia disponis nos: subest enim tibi, cùm volueris, posse. * Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ. * Si enim inimicos seruorũ tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, dans tempus & locum, per quæ possent mutari à malitia; * cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum? * Cùm ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cùm de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. *Vnde & illis, qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. * Etenim in erroris via diutiùs errauerunt, deos æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more viuentes. *Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.
*Exod.23. d.30 Deut.7. d.22 Sap.11. a.24 Rom.1. a.23

*Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt. * In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cùm exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant se nosse, verum Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum venit super illos.

CAP. XIII.

VAni autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex: *" sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. * Quorum si specie delectati, deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorum speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit. * Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis: *à magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. * sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, & volentes inuenire. * Etenim cùm in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur. * Iterum autem nec his debet ignosci. * Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare sæculum: quomodo huius Dominum non faciliùs inuenerunt? * Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. *" Aut siquis artifex faber de silua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus, diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, * reliquiis autem eius operis, ad præparationem escæ abutatur: * & reliquum horum, quod ad nullos vsus facit, lignum curuum, & vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam
Rom.1. b.18 *Deut.4. c.13.17. a.5 *Isa.44. b.9 Ier.10.a.3

suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, *aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo est, perliniens: * & faciat ei dignã habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, * ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutoriũ. * Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votũ faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est: * & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat: * & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

CAP. XIIII.

ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiẽs, ligno portãte se, fragilius lignum inuocat. * Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. * Tua autem, Pater, prouidẽtia gubernat: * quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam, * ostendens quoniam potens es ex omnibus saluare, etiam si sine arte aliquis adeat mare. * Sed vt non essent vacua sapientię tuę opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & trãseuntes mare per ratem liberati sunt: * sed & ab initio cùm perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sęculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata. * Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. * Per manus autẽ quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem cùm esset fragile, deus cognominatus est. * Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius. * Etenim quod factum est, cum illo, qui fecit, tormenta patietur. * Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. * Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum: & adinuentio illorum corruptio vitæ est. * neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. * Superuacuitas enim hominum aduenit in orbem terrarum: & ideo breuis illorum finis est inuentus. * Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. * Deinde interueniente tempore, conualescente iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. * Et hos quos in palàm homines honorare non poterant, propter hoc quòd longè essent, è longinquo figura eorum allata, euidẽtem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum, qui aberat, tamquam præsentem colerent sua solicitudine. * Prouexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. * Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. * Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tamquam homo honoratus fuerat, nunc deum æstimauerunt. * Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. * Et non sufficerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. * Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes, * neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt, sed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat: * & omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum, * Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. * Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis. * Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant citò. * Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, malè iurantes noceri se non sperant. * Vtraque ergo illis euenient dignè, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniustè, in dolo contem-

nentes

nentes iustitiam. * Non enim iuratorum virtus, sed peccantium pœna perambulat semper iniustorum præuaricationem.

CAP. XV.

TV autem Deus noster, suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. * Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. * Nosse enim te, cõsummata iustitia est: & scire iustitiã, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. * Non enim in errorem induxit nos hominũ malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, * cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. * Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt. * " Sed & figulus mollem terram premens, laboriosè fingit ad vsus nostros vnumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus. * Et cum labore vano deum fingit de eodem luto, ille qui paullo antè de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se vnde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat. * Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res superuacuas fingit. * Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius: * quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem. * Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecumque etiam ex malo acquirere. * Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit. * Omnes enim insipientes, & infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, & imperantes illi: * quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt, " quibus neque oculorum vsus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. * homo enim fecit illos: & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere. * Cùm enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit, quia ipse quidem vixit, cùm esset mortalis, illi autem numquam. * Sed & animalia misserrima colunt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. * Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.

CAP. XVI.

PRopter hæc, & per his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminati sunt. * Pro quibus tormentis bene dispositi populum tuum, " quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui, nouum saporem, escam parans eis ortygometram: * vt illi quidem concupiscentes escam propter ea, quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti, nouam gustauerunt escam. * Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantùm ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. * " Etenim cùm illis superuenit sæua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. * Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ. * Qui enim conuersus est, non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omnium saluatorem: * in hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo. * " Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari. * Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens sanabat illos. * In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter saluabantur, ne in altam incidentes obliuionem, non possent tuo vti adiutorio. * Et enim neque herba, neque malagma sa-

nauit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia. * Tu es enim, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis: * homo autem occidit quidem per malitiam, & cùm exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est: * sed tuam manum effugere impossibile est. * Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluuijs persecutionem passi, & per ignem consumpti. * Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: vindex est enim orbis iustorum. *Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes scirent, quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem. * Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis, exardescebat vndique, vt inimquæ terræ nationem exterminaret. * Pro quibus angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. * Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur. * Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: vt scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruscans. *Hic autem iterum vt nutrirentur iusti, etiam suæ virtutis oblitus est. * Creatura enim tibi Factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. * Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat, ad voluntatem eorum, qui à te desiderabant: * vt scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conseruat. * Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: * vt notũ omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. *Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua superuacua.

*Deut.32. f.39 1.Reg.5. a.6 Tob.13. a.2

*Exod.9. c.23

*Exod.16. c.14 Nu.11.b.7 Psal.77. c.25 Ioan.6. d.31

*Exod.9. c.13

*Deut.8. a.3 Mat.4. a.4

CAP. XVII.

MAgna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. * Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctę: vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. * Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt, pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati. * Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniá sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparentes pauorem illis præstabant. * Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. * Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore perculsi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur: * & magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ glorię correptio cum contumelia. *Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant. *Nam etsi nihil illos exmonstris perturbabat: transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant: & aërem, quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre. *Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium cõdemnationis: semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. *Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorum. *Et dum ab intus minor est expectatio, maiorem computat inscientiam eius causæ, de qua tormentum præstat. * Illi autem qui impotentem verè noctem, & ab infimis, & ab altissimis inferis superuenientem, eundem somnum dormientes, * aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: subitaneus enim illis & insperatus timor superuenerat. *Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. * Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem. *Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Si-

*Exod.7. d.22.& 8. b.7

ue spi-

ue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, * aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludẽtium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo; deficientes faciebant illos præ timore. * Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. *Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

CAP. XVIII.

SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te: * & qui antè læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & vt esset differentia, donum petebant. * Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti. *Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen sæculo dari. * Cùm cogitarent iustorum occidere infantes: & vno exposito filio, & liberato, in traductionem illorũ, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. *Illa enim nox antè cognita est à patribus nostris, vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent. *Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. *Sicut enim læsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. * Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in concordia disposuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos, patrum iam decantantes laudes. * Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. * Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. * Similiter ergo omnes, vno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum vnũ sufficiebant: quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorũ, exterminata est. * De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorũ, sponderunt populum Dei esse. * Cùm enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, * omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit, * gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsq; ad cælum attingebat stans in terra. *Tunc continuò visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati. *Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur, causam demonstrabat mortis. * Visiones enim, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij, quare mala patiebantur, perirent. *Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua. * Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suę scutum, orationem & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostẽdens quoniam tuus est famulus. *Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armaturæ potentia, sed verbo illum, qui se vexabat, subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans. * Cùm enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam quæ ad vitam ducebat viam. * In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. * His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

*Exod.10. f.23

*Exod.14. d.24 Psalm.77. b.14. & 104.d.39

*Exod.1. b.16.& 2. a.3

*Exod.14. f.27

*Exod.28. b.6

CAP. XIX.

IMpiis autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum: * quoniam cùm ipsi permisissent vt se educerent, & cum magna solicitudine præmisissent illos, consequebãtur illos pœnitentia acti. * Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tamquam fugitiuos persequebãtur: *du-

*Exod.14. a.5

cebat enim illos ad hunc finem digna
neceſſitas: & horum, quæ acciderant,
commemorationem amittebant, vt quæ
deerant tormentis, repleret punitio:
* & populus quidem tuus mirabiliter 5
tranſiret, illi autem nouam mortem in-
uenirent. * Omnis enim creatura ad 6
ſuum genus ab initio refigurabatur, de- B
ſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cu-
ſtodirentur illæſi. * Nam nubes caſtra 7
eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ
antè erat, terra arida apparuit, & in ma-
ri rubro via ſine impedimento, & cam-
pus germinans de profundo nimio: *per 8
quem omnis natio tranſiuit, quæ tege-
batur tua manu, videntes tua mirabilia
& monſtra. * Tamquam enim equi de- 9
pauerunt eſcam, & tamquam agni ex-
ultauerunt, magnificantes te Domine,
qui liberaſti illos. *Memores enim erant 10
adhuc eorum, quæ in incolatu illorum
facta fuerant, quemadmodum pro na-
tione animalium eduxit terra muſcas, &
pro piſcibus eructauit fluuius multitu-
dinem ranarum. * Nouiſſimè autem vi- 11
derunt nouam creaturam auium, cùm
adducti concupiſcentia poſtulauerũt eſ- 12
cas epulationis. *In allocutione enim de- C
ſiderij, aſcendit illis de mari ortygome-
tra: & vexationes peccatoribus ſuperue-
nerunt, nõ ſine illis, quę antè facta erant,
argumentis per vim fulminum: iuſtè
enim patiebantur ſecundùm ſuas nequi-
tias. *Etenim deteſtabiliorẽ inhoſpitali- 13
tatem inſtituerunt: alij quidem ignotos
non recipiebant aduenas, alij autẽ bonos
hoſpites in ſeruitutem redigebant. * Et 14
non ſolùm hæc, ſed & alius quidam re-
ſpectus illorum erat: quoniam inuiti re-
cipiebãt extraneos. *Qui autem cum læ- 15
titia receperunt hos, qui eiſdem vſi erant
iuſtitiis, ſequiſſimis afflixerunt doloribus.
* Percuſſi ſunt autem cæcitate: ſicut illi 16
in foribus iuſti, cùm ſubitaneis cooperti
eſſent tenebris, vnuſquiſque tranſitum D
oſtij ſui quærebat. *In ſe enim elementa 17
dum conuertuntur, ſicut in organo qua-
litatis ſonus immutatur, & omnia ſuum
ſonum cuſtodiunt: vnde eſtimari ex ipſo
viſu certò poteſt. * Agreſtia enim in 18
aquatica conuertebantur: & quęcumque
erant natantia, in terrã tranſibant. *Ignis 19
in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, &
aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur.
* Flammæ econtrario, corruptibi- 20
lium animalium non vexauerunt carnes
coambulantium, nec diſſoluebant illam,
quæ facilè diſſoluebatur ſicut glacies,
bonam eſcam. In omnibus enim magni-
ficaſti populum tuum Domine, & hono-
raſti, & non deſpexiſti, in omni tem-
pore, & in omni loco aſſiſtens eis.

*Exod. 16. c. 13 Num. 11. §. 31 Sup. 16. a. 2

IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH PROLOGVS.

MVLTORVM nobis, & magnorum, per legem & prophetas, alioſque qui ſecuti ſunt illos, ſapientia demonſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſrael doctrinæ & ſapientiæ cauſa: quia non ſolùm ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe & dicentes & ſcribentes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus, poſtquam ſe ampliùs dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt: voluit & ipſe ſcribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent: vt deſiderantes diſcere, & illorum periti facti, magis magiſque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur, ſequentes

quentes imaginem ſapientiæ, deficere in
verborum compoſitione. Nam deficiunt
verba Hebraica, quando fuerint tranſla-
ta ad alteram linguam. Non autem ſo-
lùm hæc, ſed & ipſa lex, & prophetæ,
ceteraq; aliorum librorum, non paruam
habent differentiam, quando inter ſe di-
cuntur. Nam in octauo & trigeſimo an-
no temporibus Ptolemæi Euergetis re-
gis, poſtquam perueni in Ægyptum, &
cùm multum temporis ibi fuiſſem, inue-
ni ibi libros relictos, non paruæ neque
contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum
& neceſſarium putaui & ipſe aliquã ad-
dere diligentiam & laborem interpre-
tandi librum iſtum: & multa vigilia at-
tuli doctrinam in ſpatio temporis, ad il-
la quæ ad finem ducunt, librũ iſtum da-
re, & illis qui volunt animum intendere,
& diſcere quemadmodum oporteat in-
ſtituere mores, qui ſecundùm legem Do-
mini propoſuerint vitam agere.

ECCLESIASTICVS.

CAPVT PRIMVM.

Prou. 3. 19 & 4. c. 29

OMNIS ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. *Arenam 1 A
maris, & pluuiæ guttas, & dies ſæculi quis 2
dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundũ abyſſi quis dimenſus eſt? *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inueſtigauit? *Prior omnium creata eſt ſa- 3 4
pientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.
* Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, 5
& ingreſſus illius mandata æterna. *Radix ſapientiæ cui reuelata eſt, & aſtutias 6
illius quis agnouit? *Diſciplina ſapientiæ 7
cui reuelata eſt, & manifeſtata? & multiplicationem ingreſſus illius quis intelexit? * Vnus eſt altiſſimus Creator om- 8
nipotens, & Rex potens, & metuendus
nimis, ſedẽs ſuper thronum illius & dominans Deus. *Ipſe creauit illam in Spi- 9
ritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & B
mẽſus eſt. *Et effudit illam ſuper omnia 10
opera ſua, & ſuper omnẽ carnem ſecundùm datum ſuum, & præbuit illam diligentibus ſe. *Timor Domini gloria, & 11
gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. * Timor Domini delectabit eor, & 12
dabit lętitiam, & gaudium, & longitudinem dierũ. *Timẽti Dominum bene erit 13
in extremis, & in die defunctionis ſuæ
benedicetur. *Dilectio Dei honorabilis 14
ſapientia. *Quibus autem apparuerit in 15
viſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum. *Initium 16
ſapientiæ, timor Domini, & cum fideli- C

Prou. 1. a. 7 Pſal. 110. a. 10

bus in vulua concreatus eſt, cum elec-
tis feminis graditur, & cum iuſtis & fi-
17 delibus agnoſcitur. * Timor Domini,
18 ſcientiæ religioſitas. *Religioſitas cuſto-
diet & iuſtificabit cor, iucunditatem at-
19 que gaudium dabit. *Timenti Dominum
bene erit, & in diebus conſummationis
20 illius benedicetur. *Plenitudo ſapientiæ
eſt timere Deum, & plenitudo à fructi-
21 bus illius. * Omnem domum illius im-
plebit à generationibus, & receptacula à
22 theſauris illius. * Corona ſapientiæ, ti-
mor Domini, replens pacem, & ſalutis
23 fructum: * & vidit, & dinumerauit eam:
24 vtraque autem ſunt dona Dei. * Scien-
tiam, & intellectum prudentiæ ſapientia
compartietur: & gloriam tenentium ſe,
25 exaltat. *Radix ſapientiæ eſt timere Do-
26 minum: & rami illius longæui. *In the-
ſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientiæ
religioſitas: execratio autem peccatori-
27 bus ſapientia. * Timor Domini expel-
28 lit peccatum: * nam qui ſine timore eſt,
non poterit iuſtificari: iracundia enim
animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt.
29 *Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, &
30 poſtea redditio iucunditatis. * Bonus
D ſenſus vſque in tempus abſcondet ver-
ba illius, & labia multorum enarrabunt
31 ſenſum illius. *In theſauris ſapientiæ ſi-
32 gnificatio diſciplinæ: * execratio autem
33 peccatori, cultura Dei. *Fili concupiſcẽs
ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus
34 præbebit illam tibi. * Sapientia enim &
diſciplina timor Domini: & quod be-
35 neplacitum eſt illi, * fides, & manſue-
tudo, & adimplebit theſauros illius.

* Ne sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. * Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, * & reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te: * quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

CAP. II.

Mat.4.a.1 2.Tim.3.c.12 FIlli accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. * Deprime cor tuum, & sustine: inclina autè tuam, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tempore obductionis. * Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. * Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: *" quoniam in *Sap.3.a.6* igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. * Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. *Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo ne cadatis. * Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra. *Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia. * Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. *Respicite filij nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. *" *Psal.30.a.1* Quis enim permansit in mãdatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? *Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. * Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori *" terram *3.Reg.18* ingredienti duabus viis. * Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo. * Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. * Et quid facient, cùm inspicere cœperit Dominus? *Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & *" qui diligunt illum, cõseruabunt viam *Ioan.14.a.23* illius. * Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. * Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, * dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. * Secundùm enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

FIlij sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. * Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. *Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirẽs, firmauit in filios. *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. * Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. * Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. * Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. * Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. *" In opere & sermone, & *Exod.20.c.12. Deut.5.b.16* omni patiẽtia honora patrem tuum, *vt superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat. *Benedictio patris firmat domos filiorum: *Matth.15.a.4 Mar.7.b.10* maledictio autem matris eradicat fundamenta. *Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, eius confusio. * gloria enim hominis ex honore *Eph.6.a.2 Gen.27.d.27.& 49.a.2* patris sui, & dedecus filij pater sine honore. *Fili susci pe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: * & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua: eleemosyna enim patris non erit in obliuione. * Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, * & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. *Quàm malæ famæ est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. *Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligẽris. *" Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & co- *Phil.2.c.3* ram Deo inuenies gratiam: * quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus

Prou.15.c.18 libus honoratur. *" Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. * Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. *In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. * Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. * Multos quoque supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. * Cor durum habebit malè in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur. * Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum. * Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur. *Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. * Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. *" Ignem ardentem extinguit *Dan.4.c.4* aqua, & eleemosyna resistit peccatis: * & Deus prospector est eius qui reddit gratiam: meminit eius in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

CAP. IIII.

Tob.4.b.7 FIli eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. * Animam esurientem ne despexeris: & non exasperes pauperem in inopia sua. * Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. * Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno. * Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere: * maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum. * Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. * Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & respondè illi pacifica in mansuetudine. * Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi: & non accidè feras in anima tua. * In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: * & eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quàm mater. *Sapiẽtia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ. * & qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad illã, complectentur placorem eius. *Qui tenuerint illam, vitam hereditabunt: & quò introibit, benedicet Deus. *Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: & eos, qui diligunt illam, diligit Deus. *Qui audit illam, iudicabit Gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens. * Si crediderit ei, hereditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illius. * quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. * Timorem & metum, & probationem inducet super illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. * Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum, * & denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illũ scientiam & intellectum iustitiæ. * Si autem aberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui. * Fili conserua tempus, & deuita à malo. * Pro anima tua ne confundaris dicere verum. *Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. * Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. * Ne reuerearis proximum tuum in casu suo: * nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. * In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ. * Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. * Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. *Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. * Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. * Noli citatus esse in lingua tua; & inutilis, & remissus in operibus tuis. * Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. * Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

CAP. V.

NOli attendere ad possessiones iniquas,& ne dixeris: Est mihi sufficiens vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui: * & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. *Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. * De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatum super peccatum. * Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorũ meorum miserebitur. *"Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. * Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. *subitò enim veniet ira illius,& in tempore vindictæ disperdet te. *"Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. * Non ventiles te in omnem ventum, & nõ eas in omnem viam. sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. *Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia,& prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. * Esto mansuetus ad audiendum verbum,vt intelligas: & cum sapientia proferas responsum verum. * Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. * Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius. * Non appelleris susurro, & lingua tua ne capiaris,& confundaris. *Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium,& inimicitia, & contumelia. * Iustifica pusillum, & magnum similiter.

*Prou.10. c.4

*Prou.11. c.28

CAP. VI.

NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. *"Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam, * & folia tua comedat,& fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. * Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. *Multi pacifici sint tibi,& consiliarius sit tibi vnus de mille. *Si possides amicum,in tentatione posside eum,& ne facilè credas ei. *Est enim amicus secundùm tempus suum, & nõ permanebit in die tribulationis. *Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam:& est amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit. *Est autem amicus socius mensæ,& non permanebit in die necessitatis. *Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget: * si humiliauerit se contra te, & à facie tua abscõderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam. *Ab inimicis tuis separare,& ab amicis tuis attẽde. *Amicus fidelis,protectio fortis:qui autem inuenit illum,inuenit thesaurum. *Amico fideli nulla est comparatio,& non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. * Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum,inuenient illum. * Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundùm illum erit amicus illius. *Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. * Quasi is qui arat, & seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. *in opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. *Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. * Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & nõ demorabuntur proiicere illam. *Sapientia enim doctrinę secundùm nomen est eius, & nõ est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei. *Audi fili & accipe consilium intellectus, & ne abiicias cõsilium meum. *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: * subiicẽ humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. * In omni animo tuo accede ad illã,& in omni virtute tua conserua vias eius. *Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam: *in nouissimis enim inuenies requiem in ea, & cõuertetur tibi in oblectationem. *Et erũt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis,& torques

*Rom.11. c.16 Prou.2.a.3

illius in stolam gloriæ: *decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris. * Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi. * Fili, si attenderis mihi,disces: & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris. * Si inclinaueris aurem tuam,excipies doctrinam: & si dilexeris audire,sapiens eris. *"In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. * Et si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. *"Cogitatum tuum habe in præceptis Dei,& in mãdatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

*Deut.8.a.9

*Psal.1. a.2

CAP. VII.

NOli facere mala,& nõ te apprehendent. *Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. *Fili,non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. *Noli quærere à domino ducatum, neque à rege cathedram honoris. *"Non te iustifices ante Deum,quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regẽ noli velle videri sapiens. *Noli quærere fieri iudex,nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis,& ponas scandalũ in ęquitate tua. * Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum, *" neq; alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. * Noli esse pusillanimis in animo tuo:*exorare,& facere eleemosynam ne despicias. *Ne dicas:In multitudine munerum meorũ respiciet Deus,& offerente me Deo altissimo,munera mea suscipiet. *Nõ irrideas hominem in amaritudine animæ: "est enim qui humiliat & exaltat, circumspector Deus. * Noli arare mendacium aduersus fratrẽ tuum: neque in amicum similiter facias. *Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius nõ est bona. *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua. * Non oderis laboriosa opera, & rusticationẽ creatam ab Altissimo. *Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. * Memento iræ, quoniam non tardabit. *Humilia valde spiritũ tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. * Noli præuaricari in amicum peculiam differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris. *Noli discedere à muliere sensata & bona, quam fortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. *"Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. * Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. * Pecora tibi sunt? attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te. * Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. * Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. * Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. * Mulier si est tibi secundùm animam tuam, non proijcias illam: & odibili non credas te. In toto corde tuo *"honora patrem tuum,& gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: * memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. * In tota anima tua time Dominum,& sacerdotes illius sanctifica. *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. *"Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. *Da illis partem, sicut mandatum est tibi,primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. *Datum brachiorum tuorum & sacrificiũ sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum: * & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. *Gratia dati in cõspectu omnis viuentis,& mortuo nõ prohibeas gratiam. *Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugẽtibus ambula. *"Nõ te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. * In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis.

*Psal.142. a.2 Eccles.7. a.17 Iob 9.a.1. a.10 Luc.18. b.11

*Prou.12. a.3

*1.Reg.2. b.7

*Leui.19. c.13

*Tob.4.a.3

*Deut.12. c.18

*Leui.2. a.1 Num.18. b.15

*Mat.15. c.25 *Inf.31. a.6

CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. *"Non contendas cum viro locuplete,ne fortè contra te cõstituat litẽ tibi. *"multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit & conuertit. *Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. * Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur. * Ne despi-

*Rom.12. c.15 Mat.25. d.36

despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei. memento
[a] Gal.6.a.1. 2.Cor.2.b.6. quoniam omnes in correptione sumus.
[b] Leui.19.g.36 * Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. * Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire. * Ne despicias
[a] Sup.6.d.34 narrationem presbyterorum sapiẽtium, & in prouerbiis eorum conuersare. * ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. * Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis: * quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum. * Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.
*Ne contra faciem stes contumelioſi, ne
[b] Inf.29.a.4 sedeat quasi insidiator ori tuo. * Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. * Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita.
* Non iudices contra iudicem: quoniam secundùm quod iustum est iudi-
[a] Gen.4.b.8 cat. * Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. * Cum
[a] Prou.22.d.24 iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. *Cùm fatuis consilium non habeas: non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.
* Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. * Non omni homini cor tuum manifestes: ne fortè inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

CAP. IX.

NOn zeles mulierem sinus tui, ne
ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. *Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris. * Ne respicias mulierem multiuolam: ne fortè incidas in laqueos illius. * Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. *
[a] Gen.6.a.2 Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. *
[a] Prou.5.a.2 Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hereditatem tuam. *Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.
[a] Mat.5.c.28 * Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciẽ alienam.
Gen.34.c.2. 2.Reg.11.a.4.& 13.a.1 * propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. *Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit. *Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: * & non alteraberis cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. * Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. * Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. *
[a] Iudic.9.a.4 2.Reg.15.a.10 Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio. * Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.
* Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis. * & si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam. * Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. * Secundùm virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. * Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, * & in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. *In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. * Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

CAP. X.

IVdex sapiẽs iudicabit populũ suum, & principatus sensati stabilis erit. *
[a] Prou.29.b.12 Secundùm iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. *
[a] 3.Reg.12.b.13 Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium.
* In manu Dei potestas terræ: & vtilem rectorẽ suscitabit in tempus super illam.
* In manu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. * Omnis iniuriæ proximi ne memineris, * & nihil agas in operibus in-
[a] Leui.19.c.17 iuriæ.

iuriæ. *Odibilis coram Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. *
[a] Dan.4.a.14 Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. *Auaro autem nihil est sceleſtius. Quid superbit terra & cinis? * Nihil est iniquius quàm amare pecuniã. hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua.
* Omnis potentatus breuis vita. Languor prolixior grauat medicum. * Breuem languorem præcidit medicus: sic & rex hodie est & cras morietur. * Cùm enim morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes. * Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: * quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius. quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. * Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. *Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. *Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. * Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum. * arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. *Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. * Non est creata hominibus superbia; neq; iracundia nationi mulierum. *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. *In medio fratrum rector allorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. *Gloria diuitum, honoratorũ, & pauperum, timor Dei est: * noli despicere hominem iustum pauperẽ, & noli magnificare virum peccatorem diuitem. * Magnus, & iudex, & potens est in honore: & non est
[a] Prou.17.a.1 maior illo, qui timet Deum. *
[a] 2.Reg.12.a.11 Seruo sensato liberi seruient: & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & insciis non honorabitur. *Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cũctari in tempore angustiæ. *
[a] Prou.12.b.9 Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. *Fili in mansuetudine seruа animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum. * Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam? *Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. *Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

CAP. XI.

SApientia humiliati exaltabit caput
Gen.41.a.4 Dan.6.a.3 Ioan.7.c.18 Sillius, & in medio magnatorum consedere illum faciet. * Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. * breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius.
[a] Act.12.d.21.22 * In vestitu ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. *Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema. *
[a] 1.Reg.15.f.28 Esth.6.b.7 Multi potentes oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cùm interrogaueris, corripe iustè. *
[a] Prou.18.c.13 Priusquam audias, ne respondeas verbum: & in medio sermonum ne adiicias loqui. * De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas. * Fili ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si præcucurreris. *
[a] 1.Tim.6.b.9 Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tanto magis
[a] Prou.10.c.23 Iob 42.c.10 non abundabit. * Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: * & oculus Dei respexit illũ in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. *
[a] Iob 1.c.22 Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. *Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipsum. * Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. * Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum. *Est qui locupletatur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius * in eo quod dicit: " Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus:
[a] Luc.12.c.19 * & nescit quòd tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia

aliis, & morietur. * Sta in testamento tuo,& in illo colloquere,& in opere mãdatorum tuorum veterasce. * Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo,& mane in loco tuo. *Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem.*Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in hora velociprocessus illius fructificat. * Ne dicas: Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona? * Ne dicas:Sufficiens mihi sum:& quid ex hoc pessimabor?* "In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum: * quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundùm vias suas. * Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. * Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. * Non omnem hominem inducas in domum tuam : multæ enim sunt insidiæ dolosi. * Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum : sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui. *Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam. * A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis : homo verò peccator sanguini insidiatur. * Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala : ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum. * Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis.

*Inf.28. d.25

Cap. xii.

SI benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. * Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam:& si non ab ipso,certè à Domino. * Non est enim ei benè qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti : quoniam & Altissimus odio habet peccatores,& misertus est pœnitentibus. * " Da misericordi, & ne suscipias peccatorem: & impiis & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ. * Da bono,& non receperis peccatorem. * Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari,ne in ipsis potentior te sit: * nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis,quecumque feceris illi : quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam. * Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. * In bonis viri,inimici illius in tristitia : & in malitia illius, amicus agnitus est. * Non credas inimico tuo in æternũ: sicut enim æramentum,eruginat nequitia illius: * & si humiliatus vadat curuus, adiice animum tuum, & custodi te ab illo. * Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne fortè conuersus in locum tuum,inquirat cathedram tuam: & in nouissimo agnoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.*Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus,qui appropiant bestiis?& sic qui comitatur cum viro iniquo,& obuolutus est in peccatis eius. * Vna hora tecum permanebit : si autem declinaueris, non supportabit. * " In labiis suis indulcat inimicus : & in corde suo insidiatur vt subuertat te in foueam.*In oculis suis lacrymatur inimicus : & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine : * & si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem. *In oculis suis lacrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas.*Caput suum mouebit,& plaudet manu,& multa susurrans commutabit vultum suum.

*Gal. 6. b.10

*Ter.41. b.6

Cap. xiii.

QVi tetigerit picem,inquinabitur ab ea:* & qui communicauerit superbo,induet superbiam. *Pondus super se tollet,qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris. * Quid communicabit cacabus ad ollam ? quando enim se colliserint, confringetur. * Diues iniustè egit,& fremet:pauper autem læsus tacebit. *Si largitus fueris,assumet te: & si non habueris,derelinquet te. *Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te. *Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus est tibi? * Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouissimo deridebit te: & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. * Humiliare Deo, & expecta manus eius. * Attende ne seductus in stultitiam humilieris. * Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. *Aduocatus à potentiore discede : ex hoc enim magis te aduocabit. * Ne improbus sis, ne impingaris : & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuionem. * Ne retineas ex æquo loqui cum illo : nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. * Immitis animus illius conseruabit verba tua : & non parcet de malitia, & de vinculis. * Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo : quoniam cum subuersione tua ambulas. * Audiens verò illa quasi in somnis vide, & vigilabis. * Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua. * Omne animal diligit simile sibi : sic & omnis homo proximũ sibi.*Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. * "Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. * Quæ communicatio sancto homini ad canem ? aut quæ pars diuiti ad pauperem ? * Venatio leonis, onager in eremo : sic & pascua diuitum sunt pauperes. * Et sicut abominatio est superbo humilitas : sic & execratio diuitis pauper. *Diues commotus confirmatur ab amicis suis : humilis autem cùm ecciderit, expelletur & à notis. *Diuiti decepto multi recuperatores : locutus est superba, & iustificauerunt illum. * humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè,& non est datus ei locus. * Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. * Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic?& si offenderit,subuertent illum. * Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia : & nequissima paupertas in ore impij. *Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala. * Vestigium cordis boni,& faciem bonam difficilè inuenies, & cum labore.

*Deut.7. d.2

*2.Cor.6. c.14

Cap. xiiii.

BEatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. * Felix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. * Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid auru n? *Qui aceruat ex animo suo iniustè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. * Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit ? & non iucundabitur in bonis suis. *Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illius : * & si bene fecerit, ignoranter,& non volens facit:& in nouissimo manifestat malitiam suam. *Nequam est oculus liuidi : & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. * Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis : non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam. *Oculus malus ad mala : & non satiabitur pane, sed indigẽs & in tristitia erit super mensam suam. *Fili si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. * Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi : testamentum enim huius mundi, morte morietur. * " Ante mortem benefac amico tuo, & secundùm vires tuas exporrigens da pauperi. * Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat. *Nónne aliis relinques dolores & labores tuos in diuisione sortis?* Da, & accipe,& iustifica animam tuam. * Ante obitum tuum operare iustitiam : quoniam non est apud inferos inuenire cibum. * "Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. *Alia generantur, & alia deiiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur.*Omne opus corruptibile in fine deficiet : & qui illud operatur, ibit cum illo. * Et omne opus electum iustificabitur : & qui operatur illud, honorabitur in illo. * "Beatus vir,qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.*Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistẽs: *qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens: * qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum:*statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur. * protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

*Sup.4.a.1 Tob.4.b.7 Luc.16.b.9

*Isa.40. b.7 Iac.1.b.10 1.Pet.1. d.24

Cap. xv.

QVi timet Deum,faciet bona:& qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, * & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. * Cibabit illum pane vitæ & intellectus, " & aqua sapientiæ salutaris potabit illum : & firmabi-

*Psal.1. a.2

*Ioan.4. b.10

tur in illo,& non flectetur: * & continebit illum,& non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos, * & in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. * Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hereditabit illum. * Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi, homines stulti non videbunt eam : longè enim abest à superbia & dolo. * viri mendaces non erunt illius memores : & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei. * Non est speciosa laus in ore peccatoris: *quoniam à Deo profecta est sapientia. sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. *Non dixeris: Per Deum abest: quæ enim odit ne feceris. * Non dicas: Ille me implanauit: non enim necessarij sunt ei homines impij. * Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. *Adiecit mãdata & præcepta sua: * "si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. *Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. * "Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: * quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. * " Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis. *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi: * non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Mat.19. c.17

Iere.21.b.7

Pſal.33. c.10

Eccli.4.c.10

Cap. xvi.

NE iucunderis in filiis impiis, si multiplicentur: nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis. * Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum. * Melior est enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij. *Et vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. *Ab vno sensato inhabitabitur patria, tribus impiorum deseretur. * Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. * "In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. * "Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti: * & non pepercit peregrinationi Loth, & execratus est eos præ superbia verbi illorum. * Non misertus est illis, gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis suis. * Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus fuisset ceruicatus, mirum, si fuisset immunis. * misericordia enim & ira est cum illo. Potens exoratio, & effundens iram: *secundùm misericordiam suam, sic correptio illius hominem secundùm opera sua iudicat. *Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia misericordiam facientis. *Omnis misericordia faciet locum " vnicuique secundùm meritum operum suorum, & secundùm intellectum peregrinationis ipsius. * Non dicas : A Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur? *In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? * Ecce cælum, & cæli cælorum, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, * montes simul, & colles, & fundamenta terræ: cùm conspexerit illa Deus, tremore concutientur. *Et in omnibus his insensatum est cor : & omne cor intelligitur ab illo : * & vias illius quis intelligit, & procellam, quam nec oculus videbit hominis? * Nam plurima illius opera sunt in absconsis : sed opera iustitiæ eius quis enunciabit? aut quis sustinebit? Longè enim est testamentum à quibusdam, & interrogatio omnium in consummatione est. * Qui minoratur corde, cogitat inania : & vir imprudens & errans, cogitat stulta. * Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo, * & dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam : & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio, & in veritate enuncio scientiam eius. *In iudicio Dei opera eius ab initio, & ab institutione ipsorum distinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus suis. * Ornauit in æternum opera illorum, nec esurierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis. *Vnusquisque proximum sibi non angustiabit vsque in æternum. * Non sis incredibilis verbo illius. * Post

Num.14. c.20.& 26. f.51

Rom.2. a.6

Inf.21. b.10

Gen.6.a.4

hæc

hæc Deus in terram respexit, & impleuit illam bonis suis. * Anima omnis vitalis denunciauit ante faciem ipsius, & in ipsam iterum reuersio illorum.

Cap. xvii.

DEus creauit de terra hominem, & secundùm imaginem suam fecit illum. * Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundùm se vestiuit illum virtute. * Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatẽ eorum quæ sunt super terram. * Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium. * "Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi : & disciplina intellectus repleuit illos. * Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostẽdit illis. *Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operũ suorum, * vt nomen sanctificationis collaudẽt; & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius. * Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hereditauit illos. * Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam & iudicia sua ostendit illis. * Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo. *Et mandauit illis vnicuique de proximo suo. *Viæ illorum coram ipso sunt semper, non sunt absconsæ ab oculis ipsius. * " In vnamquamque gentem prepposuit rectorem: * & pars Dei, Israel facta est manifesta. *Et omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei : & oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorum. * Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conspectu Dei. * " Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: * "& postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in interiores partes terræ. * Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis. *Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua : * precare ante faciem Domini, & minue offendicula. * Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem: * & cognosce iustitias & iudicia Dei, & sta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei. * In partes vade sæculi sancti, " cum viuis & dantibus confessionem Deo. *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil, perit cõfessio. *Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius. * Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius, conuertentibus ad se! * Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. *Quid lucidius sole? & hic deficiet. Aut quid nequius quàm quod excogitauit caro & sanguis? & hoc arguetur. * Virtutem altitudinis cæli ipse conspicit: & omnes homines terra & cinis.

Gen.1.d.27

Eccli.b.7 c.1.d.1

Gen.13. a.2

Pſal.19. b.16

Mat.25. b.15

Pſal.6. a.6 Iſa.38. d.19

Cap. xviii.

QVi viuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. * Quis sufficit enarrare opera illius? * Quis enim inuestigabit magnalia eius? * Virtutem autẽ magnitudinis eius quis enunciabit? aut quis adiiciet enarrare misericordiam eius? * Non est minuere, neque adiicere, nec est inuenire magnalia Dei. * Cùm consummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, aporiabitur. *Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonum, aut quid nequam illius? * "Numerus dierum hominum vt multum centum anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt : & sicut calculus arenę, sic exigui anni in die æui. *Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit super eos misericordiam suam. * Vidit præsumptionem cordis eorum quoniam mala est, & cognouit subuersionem illorum quoniam nequam est. * Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis. * Miseratio hominis circa proximum suum : misericordia autem Dei super omnem carnem. * Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. *Miseretur excipiẽtis doctrinam miserationis, & qui festinat in iudiciis eius. *Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. * Nónne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quàm datum. * Nónne ecce verbum super datum bonum?

Gen.1.a.1

Pſal.89. c.10

num? sed vtraque cum homine iustificato. *Stultus acriter improperabit: & datus indisciplinati tabescere facit oculos.
Ante iudiciũ para iustitiam tibi, & antequam loquaris disce. Ante languorem
*1.Cor.11.d.28 adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. * Ante languorem humilia te, & in tẽpore infirmitatis
*Luc.18.a.1 1.Thess.5.d.17 ostende conuersationem tuam. * Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in æternum. * Ante
*Sup.7.b.18 orationem præpara animam tuam: & noli esse quasi homo qui tentat Deum. * Memento iræ in die consummationis, & tempus retributionis in conuersatione faciei.* Memẽto paupertatis in tem-
*Sup.11.c.27 pore abundantiæ, & necessitatum paupertatis in die diuitiarum. * A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. *Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia.
* Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit confessionem.
* Sensati in verbis & ipsi sapienter egerunt: & intellexerunt veritatem & iustitiam, & impluerunt prouerbia & iu-
*Rom.6.b.13.&13.d.14 dicia. *" Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. * Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. * Ne oblecteris in turbis nec in modicis: assidua enim est commissio illorum. * Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & est tibi nihil in sacculo: eris enim inuidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

OPerarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet. *" Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sen-
*Gen.19.g.33 3.Reg.11.a.1 satos: * & qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.
*" Qui credit citò, leuis corde est, & mi-
*Ioel.2.c.11 norabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. * Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. *Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur.
* Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. * Amico & inimico noli narrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare. * audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper. * Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. * A facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis. * Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti. *" Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat: Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. * Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret. *Corripe amicum: sæpe enim fit commissio. *Et non omni verbo credas. est qui labitur lingua, sed non ex animo. * Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequam commineris.
* Et da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis. *Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia. * Est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens qui minuitur sapientia. *Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi. * Est solertia certa, & ipsa iniqua. * Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo: * & est qui se nimium submittit à multa humilitate: & est qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est: *& si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. *Amictus corporis, & risus dẽtium, & ingressus hominis enunciant de illo. *Est correptio mendax in ira contumeliosi: & est iudicium, quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens.

*Leui.19.d.17 *Mat.18.b.15 *Luc.17.a.3

CAP. XX.

QVàm bonum est arguere, quàm irasci, & confitentem in oratione non prohibere! *Concupiscentia spadonis deuirginabit iuuenculam: *sic qui facit per vim iudicium iniquum. * Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum. *Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. * Est tacens non habens sensum loquelæ: & est tacens sciens tempus aptum. * Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens non seruabunt tempus. * Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam: & qui potestatem sibi sumit iniustè, odietur. * Est processio in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum. *Est datum, quod non est vtile: & est datum, cuius retributio duplex.
* Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate leuabit caput. * Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. * Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. * Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt. * exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio est. * Hodie fœneratur quis, & cras expetit: odibilis est homo huiusmodi. * Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius. * qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum?
*Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum. * Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum festinanter veniet. *Homo acharis quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit. *Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. * Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. * Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se. * Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. *Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assiduè erit. * Potior fur quàm assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hereditabũt. *Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. * Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. * Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem.
*" Xenia & dona excæcant oculos iu-
*Exod.23.d.8

dicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. * Sapientia absconsa & thesaurus inuisus; quæ vtilitas in vtrisque? * Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

*Deut.16.d.19 *Inf.41.c.18

CAP. XXI.

FIli peccasti? non adiicias iterum: sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. * Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. *Dẽtes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum. *Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. * Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam: & domus quę nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur.
* Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures eius perueniet, & iudicium festinatò aduenit illi. *Qui odit correptionẽ, vestigiũ est peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. *Notus à longè potens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. *Qui ædificat domũ suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. *" Stuppa collecta
*Sup.16.c.7 synagoga peccantiũ, & consummatio illorum flamma ignis. * Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. *Qui custodit iustitiam, continebit sensum eius.
*Consummatio timoris Dei, sapientia & sensus. * Non erudietur, qui non est sapiens in bono. *Est autem sapientia, quæ abundat in malo: & nõ est sensus vbi est amaritudo. *Scientia sapientis tamquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitę permanet. *Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam nõ tenebit. *Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit, & ad se adiiciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum.
*Narratio fatui quasi sarcina in via: nam in labiis sensati inuenietur gratia. * Os prudentis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis. *Tamquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba. *Compedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi vincula manuum super manum dextram. * Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit. * Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi bra-

chiale in brachio dextro. *Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à persona potentis. * Stultus à feneſtra reſpiciet in domũ: vir autem eruditus foris ſtabit. * Stultitia hominis auſcultare per oſtium: & prudens grauabitur contumelia. * Labia imprudentium ſtulta narrabunt: verba autem prudentium, ſtatera ponderabuntur. *In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientium os illorum. * Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam. *Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur: & qui cum eo manſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur.

CAP. XXII.

IN lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquenter ſuper aſpernationem illius. * De ſtercore boum lapidatus eſt piger: & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus. *Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato: filia autem in deminoratione fiet. * Filia prudens hereditas viro ſuo. nam quæ confundit, in contumeliam ſit genitoris. *Patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab vtriſque autem inhonorabitur. *Muſica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore ſapientia. * Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam. *Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno. * Cum dormiente loquitur qui enarrat ſtulto ſapientiam: & in fine narrationis dicit: Quis eſt hic? *" Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & ſupra fatuum plora, deficit enim ſenſus. *Modicũ plora ſupra mortuum, quoniam requieuit. *Nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui. *" Luctus mortui ſeptem dies; fatui autem & impij, omnes dies vitę illorum. *Cum ſtulto ne multum loquaris, & cum inſenſato ne abieris. * Serua te ab illo, vt non moleſtiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius. *Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in ſtultitia illius. * Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quàm fatuus? *" Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium. * Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non diſſoluetur: ſic & cor confirmatum in cogitatione conſilij. * Cogitatus ſenſati in omni tempore, metu non deprauabitur. *Sicut pali in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti non permanebunt: * ſic & cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet. * Sicut cor trepidũ in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, ſic & qui in præceptis Dei permanet ſemper. * Pungens oculum deducit lacrymas: & qui pungit cor, profert ſenſum. *Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa: ſic & qui conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam. *Ad amicum etſi produxeris gladium, non deſperes: eſt enim regreſſus. Ad amicũ *ſi aperueris os triſte, non timeas: eſt enim concordatio; excepto cõuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa: in his omnibus effugiet amicus. * Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius lætetis. *In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hereditate illius coheres ſis. * Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ. * Amicum ſalutare non confundar, à facie illius non me abſcondam: & ſi mala mihi euenerint per illum, ſuſtinebo. * Omnis qui audiet, cauebit ſe ab eo. *" Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

DOmine pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio eorum: nec ſinas me cadere in illis. *Quis ſuperponet in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, vt ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum, * & ne adincreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conſpectu aduerſariorum meorum, & gaudeat ſuper me inimicus meus? * Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. *Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me. *Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. * Doctrinam oris audite filij:

& qui cuſtodierit illam, non periet labiis, nec ſcandalizabitur in operibus ne quiſſimis. * In vanitate ſua apprehenditur peccator, & ſuperbus & maledicus ſcandalizabitur in illis. *" Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. * Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiſcearis: quoniam non eris immunis ab eis. * Sicut enim ſeruus interrogatus aſſiduè, à liuore non minuitur: ſic omnis iurans, & nominans, in toto à peccato non purgabitur. *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. *Et ſi fruſtrauerit, delictum illius ſuper ipſum erit: & ſi diſſimulauerit, delinquit dupliciter: * & ſi in vacuum iurauerit, non iuſtificabitur: replebitur enim retributione domus illius. *Eſt & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hereditate Iacob. * Etenim à miſericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur. * Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati. * Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum conſiſtis: * ne fortè obliuiſcatur te Deus in conſpectu illorum, & aſſiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluiſſes non naſci, & diem natiuitatis tuæ maledicas. *" Homo aſſuetus in verbis improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur. * Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram, & perditionem. *Anima calida quaſi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat: *& homo nequam in ore carnis ſuæ, non deſinet donec incendat ignem. *Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finem. *" Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum, contemnens in animam ſuam, & dicens: Quis me videt? * tenebræ circumdant me, & parietes cooperiũt me, & nemo circumſpicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus. *Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à ſe timorem Dei huiuſmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: * & non cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. *Domino enim Deo

antequam crearentur, omnia ſunt agnita: ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. * Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quaſi pullus equinus fugabitur: & vbi non ſperauit, apprehendetur. * Et erit dedecus omnibus, eo quòd non intellexerit timorem Domini. *" Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hereditatem ex alieno matrimonio: * primò enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit: ſecundò in virum ſuum deliquit: tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi. *Hæc in eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur. * Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. * derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur. *Et agnoſcent qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt quàm timor Dei; & nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini. * Gloria magna eſt ſequi Dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

CAP. XXIIII.

SApientia laudabit animam ſuam, & in Deo honorabitur, & in medio populi ſui gloriabitur, * & in eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur, * & in medio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur, * & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens: *Ego ex ore Altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam: * Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram: * Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. *Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui, in fluctibus maris ambulaui, * & in omni terra ſteti: & in omni populo, * & in omni gente primatum habui: * & omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui: & in his omnibus requiem quæſiui, & in hereditate Domini morabor. * Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, * & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Iſrael hereditare, & in electis meis mitte radices. *" Ab initio, & ante ſæcula creata ſum, & vſque ad futurum ſæculum non deſinam, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. *Et ſic in Sion fir-

* Exod. 20. b. 7. * Matth. 5. d. 33

* 2. Reg. 16. b. 7

* Pſal. 140. a. 3

* Leui. 20. b. 10. * Deut. 22. c. 22

* Prou. 8. c. 12

mata sum,& in ciuitate sanctificata similiter requieui,& in Ierusalē potestas mea.
16 * Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorū detētio mea. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano,& quasi
18 cypressus in mōte Sion: *quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho: *Quasi oliua speciosa in
19 campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. *Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem
20 dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: *& quasi storax,& galbanus,
21 & vngula,& gutta,& quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam,& quasi balsamum nō mistum odor meus.
22 * Ego quasi terebinthus extendi ramos
23 meos,& rami mei honoris & gratiæ. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odo
24 ris: & flores mei fructus honoris & honestatis. *Ego mater pulchrę dilectionis,
25 & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.
26 * In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. *Transite
27 ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: *Spiritus enim meus super mel dulcis,& hereditas mea super mel & fauum: *Memo-
28 ria mea in generationes sęculorum. *Qui
29 edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. * Qui audit me, non
30 cōfundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Hæc omnia liber vi-
31 tæ, & testamentum Altissimi, & agnitio
32 veritatis. * Legem mandauit Moyses in
33 præceptis iustitiarum, & hereditatē domui Iacob,& Israel promissiones. * Po-
34 suit Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris
*Gen.21. b. 12 35 sedentem in sempiternum. *" Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris
*Ios.3.d.15 36 in diebus nouorum. *Qui adimplet quasi Euphrates sensum: *qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. *Qui mit-
37 tit disciplinam sicut lucem, & assistens
38 quasi Gehon in die vindemiæ. * Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior
39 non inuestigabit eam. * A mari enim
40 abundauit cogitatio eius, & consilium illius ab abysso magna. * Ego sapientia
41 effudi flumina. *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio, ego quasi fluuij
42 Dioryx, & sicut aquæductus exiui de paradiso. * dixi: Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei
43 fructum. * Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare: * quoniam doctri-
44 nam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad lon-
45 ginquum. * Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes spe-
46 rantes in Domino. * Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & non desinam in progenies illorum vsque
*Inf.33. c.18 47 in æuum sanctum. *" Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.

CAP. XXV.

IN tribus placitum est spiritui meo, A
quæ sunt probata coram Deo & ho- 2 C
minibus: *Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi
3 consentiētes. *Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum:
4 *Pauperem superbum: diuitem mendacem: senem fatuum & insensatum. *Quę
5 in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? *Quàm speciosum canitiei iudicium, & presby-
6 teris cognoscere consilium! *Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis
7 intellectus, & consilium! * Corona senum multa peritia, & gloria illorum ti-
8 mor Dei. *Nouem insuspicabilia cordis
9 magnificaui, & decimum dicam in lin- B
10 gua hominibus: * Homo,qui iucundatur in filiis, viuens & videns subuersionem inimicorum suorum. *" Beatus qui
*Inf.26. a.1 Sup.14.a.1 19.c.16 *Iac.3.a.2 11 habitat cum muliere sensata, & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiit indignis se. *Beatus,qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri
12 audienti. * Quàm magnus, qui inuenit sapientiam,& scientiam! sed non est su-
13 per timentem Dominum. * timor Dei
14 super omnia se superposuit: *beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur?
15 *Timor Dei initiū dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei.
16 *Omnis plaga,tristitia cordis est: & om-
17 nis malitia, nequitia mulieris. * Et om-
18 nem plagam,& non plagam videbit cor- D
19 dis: * & omnem nequitiam, & non ne- C
20 quitiā mulieris: *& omnem obductum,
21 & non obductum odientium: * & omnem vindictam,& non vindictam inimi-
22 corum. * Non est caput nequius super

caput

caput colubri: * & non est ira super iram
*Prou.21. c.19 23 mulieris. " Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere
24 nequam. * Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obęcat vultum suum tamquam vrsus: & quasi saccum osten-
25 dit. In medio proximorum eius * ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum. *Breuis omnis malitia super ma-
26 litiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam. *Sicut ascensus arenosus in
27 pedibus veterani, sic mulier linguata D
*Inf.42. b.6 28 homini quieto. * Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. * Mulieris ira, & irreue-
29 rentia, & confusio magna. * Mulier si
30 primatum habeat,contraria est viro suo. * Cor humile, & facies tristis, & plaga
31 cordis,mulier nequam. *Manus debiles,
32 & genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum. *" A muliere initium
*Gen.3. b.6. 33 factum est peccati, & per illam omnes morimur. * Non des aquæ tuæ exitum,
34 nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi. * Si non ambulauerit
35 ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum. * A carnibus tuis
36 abscinde illam, ne semper te abutatur.

CAP. XXVI.

MVlieris bonæ beatus vir: numerus
1 enim annorū illius duplex. *Mu-
2 lier fortis oblectat virum suum,& annos A
3 vitæ illius in pace implebit. *Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum
4 dabitur viro pro factis bonis: * diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni
5 tempore vultus illorum hilaris. * A tribus timuit cor meum,& in quarto facies
6 mea metuit: * Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, *calumniam men-
7 dacem, super mortē omnia grauia: * do-
8 lor cordis & luctus, mulier zelotypa. *In
9 muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans. * Sicut boum iu-
10 gum, quod mouetur, ita & mulier ne- B
11 quam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. *Mulier ebriosa,ira
12 magna: & cōtumelia,& turpitudo illius non tegetur. *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius
*Inf.42. b.11 13 agnoscetur. *" In filia non auertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione
14 vtatur se. *Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris si te neglexerit. * sicut viator sitiens, ad fontem os
15 aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit,& contra omnem sagittam aperiet pharetram
16 donec deficiat. * Gratia mulieris sedulæ C
17 delectabit virum suum, & ossa illius im-
18 pinguabit. * Disciplina illius, datum Dei est. * Mulier sensata & tacita, non
19 est immutatio eruditæ animæ. * Gratia super gratiam, mulier sancta & pudora-
20 ta. * Omnis autem ponderatio non est
21 digna continentis animæ. * Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mu-
22 lieris bonæ species in ornamentum domus eius. * lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei su-
23 per ætatem stabilem. * Columnæ aureæ
24 super bases argenteas, & pedes firmi su- D
25 per plantas stabilis mulieris. * Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.
26 *In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit: *Vir
27 bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus: * & qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus
28 parauit eum ad romphæam. *Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, difficilē exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

CAP. XXVII.

PRopter inopiam multi deliquerunt: A
& qui quærit locupletari, auertit
2 oculum suum. * Sicut in medio compa-
3 ginis lapidū palus figitur,sic & inter medium venditionis & emptionis angu-
4 stiabitur peccatum. * Conteretur cum
5 delinquente delictum. *Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò sub-
6 uertetur domus tua. *Sicut in percussura cribri remanebit puluis,sic aporia homi-
7 nis in cogitatu illius. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tri-
8 bulationis. * Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex B
9 cogitatu cordis hominis. * Ante sermonem non laudes virum: hæc enim
10 tentatio est hominum. * Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi poderem honoris, & inhabitabis
11 cum ea, & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. * Volatilia ad sibi similia conue-
12 niunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, reuertetur. *Leo venationi insidiatur semper; sic peccata operantibus iniquitates. *Homo sanctus in sapientia

manet

manet ſicut ioſ : nam ſtultus ſicut luna mutatur. * In medio inſenſatorum ſerua verbum tempori : in medio autem cogitantium aſſiduus eſto. * Narratio peccantium odioſa, & riſus illorum in deliciis peccati. * Loquela multum iurans, horripilationem capiti ſtatuet : & irreuerentia ipſius obturatio aurium. * Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum : & maledictio illorum auditus grauis. * Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum ſuum. * Dilige proximum, & coniungere fide eum illo. * Quòd ſi denudaueris abſconſa illius, non perſequêris poſt eum. *Sicut enim homo, qui perdit amicum ſuum, ſic & qui perdit amicitiam proximi ſui. *Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua, ſic dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. * non illum ſequaris, quoniam longè abeſt : effugit enim quaſi caprea de laqueo : quoniam vulnerata eſt anima eius. *vltrà eum non poteris colligare. Et maledicti eſt concordatio : * denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. * Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet : * in conſpectu oculorum tuorum condulcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur : nouiſſimè autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. * Multa odiui, & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum. * Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet : & plaga doloſa, doloſi diuidet vulnera. *Et qui foueam fudit, incidet in eam : & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo : & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. * Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde adueniat illi. * Illuſio, & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. *Laqueo peribũt qui oblectantur caſu iuſtorum : dolor autem conſumet illos antequam moriantur. * Ira & furor, vtraque execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum.

CAP. XXVIII.

Deut. 32. c.35 Matt. 6. d.14 Mar. 11. c.25 Rom. 12. d.19

QVi vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. * Relinque proximo tuo nocenti te : & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. * Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? * In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? * Ipſe cùm caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? * Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari : * tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. * Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. * Memorare teſtamentum Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. * Abſtine te à lite, & minues peccata : * homo enim iracundus incẽdit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. *Secundùm enim ligna ſiluæ ſic ignis exardeſcit : & ſecundùm virtutem hominis, ſic iracundia illius erit, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. * Certamen feſtinatum incendit ignem : & lis feſtinans effundit ſanguinem : & lingua teſtificans adducit mortem. * Si ſufflaueris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit : & ſi expueris ſuper illam, extinguetur : vtraque ex ore proficiſcuntur. *Suſurro & bilinguis maledictus : multos enim turbabit pacem habentes. * Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. *ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. * Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. * Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. * qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat. * Flagelli plaga liuorem facit : plaga autem linguæ comminuet oſſa. * Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguã ſuam. * Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non eſt ligatus : * iugum enim illius, iugum ferreum eſt : & vinculum illius, vinculum æreum eſt. * Mors illius, mors nequiſſima : & vtilis potiùs infernus quàm illa. * Perſeuerantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorum : & in flamma ſua non comburet iuſtos. * Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. * Sepi aures tuas ſpinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia & ſeras. * Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos : * & attende ne fortè

labaris

labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

CAP. XXIX.

QVi facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo : & qui prævalet manu, mandata ſeruat. * Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo. * Confirma verbum, & fideliter age cum illo : & in omni tempore inuenies quod tibi neceſſarium eſt. * Multi quaſi inuentionem eſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam his qui ſe adiuuerunt. *Donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam : * & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum, & tempus cauſabitur : * ſi autem potuerit reddere, aduerſabitur, ſolidi vix reddet dimidium, & computabit illùd quaſi inuentionem : * ſin autem, fraudabit illum pecunia ſua, & poſſidebit illum inimicum gratis : * & conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. * Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt. * Verumtamen ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non trahas illũ. *Propter mandatum aſſume pauperem : & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. * Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum : & nõ abſcondas illam ſub lapide in perditionem. *" Pone theſaurum tuum in præceptis Altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum. *"Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam, aduerſus inimicum tuum pugnabit. * Vir bonus fidem facit pro proximo ſuo : & qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi. *Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris : dedit enim pro te animam ſuam. * Repromiſſorem fugit peccator & immundus. * Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator : & ingratus ſenſu derelinquet liberantem ſe. *Vir repromittit de proximo ſuo : & cùm perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. * Repromiſſio nequiſſima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quaſi fluctus maris. *Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. * Peccator tranſgrediens mandatum Domini, incidet in promiſſionem nequam : & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. * Recupera proximum ſecundùm virtutem tuam, & attende tibi ne incidas. *" Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegẽs turpitudinem. *Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ in peregre ſine domicilio. * Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. * Vita nequam hoſpitandi de domo in domum : & vbi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. * Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. * Tranſi hoſpes, & orna menſam : & quæ in manu habes, ciba ceteros. *Exi à facie honoris amicorum meorum : neceſſitudine domus meæ hoſpitio mihi factus eſt frater. * Grauia hæc homini habenti ſenſum : Correptio domus, & improperium fœneratoris.

Inſ. 39. c.31

CAP. XXX.

Prou. 13. d.24. & 23. b.13

QVi diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia. * Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo, & in medio domeſticorũ in illo gloriabitur. *" Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus : ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. *In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo : in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis. * Reliquit enim defenſorem domus cõtra inimicos, & amicis reddentem gratiam. * Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius. *Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. *Lacta filium, & pauentem te faciet : lude cum eo, & contriſtabit te. * Non corrideas illi, ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. * Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. *" Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. * Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. * Melior eſt pauper ſanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis

Deut. 6. d.7

Sup. 7. d. 25

cillis & flagellatus malitia. *Salus animæ in sanctitate iustitię, melior est omni auro & argento; & corpus validum, quàm census immensus. *Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium. *Melior est mors quàm vita amara; & requies æterna quàm languor perseverans. *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. *" Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit: * sic qui effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis: * videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens virginem, & suspirans. *" Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. * Iucunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: & exultatio viri est longæuitas. * Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine: congrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longè repelle à te. *" Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. * Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. *Splendidum cor, & bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt.

*Deu. 14. a. 6

*Prou. 12. d. 25. & 15. b. 13. & 17. d. 22

*2. Cor. 7. c. 10

CAP. XXXI.

VIgilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. * Cogitatus præscientiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriam facit animam. *Laborauit diues in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. * Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. *Qui aurum diligit, non iustificabitur: & qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea. *" Multi dati sunt in aurì casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum. *Lignum offensionis est aurum sacrificantium: væ illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. * Beatus diues, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. * Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. * Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit: *ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. *Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior. *Non dicas sic: Multa sunt, quæ super illam sunt: * memento quoniam malus est oculus nequam. * Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie sua lacrymabitur. cùm viderit, * ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas. *Ne comprimaris in conuiuio. *Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso: * vtere quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur: ne, cùm manducas multum, odio habearis. * Cessa prior causa disciplinæ: & noli nimius esse, ne fortè offendas. * Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. *Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. * Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito: * somnus sanitatis in homine parco. dormiet vsque mane, & anima illius cum ipso delectabitur. * Et si coactus fueris in edendo multum, surge è medio, euome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. *Audi me fili, & ne spernas me: & in nouissimo inuenies verba mea. * In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele. *Nequissimo in pane murmurabit ciuitas, & testimonium nequitiæ illius verum est. *Diligẽtes in vino noli prouocare: *multos enim exterminauit vinum. * Ignis probat ferrum durum: sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. * Æqua vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. * Quæ vita est ei, qui minuitur vino? * Quid defraudat vitam? Mors. *" Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio. *Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. *Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. * Vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit. *Amaritudo animæ vinum multum potatum. *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. *In conuiuio vini non arguas proximum: & non despicias eum in iucunditate illius: * verba improperij non dicas illi: & non premas illum in repetendo.

*Iudith 3

*Psal. 103. b. 15 Prou. 31. d. 4

CAP. XXXII.

REctorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. *Curam illorum habe, & sic conside, & omni cura tua explicita recumbe: * vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis. * Loquere maior natu: decet enim te * primum verbum diligenti scientia, & non impedias musicam. *Vbi auditus non est, non effundas sermonem, & importunè noli extolli in sapientia tua. * Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in conuiuio vini. *Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in iucundo & moderato vino. * Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Adolescens loquere in tua causa vix. *Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. *In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. *In medio magnatorum non præsumas: & vbi sunt senes, non multum loquaris. *Ante grandinem præibit coruscatio: & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Et hora surgendi non te trices: præcurre autem prior in domum tuam, & illic auocare, & illic lude, * & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. *Et super his omnibus benedicito Dominum, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis. * Qui timet Dominum, excipiet doctrinam eius: & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem. *Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea. *Qui timent Dominum, inuenient iudicium iustum, & iustitias quasi lumen accendent. *Peccator homo vitabit correptionem, & secundùm volũtatem suam inueniet comparationem. * Vir consilij non disperdet intelligentiam, alienus & superbus nõ pertimescet timorẽ: * etiam postquam fecit cum eo sine consilio, & suis insectationibus arguetur. * Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. *In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides: nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum: * & à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attẽde. *In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ: hoc est enim conseruatio mandatorum. * Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

CAP. XXXIII.

TImenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. *Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis. * Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit. *" Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus illius. * Equus emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni suprasedẽte hinnit. *Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à sole? * A Domini scientia separati sunt, facto sole, & præceptum custodiente. * Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. *Ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum. Et omnes homines de solo, * & ex terra, vnde creatus est Adam. * In multitudine disciplinę Dominus separauit eos, & immutauit vias eorũ. * Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. *" Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. *Omnes viæ eius secũdùm dispositionem eius: sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi secundùm iudicium suum. *Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo & duo, & vnum contra vnum. *Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. *In benedictione Dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular. *" Respicite quoniã non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. * Audite me magnates, & omnes populi, & rectores Ecclesiæ auribus percipite. *Filio & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in vitæ tua: & non dederis alij possessionem tuam: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis. *Dũ adhuc superes & aspiras, nõ immutabit te omnis caro. *Melius est enim vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.

*Sup. 21. b. 17

*Gen. 2.

*Rom. 9. c. 11

*Sup. 24. d. 47

tuorum. *In omnibus operibus tuis præcellens esto. * Ne dederis maculam in gloria tua. In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hereditatem tuam. * Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo. *Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatem. *Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ. *Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet: *multam enim malitiam docuit otiositas. *In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit, curua illum compedibus, & nō amplifices super omnem carnem: verùm sine iudicio nihil facias graue. * " Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum. * Si læseris eum iniustè, in fugam conuertetur: *& si extollens discesserit, quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

*Sup. 7. c. 23

CAP. XXXIIII.

VAna spes, & mendacium viro insensato: & somnia extollit imprudentes. *Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia. * hoc secundùm hoc visio somniorum: ante faciem hominis similitudo hominis. *Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? * Diuinatio erroris, & auguria mendacia, & somnia malefaciētium, vanitas est. *Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum: *multos enim errare fecerūt somnia, & exciderunt sperantes in illis. *Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur. * Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. * Qui non est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam. * Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanatus est, abundabit nequitia. * Multa vidi errando, & plurimas verborum consuetudines. * Aliquoties vsque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia Dei. *Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur. * Spes enim illorum in saluantem illos, & oculi Dei in diligentes se. * Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. * Timentis Dominum beata est anima eius. *Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? * " Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, * deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. * " Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. * Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. * " Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. *Qui effundit sanguinem, *& qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. *Vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis nisi labor? * Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Deus? * Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? * " sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

*Prou. 21. d. 27

*Prou. 15. b. 8

*Deut. 24. c. 14

*Sup. 7. c. 23

*2. Tes. 2. d. 21

CAP. XXXV.

QVi cōseruat legem, multiplicat oblationem. * " Sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. *Et propitiationē litare sacrificij super iniustitias, & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. *Retribuet gratiam, qui offert similaginem: & qui facit misericordiam, offert sacrificium. * Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. * " Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. * Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt. *Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu Altissimi. *Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur

*Ier. 7. d. 3

*Exod. 23. b. 15. & 34. c. 22. Deut. 16. d. 16

uiscetur Dominus. * Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas primitias manuum tuarum. * " In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. * " Da Altissimo secundùm datum eius, & in bono oculo ad inuentionē facito manuum tuarum: *quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. * " Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. * Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam Dominus iudex est, & " non est apud illum gloria personæ. *Non accipiet Dominus personā in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. * Non despiciet preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus. * Nónne lacrymę viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? *A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. * Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet non consolabitur: & non discedet donec Altissimus aspiciat. * Et Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium: & Fortissimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorsum ipsorum: *& Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet: * donec reddat hominibus secundùm actus suos, & secundùm opera Adæ, & secundùm præsumptionem illius: * donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. * Speciosa misericordia Dei, in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

*1. Cor. 9. d. 7. Tob. 4. 9. *Leuit. 22. c. 18. Deut. 15. d. 41

*Deut. 10. d. 17. 2. Par. 19. d. 7. Iob 34. b. 19. Sap. 6. b. 8. Ecc. 4. b. 11. *Gal. 2. b. 6. Col. 3. d. 25. Act. 10. d. 34. 1. Pet. 1. d. 17

CAP. XXXVI.

MIserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum: * & immitte timorem tuum super Gentes, quę non exquisierunt te, vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua. *Alleua manum tuam super Gentes alienas, vt videant potentiam tuam. *Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, * vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus quoniam non est Deus præter te Domine. * Innoua signa, & immuta mirabilia. * Glorifica manum, & brachium dextrum. * Excita furorem, & effunde iram. * Tolle aduersariū, & affligе inimicum. *Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. * In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebem tuam, inueniant perditionem. * Conterecaput principum inimicorū, dicentium: Non est alius præter nos. * Congrega omnes tribus Iacob: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua: & hereditabis eos, sicut ab initio. *Miserere plebi tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum; & Israel, " quem coæquasti primogenito tuo. * Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. * Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum. * Da testimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. * Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: & exaudi orationes seruorum tuorum * " secundùm benedictionem Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ, & sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector sæculorum. * Omnem escam manducabit venter, & est cibus eibo melior. * Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum verba mendacia. *Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. * Omnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filia. *Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium. *Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundùm filios hominum. * Qui possidet mulierē bonam, inchoat possessionem: adiutorium secundùm illum est, & columna vt requies. * Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens. * Quis credit ei, qui non habet nidum, & deflectens vbicumque obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem?

*Exod. 4. f. 22. *Num. 6. d. 24

CAP. XXXVII.

OMnis amicus dicet: Et ego amicitiam copulaui. sed est amicus solo nomine amicus. Nónne tristitia inest vsque ad mortem? * Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur. * O præsumptio nequissima, vnde creata es

cooperire aridam malitia, & dolositate illius? * Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. * Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. * Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in opibus tuis. * Noli consiliari cum eo qui tibi insidiatur, & à zelantibus te absconde consilium. *Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. * A consiliario serua animam tuam. priùs scito quæ sit illius necessitas: & ipse enim animo suo cogitabit: * ne fortè mittat sudem in terram, & dicat tibi: * Bona est via tua; & stet è contrario videre quid tibi eueniat. *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de ea quę æmulatur: cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agendis, *cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere, * cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione: non attendas his in omni consilio. * Sed cũ viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei, * cuius anima est secundùm animam tuam: & qui, cùm titubaueris in tenebris, condolebit tibi. * Cor boni consilij statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo. * Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. * Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam. * Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. * Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quattuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est. * Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est. *Qui sophisticè loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. *non est illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. * Est sapiens, animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis. *Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. * Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt.

*Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt. * Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. * Fili in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem: * non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. * Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: * in multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. *Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adijciet vitam.

Cap. xxxviii.

HOnora medicum propter necessitatem: etenim illũ creauit Altissimus. *A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem. *Disciplina medici exaltabit caput illius, & in cõspectu magnatorum collaudabitur. *Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. * Nónne à ligno indulcata est aqua amara? *Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. * In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consummabuntur opera eius. *Pax enim Dei super faciem terræ. * Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. * Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. *Da suauitatem & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medico: * etenim illum Dominus creauit: & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. * Est enim tempus quando in manus illorum incurras: *ipsi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem, propter conuersationem illorum. * Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici. * Fili in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundùm iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. * Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam, * & fac luctum secundùm meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem. * A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia

*Exod. 15. d. 25

*Isa. 38. a. 3

*Prou. 15. b. 13. & 17. d. 22

cordis flectit ceruicem. * In abductione permanet tristitia: & substantia inopis secundùm cor eius. *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te: & memento nouissimorum, *noli obliuisci: neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & te ipsum pessimabis. * Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. * *In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui. *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: qua sapientia replebitur * qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorũ, & enarratio eius in filijs taurorum. * Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. * Sic omnis faber & architectus, qui noctem tamquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam: cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus. *Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri: Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur: * Vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius: * Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in perfectionem. *Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & in numero est omnis operatio eius. *In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutẽ suam. * Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. *Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est. * sine his omnibus non ædificatur ciuitas. * Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in ecclesiam non transilient. *Super sellã iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neq; palam facient disciplinam & iudicium, & in parabolis non inuenientur: * sed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animam suam, & conquirentes in lege Altissimi.

*Reg. 12. d. 23

Cap. xxxix.

SApientiam omnium antiquorum exquiret sapiẽs, & in prophetis vacabit

* Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit. * Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. * In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. * In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit. * Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. * Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. * Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum: * & ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino: * & ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. * Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. *Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in sæculum non delebitur. * Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem. * Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit ecclesia. * Si permanserit, nomen derelinquet plus quàm mille: & si requieuerit, proderit illi. * Adhuc consiliabor, vt enarrem: vt furore enim repletus sum. * In voce dicit: Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. * Quasi Libanus odorem suauitatis habete. *Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis. * Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in confessione: * Opera Domini vniuersa bona valde. * In verbo eius stetit aqua sicut congeries: & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum: * quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius. *Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis eius. * A sæculo vsque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. * Non est dicere: Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tempore suo quærentur. * Benedictio illius quasi fluuius inundauit. **quomodo cataclysmus aridam inebriauit; sic ira ipsius gentes,

*Genes. 1. d. 31
*Marc. 7. d. 37
Gen. 8. a. 1
*Genes. 7. d. 27

quæ non exquisierunt eum, hereditabit.
*Exod. 14. d. 21 * " Quomodo conuertit aquas in siccitatem, & siccata est terra: & viæ illius vijs illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius. *Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. *Sup. 29. d. 28 * " Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. * Hæc omnia sanctis in bona, sic & impijs & peccatoribus in mala cõuertentur. *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua: * in tempore consummationis effundent virtutem: & furorem eius, qui fecit illos, placabunt. * Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt; *bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios. * In mandatis eius epulabuntur, & super terram in necessitatem præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum. *Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus sum, & cogitaui, & scripta dimisi. *Gen. 1. d. 31 * " Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. * Non est dicere: Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur. *Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

Cap. xl.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorũ, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium. *Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis: * à residente super sedem glorioſam, vsque ad humiliatum in terra & cinere: * ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur lino crudo: furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio, * & in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. *Modicum tamquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus. * Conturbatus est in visu cordis sui, tamquam qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem: * cum omni carne, ab homine vsq; ad pecus, & super peccatores septuplum. *Sup. 39. d. 34 * " Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella: * super iniquos creata sunt hæc omnia, " & propter illos factus est cataclysmus. * Omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur, " & omnes aquæ in mare reuertentur. *Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in sæculum stabit. * Substantię iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. * In aperiendo manus suas lætabitur: sic præuaricatores in consummatione tabescent. * Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumẽ petrę sonant. *Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur. * Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet. * Vita sibi sufficientis operatij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum. * Filij, & ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hæc mulier immaculata computabitur. * Vinum & musica lætificant cor: & super vtraque dilectio sapientiæ. * Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis. * Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes. * Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super vtrosque mulier cum viro. *Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. * Aurum & argentum est constitutio pedum: & super vtrumque consilium beneplacitum. * Facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor Domini. * Non est in timore Domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. * Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. * Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas: melius est enim mori, quàm indigere. * Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animam suam cibis alienis. * Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se. * In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

Cap. xli.

O Mors quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti in substãtijs suis; * viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! * O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, *defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit patientiam! * Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni. *& quid superueniet tibi in beneplacito Altissimi? siue decem, siue centum, siue mille anni. *Non est enim in inferno accusatio vitæ. *Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum. *Filiorum peccatorum periet hereditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. * De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio. * Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini Altissimi. * Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. *Sup. 40. d. 11 * " Omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur; sic impij à maledicto in perditionem. * Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. * Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum. * Disciplinam in pace conseruate filij. * Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtrisque? * Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscõdit sapientiam suam. * Verumtamen reueremini in his, quæ procedunt de ore meo. * Non est enim bonum omnem reuerentiam obseruare: & non omnia omnibus bene placent in fide. * Erubescite à patre & matre de fornicatione: & à præsidente & à potente de mendacio: *à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: *à socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas, * de furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: *à salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. *Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferendo partem & non restituendo. *Sup. 20. d. 32 * " Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. * Ab amicis de sermonibus improperij: & cùm dederis, ne improperes.

Cap. xlii.

NOn duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum: ne pro his omnibus confundaris, " & ne accipias personam vt delinquas. *De lege Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, * de verbo sociorum & viatorum, & de datione hereditatis amicorum, *de æqualitate stateræ & ponderum, de acquisitione multorũ & paucorum, * de corruptione emptionis & negotiatorum, & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. *Super mulierem nequam bonum est signum. *Vbi manus multæ sunt, claude; & quodcumque trades, numera, & appende: datum verò, & acceptum omne describe. * De disciplina insensati & fatui, & de senioribus, qui iudicantur ab adolescentibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium viuorum. * Filia patris abscondita est vigilia, & solicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: *nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur: ne fortè cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur. *Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. *Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari: * de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. *Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium. * Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi annunciabo. In sermonibus Domini opera eius. *Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenũ est opus eius. * Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua? * Abyssum, & cor hominũ inuestigauit: & in astutia eorum excogitauit. * Cognouit enim Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum æui, annuncians quæ præterierunt, & quę superuentura sunt, reuelans vestigia occultorum. *Non præterit illum omnis cogi-

*Leuit. 19. c. 15 Deu. 1. c. 17 & 16. d. 19 *Prou. 24. c. 23 Iac. 2. d. 2

tatus,& non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. *Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit: qui eſt ante ſeculũ & vſque in ſæculum, neque adiectum eſt, * neque minuitur, & non eget alicuius conſilio. * Quàm deſiderabilia omnia opera eius, & tamquam ſcintilla,quę eſt conſiderare! *Omnia hæc viuunt, & manent in ſæculum, & in omni neceſſitate omnia obaudiunt ei. *Omnia duplicia, vnum cõtra vnum, & non fecit quidquam deeſſe. *Vniuſcuiuſque confirmauit bona. Et quis ſatiabitur videns gloriam eius?

CAP. XLIII.

ALtitudinis firmamentum pulchritudo eius eſt, ſpecies cæli in viſione gloriæ. * Sol in aſpectu annuncians in exitu, vas admirabile opus excelſi. * In meridiano exurit terram,& in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris: * tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radijs ſuis obcæcat oculos. *Magnus Dominus qui fecit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit iter. * Et luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis, & ſignum æui. *A luna ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in cõſummatione. *Menſis ſecundũ nomen eius eſt, creſcẽs mirabiliter in conſummatione. * Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cæli reſplendens gloriosè. *Species cæli gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus. * In verbis ſancti ſtabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs ſuis. * Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. *Gyrauit cælũ in circuitu glorię ſuę, manus Excelſi aperuerunt illum. *Imperio ſuo accelerauit niuem,& accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. * Propterea aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nebulæ ſicut aues. * In magnitudine ſua poſuit nubes, & cõfracti ſunt lapides grandinis. * In conſpectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aſpirabit Notus. * Vox tonitrui eius verberabit terram, tempeſtas aquilonis, & congregatio ſpiritus; * & ſicut auis deponens ad ſedendum, aſpergit niuem, & ſicut locuſta demergens deſcenſus eius. * Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & ſuper imbrẽ eius expaueſcet cor. * Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram: & dum gelauerit, fiet tamquam cacumina tribuli. * Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua, ſuper omnem congregationem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induet ſe aquis. *Et deuorabit montes,& exuret deſertum,& extinguet viride,ſicut igne. * Medicina omnium in feſtinatione nebulæ: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum. *In ſermone eius ſiluit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſſum, & plantauit in illa Dominus inſulas. *Qui nauigãt mare, enarrent pericula eius: & audientes auribus noſtris admirabimur. *Illic præclara opera, & mirabilia; varia beſtiarum genera, & omnium pecorum, & creatura belluarum. *Propter ipſum confirmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius compoſita ſunt omnia. *Multa dicemus, & deficiemus in verbis: conſummatio autem ſermonum, ipſe eſt in omnibus. * Gloriantes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua. *Terribilis Dominus,& magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius. * Glorificantes Dominum quãtumcumque potueritis,ſuperualebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia eius. * Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis: maior enim eſt omni laude. * Exaltantes eum replemini virtute. ne laboretis: non enim comprehendetis. *" Quis videbit eum,& enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio? * Multa abſcondita ſunt maiòra his: pauca enim vidimus operum eius. * Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit ſapientiam.

*Geneſ.9. b.13

*Pſal.105. a.2

CAP. XLIIII.

LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. * Multam gloriã fecit Dominus magnificentia ſua à ſæculo. * Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua prædíti, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarũ, *& imperantes in præſenti populo,& virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba. *In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum. *Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis. * Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habẽtur in laudibus. *Qui de illis nati ſunt,reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: * & ſunt quorũ non eſt memoria: perierunt quaſi qui nõ fuerint: & nati ſunt, quaſi non nati, & filij ipſorum cum ipſis. * Sed illi viri miſericordię ſunt,quorum pietates non defuerunt: * cum ſemine eorum permanent bona, * hereditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum: *& filij eorum propter illos vſq; in æternum manent: ſemen eorum & gloria eorum non derelinquetur. * Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt,& nomen eorum viuit in generationem & generationem. *Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet eccleſia. *" Henoch placuit Deo,& tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. *Noe inuentus eſt perfectus, iuſtus,& in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. * Ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, cùm factum eſt diluuium. *" Teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro. *" Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria: qui conſeruauit legem Excelſi, & fuit in teſtamento cum illo. *" In carne eius ſtare fecit teſtamentum, & " in tentatione inuentus eſt fidelis. * Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cumulum, * & vt ſtellas exaltare ſemen eius, & hereditare illos à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ. *Et in Iſaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius. * Benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus, & teſtamentum confirmauit ſuper caput Iacob. * Agnouit eum in benedictionibus ſuis, & dedit illi hereditatem, & diuiſit illi partem in tribubus duodecim. * Et conſeruauit illi homines miſericordiæ, inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

*Geneſ.5. a.21 Eccl.44.b.1

*Gen.6.b. 9.& 7.a.1 Heb.11.b.7 *Gen.9.b.9

*Gen.12.a. 2.& 15.a.6 Geneſ.17. a.10 Gen.22.a.1 *Eccl.3.b.6

CAP. XLV.

DIlectus Deo & hominibus Moyſes: cuius memoria in benedictione eſt. * Similem illũ fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit. *" Glorificauit illum in conſpectu regum, & iuſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. * In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. * Audiuit enim eum,& vocem ipſius, & induxit illum in nubem. * Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & diſciplinæ, docere Iacob teſtamentum ſuum, & iudicia ſua Iſrael. *" Excelſum fecit Aaron fratrem eius, & ſimilem ſibi de tribu Leui: * ſtatuit ei teſtamentum æternum, & dedit illi ſacerdotium gentis: & beatificauit illum in gloria, * & circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum ſtolam gloriæ, & coronauit eum in vaſis virtutis. *" Circumpedes, & femoralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, * dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo, in memoriam filijs gentis ſuæ. * Stolam ſanctam, auro, & hyacintho,& purpura,opus textile,viri ſapientis, iudicio & veritate prædíti: * torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij ſculptis,in memoriam ſecundùm numerum tribuum Iſrael. * Corona aurea ſuper mitram eius expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris: opus virtutis, & deſideria oculorum ornata. * Sic pulchra ante ipſum non fuerunt talia vſque ad originem. * Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantùm filij ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tempus. * Sacrificia ipſius conſumpta ſunt igne quotidie. *" Compleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum oleo ſancto. * Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & ſemini eius ſicut dies cæli, fungi ſacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum ſuum in nomine eius. *Ipſum elegit ab omni viuente,offerre ſacrificium Deo, incenſum, & bonum odorem, in memoriam placare pro populo ſuo: *& dedit illis in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum, docere Iacob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſrael. *" Quia contra illum ſteterunt alieni,& propter inuidiam circumdederunt illum homines in deſerto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. * Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ. * Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis. *Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hereditatem, & primitias frugum terræ diuiſit illi. *Panem ipſis in primis parauit in ſatietatem: nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit illi & ſemini eius. *Ceterùm in terra gentes non hereditabit, & pars non eſt illi in gẽte: ipſe eſt enim pars eius,& hereditas.

*Exod.6.b. 7.8

*Numm.12. a.3.7

*Exod.28. f.35

*Leuit.8. b.12

*Num.16. a.1

*Num. 25. b. 7 1. Mac. 2. f. 54

* " Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini: *& stare in reuerentia gentis: in bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israel. *Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum. *Et testamentum Dauid regi filio Iessæ de tribu Iuda, hereditas ipsi & semini eius, vt daret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iustitia, ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

CAP. XLVI.

FOrtis in bello Iesus Naue, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum, * maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hereditatem Israel. *Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, & iactando contra ciuitates romphæas? * Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Dominus perduxit. *" An non in iracundia eius impeditus est sol, & vna dies facta est quasi duo? * Inuocauit Altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis. * Impetum fecit contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios, *vt cognoscant Gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non est facile. Et secutus est à tergo potentis: *Num. 14. a. 6 * " & in diebus Moysi misericordiã fecit ipse, & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. *Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt à numero sexcentorum millium peditum, inducere illos in hereditatem, in terram quæ manat lac & mel. *Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsque in senectutem permãsit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hereditatẽ: * vt viderent omnes filij Israel, quia bonũ est obsequi sancto Deo. * Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor: qui non auersi sunt à Domino, * vt sit memoria illorum in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo, *& nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria. * Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Domini, renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua. *In lege Domini congregationem iudicauit, & vidit Deus Iacob, & in fide sua probatus est propheta. * Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis: *& inuocauit Dominum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes vndique, in oblatione agni inuiolati. *Et intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocẽ suam, * & contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthijm: * & ante tempus finis vitæ suæ & sæculi, testimonium prębuit in conspectu Domini, & Christi; pecunias & vsq; ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo. * Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem suam de terra in prophetia delere impietatem gentis.

CAP. XLVII.

POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. *Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel. *" Cum leonibus lusit quasi cum agnis: & in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouium, in iuuentute sua. *" Numquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? * In tollendo manum, saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ: *nam inuocauit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ. *" Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ: * contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philisthijm contrarios vsque in hodiernum diem: contriuit cornu ipsorum vsque in æternum. * In omni opere dedit confessionem Sancto, & Excelso in verbo gloriæ. * De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiã: *& stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. * Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad consummationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent manè Dei sanctitatem. *" Dominus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israel.

2. Reg. 12. a. 1

*1. Reg. 17. d. 34

*1. Reg. 17. f. 49

*1. Reg. 13. b. 7

*2. Reg. 12. d. 13

* Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. * " Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum: quemadmodum eruditus es in iuuentute tua, * " & impletus es, quasi flumen, sapientia, & terram retexit anima tua. * Et replesti in comparationibus ænigmata: ad insulas longè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. *In cantilenis, & prouerbijs, & comparationibus, & interpretationibus, miratæ sunt terræ, * & in nomine Domini Dei, cui est cognomẽ, Deus Israel. *" Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum, * & inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo, *dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari stultitiã tuam, * vt faceres imperium bipartitũ, " & ex Ephraim imperare imperium durum. * Deus autem non derelinquet misericordiã suam, & non corrumpet nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui: & semẽ eius, qui diligit Dominum, non corrumpet. * Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe. * Et finem habuit Salomon cum patribus suis * Et dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiã, * " & imminutum à prudentia, Roboam, qui auertit gentem consilio suo: * & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. * Valde auerterũt illos à terra sua. * Et quæsiuit omnes nequitias, vsq; dũ perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

*1. Reg. 3. a. 1

*3. Reg. 4. d. 31

*1. Reg. 10. a. 27

*1. Reg. 12. a. 16

*1. Reg. 12. a. 28

*1. Reg. 17. a. 22

CAP. XLVIII.

ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. * Qui induxit in illos famem, & irritantes illum inuidia sua pauci facti sunt. non enim poterant sustinere præcepta Domini. *" Verbo Domini continuit cælum, & deiecit de cælo ignem ter. *sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? * " Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. * Qui deiecisti reges ad perniciem, & cõfregisti facilè potentiam ipsorum, & glorioſos de lecto suo. * Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. *Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores postte. *" Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. * Qui scriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. * Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. * nam nos vita viuimus tantùm, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. * " Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principẽ, & potentia nemo vicit illum. * nec superauit illum verbum aliquod, " & mortuum prophetauit corpus eius. * In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. * In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis, vsque dum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram: * & relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. * Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa commiserunt peccata. * Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. * " In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua. * Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres. *Et inuocauerunt Dominum misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad cælum: & sanctus Dominus Deus audiuit citò vocem ipsorum. *Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu Isaiæ sancti prophetę. * " Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos Angelus Domini. * nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Isaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei. * " In diebus ipsius retrò redijt Sol, & addidit regi vitam. * Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion. Vsque in sempiternum * ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

*1. Reg. 13. b. 11 Mal. 4. a. 6

*4. Reg. 2. c. 12

*4. Reg. 13. d. 21

*4. Reg. 19. c. 35 Tob. 1. d. 21 Isa. 37. g. 36 1. Mach. 7. f. 41 2. Mac. 8. c. 19

*4. Reg. 22. a. 1 Isa. 38. a. 1

CAP. XLIX.

4. Reg. 22 a. 1 — MEmoria Iosiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij. *In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. *Ipse est directus diuinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis. * Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. * Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt: *nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei. *Dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenæ genti. *" Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerũt vias ipsius in manu Ieremiæ. *Nam malè tractauerunt illum, qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere, & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare. *" Ezechiel qui vidit conspectum glorię, quam ostendit illi in curru Cherubim. * Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderũt rectas vias. * Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis. *" Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu; *sic & Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam. *" Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. * Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse receptus est à terra. *" Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: *& ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. *" Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt; & super omnem animam in origine Adam.

4. Reg. 25. b. 9 — 1. Esd. 3. a. 2 — Agg. 1. & 2 — Zach. 3. a. 1 — Geneſ. 41. f. 40. 42. a. 3. 45. a. 5. 50. d. 20 — Geneſ. 4. Geneſ. 5. d. 22

CAP. L.

1. Mac. 12. a. 6 — SImon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templũ. *Templi etiã altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi. * In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. * Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. *Qui prævaluit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus & atrij amplificauit. * Quasi stella matutina in medio nebulę, & quasi luna plena in diebus suis lucet. * Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. *Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. * Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. * Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummationem virtutis. * In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. * In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. Et circa illũ corona fratrum: quasi plantatio cedri in monte Libano, * sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. *Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel: & consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis * porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ. * Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi. * Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. *Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso. * Et amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. * Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsquedũ perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerũt. *Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam Deo à labijs suis, & in nomine ipsius gloriari: *& iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. *Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundùm suam misericordiam: *det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per

dies sempiternos; * credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis. * Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim: *qui sedent in monte Seir, & Philisthijm, & stultus populus qui habitat in Sichimis. * Doctrinam sapientię & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo. * Beatus, qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. * Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux Dei, vestigium eius est.

CAP. LI.

ORatio Iesu filij Sirach: Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. * Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, * & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. * Et liberasti me secundùm multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam, * de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circumdederunt me: * à pressura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuatus: *de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta: * laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum, *& vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. * Circumdederunt me vndique, & nõ erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. * Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & operationis tuæ, quæ à sæculo sunt: * quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. * Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum. *Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. *Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. *Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. *Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicã nomini Domini. * Cùm adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. * Ante templum postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam. Et efflоruit tamquam pręcox vua, * lætatum est cor meum in ea. Ambulauit pes meus iter rectũ, à iuuentute mea inuestigabam eam. * Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam. * Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea. *Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. * Consiliatus sum enim vt facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar. * Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum. *Manus meas extendi in altum, & in sipientiam eius luxi. *Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. * Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. *Venter meus conturbatus est quęrendo illam: propterea bonam possidebo possessionem. * Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: & in ipsa laudabo eum. * Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. * quid adhuc ratardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer. * Aperui os meum, & locutus sum: Comparate vobis sine argento, * & collum vestrum subijcite iugo, & susciptat anima vestra disciplinam: in proximo est enim inuenire eã. * Videte oculis vestris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. *Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. * Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius. * Operamini opus vestrum ante tempus & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

PROPHETIA ISAIÆ.

CAPVT PRIMVM.

VIsio Isaiæ filij Amos, quã vidit super Iudam & Ierusalem, in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, & Ezechię, regum Iuda. * Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniã Dominus locutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. * Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. * Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filijs sceleratis: dereliquerunt Dominũ, blasphemauerũt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. * Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. * À planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. * [a] Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram corã vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. * Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculũ in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. * [b] Nisi Dominus exercituũ reliquisset nobis semen, [c] quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. * Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. * [d] Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum. holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorũ, & hircorum, nolui. * Cùm veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hęc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis? * ne offeratis vltrà sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri: * calendas vestras, & solemnitates vestras, odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laborauisustinens. * Et cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. * [e] Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, * discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. * Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. * Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. * Quòd si nolueritis, & me ad iracũdiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est. * Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. * Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua. * Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. [f] Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos. * Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. * Et conuertam manũ meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. * Et restituam iudices tuos vt fuerunt priùs, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. * Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: * & conteret sceleſtos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, cõsumentur. * Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerũt: & erubescetis super hortis, quos elegeratis, * cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua. * Et erit fortitudo vestra, vt fauilla

[a] *Inf. 5. b. 6*
[b] *Rom. 9. f. 29*
[c] *Geneſ. 19. c. 24*
[d] *Ier. 6. e. 20 Amos 5. f. 22*
[e] *Infr. 59. a. 1 1. Pet. 3. d. 11*
[f] *Ier. 5. g. 28*

fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat.

CAP. II.

Mic. 4. a. 1

VErbum, quod vidit Isaias, filius Amos, super Iuda & Ierusalem. * Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. * Et ibunt populi multi, & dicẽt: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalẽ. * Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens cõtra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. * Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. * Proiecisti enim populũ tuum, domũ Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthijm, & pueris alienis adhęserunt. * Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorũ eius: * & repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. * Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. * Ingredere in petram, & absconde in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. * Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autẽ Dominus solus in die illa. * Quia dies Domini exercituũ super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem: & humiliabitur. * Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan. * Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. * Et super omnẽ turrim excelsam, & super omnem murum munitum, * & super omnes naues Tharsis, & super omne, quod visu pulchrum est. * Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa: * & idola penitus conterentur: * [g] & introibunt in spelũcas petrarum, & in voragines terræ, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. * In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones. * Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. * Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

Isa. 10. b. 3 Leu. 23. d. 10 Apoc. 9. d. 17

CAP. III.

ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ; * fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem; * Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. * Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. * Et irruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. * Apprehendet enim vir fratrẽ suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. * Respondebit in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi. * Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. * Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderũt: væ animę eorum, quoniam reddita sunt eis mala. * Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. * Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. * Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. * Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos. * Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. * Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum? * Et dixit Dominus: Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ

[g] *Isa. 10. b. 3 Leu. 23. d. 10 Apoc. 9. d. 17*

Sion,

Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant: * Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. * In die illa auferet Dominus ornamẽtum calceamentorum, & lunulas, * & torques, & monilia, & armillas, & mitras, * & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, * & annulos, & gemmas in fronte pendentes, * & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, * & specula, & sindones, & vittas, & theristra. * Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. * Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. * Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IIII.

ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. * In die illa, erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. * Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. * Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalẽ lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. * Et creabit Dominus super omnem locum Montis Sion, & vbi inuocatus est, nubẽ per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio. * Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia.

CAP. V.

Ier. 2. d. 21. Matth. 21. A. 33

CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. * Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. * Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam. * Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? * Et nunc ostẽdam vobis quid ego faciam vineæ meæ: auferam sepem eius, & eritin direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. * Et ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur: & ascendent vepres & spinæ: & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. * Vinea enim Domini exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, germẽ eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor. * Vę qui coniungitis domum ad domum, & agrũ agro copulatis vsque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terræ? * In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum: Nisi domus multæ desertæ fuerint, grandes & pulchræ, absque habitatore. * Decem enim iugera vineæ rum facient lagunculam vnam, & triginta modij sementis facient modios tres. * Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. * Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. * Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. * Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino: & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius, ad eum. * Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. * Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. * Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. * Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ plaustri peccatum. * Qui dicitis: Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud. * Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. * Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & corã vobismetipsis prudentes. * Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam

Prou. 3. 4. 7 Rom. 12. A. 16

ebrietatem.

ebrietatem. * Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auertis ab eo. * Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abieceruntenim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerũt. * Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. * Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet. * Non est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. * Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. * Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum: & frendet, & tenebit prædam: & amplexabitur, & non erit qui eruat. * Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, & ecce tenebrę tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAP. VI.

Ioan. 12. f. 40 Act. 28. f. 26 Ro. 11. b. 8

IN anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentẽ super solium excelsum & eleuatum: & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. * Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. * Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: "Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. * Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. * Et dixi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. * Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari. * Et tetigit os meũ, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. * Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. * Et dixit: Vade, & dices populo huic: "Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. * Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. * Et dixi: Vsquequo Domine? Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque habitatore & domus sine homine, & terra relinquetur deserta. * Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ. * Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quę expandit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.

Matt. 13. b. 14 Marc. 4. b. 12 Luc. 8. b. 10

CAP. VII.

4. Reg. 16. a. 5

ET factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalẽ, ad prælandũ contra eam: & non potuerunt debellare eam. * Et nunciauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim, & commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna siluarum à facie venti. * Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via Agri fullonis. * Et dices ad eum: Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorũ in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ: * eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes: * Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiũ Tabeel. * Hæc dicit Dominus Deus: Non stabit, & non erit istud: * sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus: * & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non crediderit is, non permanebitis. * Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: * Pete tibi signũ à Domino Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra. * Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum.

Apoc. 4. b. 8

* Et di-

* Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? * Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. " Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. * Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. * Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum suorum. * Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. * Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur, * & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus. * In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuersam. * Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam boum, & duas oues, * & præ vbertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. * Et erit in die illa: Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt. * Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spinę erunt in vniuersa terra. * Et omnes montes, qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

*Matth. 1. d. 23 Luc. 1. e. 31

CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, citò prædare. * Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: * & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari. * Quia antequam sciat puer vocare patrem suum & matrę suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, coram rege Assyriorum. * Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens: * Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ: * propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, * & ibit per Iudam, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ, ô Emmanuel. * Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confortamini, & vincimini, accingite vos & vincimini: * inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus. * Hæc enim ait Dominus ad me: Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens: * Non dicatis, coniuratio: omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis. * Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester. * Et erit vobis in sanctificationem. " In lapidem autem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israel; in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem. * Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur & capientur. * Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. * Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolaboreum. * Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. * Et cùm dixerint ad vos: Quærite à pythonibus, & à diuinis, qui stridٍent in incantationibus suis: Numquid non populus à Deo suo requiret, pro viuis à mortuis? * Ad legem magis, & ad testimonium. Quòd si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. * Et transibit per eam, corruet, & esuriet: & cùm esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum. * Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

* Luc. 2. c. 34 Rom. 9. g. 32 1. Pet. 2. b. 6

CAP. IX.

PRimo tempore alleuiata est Terra Zabulon, & Terra Nephthali: & nouissimò aggrauata est via maris trãs Iordanem Galilææ Gentium. * Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. * Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lętantur in messe, sicut exultant victores capta prędа, quando diuidunt spolia. * Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. * Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. * PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sęculi, princeps pacis. * Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc. * Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. * Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbia & magnitudine cordis dicentes: * Lateres ceciderũt, sed quadris lapidibus ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. * Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet: * Syriam ab Oriente, & Philisthijm ab Occidente: & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta: * & populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt. * Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam, incuruantem & refrenantem, die vna. * Longæuus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda. * Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes: & qui beatificantur, præcipitati. * propter hoc super adolescentulis eius non lętabitur Dominus: & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. * Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur superbia fumi. * In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcet. * Et declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachij sui vorabit; Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam. * In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

* Iud. 7. f. 22

CAP. X.

VÆ qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt: * vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humiliũ populi mei: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. * Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? ad cuius cõfugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, * ne incuruemini sub vinculo, & cũ interfectis cadatis? Super omnibus his nõ est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extẽta. * Vę Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. * Ad gentẽ fallacem mittam eum, & cõtra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prędam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. * Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. * Dicet enim: * Numquid non principes mei simul reges sunt? numquid non vt Charcamis, sic Calano; & vt Arphad, sic Emath? numquid non vt Damascus, sic Samaria? * Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulacra eorum de Ierusalem, & de Samaria. * Numquid non sicut feci Samariæ & idolis eius, sic faciam Ierusalem & simulachris eius? * Et erit: cùm impleuerit Dominus cũcta opera sua in monte Sion, & in Ierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis * Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. * Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. * Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. * Numquid gloriabitur securis

* 4. Reg. 19 c. 35 Infr. 37. c. 36

curis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est. * Propter hoc mittet dominator Dominus exercituũ in pinguibus eius tenuitatem: & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. * Et erit lumen Israel in igne, & Sanctus eius in flamma: & succendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna. * Et gloria saltus eius, & carmeli eius, ab anima vsque ad carnẽ consumetur, & erit terrore profugus. * Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos. * Et erit in die illa: nõ adijciet residuũ Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo qui percutit eos: sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate. * Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquã, Iacob ad Deum fortem. * " Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo: cõsummatio abbreuiata inundabit iustitiam. * Consummationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. * Propter hoc, hęc dicit Dominus Deus exercituũ: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Ægypti. * Adhuc enim paululum modicumque, & cõsummabitur indignatio & furor meus super scelus eorũ. * " Et suscitabit super eum Dominus exercituũ flagellum, " iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Ægypti. * Et erit in die illa: Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. * Veniet in Aiath, transibit in Magron: apud Machmas commendabit vasa sua. * Transierũt cursim, Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. * Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth. * Migrauit Medemena: habitatores Gabim confortamini. * Adhuc dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Ierusalem. * Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. * Et subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

" Rom. 9. f. 27. Isa. 11. c. 11.

" Iud. 7. g. 25.

CAP. XI.

ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. * Et requiescet super eum spiritus Domini; spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, * & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundùm visionem oculorum iudicabit, neque secundùm auditum aurium arguet: * sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: " & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. * Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. * " Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. * Vitulus & vrsus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. * Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis: & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. * Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra sciẽtia Domini, sicut aquę maris operientes. * " In die illa, radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. * Et erit in die illa: Adijciet Dominus secũdò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. * Et leuabit signum in nationes, & cõgregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quattuor plagis terræ. * Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim. * Et volabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Orientis. Idumęa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt. * Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen, in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati. * Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israeli in die illa, qua ascendit de Terra Ægypti.

Alt. 3. d. 23.

" 1. Thes. 2. c. 8.

" Isa. 65. d. 25.

" Rom. 15. c. 12.

CAP.

CAP. XII.

ET dices in die illa: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. * Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo: " quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutẽ. * Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: * & dicetis in die illa: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniã excelsum est nomen eius. * Cantate Domino quoniam magnificè fecit: annunciate hoc in vniuersa terra. * Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

" Exod. 15. a. 2. " Psal. 117. c. 14.

CAP. XIII.

ONus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. * Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. * Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultãtes in gloria mea. * Vox multitudinis in montibus, quasi populorũ frequentium: vox sonitus regum, gentium congregatarum: Dominus exercituum præcepit militiæ belli, * venientibus de terra procul, à summitate cæli: Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram. * Vlulate, quia propè est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet. * Propter hoc, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis cõtabescet, * & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt; quasi parturiens, dolebũt: vnusquisque ad proximum suũ stupebit, facies combustæ vultus eorum. * Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque, ad ponendã terram in solitudinem, & peccatores eius cõterendos de ea. * " Quoniam stellæ cæli, & splendor earum, non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna nõ splendebit in lumine suo. * Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortiũ humiliabo. * Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. * Super hoc cælum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationẽ Domini exercituum, & propter diem iręfuroris eius. * Et erit quasi damula fugiẽs, & quasi ouis: & non erit qui congreget: vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. * Omnis, qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis, qui superuenerit, cadet in gladio. * " Infantes eorum allidẽtur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. * Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærãt, nec aurum velint: * sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. * Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta superbia Chaldæorum, " sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. * Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. * Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: * & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

" Isa. 34. a. 4. Ezech. 32. a. 7. Ioel 3. c. 15. Matt. 24. a. 29. Marc. 13. a. 24. Luc. 21. a. 25.

" Psal. 136. b. 9.

" Gen. 19. c. 24.

CAP. XIIII.

PROpè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. * Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram Domini in seruos & ancillas: & erunt capientes eos qui se ceperant, & subiicient exactores suos. * Et erit in die illa: cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, qua antè seruisti: * sumes parabolã istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? * Cõtriuit Dominus baculũ impiorum, virgam dominantium, * cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijciẽtem in furore gentes, persequentem crudeliter. * Cõquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit: * abietes quoque lętatę sunt super te, & cedri Libani: ex quo dormisti, non ascendet qui succidat nos. * Infernus subter cõturbatus est in occursum aduẽtus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerũt de soliis suis, omnes principes

nationum. * Vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. * Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentū tuum erunt vermes. * Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? * qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. * Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. * Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci: * qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, * qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius nō aperuit carcerem? * Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. * Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridū. * Non habebis consortium, neq; cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum. * Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent, nec hereditabunt terram, neq; implebunt faciem orbis ciuitatum. * Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus. * Et ponam eam in possessionē ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum. * Iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non, vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui, * sic eueniet: Vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorū tolletur. * Hoc consilium, quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas gentes. * Dominus enim exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: & quis auertet eam? * In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud: * ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. * Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. * Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius. * Et quid respondebitur nunciis gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

10 11 30 12 31 13 32 14 15 16 1 D A 17 2 18 19 3 B 20 E 4 5 C 21 6 22 7 D 8 23 F 9 24 25 1 A 26 2 27 3 28 4 29 G

CAP. XV.

ONus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit. * Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba, Moab vlulauit: * in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. * In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum. * Clamabit Hesebon, & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi. * Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam conternantem: per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. * Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. * Secundùm magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos. * Quoniam circuiuit clamor terminum Moab: vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad Puteum Elim clamor eius. * Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamēta; his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

1 A 2 3 B 4 5 C 6 7 D 8 9

CAP. XVI.

EMitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. * Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolātes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. * Ini consilium, coge concilium: pone quasi noctem vmbram tuam in meridie: absconde fugientes, & vagos ne prodas. * Habitabūt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris: finitus est enim puluis, consummatus est

1 A 2 3 4

miser:

miser: defecit qui conculcabat terram. * Et præparabitur in misericordia solio, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicās & quærens iudicium, & velociter reddēs quod iustum est. * * Audiuimus superbiam Moab, superbus est valdè: superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius. * Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit: his, qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. * Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama Domini Gentium exciderunt: flagella eius vsque ad Iazer peruenerūt: errauerunt in deserto, propagines eius relictæ sunt, tranfierunt mare. * Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon, & Eleale: quoniam super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium irruit. * Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. vinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli. * Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. * Et erit: cùm apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret, & non valebit. * Hoc verbum, quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc: * & nunc locutus est Dominus, dicens: In tribus annis, quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.

* Ier. 48. f. 29

5 B 6 7 8 C 9 10 11 D 12 13 14

CAP. XVII.

ONus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina. * Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat. * Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco: & reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt: dicit Dominus exercituū. * Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet. * Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachiū eius spicas leget: & erit sicut quærēs spicas in valle Raphaim. * Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarū vel trium oliuarum in summitate rami, siue quattuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius: dicit Dominus Deus Israel. * In die illa inclinabitur homo ad Factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: * & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius nō respiciet, lucos & delubra. * In die illa, erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra, & segetes quę derelictæ sunt à facie filiorum Israel, & eris deserta. * Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis. * In die plantationis tuę labrusca, & manè semen tuum florebit: ablata est messis in die hereditatis, & dolebit grauiter. * Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis: & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum. * Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate. * In tempore vespere, & ecce turbatio: in matutino, & non subsistet. hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

7 8 9 C 10 11 D 12 13 14

CAP. XVIII.

VÆ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ, * qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratā; ad populum terribilē, post quem nō est alius; ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius. * Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cùm eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis: * quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescā, & cōsiderabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. * Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindentur, & excutiētur. * Et relinquentur simul auibus montiū, & bestiis terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt. * In tempore illo, deferetur munus Domino exercituū à populo diuulso & dilacerato; à populo terribili, post quem non fuit alius; à

1 2 A 3 B 4 5 C 6 7 D

gente expectante, expectante & conculcata, cuius deripuerunt flumina terram eius; ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion.

CAP. XIX.

ONus Ægypti. Ecce Dominus ascẽdet super nubẽ leuem, & ingredietur Ægyptum, & cõmouebuntur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius. * Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnũ aduersus regnum. * Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo: & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos. * Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. * Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atq; siccabitur. * Et deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marcescet: * nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & non erit. * Et mœrebunt piscatores, & lugebũt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent. * Confundentur qui operabantur linum, pectentes & texẽtes subtilia. * Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. * Stulti principes Taneos, sapiẽtes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regũ antiquorum? * Vbi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum super Ægyptum. * Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerũt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum eius. * Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens. * Et nõ erit Ægypto opus, quod faciat caput & caudam, incuruantem & refrenantem. * In die illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituũ, quam ipse mouebit super eam. * Et erit Terra Iuda Ægypto in pauorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam. * In die illa erunt quinque ciuitates in Terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurãtes per Dominum exercituum: Ciuitas solis vocabitur vna. * In die illa erit altare Domini in medio Terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius * erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in Terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorẽ & propugnatorem, qui liberet eos. * Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostiis & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent. * Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertẽtur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. * In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Ægyptum, & Ægyptius in Assyrios, & seruient Ægyptij Assur. * In die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ, * cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrio: hereditas autem mea Israel.

CAP. XX.

IN anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cùm misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam: * in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicens: Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus, & discalceatus. * Et dixit Dominus: Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum & portentũ erit super Ægyptum, & super Æthiopiam: * sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, iuuenum & senum, nudã & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti. * Et timebunt, & confundentur ab Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua. * Et dicet habitator insulæ huius in die illa: Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie regis Assyriorum: & quo modo effugere poterimus nos?

CAP.

CAP. XXI.

ONus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili. * Visio dura nunciata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende Aelam, obside Mede: omnem gemitum eius cessare feci. * Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: corrui cùm audirem, conturbatus sum cùm viderem. * Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculũ. * Pone mẽsam, contemplare in specula comedentes & bibentes: surgite principes, arripite clypeum. * Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade, & pone speculatorem: & quodcumque viderit, annunciet. * Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu. * Et clamauit leo: Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. * Ecce iste venit ascensor virũ bigæ equitum, & respondit, & dixit: * Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram. * Tritura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel, annunciaui vobis. * Onus Duma ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? * Dixit custos: Venit manè & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, venite. * Onus in Arabia. In saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dedanim. * Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti. * A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij: * quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. * Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israel locutus est.

CAP. XXII.

ONus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta? * clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello. * Cuncti principes tui fugerunt simul, dureque ligati sunt: omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. * Propterea dixi: Recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. * Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum, Domino Deo exercituum in valle visionis, scrutãs murum, & magnificus super montem. * Et Aelam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. * Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarũ, & equites ponent sedes suas in porta. * Et reuelabitur operimentum Iudæ, & videbis in die illa armamẽtariũ domus saltus. * Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt: & congregastis aquas piscinæ inferioris, * & domos Ierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniẽdum murum. * Et lacũ fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris: & nõ suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longè non vidistis. * Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci: * & ecce gaudiũ & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: * Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur. * Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum. * Hæc dicit Dominus Deus exercituũ: Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum: * Quid tu hic, aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. * Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. * Coronãs coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. * Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. * Et erit in die illa: Vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ, * & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda. * Et dabo clauem domus Dauid

super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. * Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris eius. * Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum, à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum. * In die illa dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frãgetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

Cap. xxiii.

ONus Tyri. Vlulate naues maris: quia vastata est domus, vnde venire consueuerant: de Terra Cethim reuelatum est eis. * Tacete qui habitatis in insula: negotiatores Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te. * In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio gentium. * Erubesce Sidon: ait enim mare, fortitudo maris, dicens: Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. * Cùm auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cùm audierint de Tyro: * Transite maria, vlulate qui habitatis in insula: * Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandũ. * Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ? * Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. * Transi terram tuam quasi fluuius filia maris, non est cingulum vltrà tibi. * Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius, * & dixit: Non adijcies vltrà vt glorieris, calumniãm sustinens virgo filia Sidonis: in Cethim consurgens trans freta, ibi quoque non erit requies tibi. * Ecce terra Chaldæorum talis populus nõ fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinãm. * Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. * Et erit in die illa: In obliuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis. * Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: benè cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. * Et erit post septuaginta annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ. * Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificatæ Domino: non condentur, neque reponentur: quia his, qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

Cap. xxiiii.

ECce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. * Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emẽs, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. * Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. * Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. * Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia trãsgressi sunt leges, mutauerũt ius, dissipauerunt fœdus sempiternũ. * Propter hoc maledictio vorabit terrã, & peccabunt habitatores eius: ideoq; insaniẽt cultores eius, & relinquentur homines pauci. * Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. * Cessauit gaudiũ tympanorũ, quieuit sonitus lætantiũ, conticuit dulcedo citharæ. * Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibẽtibus illam. * Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. * Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia: translatum est gaudium terræ. * Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. * Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserũt, excutiantur ex olea; & racemi, cùm fuerit finita vindemia. * Hi leuabũt vocem suã, atque laudabunt: cùm glorificatus fuerit Dominus, hinniẽt de mari. * Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum; in insulis maris nomen Domini Dei Israel. * A finibus terræ laudes

audiui-

audiuimus, gloriam iusti. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meũ mihi, vę mihi: præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. * Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator est terræ. * Et erit: Qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. * Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione cõmouebitur terra, * agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adijciet vt resurgat. * Et erit: In die illa visitabit Dominus super militiam cæli in excelso; & super reges terræ, qui sunt super terrã. * Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. * Et erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dominus exercituũ in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Cap. xxv.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. * Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortẽ in ruinam, domum alienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ędificetur. * Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. * Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab æstu. spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. * Sicut æstus in siti, tumultum alienorũ humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propaginẽ fortium marcescere facies. * Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in mõte hoc conuiuium pinguiũ, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. * Et præcipitabit in mõte isto faciẽ vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes. * Præcipitabit mortem in sempiternum: * & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est. * Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari eius. * Quia requiescet manus Dñi in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. * Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandũ: & humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius. * Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

Cap. xxvi.

INdie illa cantabitur canticum istud in terra Iuda:

Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator, ponetur in ea murus & antemurale.

* Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.

* Vetus error abiit: seruabis pacem; pacem, quia in te sperauimus.

* Speraſtis in Domino in sęculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuũ.

* Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit.

Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem.

* Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

* Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.

* Et in semita iudiciorum tuorũ Domine sustinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.

* Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te.

Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.

* Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.

* Domine exaltetur manus tua, & nõ videant: videãt, & confundatur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret.

* Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

* Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantùm in te recordemur nominis tui.

* Morientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

* Indulsisti genti Domine, indulsisti

genti:

genti: numquid glorificatus es? elongati omnes terminos terræ.
*Domine in angustia requisierũt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
* Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.
* Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.
* Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.
*Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.
* Mich. 1. a. 3 * Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.

16 17 18 19 20 21

CAP. XXVII.

IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpẽtem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est. * In die illa vinea meri cantabit ei. * Ego Dominus, qui seruo eam, repentè propinabo ei: ne fortè visitetur contra eam, nocte & die seruo eam. * Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & vepre in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter? * An potiùs tenebit fortitudinẽ meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi? * Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. * Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?* In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diẽ æstus. * Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cùm posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra. * Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertũ: ibi pascetur vitulus, & ibi

1 A 2 3 4 B 5 6 7 C 8 9 10

accubabit, & consumet summitates eius. * In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docẽtes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum; & qui formauit eum, non parcet ei.* Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrẽtem Ægypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel. * Et erit: In die illa clãgetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant in Terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

11 12 13

CAP. XXVIII.

VÆ coronę superbię, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes à vino. * Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis; turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam.* Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. * Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cùm aspexerit vidẽs, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.* In die illa erit Dominus exercituũ corona gloriæ, & sertũ exultationis residuo populi sui; * & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. * Verùm hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt: sacerdos & propheta nescierũt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. * Omnes enim mensę repletę sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset vltrà locus. * Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. *Quia manda remanda, manda remãda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicũ ibi.
* * In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum.* Cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire. * Et erit eis verbum Domini: Manda, remãda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illa-

11 12 13 1 A 2 3 4 B 5 6 7 C 8 9 10 11 12 13 * 1. Cor. 14. d. 21

queentur,

queentur, & capiantur. * Propter hoc audite verbũ Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem. * Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm transierit, nõ veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Idcirco hæc dicit Dominus Deus: " Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamẽto fundatum. qui crediderit, non festinet. * Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura: & subuertet grando spem mendacij: & protectionem aquæ inundabunt. * Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in conculcationem. * Quandocumque pertrãsierit, tollet vos: quoniam manè diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat: & palliũ breue vtrumque operire non potest. * " Sicut enim in monte diuisionum stabit Dominus:* sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur: vt faciat opus suum, alienũ opus eius: vt operetur opus suum, peregrinũ est opus eius ab eo.* Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra. consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram. * Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum. * Numquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam? * Nónne cùm adæquauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis? * Et erudiet illum in iudicio: Deus suus docebit illũ. * Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo. * Panis autem comminuetur: verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis cõminuet eum. * Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

14 D 15 A 16 17 18 E 19 20 21 F 22 23 D 24 25 26 27 G 28 29 * Psal. 117. d. 22 * Matt. 21. d. 42 * Act. 4. b. 11 * 1. Tim. 2. d. 6 * Rom. 9. f. 33 * 2. Reg. 5. d. 20 * 1. Par. 14. d. 11 * Ioſ. 10. d. 10

CAP. XXIX.

VÆ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annũ: sollemnitates euolutæ sunt. * Et circũuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. * Et circũdabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuã.* Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut fauilla pertrãsiens multitudo eorum, qui contra te prælauerunt:* eritque repentè cõfestim. A Domino exercituũ visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. * Et erit sicut somnium visionis nocturnę multitudo omniũ Gentium, quę dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt, & obsederunt, & prælauerunt aduersus eam. * Et sicut somniat esuriens, & comedit, cùm autẽ fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquã fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omniũ Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.* Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate. * Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet. * Et erit vobis visio omniũ sicut verba libri signati, quẽ cùm dederint scienti litteras, dicent: Lege istum: & respondebit: Nõ possum, signatus est enim. * Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: Lege: & respondebit: Nescio litteras. * Et dixit Dominus: " Eò quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autẽ eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: * Ideo ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupẽdo: " peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. * " Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt:

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 C 13 14 E 15 * Matt. 15 a. 8 Marc. 7. b. 6 * 1. Cor. 1. c. 19 * Abd. 1. c. 8

Quis

Quis videt nos,& quis nouit nos?* Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulũ cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis. * Nónne adhuc in modico & in breui cõuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur? * Et audient in die illa surdi verba libri,& de tenebris & caligine oculi cæcorum videbũt. * Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt: * quoniam defecit qui prævalebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem: * qui peccare faciebant homines in verbo,& arguẽtem in porta supplantabant,& declinauerunt frustrà à iusto. * Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: Non modò confundetur Iacob,nec modò vultus eius erubescet: * sed cùm viderit filios suos, opera manuũ mearum, in medio sui sanctificantes nomen meũ, & sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel prædicabunt: * & scient errantes spiritu intellectum, & mussitatores discent legem.

CAP. XXX.

VÆ filij desertores,dicit Dominus,vt faceretis consilium, & nõ ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum,vt adderetis peccatum super peccatum: * qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti.* Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionẽ,& fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam. * Erant enim in Tani principes tui, & nuncij tui vsque ad Hanes peruenerunt. * Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit: non fuerunt in auxilium & in aliquam vtilitatẽ, sed in confusionem & in opprobrium. * Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ leæna,& leo ex eis,vipera,& regulus volans,portãtes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse non poterit. * Ægyptus enim frustra & vanè auxiliabitur: ideo clamaui super hoc: Superbia tantùm est,quiesce. * Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimoniũ vsque in æternum.* populus enim ad iracundiã prouocans est,& filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. * Qui dicunt videntibus:Nolite videre;& aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea,quæ recta sunt. loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* Auferte à me viam,declinate à me semitam,cessет à facie nostra sanctus Israel: * Propterea hæc dicit sanctus Israel:Pro eo quòd reprobastis verbũ hoc, & sperastis in calũnia & in tumultu, & innixi estis super eo: * propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens,& requisita in muro excelso, quoniam subitò,dũ non speratur,veniet cõtritio eius.* Et cõminuetur sicut conteritur lagena figuli cõtritione perualida: & non inuenietur de fragmẽtis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio,aut hauriatur parum aquę de fouea. *Quia hęc dicit Dominus Deus sanctus Israel: Si reuertamini & quiescatis,salui eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra.Et noluistis: * & dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et super veloces ascẽdemus: ideo velociores erunt, qui persequentur vos. * Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. * Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus:beati omnes qui expectant eũ.* Populus enim Sion habitabit in Ierusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. * Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te vltrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* Et aures tuæ audient verbum post tergũ monentis: Hęc est via,ambulate in ea:& nõ declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistrã.* Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui,& vestimẽtum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, dices ei: * Et dabitur pluuia semini tuo, vbicumq; seminaueris in terra: & panis frugũ terræ erit vberrimus, & pinguis. pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiosè:* & tauri tui,& pulli asinorum,

qui

qui operantur terram, commistum migma comedent sicut in area vẽtilatum est. * Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum, riui currentium aquarum,in die interfectionis multorum cùm ciderint turres. * Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum,in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui,&percussuram plagæ eius sanauerit.* Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione,& lingua eius quasi ignis deuorans. * Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum,& frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. * Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ sollemnitatis,& lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel. * Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine, & in lapide grandinis. * A voce enim Domini pauebit Assur virga percussus. * Et erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos. * Præparata est enim ab heri Topheth,à rege præparata,profunda, & dilatata. Nutrimenta eius,ignis & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

CAP. XXXI.

VÆ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt; & super equitibus,quia prævalidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel,& Dominum non requisierunt. * Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.* Ægyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur. * Quia hæc dicit Dominus ad me: Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, & cùm occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit,& à multitudine eorum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum vt prælietur super mõtem Sion,& super collem eius. * Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans,transiens & saluans. * Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. * In die enim illa abijciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum.* Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij:& iuuenes eius vectigales erũt: * & fortitudo eius à terrore trãsibit, & pauebunt fugiẽtes principes eius: dixit Dominus; cuius ignis est in Sion,& caminus eius in Ierusalem.

CAP. XXXII.

ECce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. * Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. * Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt. * Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. * Non vocabitur vltrà is,qui insipiẽs est,princeps: neque fraudulẽtus appellabitur maior: * stultus enim fatua loquetur,& cor eius faciet iniquitatẽ, vt perficiat simulationem,& loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animã esurientis,& potum sitienti auferat. * Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mẽdaci, cùm loqueretur pauper iudicium. * Princeps verò ea,quę digna sunt principe,cogitabit,& ipse super duces stabit.* Mulieres opulẽtę surgite,& audite vocem meam: filiæ confidẽtes percipite auribus eloquiũ meum. * Post dies enim & annum, vos conturbabimini confidentes: consummata est enim vindemia, collectio vltrà non veniet. * Obstupescite opulentæ, cõturbamini confidẽtes: exuite vos, & confundimini,accingite lumbos vestros.* Super vbera plangite,super regione desiderabili,super vinea fertili. * Super humũ populi mei spinę & vepres ascẽdent: quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultãtis? * Domus enim dimissa

est,

est, multitudo vrbis relicta est, tenebræ & palpatio factæ sunt super spelunças vsque in æternum. Gaudium onagrorum pascua gregum, * donec effundatur 15
super nos spiritus de excelso: & erit de- D 16
sertum in charmel, & charmel in saltum reputabitur. * Et habitabit in solitudine 16
iudicium, & iustitia in charmel sedebit. 17
* Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iusti- 17
tiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum. * Et sedebit populus meus in 18
pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. * Grando 19
autẽ in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. * Beati, qui semi- 20
natis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini.

Cap. xxxiii.

VÆ qui prædaris, nónne & ipse prædaberis? & qui spernis, nónne & A 1
ipse spernêris? cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus desieris contemnere, contemnêris.
* Domine miserere nostri: te enim ex- 2
pectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. * A voce angeli fugerunt popu- 3
li, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. * Et congregabuntur spolia ve- 4
stra sicut colligitur bruchus, velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo. * Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in 5
excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia.
* Et erit fides in tẽporibus tuis: diuitiæ 6
salutis sapientia & sciẽtia: timor Domini ipse est thesaurus eius. * Ecce vidẽtes 7
clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt. * Dissipatæ sunt viæ, cessauit trã- B 8
siens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. * Luxit, & elanguit terra: con- 9
fusus est Libanus, & obsorduit, & factus est Saron sicut desertum: & concussa est Basan, & Carmelus. * Nunc consurgam, 10
dicit Dominus: nũc exaltabor, nunc subleuabor. * Concipietis ardorem, parietis 11
stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos. * Et erunt populi quasi de incendio 12
cinis, spinæ congregatæ igni comburentur. * Audite qui lõgè estis, quę fecerim, 13
& cognoscite vicini fortitudinem meam.
* Conterriti sunt in Sion peccatores, pos- 14
sedit tremor hypocritas. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus
* Psal. 14. a. 2 sempiternis? * Qui ambulat in iustitiis, 15
C & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. * Iste in excelsis 16
habitabit, munimenta saxorũ sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. * Regẽ in decore suo videbũt oculi 17
eius, cernent terrã de longè. * Cor tuum 18
meditabitur timorem: * vbi est litteratus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? * Populum impudentem 19
non videbis, populum alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia.
* Respice Sion ciuitatem sollemnitatis 20
D nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius nõ rumpentur: * quia sõlummodò ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum. * Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos. * Laxati sunt funiculi tui, & non 23
prævalebunt: sic erit malus tuus vt dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi 24
diripient rapinam. * Nec dicet vicinus: Elangui: populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

Cap. xxxiiii.

ACcedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius; orbis, & omne germen eius. 1
A
* Quia indignatio Domini super omnes 2
Gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem. * Interfecti eorum proij- 3
cientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor: tabescent montes à sanguine 4
eorum. * Et tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu. * Quo- 5
niã inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populũ interfectionis meę, ad iudicium.
* Gladius Domini repletus est sanguine, 6
B incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini

in Bos-

in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. * Et descendent vnicornes cum 7
eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur 8
terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium: * quia dies vltionis 8
Domini, annus retributionum iudicij Sion. * Et conuertentur torrentes eius 9
in picẽ, & humus eius in sulphur: & erit D 9
terra eius in picem ardentem. * Nocte & 10
die nõ extinguetur, in sempiternũ ascendet fumus eius: à generatione in gene- C 10
rationem desolabitur, in sæcula sæculorũ non erit transiens per eam. * Et possi- 11
debunt illam onocrotalus & ericius: ibis & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. * Nobiles eius non erunt ibi: regem 12
potiùs inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. * Et orientur in 13
domibus eius spinę, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum. * Et 14
occurrent dæmonia onocentauris, & D
pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. * Ibi 15
habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad 16
alterum. * Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterũ non quęsiuit: quia quod ex ore meo procedit, ille mãdauit, & spi- 17
ritus eius ipse congregauit ea. * Et ipse B
misit eis sortẽ, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebũt eam, in generationem & generationem habitabunt in ea.

Cap. xxxv.

LÆtabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. 1
A
* Germinans germinabit, & exultabit 2
lætabunda & laudãs: gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei B 9
nostri. * Confortate manus dissolutas, 3
& genua debilia roborate. * Dicite pu- 4
sillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & 5
saluabit vos. * Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.
* Tũc saliet sicut ceruus claudus, & aper- 6
ta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt C
in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. * Et quæ erat arida, erit in stagnum, 7
& sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabãt, 8
orietur viror calami & iunci. * Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. * Non erit ibi leo, & mala 9
bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati D
fuerint. * Et redempti à Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

Cap. xxxvi.

ET factum est in quartodecimo anno regis Ezechię, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. * Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regẽ Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri fullonis. * Et egressus est ad eum Eliacim filius Helcię, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis. * Et dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ: Hęc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua cõfidis? * aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciã, quia recessisti à me? * Ecce cõfidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo. * Quòd si respõderis mihi: In Domino Deo nostro cõfidimus: nónne ipse est, cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem: Coram altari isto adorabitis? * Et nunc 8
trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum.
* Et quomodo sustinebis faciem iudi- 9
cis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Quòd si cõfidis in Ægypto, in 10
quadrigis, & in equitibus: & * nũc numquid sine Dño ascendi ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus dixit ad C
me: Ascẽde super terrã istam, & dispernde eã. * Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacen: Loquere ad seruos tuos 11
Syra lingua: intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui est super murum. * Et dixit ad 12

eos

4. Reg. 18. c. 13 2. Par. 32. a. 1

eos Rabſaces: Numquid ad dominum tuum & ad te miſit me dominus meus, vt loquerer omnia verba iſta; & non potiùs ad viros, qui ſedẽt in muro, vt comedant ſtercora ſua, & bibant vrinam pedum ſuorum vobiſcum? * Et ſtetit Rabſaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit: Audite verba regis magni, regis Aſſyriorum. * Hæc dicit rex: Non ſeducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos. * Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias ſuper Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorũ. * Nolite audire Ezechiam: hęc enim dicit rex Aſſyriorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque vineam ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam: & bibite vnuſquiſque aquam ciſternæ ſuæ, * donec veniam, & tollam vos ad terram, quę eſt vt terra veſtra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. * Nec conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberauerũt dij gentium vnuſquiſque terram ſuam de manu regis Aſſyriorum? * Vbi eſt deus Emath, & Arphad? vbi eſt deus Sepharuaim? numquid liberauerũt Samariam de manu mea? * Quis eſt ex omnibus diis terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuam de manu mea, vt eruat Dominus Ieruſalem de manu mea? * Et ſiluerũt, & non reſponderunt ei verbum. Mandauerat enim rex, dicens: Ne reſpondeatis ei. * Et ingreſſus eſt Eliacim filius Helciæ, qui erat ſuper domum, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à commentariis, ad Ezechiam ſciſſis veſtibus, & nunciauerunt ei verba Rabſacis.

B 5 6 13 20 14 7 15 8 16 D 9 17 10 18 11 C 19 12 20 13 21 14 15 22 16 17 D 18 19 2 3 20 21 4 22

dum ſermonibus, quos audiuit Dominus Deus tuus: leua ergo orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt. * Et venerunt ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiam. * & dixit ad eos Iſaias: Hæc dicetis domino veſtro: Hæc dicit Dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorum me. * Ecce ego dabo ei ſpiritum, & audiet nuncium, & reuertetur ad terram ſuam, & corruere eum faciam gladio in terra ſua. * Reuerſus eſt autem Rabſaces, & inuenit regem Aſſyriorũ præliantem aduerſus Lobnam. Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis, * & audiuit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Egreſſus eſt vt pugnet contra te. Quod cùm audiſſet, miſit nuncios ad Ezechiam, dicens: * Hęc dicetis Ezechię regi Iudæ, loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu cõfidis, dicens: Non dabitur Ieruſalem in manu regis Aſſyriorum. * Ecce tu audiſti omnia, quæ fecerũt reges Aſſyriorum omnibus terris, quas ſubuerterunt, & tu poteris liberari? * Numquid eruerũt eos dij Gentium, quos ſubuerterunt patres mei, Gozam, & Haram, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thalaſſar? * Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana, & Aua? * Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & aſcendit in domum Domini, & expãdit eos Ezechias coram Domino. * Et orauit Ezechias ad Dominum, dicẽs: * Domine exercituum Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherubim: tu es Deus ſolus omniũ regnorum terræ, tu feciſti cælum & terram. * Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ miſit ad blaſphemandum Deum viuentem. * Verè enim Domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras, & regiones earum. * Et dederunt deos earum igni: non enim erant dij, ſed opera manuum hominum, lignum & lapis: & comminuerunt eos. * Et nunc Domine Deus noſter ſalua nos de manu eius: & cognoſcant omnia regna terræ, quia tu es Dominus ſolus. * Et miſit Iſaias filios Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Pro quibus rogaſti me de Sennacherib rege Aſſyriorum: * hoc eſt verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper eum: Deſpexit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion: poſt te

CAP. XXXVII.

4. Reg. 19. a. 1 — ET factum eſt, cùm audiſſet rex Ezechias, ſcidit veſtimenta ſua, & obuolutus eſt ſacco, & intrauit in domum Domini. * Et miſit Eliacim, qui erat ſuper domum, & Sobnam ſcribam, & ſeniores de ſacerdotibus, opertos ſaccis, ad Iſaiam filium Amos prophetam, * & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemiæ, dies hæc: quia venerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi. * Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus ad blaſphemandum Deum viuẽtem, & exprobran-

1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 9 10 C 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

caput mouit filia Ieruſalem. * Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem, & leuaſti altitudinem oculorum tuorum? Ad ſanctum Iſrael. * In manu ſeruorum tuorum exprobraſti Domino: & dixiſti: In multitudine quadrigarum mearum ego aſcendi altitudinem montium, iuga Libani: & ſuccidam excelſa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem ſummitatis eius, ſaltum Carmeli eius. * Ego fodi, & bibi aquam, & exiccaui veſtigio pedis mei omnes riuos aggerum. * Numquid non audiſti, quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plaſmaui illud: & nunc adduxi: & factum eſt in eradicationem colliũ compugnantium, & ciuitatum munitarum. * Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confuſi ſunt: facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuæ & herba tectorum, quæ exaruit antequam matureſceret. * Habitationem tuam, & egreſſum tuum, & introitum tuum cognoui, & inſaniam tuam contra me. * Cùm fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenũ in labijs tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti. * Tibi autem hoc erit ſignum: Comede hoc anno quæ ſponte naſcuntur, & in anno ſecundo pomis veſcere: in anno autẽ tertio ſeminate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. * Et mittet id, quod ſaluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum eſt, radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum: * quia de Ieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Sion: zelus Domini exercitum faciet iſtud. * Propterea hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum: Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. * In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus: * & protegam ciuitatẽ iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. * " Egreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ſurrexerunt manè, & ecce omnes, cadauera mortuorum. * Et egreſſus eſt, & abijt, & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue. * Et factum eſt, cùm adoraret in templo Neſroch deum ſuum, Adra-

4. Reg. 19. a. 1. Iſai. 22. Iſai. 48. c. 14. Mac. 7. 41. Mach. 8. c. 19.

melech & Saraſar filij eius percuſſerunt eum gladio: fugeruntque in Terram Ararat, & regnauit Aſarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XXXVIII.

4. Reg. 20. 4. 1. 2. Par. 32. f. 49 — IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſq; ad mortem: & introiuit ad eum Iſaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. * Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad Dominum, * & dixit: Obſecro Domine, memento quęſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. * Et factũ eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens: * Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationẽ tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: * & de manu regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam, & protegam eam. * Hoc autem tibi erit ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus eſt: * Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, & per quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole, retrorſum decem lineis. Et reuerſus eſt ſol decem lineis per gradus, quos deſcẽderat. * Scriptura Ezechiæ regis Iuda cùm ægrotaſſet, & conualuiſſet de infirmitate ſua.

* Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Quęſiui reſiduum annorum meorum. * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra, & habitatorem quietis.

* Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me, quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de manè vſque ad veſperam finies me.

* Sperabam vſque ad manè, quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea:

De manè vſq; ad veſperam finies me: * ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei, ſuſpicientes in excelſum.

Domine vim patior, reſponde pro me.

* Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

* Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amariſſima:

Tu autem eruiſti animam meam vt non periret, proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

* Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.

* Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

* Domine ſaluum me fac, & Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

* Et iuſſit Iſaias vt tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.

* Et dixit Ezechias: Quod erit ſignum quia aſcendam in domum Domini?

CAP. XXXIX.

4. Reg. 20. c. 12. IN tempore illo miſit Merodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet & conualuiſſet.

* Lætatus eſt autem ſuper eis Ezechias, & oſtendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ, & vniuerſa quæ inuenta ſunt in theſauris eius. Non fuit verbum quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.

* Introiuit autem Iſaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

* Et dixit: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea ſunt, viderunt: non fuit res, quam non oſtenderim eis in theſauris meis.

* Et dixit Iſaias ad Ezechiam: Audi verbum Domini exercituum.

* Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua ſunt, & quę theſaurizauerunt patres tui vſq; ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.

* Et de filijs tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

* Et dixit Ezechias ad Iſaiam: bonum verbum Domini quod locutus eſt. Et dixit: Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

COnſolamini, conſolamini populę meus, dicit Deus veſter.

* Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.

* " Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.

* Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas.

* Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt.

* Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? " Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.

* Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt populus: * exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: Verbum autem Domini noſtri manet in æternum.

* Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus veſter:

* ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.

* " Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo cõgregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.

* Quis menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?

* " Quis adiuuit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi?

* Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & eruditiuit eum ſcientiam, & viam prudentiæ oſtendit illi?

* Ecce Gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt: ecce inſulæ quaſi puluis exiguus.

* Et Libanus non ſufficiet ad ſuccendendum, & animalia eius non ſufficient ad holocauſtum.

* Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.

* " Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

* Numquid ſculptile conflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis

argenta-

argentarius?

* Forte lignum & imputribile elegit: artifex ſapiens quærit quomodo ſtatuat ſimulachrum, quod non moueatur.

* Numquid non ſcitis? numquid non audiſtis? numquid non annunciatum eſt vobis ab initio? numquid non intellexiſtis fundamenta terræ?

* Qui ſedet ſuper gyrum terræ, & habitatores eius ſunt quaſi locuſtæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitandum.

* Qui dat ſecretorum ſcrutatores quaſi nõ ſint, iudices terræ velut inane fecit:

* & quidem neque plantatus, neque ſatus, neque radicatus in terra truncus eorum: repentè flauit in eos, & aruerũt, & turbo quaſi ſtipulam auferet eos.

* Et cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, dicit ſanctus?

* Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutiſque eius, neque vnum reliquum fuit.

* Quare dicis Iacob, & loqueris Iſrael: Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meũ tranſiuit?

* Numquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.

* Qui dat laſſo virtutem: & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.

* Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

* Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CAP. XLI.

TAceant ad me inſulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus.

* Quis ſuſcitauit ab Oriente iuſtum, vocauit eum vt ſequeretur ſe? dabit in conſpectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quaſi puluerem gladio eius, ſicut ſtipulam vento raptam arcui eius.

* Perſequetur eos, tranſibit in pace, ſemita in pedibus eius non apparebit.

* Quis hæc operatus eſt, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & nouiſſimus ego ſum.

* Viderunt inſulæ, & timuerunt, extrema terræ obſtupuerunt, appropinquauerunt, & acceſſerunt.

* Vnuſquiſque proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet: Confortare.

* Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum eſt: & confortauit eum clauis, vt non moueretur.

* Et tu Iſrael ſerue meus, Iacob quem elegi, ſemen Abraham amici mei:

* in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

* Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei.

* Ecce confundentur & erubeſcent omnes, qui pugnant aduerſum te: erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi.

* Quæres eos, & non inuenies, viros rebelles tuos: erũt quaſi non ſint: & veluti conſumptio, homines bellantes aduerſum te.

* Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicenſq; tibi: Ne timeas, ego adiuui te.

* Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael: ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus: & redemptor tuus ſanctus Iſrael.

* Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum, habens roſtra ſerrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quaſi puluerem pones.

* Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exultabis in Domino, in ſancto Iſrael lætaberis.

* Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt: lingua eorum ſiti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Iſrael non derelinquam eos.

* Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

* Dabo in ſolitudinem cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul:

* Vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & ſanctus Iſrael creauit illud.

* Propè facite iudiciũ veſtrum, dicit Dominus: afferte, ſiquid fortè habetis, dixit rex Iacob.

* Accedant, & nuncient nobis quæcumq; ventura ſunt: priora quæ fuerunt nunciate: & ponemus cor noſtrum, & ſciemus nouiſſima eorum, & quę ventura ſunt indicate nobis.

* Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos. benè quoque aut malè, ſi poteſtis, facite: & loquamur & videamus ſimul.

* Ecce, vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod nõ eſt: abominatio eſt qui elegit vos.

* Suſcitaui ab

Aquilone, & veniet ab Ortu solis: vocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. *Quis annunciauit ab exordio vt sciamus, & à principio vt dicamus: Iustus es? non est neq; annuncians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. * Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem euangelistam dabo. * Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum. *Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum: ventus & inane simulachra eorum.

CAP. XLII.

Matth. 12. b. 18 ECce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet. *Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. * Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. * Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt. *Hæc dicit Dominus Deus, creans cælos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. * Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. *Et dedi te in fœdus populi, *Inf. 49. b. 6* in lucem Gentium: * Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de cõclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. * *Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri nõ dabo, *Inf. 48. b. 11* & laudem meam sculptilibus. *Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuncio: antequam oriantur, audita vobis faciam. * Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo eius; insulæ, & habitatores earum. *Subleuetur desertum, & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt. *Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciabunt. *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur. *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul. * Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. *Et ducam cęcos in viam, quam nescium; & in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta: hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. *Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dij nostri. *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. *Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini? * Qui vides multa, nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audies? *Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret. * Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat; in direptionem, nec est qui dicat: Redde. *Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? * Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nónne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius. * Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. * Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: * Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam & Saba pro te. * Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. * Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. * Dicam Aquiloni: Da; & Austro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. *Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum,

eum, & feci eum. *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; surdum, & aures ei sunt. *Omnes gentes congregatę sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in vobis annunciet istud, & quæ prima sunt audire nos faciet? dent testes eorũ, iustificentur, & audiant, & dicant: Verè. *Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus, quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. *Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator. *Ego annunciaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus. *Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? * Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel: Propter vos misi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. *Ego Dominus sanctus vester, creans Israel rex vester. *Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam. * Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robustum: simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt. *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. *Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina. * Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. *Populum istum formaui mihi, laudem meã narrabit. * Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. * Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. *Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. * Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. * Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris. *Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. *Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.

CAP. XLIIII.

ET nunc audi Iacob seruе meus, & Israel quem elegi: * Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi. *Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. *Et germinabũt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas. * Iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua: Domino: & in nomine Israel assimilabitur. *Hæc dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. * Quis similis mei? vocet, & annunciet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuncient eis. *Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annunciaui: vos estis testes mei. numquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim? *Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, vt confundantur. *Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? *Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. * *Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & lassescet. * Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. * Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quę steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. * Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. * Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit: Vah, calefactus sum, vidi focum.

Ier. 30. b. 10. & 46. b. 27

Sap. 41. b. 4 Inf. 48. b. 12 Apoc. 1. d. 18. & 22. a. 13

Sap. 13. c. 11

* Reliquum autem eius deum fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. * Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo. * Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam? * Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet: Forte mendacium est in dextera mea. * Memento horum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu. formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei. * Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te. * Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. * Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero: Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. * Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eorum stultam faciens. * Suscitans verbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens. Qui dico Ierusalem: Habitaberis; & ciuitatibus Iuda: Ædificabimini, & deserta eius suscitabo. * Qui dico profundo: Desolare, & flumina tua arefaciam. * Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Ædificaberis; & templo: Fundaberis.

17 18 5 6 19 7 8 B 20 9 D 21 10 22 11 23 12 24 13 25 14 26 15 27 16 28 17 18

CAP. XLV.

HÆc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudẽtur. * Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. * Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel. * Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me. * Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me: * Vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absque me non est. Ego Dominus, & non est alter, * formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. * Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eum. * Væ qui contradicit fictori suo, testa de samijs terræ: numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? * Væ qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis? * Hęc dicit Dominus sanctus Israel, plastes eius: Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. * Ego feci terram, & hominem super eam creaui ego: manus meę tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui. * Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum. * Hæc dicit Dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manicis pergent: & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. * Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. * Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. * Israel saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi. * Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur, formauit eam. ego Dominus, & non est alius. * Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob: Frustrà quærite me. ego Dominus loquens iustitiam, annuncians recta. * Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suę, & rogant Deũ non saluantem. * Annunciate, & venite, & consiliamini simul: quis

*Rom. 9. d. 20 Ier. 18. a. 6

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 D

auditum

auditum fecit hoc ab initio, ex nunc prędixit illud? numquid non ego Dominus, & non est vltrà Deus absq; me? Deus iustus, & saluans non est præter me. * Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius. * In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur: * quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. * Ergo in Domino, dicet, meæ sunt iustitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. * In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

*Rom. 14. b. 11 Phil. 2. b. 10

22 1 A 2 3 4 5 6 B 23 24 25 26

CAP. XLVI.

COnfractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem. * Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. * Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. * Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. * Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem? * Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat Deum: & procidunt, & adorant. * Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non mouebitur. sed & cùm clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos. * Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor. * Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei: * Annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: * Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. * Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. * Propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

*Iac. 6. c. 25

7 C 8 9 10 D 11 12 13

CAP. XLVII.

DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera. * Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. * Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo. * Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel. * Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà domina regnorum. * Iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde. * Et dixisti: In sempiternum ero domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. * Et nunc audi hęc delicata, & habitans confidenter, quę dicis in corde tuo: * Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. * Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas & viduitas. vniuersa venerũt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. * Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat me. sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, & præter me non est altera. * Veniet super te malum, & nescies ortũ eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentè miseria, quam nescies. * Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. * Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi. * Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunę, quibus calefiant; nec focus, vt sedeant ad eum. * Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

*Mich. 5. b. 5

*Apoc. 18. b. 7

*Inf. 51. f. 19

1 A 2 3 4 5 6 B 7 C 8 9 10 D 11 12 13 14 15

CAP. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neque in iustitia. * De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius. * Priora ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repentè operatus sum, & venerunt. * Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. *Prædixi tibi ex tunc: antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea & conflatilia mandauerunt ista. * Quæ audisti, vide omnia: vos autem num annunciastis? Audita feci tibi noua ex tũc, & conseruata sunt quæ nescis: *nũc creata sunt, & non ex tunc: & ante diem, & non audisti ea, ne fortè dicas: Ecce ego cognoui ea. *Neque audisti, neque cognouisti, neque ex tũc aperta est auris tua: scio enim quia preuaricans preuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. * Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas. *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. * Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: " & gloriam meam alteri non dabo. * Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. * Manus quoque mea fundauit terram, & dexterа mea mensa est cælos: ego vocabo eos, & stabũt simul. * Congregamini omnes vos, & audite: quis de eis annunciauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis. * Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa est via eius. * Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. * Hæc dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. *Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. * & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui vt lapilli eius: nõ interisset, & non fuisset attritum nomen eius

1 A
2
3
4
5
6 B
7
8
9
10
11
12
13 C
14
15
16
17
18 D
19

*Sup. 42. b. 8

*Sup. 41. b. 4. & 44 a. 6

à facie mea. * "Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annunciate: auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite: "Redemit Dominus seruum suum Iacob. *Non sitierunt in deserto, cùm educeret eos: "aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ. * Non est pax impijs, dicit Dominus.

*Ier. 32. a. 6

*Exod. 17. b. 6 Num. 20. b. 12

*Inf. 57. d. 21

CAP. XLIX.

AVdite insulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. * Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. *Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. *Et ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meũ cum Domino, & opus meum cum Deo meo. * Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea. * Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. " Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. *Hæc dicit Dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & cõsurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. "*Hæc dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terrã, & possideres hereditates dissipatas: * vt diceres his, qui vincti sunt: Exite; & his, qui in tenebris: Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. *"Non esurient, neq; sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. * Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. * Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi. * Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum

20
21
22
1 A
2
3
4
5
6 B
7
8
9
10
11
12
13 C
14
15
16
17
18
19

*Sup. 42. b. 6 Act. 13. §. 47

*Inf. 60. a. 4

*Sup. 42. b. 6

*2. Cor. 6. a. 2

*Apoc. 7. d. 16

rum suorum miserebitur. *Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. * Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio veteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. * Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui corã oculis meis semper. * Venerunt structores tui: destruentes te & dissipantes, à te exibunt. * "Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circũdabis tibi eos quasi sponsa. *Quia deserta tua, & solitudines tuę, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te. * Adhuc dicent in auribus tuis filijs sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem. * Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti vbi erãt? *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabũt. * Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectãt eum. * Numquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? *Quia hæc dicit Dominus: Equidem, & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò, qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. * Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

*Inf. 59. a. 1

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11 D
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23 G
24
25 A
26
1 A
2
3 B
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19 B

CAP. L.

HÆc dicit Dominus: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in scelerибus vestris dimisi matrem vestram. *Quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret " numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. * Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. * Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lassus est verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrũ. *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abij. * "Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam nõ auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. * Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar. * "Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est aduersarius meus? accedat ad me. *Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est qui cõdemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. * Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deũ suum. * Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

*Matt. 26. §. 67

*Rom. 8. §. 33

CAP. LI.

AVdite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum: attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. *Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lętitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. *Attendite ad me populе meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudiciũ meum in lucem populorum requiescet. * Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabũt: me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. * Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquescent, &

1 A
2
3
4
5
6

terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: * Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea nō deficiet. * Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. * Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

* Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

* "Numquid nō tu siccasti mare, aquā abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati?

*Et nūc qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. * Ego, ego ipse cōsolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita aresçet? * Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc est furor tribulantis? * Citò veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsq; ad internecionem, nec deficiet panis eius. * Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen meum. * "Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terrā: & dicas ad Sion: Populus meus es tu. *Eleuare, eleuare, consurge Ieruſalē, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsq; ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. * Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs, quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs, quos enutriuit. * "Duo sunt quæ occurrerunt tibi; quis contristabitur super te? vastitas, & cōtritio, & fames, & gladius; quis cōsolabitur te? *Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. * Idcirco audi hoc paupercula, & ebria nō à vino. *Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicē soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adijcies vt bibas illum vltrà. * Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animę tuę: Incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

*Psal. 36. c. 39

*Exod. 14. c. 21

*Sup. 49. d. 2

*Sup. 47. b. 9

CAP. LII.

COnsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ieruſalem, ciuitas sancti: quia non adijciet vltrà vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. * Excutere de puluere, consurge; sede Ieruſalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion. * Quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. * Quia hæc dicit Dominus Deus: "In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla causa calumniatus est eum. * Et numquid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, "& iugiter tota die nomen meum blasphematur. *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. * "Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem; annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! *Vox speculatorum tuorum: leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cùm conuerterit Dominus Sion. *Gaudete, & laudate simul deserta Ieruſalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ieruſalem. *Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium: "& videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. *Recedite, recedite, exite inde, "pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. * Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel. *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. *Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominū. *Iste asperget gentes multas, super ipsum cōtinebunt reges os suū: "quia

*Gen. 46. a. 6

*Rom. 2. d. 24 Ier. 36. d. 20

*Rom. 10. c. 15 Nah. 1. d. 15

*Tsal. 97. a. 3

*2. Cor. 6. d. 17

*Rom. 15. c. 21

quibus

quibus non est narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati sunt.

CAP. LIII.

QVis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? * Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: * "Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. * "Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. * "Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. *Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrūm. * Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, "& non aperiet os suum. * De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. * Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: "eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. *Et Dominus voluit conterere eū in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. * Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. * Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, "& cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

*Num. 12. c. 18 *Rom. 16. c. 16

*Mar. 9. b. 12

*Matth. 8. c. 17

*Isa. 25. c. 1

*Mat. 15. c. 18 Luc. 22. d. 37

CAP. LIIII.

LAuda sterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum, dicit Dominus. * Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. * Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis: & semen tuum Gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. *Noli timere, quia nō confundēris, neque erubescas: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscēris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis ampliùs. *Quia dominabitur tui qui fecit te, "Dominus exercituum nomē eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur. * Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus. * Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. * In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus. * "Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noë vltrà supra terram: sic iuraui vt non irascar tibi, & nō increpem te. *Mōtes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ nō mouebitur: dixit miserator tuus Dominus. *Paupercula, tempestate conuulsa, absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinē lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, * & ponā iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles: * "Vniuersos filios tuos doctos à Domino; & multitudinem pacis filijs tuis. *Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia nō timebis; & à pauore, quia non appropinquabit tibi. *Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondā tuus adiungetur tibi. *Ecce ego creaui fabrum sufflantē in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. *Omne vas, quod fictum est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. Hęc est hereditas seruorum Domini, & iustitia eorū apud me, dicit Dominus.

*Luc. 1. c. 32

*Ioan. 6. c. 45

*Genes. 9. b. 15

CAP. LV.

OMnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentū, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absq; vlla commutatione vinum & lac. *Quare appenditis ar-

*Eccl. 51. d. 33

gentum

gentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. * Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, "miſericordias Dauid fideles. * Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. *Ecce gentem, quam neſciebas, vocabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & ſanctum Iſrael, quia glorificauit te. * Quærite Dominum, dũ inueniri poteſt: inuocate eum, dum propè eſt. * Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque vię veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus. *Quia ſicut exaltantur cęli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. * Et quomodo deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: *Sic erit verbum meũ, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. *Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus: & erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.

*Act. 13. c. 34

CAP. LVI.

HÆc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiã: quia iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. * Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehẽdet iſtud: cuſtodiens ſabbatum ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne malum. *Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo: Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignũ aridum. * Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: * Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomẽ ſempiternum dabo eis, quod non peribit. *Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientem ſabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum: * Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum, & victimæ eorum, placebunt mihi ſuper altari meo: "quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. * Ait Dominus Deus, qui congregat diſperſos Iſrael: Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. *Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum, vniuerſæ beſtiæ ſaltus. *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia. * Et canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſq; ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum. *Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius.

*Sup. 1. a. 1

*Matt. 21. b. 13 Mar. 11. c. 17 Luc. 19. c. 46

*Pſ. 62. a. 10

CAP. LVII.

IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur, quia non eſt qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. * Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo qui ambulauit in directione ſua. * Vos autẽ accedite huc filij auguratricis; ſemen adulteri, & fornicariæ. * Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? numquid non vos filij ſceleſti, ſemen mendax? * qui conſolamini in dijs ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus, ſubter eminentes petras? * In partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua: & ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium. numquid ſuper his non indignabor? *Super montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti vt immolares hoſtias. *Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus: dilexiſti ſtratum eorum manu aperta. *Et ornaſti te regi vnguento, & multiplicaſti pigmenta tua. Miſiſti

legatos

legatos tuos procul, & humiliata es vſque ad inferos. * In multitudine viæ tuæ laboraſti: non dixiſti: Quieſcam: vitam manus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti. * Pro quo ſolicita timuiſti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitaſti in corde tuo? quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es. * Ego annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. *Cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura: Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, & poſſidebit montem ſanctum meum. *Et dicam: "Viam facite, præbete iter, declinate de ſemita, auferte offendicula de via populi mei. *Quia hæc dicit Excelſus, & ſublimis habitans æternitatem: & ſanctum nomen eius in excelſo & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. * Non enim in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar: quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. * Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum: abſcondi à te faciem meam, & indignatus ſum: & abijt vagus in via cordis ſui. *Vias eius vidi, & ſanaui eum, & reduxi eum, & reddidi conſolationes ipſi, & lugentibus eius. *Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè eſt, & qui propè, dixit Dominus, & ſanaui eum. *Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. * "Non eſt pax impijs, dicit Dominus Deus.

*Pſ. 49. a. 22

CAP. LVIII.

CLama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. * Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit: rogant me iudicia iuſtitiæ: appropinquare Deo volũt. * Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. * Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. * "Numquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominẽ animam ſuam? numquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? numquid iſtud vocabis ieiunij, & diem acceptabilem Domino? *Nónne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi? diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes; dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe. * "Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. *Tũc erumpet quaſi manè lumen tuum, & ſanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciẽ tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te. *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adſum. ſi abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt. * Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. * Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. * "Et ædificabuntur in te deſerta ſęculorũ: fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis: & vocaberis ædificator ſepium, auertens ſemitas in quietẽ. * Si auerteris à ſabbato pedem tuum, facere voluntatẽ tuam in die ſancto meo, & vocaueris ſabbatum delicatum, & ſanctum Domini gloriоſum, & glorificaueris eũ dum nõ facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: * Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. os enim Domini locutum eſt.

*Zach. 7. a. 9

*Ezech. 18. b. 16 Matth. 25. c. 35

CAP. LIX.

ECce non eſt abbreuiata manus Domini vt ſaluare nequeat, neq; aggrauata eſt auris eius vt non exaudiat: *Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrũ, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. * "Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra iniquitatem fatur. *Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neque eſt qui iudicet verè: ſed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: "conceperunt laborem, &

Num. 11. c. 23 Sup. 50. a. 2

*Sup. 1. d. 15

*Iob 15. d. 35

pepere-

pepererunt iniquitatem. * Oua aſpidum ruperunt,& telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod cõfotum eſt, erumpet in regulum. * Telæ eorum nõ erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. * " Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundãt ſanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vaſtitas & contritio in vijs eorum. * Viam pacis neſcierunt, & non eſt iudicium in greſſibus eorum. ſemitę eorum incuruatę ſunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. * Propter hoc elongatum eſt iudicium à nobis, & non apprehendet nos iuſtitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ; ſplendorẽ, & in tenebris ambulauimus. * Palpauimus ſicut cæci parietẽ, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui. * Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus. expectauimus iudicium, & non eſt; ſalutem, & elongata eſt à nobis. * Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis. quia ſcelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognouimus, * peccare & mentiri contra Dominum: & auerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei noſtri, vt loqueremur calumniam & tranſgreſſionem: concepimus, & locuti ſumus de corde verba mendacij. * Et cõuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. * Et facta eſt veritas in obliuionem: & qui receſſit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium. * & vidit quia non eſt vir: & aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat: & ſaluauit ſibi brachium ſuum, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum. * " Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius: indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli. * Sicut ad vindictã quaſi ad retributionẽ indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis: inſulis vicẽ reddet. * Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini; & qui ab ortu ſolis, gloriam eius: cùm venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit: * " & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. * Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quę poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodo & vſque in ſempiternum.

*Prou. 1. b. 16 Rom. 3. c. 15

*Eph. 6. c. 17 1. Theſſ. 5. b. 8

*Rom. 11. d. 26

CAP. LX.

SVrge, illuminare Ieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. * Quia ecce tenebrę operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. * Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. * " Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. * Tunc videbis, & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. * Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. * Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi: offerentur ſuper placabili altari meo, & domum maieſtatis meæ glorificabo. * Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? * Mę enim inſulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè; argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & ſancto Iſrael, quia glorificauit te. * Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabũt tibi: in indignatione enim mea percuſſi te: & in reconciliatione mea miſertus ſum tui. * " Et aperientur portę tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. * Gens enim & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit: & Gentes ſolitudine vaſtabuntur. * Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ; & locum pedum meorum glorificabo. * Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini, Sion ſancti Iſrael. * Pro eo quòd fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in

*Sup. 49. d. 18

*Apoc. 21. ſ. 25

ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem & generationem: & * ſuges lac Gentiũ, & mamilla regum lactaberis: & ſcies quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. * Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferã argentum; & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam. * Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. * " Non erit tibi ampliùs ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. * Non occidet vltrà ſol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucẽ ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui. * Populus autem tuus omnes iuſti, in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. * Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortiſſimam: ego Dominus in tempore eius ſubitò faciam iſtud.

*Ioan. 11. 9. 23. 6. 22. a. 1

CAP. LXI.

SPiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer cõtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: * vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: " vt conſolarer omnes lugentes: * vt ponerem lugentibus Sion; & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. * " Et ædificabunt deſerta à ſæculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt ciuitates deſertas, diſſipatas in generationem & generationem. * Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra: & filij peregrinorum, agricolæ & vinitores veſtri erunt. * Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis: Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum ſuperbietis. * Pro confuſione veſtra duplici & rubore, laudabunt partem ſuam: propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis. * Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. * Et ſcient in Gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus. * Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me veſtimentis ſalutis: & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatã monilibus ſuis. * Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat; ſic Dominus Deus germinabit iuſtitiam & laudem coram vniuerſis Gentibus.

*Matth. 5. a. 4

*Sap. 58. a. 12

CAP. LXII.

PRopter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem nõ quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. * Et videbunt Gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. * Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. * Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs Deſolata: ſed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua Inhabitata. quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur. * Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. * Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, * & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Ieruſalem laudem in terra. * Iurauit Dominus in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ: Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis: & ſi biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborauſti. * Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibẽt in atrijs ſanctis meis. * Tranſite, tranſite per portas, " præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & eleuate ſignum ad Populos. * " Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce ſaluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. * Et vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis: Quæſita ciuitas, & non Derelicta.

*Sup. 57. d. 15

*Matt. 21. a. 5 Zach. 9. b. 9

CAP. LXIII.

QVis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluandum.
* Apoc. 19. c. 13 * Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? * Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorũ super vestimẽta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. * Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. * Circumspexi, & nõ erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. * Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. * Miserationum Domini recordabor, laudẽ Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quę largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarũ suarum. * Et dixit: Verumtamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator. * In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi. * Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. * Et recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui: * Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? * Qui eduxit ad dexterã Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum: * Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. * Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. * Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se. * Tu enim pater noster, &
* Exod. 14. v. 29 * Deut. 26. d. 15 Baruch 2. d. 16

Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, à sęculo nomẽ tuum. * Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuæ. * Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam. * Facti sumus quasi in principio, cùm non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

CAP. LXIIII.

VTinam dirumperes cælos, & descenderes: à facie tua montes defluerent. * Sicut exustio ignis tabescerent, aquę arderent igni, vt notum fieret nomẽ tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. * Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerũt. * A sæculo non audierunt, neque auribus perceperũt: oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. * Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in vijs tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur. * Et facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. * Non est qui inuocet nomen tuum; qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostrę. * Et nũc Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. * Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostrę: ecce respice, populus tuus omnes nos. * Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est. * Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionẽ ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. * Numquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?
* 1. Cor. 2. b. 9 * Psal. 78. b. 9

CAP. LXV.

QVæsierunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui nõ quæsierunt me. dixi: Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ non inuocabat nomen meum. * Expandi manus meas tota die
Rom. 10. d. 20

ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. * Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres: * qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum. * Qui dicunt, Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. * Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam & retribuam in sinum eorum * iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorũ simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum. * Hæc dicit Dominus: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum. * Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos: & hereditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. * Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum, populo meo qui requisierunt me. * Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis mõtem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam. * Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: * pro eo quòd vocaui, & non respondistis: locutus sum, & nõ audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quę nolui elegistis. * Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: * Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce serui mei laudabũt præ exultatione cordis, & vos clamabitis prę dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. * Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. * In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditę sunt angustię priores, & quia absconditę sunt ab oculis meis. * Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. * Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum, in his quæ
* Prou. 1. c. 24 Ier. 7. c. 13 Sup. 65. b. 12

ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populũ eius gaudium. * Et exultabo in Ierusalẽ, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris. * Non erit ibi ampliùs infans dierum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. * Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedẽt fructus earum. * Non ædificabũt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorũ inueterabunt: * electi mei non laborabunt frustra, neq; generabunt in cõturbatione: quia semen benedictorũ Domini est, & nepotes eorum cum eis. * Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. * Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas: & serpenti puluis panis eius: non nocebunt, neq; occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.
* Psal. 31. b. 5 * Sup. 11. v. 6

CAP. LXVI.

HÆc dicit Dominus: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista Domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? * Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? * Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. * Vnde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: * quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. * Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. * Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. * Ante-
Act. 7. f. 49 * Prou. 1. c. 24 Ier. 7. c. 13 Sup. 65. b. 12

quam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculũ. *Quis audiuit vmquam tale? & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? * Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariã, dicit Dominus? si ego, qui generationẽ ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? *Lætamini cum Ierusalẽ, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, * vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. * Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. * Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. * Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. * Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigę eius: reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis: *quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino, * qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem: simul consumentur, dicit Dominus. * Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam. *Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam Gentibus, * & adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Domini. *Et assumam ex eis in sacerdotes, & leuitas, dicit Dominus: * " Quia sicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. * Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. *Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: "vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

PROPHETIA IEREMIÆ.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Ieremiæ filij Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in Terra Beniamin. *Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosię filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. * Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: *Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. * Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer sum: quoniam ad omnia, quę mittam te, ibis: & vniuersa, quęcumque mandauero tibi, loquêris. * Ne timeas à facie eorum: quia tecũ ego sum, vt eruam te, dicit Dominus. * Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: * ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & dispersas, & dissipes, & ædifices, & plantes. * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. * Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. *Et factum est verbum Domini secundò ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. *Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. *quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. *Et loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt opus manuũ suarum. * Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. * " Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ. * Et bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

CAP. II.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: * Vade, & clama in auribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. * Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius: omnes, qui deuorant eum, delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus. * Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel: *hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? *Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Terra Ægypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? * Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructũ eius, & optima illius: & ingressi cõtaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. * Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me: & prophetę prophetauerũt in Baal, & idola secuti sunt. * Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo. * Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est huiusce modi. *Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dij: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. * Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. *Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. * Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam? *Super eum rugierunt leones, & dederũt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. *Filij quoque Mempheos & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem. * Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? * Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum. * A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam. " In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. * " Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum:

quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? *Si laueris te nitro,& multiplicaueris tibi herbā borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. *Quomodo dicis: Non sum polluta, post Baalim non ambulaui? vide vias tuas in cōualle, scito quid feceris: cursor leuis explicās vias suas. *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam: omnes qui quærunt eā, non deficient: in menstruis eius inuenient eam. *Prohibe pedē tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti: Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. *Quomodo confunditur fur quādo deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum, *dicentes ligno: Pater meus es tu; & lapidi: Tu me genuisti. *Inf. 32. f. 33 verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicēt: Surge, & libera nos. * Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: *secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. *Quid vultis mecū iudicio contēdere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus. * Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator * generatio vestra. Videte verbum Domini: Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus: Recessimus, nō veniemus vltrà ad te? *Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. * Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærēdam dilectionem, quę insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, * & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ suprà memoraui. * Et dixisti: Absque peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris: Non peccaui. *Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab Ægypto confundēris, sicut confusa es ab Assur. * Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

CAP. III.

VVlgò dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltrà? numquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. * Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. * Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. * Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es: * Numquid irascēris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. * Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ regis: * Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. * Et dixi, cùm fecisset hæc omnia: Ad me reuertere: & non est reuersa. Et vidit pręuaricatrix soror eius Iuda, *quia pro eo, quòd mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit prævaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa. * Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno. *Et in omnibus his non est reuersa ad me pręuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. * Et dixit Dominus ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione prævaricatricis Iudæ. * Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum. * Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus. *Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. * Et

dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. *Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltrà: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet vltrà. * In tempore illo vocabunt Ierusalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. * In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus vestris. *Ego autē dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram exercituum Gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. *Sed quomodo si cōtemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus. * Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. *Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. *Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel. * Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum. *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri, ab adolescentia nostra vsque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

CAP. IIII.

SI reuertēris Israel, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. *Et iurabis: Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsumq; laudabunt. * Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & Ierusalem: "Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: * circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalē: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. * Annunciate in Iuda, & in Ierusalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, * leuate signum in Sion. Confortamini, nolite stare, "quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. *Ascendit leo de cubili suo, & prædo Gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore. *Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à nobis. * Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur. *Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne decepisti populū istum & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vsque ad animam? * In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalem: Ventus vrens in viis, quę sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum & ad purgandum. *Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc ego loquar iudicia mea cum eis. * Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis quoniam vastati sumus. * Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? * Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. * Dicite gentibus: Ecce auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. * Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus. * "Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. * Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. * Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. * Vsquequo videbo fugientem, audiā vocem buccinæ? * Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes: sapiētes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. *Aspexi

*Sup. 1. c. 14

*Sap. 1. a. 3. b. 5

*Ibid. 10. Act.

terram, & ecce vacua erat, & nihili; & cælos, & non erat lux in eis. *Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt. * Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recessit. * Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius. *Hæc enim dicit Dominus: Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. *Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper: eò quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. * A voce equitis & mittentis sagittam, fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascéderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo. * Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris; contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent. *Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ: Vox filiæ Sion intermoriêtis, expandentisque manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

CAP. V.

CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum faciêtem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei. *Quòd si etiam, Viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. *Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. * Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. * Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui. & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. * Idcirco percussit eos leo de silua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum: omnis, qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum. *Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. * Equi amatores & emissarij facti sunt: "Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. *Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea? *Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt Domini. *Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus. * Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus. *Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis. *Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. * Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus; gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. * Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. *Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam, & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. * Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem. *"Quòd si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra. *Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes: * Audi populе stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis; & aures, & non auditis. *Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminũ mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumescẽt fluctus eius, & non transibunt illud: *populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt. *Et nõ dixerunt in corde suo: Metuamus Dominũ Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinã in tempore suo; plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. *Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis: * Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. * Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati. *Incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessimè. Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. *Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusce modi non vlciscetur anima mea? * Stupor & mirabilia facta sunt in terra: * prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

CAP. VI.

COnfortamini filij Beniamin in medio Ierusalẽ, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna. * Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion. *Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt. *Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factę sunt vmbrę vesperi. *Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius. * Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. * Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga. * Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam, terram inhabitabilem. * Hæc dicit Dominus exercituum: Vsq; ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel: conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum. * Cui loquar? & quem contestabor vt audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & nõ suscipient illud. * Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens: effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. * Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendã manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. *"A minore quippe vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student: & à propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. *Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignomina, dicẽtes, Pax, pax: & non erat pax. *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. quam ob rem cadẽt inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruẽt, dicit Dominus. *Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: "& inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. *Et constitui super vos speculatores. Audite vocẽ tubæ. Et dixerunt: Non audiemus. * Ideo audite Gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis. *Audi terra: Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legẽ meam proiecerunt. *"Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. * Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus peribunt. *Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de Terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. *Sagittam & scutũ arripiet: crudelis est, & non miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion. *Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. * Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici, pauor in circuitu. * Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi, plãctum amarum, quia repentè veniet vastator super nos. *Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis viam eorum. * Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt. * Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: ma-

*Ezech. 22. c. 11

*Infr. 16. b. 10

*Isa. 56. d. 11 Infr. 8. d. 10

*Matt. 11. d. 29

*Isai 1. d. 11

litiæ enim eorum non sunt consumptæ. *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. 30

CAP. VII.

VErbum, quod factũ est ad Ieremiam à Domino, dicens: *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbũ istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: "Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. * Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. *Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum eius, * aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocẽtem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: * habitabo vobiscum in loco isto; in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. * Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendácij, qui non proderunt vobis; * furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis. * Et veniſtis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meũ, & dixistis: Liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes istas. *"Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus. * Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel: *& nunc, quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis: "& vocaui vos, & non respondistis: *" Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam; & loco, quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo. * Et proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim. *" Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te. *Nónne vides quid isti faciunt in ciuitatibus

*Infr.26. d.15

*Matt.21. b.13 *Marc.11. c.17 *Luc.19. g.46

*Prou.1. c.24 *Isa.65. b.11 *1.Reg.4. a.2.b.10

*Deut.14. b.11

1 Verbum quod factũ est ad Ieremiam à Domino, dicens: 2 *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbũ istud, A & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt 3 adoretis Dominum. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: "Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. * Nolite 4 confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. *Quoniam si bene 5 direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum eius, * aduenæ, & pupillo, 6 & viduæ non feceritis calumniam, nec B sanguinem innocẽtem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: * ha- 7 bitabo vobiscum in loco isto; in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. * Ecce vos confiditis 8 vobis in sermonibus mendácij, qui non proderunt vobis; * furari, occidere, adul- 9 terari, iurare mendaciter, libare Baalim, F & ire post deos alienos, quos ignoratis. * Et veniſtis, & stetistis coram me in do- 10 mo hac, in qua inuocatum est nomen meũ, & dixistis: Liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes istas. *"Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est 11 nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus. * Ite ad 12 locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel: *& nunc, quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum C ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis: "& vocaui vos, & non respondistis: *" Faciam domui huic, in 14 qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam; & loco, quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci 15 Silo. * Et proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim. *" Tu ergo noli 16 orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te. *Nónne vides quid isti faciunt in ciuitatibus 17 D

*Et

Iuda, & in plateis Ieruſalem? *Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent. *Numquid me ad iracundiam prouocãt, dicit Dominus? nónne semetipsos in confusionem vultus sui? *Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Holocautomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes. *Quia nõ sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis, in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de verbo holocautomatum, & victimarum. *Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. *Et nõ audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum & nõ in ante, *à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem consurgens diluculo, & mittens. * Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam: "& peius operati sunt, quàm patres eorum. * Et loquẽris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi. *Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, & ablata est de ore eorum. *Tonde capillum tuum, & proiice, & sume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui, * quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam: * & ædificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennom: vt incenderent filios suos, & filias suas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. * Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ampliùs, Topheth, & Vallis filij Ennom: sed Vallis interfectionis: & sepelient in Topheth, eò quòd non sit locus.

*Infr.16. c.12

18 Iuda, & in plateis Ieruſalem? *Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent. 19 * Numquid me ad iracundiam prouocãt, dicit Dominus? nónne ſemetipſos in 20 confuſionem vultus ſui? *Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur. * Hæc dicit Dominus exercituum 21 E Deus Iſrael: Holocautomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes. 22 *Quia nõ ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis, in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de verbo holocautomatum, & victimarum. *Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem 23 meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis. 24 *Et nõ audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis ſui mali: factique 25 ſunt retrorſum & nõ in ante, *à die qua egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad vos F omnes ſeruos meos prophetas per diem conſurgens diluculo, & mittens. * Et 26 non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam: "& peius operati ſunt, quàm patres eorum. * Et loquẽris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi. *Et dices ad eos: Hæc eſt gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam: periit fides, & ablata eſt de ore eorum. *Tonde capillum tuum, & proiice, & ſume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui, * quia fecerunt filij 30 Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt 31 polluerent eam: * & ædificauerunt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias G ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. * Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur 32 ampliùs, Topheth, & Vallis filij Ennom: ſed Vallis interfectionis: & ſepelient in Topheth, eò quòd non ſit locus.

*Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cæli, & beſtiis terræ, & non erit qui abigat. *" Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.

*Zach.16. d.13

CAP. VIII.

IN illo tempore, ait Dominus: Eicient ossa regum Iuda, & ossa principũ eius, & ossa ſacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ieruſalẽ, de ſepulchris ſuis: *& expandent ea ad ſolem, & lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt, & adorauerunt: non colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinum ſuper faciem terræ erunt. * Et eligent magis mortem quàm vitam omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in vniuerſis locis, quæ derelicta ſunt, ad quę eieci eos, dicit Dominus exercituum. *Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? * Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. * Attendi, & auſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadẽs ad prælium. *Miluus in cælo cognouit tempus ſuum, turtur, & hirundo, & ciconia, cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. *Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? verè mẽdacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum. *Confuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt: verbum enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. *" Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum heredibus: quia à minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur: à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium. * Et ſanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cùm non eſſet pax. *Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore viſitatio-

*Infr.14. d.19

1 *Et erit morticinum populi huius in ci- 33 bos volucribus cæli, & beſtiis terræ, & non erit qui abigat. *" Et quieſcere fa- 34 E ciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.

CAP. VIII.

1 IN illo tempore, ait Dominus: Eicient 1 oſſa regum Iuda, & oſſa principũ eius, A & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa eorum qui habitauerunt Ieruſa- 2 lẽ, de ſepulchris ſuis: *& expandent ea ad ſolem, & lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt, & adorauerunt: non colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinum ſuper faciem terræ erunt. * Et eligent magis 3 mortem quàm vitam omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in vniuerſis locis, quæ derelicta ſunt, ad quę eieci eos, dicit Dominus exercituum. *Et 4 dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? * Quare ergo 5 auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. * At- 6 tendi, & auſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? omnes conuerſi ſunt ad curſum C ſuum, quaſi equus impetu vadẽs ad prælium. *Miluus in cælo cognouit tempus 7 ſuum, turtur, & hirundo, & ciconia, cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. *Quomodo dicitis: Sapientes 8 nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? verè mẽdacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum. *Confuſi ſunt ſapientes, 9 perterriti & capti ſunt: verbum enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. *" Propterea dabo mulieres 10 eorum exteris, agros eorum heredibus: D quia à minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur: à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt men- 4 dacium. * Et ſanabant contritionem fi- 11 liæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cùm non eſſet pax. *Con- 12 fuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore viſitatio- 7

*Zach.16. d.13 *Ioan.8. g.44

13 nis ſuæ corruent, dicit Dominus. *Congregans congregabo eos, ait Dominus: E non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis 14 quæ prætergreſſa ſunt. * Quare ſedemus? conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: pecca- 15 uimus enim Domino. * Expectauimus pacem, & non erat bonũ; tempus mede- 16 læ, & ecce formido. *A Dan auditus eſt F fremitus equorũ eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota eſt omnis terra. & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius; vrbem, & ha- 17 bitatores eius. *Quia ecce ego mittã vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio: & mordebunt vos, ait Domi- 18 nus. * dolor meus ſuper dolorem, in me 19 cor meum mœrens. * Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua: G Numquid Dominus non eſt in Sion, aut rex eius non eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis? 20 *Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas, & nos 21 ſaluati non ſumus. * Super contritione filiæ populi mei contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor obtinuit me. * Numquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

CAP. IX.

1 QVis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lacrymarum? & A plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei. * Quis dabit me in ſolitudine 2 diuerſorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt, cœtus prævaricatorum. *Et extenderunt linguã ſuam quaſi arcum mendacij & non veritatis: confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerũt, dicit 4 Dominus. *Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciã: quia omnis frater ſupplan- B tans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. * Et vir fratrem ſuum 5 deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: vt iniquè agerent, laborauerunt. *Habitatio tua in medio doli: in 6 dolo renuerunt ſcire me, dicit Dominus. * Propterea hæc dicit Dominus 7

exercituum : Ecce ego conflabo, & probabo eos : quid enim aliud faciam à facie
*Psal.27. a.3 filiæ populi mei ? *" Sagitta vulnerans 8
lingua eorum, dolum locuta est : in ore C
suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. *Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut 9
in gente huiusmodi non vlciscetur anima mea? *Super mõtes assumam fletum 10
ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniã incensa sunt,eò quòd non sit vir pertransiens : & non audierunt vocem possidentis : à volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt.* Et dabo Ierusalem in aceruos 11
arenæ, & cubilia draconum : & ciuitates Iuda dabo in desolationem,eò quòd non sit habitator. * Quis est vir sapiens, qui 12
intelligat hoc, & ad quem verbum oris D 1
Domini fiat vt annunciet istud, quare A
perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eò quòd non sit qui pertranseat? 2
*Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt 13
legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea: * & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim : quod 14
didicerunt à patribus suis. * Idcirco hæc 15
*Inf.23. c.15 dicit Dominus exercituum Deus Israel: E
"Ecce ego cibabo populum istum absinthio,& potum dabo eis aquam fellis.* Et 16
dispergam eos in Gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum : & mittam post eos gladium, donec consumantur. * Hæc dicit Dominus exercituum 17
Deus Israel: Contẽplamini,& vocate lamentatrices,& veniant:& ad eas,quæ sapientes sunt,mittite,& properent:*festinent, & assumant super nos lamentum: 18
deducãt oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.* Quia vox lamentationis audita est de Sion:Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? 19
quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra. * Audite F
ergo mulieres verbum Domini : & assumant aures vestræ sermonem oris eius : 20
& docete filias vestras lamentum,& vnaquæq; proximam suam planctum. *quia 21
ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis. * Loquere : Hæc dicit Dominus : Et cadet 22
morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post 23
*1.Cor.1. d.31 2.Cor.10. d.17 tergum metentis, & non est qui colligat. * Hæc dicit Dominus : "Non glorietur

sapiens in sapientia sua,& non glorietur fortis in fortitudine sua,& non glorietur 24
diues in diuitiis suis : * sed in hoc glorietur,qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus. 25
* Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium, * super Ægyptum,& 26
super Iuda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam,habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

CAP. X.

AVdite verbum, quod locutus est Dominus super vos domus Israel. 2
* Hæc dicit Dominus : Iuxta vias Gentium nolite discere:& à signis cæli nolite metuere,quæ timent Gentes:*quia leges 3
populorum vanæ sunt:quia lignũ de saltu præcidit opus manus artificis in ascia.
*" Argento & auro decorauit illud:clauis 4 *Sup.13. c.11.& 14 a.8
& malleis compegit, vt non dissoluatur. 5
*In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquẽtur: portata tollentur,quia incedere non valent. nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere, nec be- 6
ne. *" Non est similis tui Domine : ma- *Mich.7. d.18
gnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. *"Quis non timebit te ô rex 7 *Apoc.15. b.4
Gentium ? tuum est enim decus : inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.
*Pariter insipiẽtes & fatui probabuntur: 8
doctrina vanitatis eorum lignũ est. *Argentum inuolutum de Tharsis affertur, 9
& aurum de Ophaz : opus artificis, & B
manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum. opus artificum vniuersa hæc. * Dominus autem Deus ve- 10
rus est : ipse Deus viuens, & rex sempiternus. ab indignatione eius commouebitur terra : & non sustinebunt Gentes 11
comminationem eius. * Sic ergo dicetis eis : Dij, qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub 12 *Gen.1. a.1
cælo sunt.*" Qui facit terrã in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cęlos.* Ad vo- 13 *Infr.51. d.15
cem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: " fulgura in pluuiam fa- *Psal.134. b.7
cit, & educit ventum de thesauris suis. *Infr.51. b.16

*Stul-

* Stultus factus est omnis homo à scien- 14
tia, confusus est artifex omnis in sculptili : quoniam falsum est quod conflauit,& non est spiritus in eis. *Vana sunt, 15
& opus risu dignum : in tempore visitationis suæ peribunt. *Non est his similis 16
pars Iacob : qui enim formauit omnia, ipse est : & Israel virga hereditatis eius : Dominus exercituum nomen illi.*Congrega de terra confusionem tuam, quæ 17
habitas in obsidione.*quia hęc dicit Do- 18
minus : Ecce ego lõgè proiiciam habitatores terræ in hac vice : & tribulabo eos ita vt inueniantur. *Væ mihi super con- 19
tritione mea,pessima plaga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea est,& portabo illam. *Tabernaculũ meum va- 20
statum est, omnes funiculi mei dirupti sunt, filij mei exierunt à me, & nõ subsistunt: nõ est qui extẽdat vltrà tentorium D
meum,& erigat pelles meas.*Quia stultè 21
egerunt pastores, & Dominum nõ quæsierunt : propterea non intellexerunt, & omnis grex eorũ dispersus est. *Vox au- 22
ditionis ecce venit, & commotio magna dè terra Aquilonis:vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitaculum draconum. *Scio Domine quia non est homi- 23
nis via eius:nec viri est vt ambulet, & di- C
rigat gressus suos. *" Corripe me Domi- *Psal.6. a.2 24
ne,verumtamen in iudicio;& non in furore tuo,ne fortè ad nihilum redigas me.
*" Effunde indignationem tuam super *Psal.78. b.6 25
Gentes,quæ non cognouerunt te ; & super prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt : quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt.

CAP. XI.

VErbum, quod factum est à Domino 1
ad Ieremiam,dicens: * Audite verba 2
pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, A
& habitatores Ierusalem, * & dices ad 3
eos : Hæc dicit Dominus Deus Israel: Maledictus vir, qui non audierit verba 4
pacti huius, * quod præcepi patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea,dicens: Audite vocem meam,& facite omnia quę præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: *vt suscitẽ iuramentum, quod iuraui patribus vestris, datu- 5
rum me eis terram fluẽtem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen Domine. * Et dixit Dominus 6
ad me : Vociferare omnia verba hæc in

ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens : Audite verba pacti huius,& facite 7
illa : * quia contestans contestatus sum patres vestros, in die qua eduxi eos de B
Terra Ægypti,vsque ad diem hanc: manè consurgens contestatus sum, & dixi: 8
Audite vocem meam: *& nõ audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali : & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent,& non fecerunt.* Et dixit Dominus ad me: 9
Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & 10
in habitatoribus Ierusalem. * Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea : & hi ergo abierunt post deos alienos,vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum, quod pe- 11
pigi cum patribus eorum. * Quam ob rem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala,de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me,& nõ exaudiam eos. * Et ibunt ciuitates Iuda,& 12
habitatores Ierusalem, & clamabunt ad deos, quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. *" Se- 13 *Sup.2. f.28
cundùm numerum enim ciuitatum tua- C
rum,erant dij tui Iuda: & secundùm numerum viarum Ierusalem, posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.
* Tu ergo noli orare pro populo hoc, & 14 *Sup.7. c.16
ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris *Infr.14. b.11
eorum ad me,in tempore afflictionis eorum. * Quid est, quòd dilectus meus in 15
domo mea fecit scelera multa? numquid carnes sanctę auferent à te malitias tuas, 16
in quibus gloriata es? * Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & 17
combusta sunt fruteta eius. *Et Dominus exercituum qui plantauit te,locutus est super te malum, pro malis domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad 18
irritandum me,libantes Baalim.*Tu autem Domine demonstrasti mihi, & co- D
gnoui: tunc ostẽdisti mihi studia eorum.
* Et ego quasi agnus mãsuetus, qui por- 19
tatur ad victimam : & non cognoui quia cogitauerunt super me consilia,dicentes: Mittamus lignum in panẽ eius,& eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs. *" Tu au- 20 *Infr.17. b.10.& 20
tẽ Domine Sabaoth,qui iudicas iustè, & probas renes & corda, videam vltionem c.12

tuam

tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. * Propterea hæc dicit Dominus 21 D
ad viros Anathoth, qui quærunt animam
tuam, & dicunt: Non prophetabis in no-
mine Domini, & non morieris in ma-
nibus nostris. *Propterea hæc dicit Do- 22
minus exercituum: Ecce ego visitabo su-
per eos: iuuenes morientur in gladio, fili-
j eorum & filiæ eorum morientur in
fame. * Et reliquiæ non erunt ex eis: in- 23
ducam enim malum super viros Ana-
thoth, annum visitationis eorum.

CAP. XII.

IVstus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar 1 A
ad te: *Quare via impiorum prosperatur: *Iob 21. a.7 Hab.1. d.13
bene est omnibus, qui præuaricantur & iniquè agunt? * Plantasti eos, & radicem 2
miserunt: proficiunt, & faciunt fructum:
propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. *Et tu Domine nosti me, vi- 3
disti me, & probasti cor meum tecum:
congrega eos quasi gregem ad victimam,
& sanctifica eos in die occisionis. * Vs- 4
quequo lugebit terra, & herba omnis re-
gionis siccabitur, propter malitiam ha-
bitantium in ea? consumptum est ani-
mal, & volucre, quoniam dixerunt: Non
videbit nouissima nostra. * Si cum pedi- 5
tibus currês laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autê in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? * Nam & fratres tui, & 6 B
domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona. *Reliqui domũ meam, 7
dimisi hereditatem meam: dedi dilectam
animam meam in manu inimicorũ eius.
* Facta est mihi hereditas mea quasi leo 8
in silua: dedit contra me vocem, ideo
odiui eam. * Numquid auis discolor he- 9
reditas mea mihi? numquid auis tincta
per totum? venite, congregamini om-
nes bestiæ terræ, properate ad deuoran-
dum. * Pastores multi demoliti sunt vi- 10
neam meam, conculcauerunt partem C
meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. *Po- 11
suerunt eam in dissipationem, luxitq; super me: desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde.
* Super omnes vias deserti venerunt va- 12
statores, quia gladius Domini deuorabit
ab extremo terræ vsq; ad extremum eius:
non est pax vniuersæ carni. *Seminaue- 13
runt triticum, & spinas messuerunt: he-
reditatem acceperunt, & non eis prode-
rit: cõfundemini à fructibus vestris, pro-
pter irã furoris Domini. *Hæc dicit Do- 14
minus aduersum omnes vicinos meos
pessimos, qui tãgunt hereditatem, quam
distribui populo meo Israel: Ecce ego
euellam eos de terra sua, & domum Iu-
da euellam de medio eorum. * Et cùm 15
euulsero eos, conuertar, & miserebor
eorum: & reducam eos, virum ad here-
ditatem suam, & virum in terram suam.
* Et erit: si eruditi didicerint vias popu- 16
li mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in
medio populi mei. *Quòd si non audie- 17
rint, euellam gentem illam euulsione &
perditione, ait Dominus.

CAP. XIII.

HÆc dicit Dominus ad me: Vade, & 1 A
posside tibi lumbare lineum, & po-
nes illud super lumbos tuos, & in aquam
nõ inferes illud. *Et possedi lumbare iu- 2
xta verbum Domini, & posui circa lum-
bos meos. * Et factus est sermo Domini 3
ad me, secundò, dicens: *Tolle lumbare, 4
quod possedisti, quod est circa lumbos
tuos, & surgens vade ad Euphraten, &
absconde ibi illud in foramine petræ. *Et 5
abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut
præceperat mihi Dominus. *Et factum 6
est post dies plurimos, dixit Dominus ad
me: Surge, vade ad Euphraten: & tolle
inde lumbare, quod præcepi tibi vt abs-
conderes illud ibi. * Et abij ad Euphra- 7
ten, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi
absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset.
* Et factum est verbum Domini ad me, 8
dicens: * Hæc dicit Dominus: Sic pu- 9 B
trescere faciam superbiam Iuda, & su-
perbiam Ierusalem multam: * Popu- 10
lum istum pessimum, qui nolunt audire
verba mea, & ambulant in prauitate cor-
dis sui: abieruntque post deos alienos
vt seruirent eis, & adorarent eos: & 11
erũt sicut lumbare istud, quod nulli vsui
aptum est. *Sicut enim adhæret lumba- 12
re ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi
omnem domum Israel, & omnem do-
mum Iuda, dicit Dominus: vt essent mi-
hi in populum, & in nomẽ, & in laudem,
& in gloriam: & non audierunt. *Dices 13
ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit
Dominus Deus Israel: Omnis lagun-

cula implebitur vino. Et dicent ad te: 13
Numquid ignoramus quia omnis lagun-
cula implebitur vino? * Et dices ad eos:
Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo
omnes habitatores terræ huius, & reges
qui sedẽt de stirpe Dauid super thronum
eius, & sacerdotes, & prophetas, & om-
nes habitatores Ierusalem, ebrietate: * & 14 C
dispergam eos virum à fratre suo, & pa-
tres & filios pariter, ait Dominus: non
parcam, & non concedam: neq; miserebor vt nõ disperdam eos. *Audite, & au- 15
ribus percipite. Nolite eleuari, quia Do-
minus locutus est. *Date Domino Deo 16
vestro gloriam antequã contenebrescat,
& antequam offendant pedes vestri ad
montes caliginosos: expectabitis lucẽ, &
ponet eam in vmbram mortis, & in cali-
ginem. * Quòd si hoc non audieritis, in 17
abscondito plorabit anima mea à facie su-
perbiæ: plorãs plorabit, & deducet ocu-
lus meus lacrymam, quia captus est grex
Domini. * Dic regi, & dominatrici: Hu- 18
miliamini, sedete: quoniam descendit de
capite vestro corona gloriæ vestræ. *Ci- 19
uitates Austri clausæ sunt, & non est qui
aperiat: translata est omnis Iuda trans-
migratione perfecta. *Leuate oculos ve- 20
stros, & videte qui venitis ab Aquilone:
vbi est grex, qui datus est tibi, pecus in-
clytũ tuum? *Quid dices cùm visitauerit 21 D
te? tu enim docuisti eos aduersum te, &
erudisti in caput tuum: numquid nõ do-
lores apprehẽdent te, quasi mulierẽ par-
turiẽtem? *Quòd si dixeris in corde tuo: 22
Quare venerũt mihi hæc? *Propter mul-
titudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt
verecũdiora tua, pollutę sunt plantę tuę.
* Si mutare potest æthiops pellem suam, 23
aut pardus varietates suas: & vos poteri-
tis benefacere, cùm didiceritis malũ. *Et 24
dissẽminabo eos quasi stipulam, quæ
vento raptatur in deserto. *Hęc sors tua, 25
parsq; mensuræ tuę à me, dicit Dñs, quia
oblita es mei, & confisa es in mendacio.
* vnde & ego nudaui femora tua contra 26
faciẽ tuã, & apparuit ignominia tua, *ad- 27
ulteria tua, & hinnitus tuus, fœlus forni-
cationis tuę: super colles in agro vidi ab-
ominationes tuas. Vę tibi Ierusalem, non
mundaberis post me: vsquequo adhuc?

CAP. XIIII.

QVod factum est verbũ Domini ad 1
Ieremiam de sermonibus siccita- A
tis. *Luxit Iudæa, & portæ eius corrue- 2
runt, & obscuratæ sunt in terra, & cla-
mor Ierusalem ascendit. *Maiores mise- 3
runt minores suos ad aquam: venerũt ad
hauriendum, non inuenerunt aquam, re-
portauerunt vasa sua vacua: confusi sunt
& afflicti, & operuerũt capita sua. *Pro- 4
pter terræ vastitatem, quia nõ venit plu-
uia in terram, confusi sunt agricolę, ope-
ruerũt capita sua. *Nam & cerua in agro 5
peperit, & reliquit: quia non erat herba.
*Et onagri steterũt in rupibus, traxerunt 6
ventum quasi dracones, defecerunt oculi
eorum, quia non erat herba. *Si iniquita- 7
tes nostræ responderint nobis: Domine
fac propter nomẽ tuum, quoniam multę
sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus.
* Expectatio Israel, saluator eius in tem- 8 B
pore tribulationis: quare quasi colonus
futurus es in terra, & quasi viator decli-
nans ad manendũ? *Quare futurus es ve- 9
lut vir vagus, vt fortis qui nõ potest sal-
uare? tu autẽ in nobis es Domine, & no-
men tuum inuocatum est super nos, ne
derelinquas nos. * Hæc dicit Dominus 10
populo huic, qui dilexit mouere pedes
suos, & non quieuit, & Domino nõ pla-
cuit: Nunc recordabitur iniquitatum eo-
rum, & visitabit peccata eorũ. *Et dixit 11
Dominus ad me: *Noli orare pro populo *Sup.7.
isto in bonum. *Cùm ieiunauerint, non 12 c.16
exaudiam preces eorum: & si obtulerint
holocautomata, & victimas, non susci-
piam ea: quoniã gladio, & fame, & peste
consumam eos. *Et dixi, A a a, Domine 13
Deus: Prophetę dicunt eis: Nõ videbitis *Infr.23.
gladium, & fames non erit in vobis, sed d.17
pacem verã dabit vobis in loco isto. * Et 14
*Infr.30. c.14 C dixit Dominus ad me: Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neq; locutus sum ad eos: visionem mẽdacem, & diuinationem, & fraudulentiã, & seductionẽ cordis sui prophetãt vobis. *Idcirco hæc di- 15
cit Dominus de prophetis, qui prophetãt
in nomine meo, quos ego nõ misi, dicen-
tes: Gladius & fames nõ erit in terra hac:
In gladio & fame consumentur prophe-
tæ illi. * Et populi, quibus prophetant, 16
erunt proiecti in viis Ierusalem præ fa-
me & gladio, & nõ erit qui sepeliat eos;
ipsi & vxores eorum, filij & filiæ eorum:
& effundam super eos malum suum. *Et 17
dices ad eos verbum istud: "Deducant *Thren.1.
oculi mei lacrymã per noctem & diem, f.16 & 2.
& non taceant: quoniam contritione f.18
magna cõtrita est virgo filia populi mei,
plaga pessima vehementer. * Si egressus 18
fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si D

introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque & sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.
*Numquid proiiciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? expectauimus pacem, & non est bonum; & tempus curationis, & ecce turbatio. *Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. *Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neq; facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. *Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant? aut cœli possunt dare imbres? nónne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

*Sup. 8. c. 15

CAP. XV.

ET dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum: eiice illos à facie mea, & egrediantur. *Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: "Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. * Et visitabo super eos quattuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum. * & dabo eos in feruorem "4. Reg. 21. a. 12 vniuersis regnis terræ: "propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem. * Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? * Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti: & extẽdam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogans. *Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi. *Multiplicatæ sunt mihi viduę eius super arenam maris: induxi eis super matrẽ adolescentis vastatorem meridie: misi super "1. Reg. 2. b. 5 ciuitates repentè terrorem. *"Infirmata est quæ peperit septẽ, defecit anima eius: *Amos 8. c. 9 occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. * Væ mihi mater mea: quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi. * Dicit Dominus: Si non reliquię tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. * Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? *Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. * Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit. *Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me, noli in patientia tua suscipere me: scito quoniã sustinui propter te opprobrium. * Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lętitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomẽ tuum super me, Domine Deus exercituum. *" Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam commination repleſti me. *" Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. *Propter hoc hęc dicit Dominus: Si conuertêris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris: conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos. * Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia ego tecũ sum vt saluem te, & eruam te, dicit Dominus. *Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

*Psal. 1. a. 1. & 25. a. 4.
*Inf. 30. c. 15

CAP. XVI.

ET factum est verbũ Domini ad me, dicens: * Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. *Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quæ genuerunt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac: * Mortibus ægrotationum morientur: nõ plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt: & gladio & fame consumentur: & erit cadauer eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ. *Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam & miserationes. *Et moriẽtur grandes & parui in terra ista: non sepelientur neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro eis. *Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. * Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cũ eis, & comedas & bibas: * quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ. * Et cùm annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: "Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrũ, quod peccauimus Domino Deo nostro? * Dices ad eos: Quia dereliquerũt me patres vestri, ait Dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem meã non custodierunt. * Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri: ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. * Et eiiciam vos de terra hac, in terram, quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui nõ dabunt vobis requiem. * Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur vltrà: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Ægypti, *sed, Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. * Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hæc mittã eis multos venatores, & venabuntur eos de omni mõte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. *Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. *Et reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerũt hereditatem meã. * Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meũ in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederũt patres nostri, vanitatẽ, quæ eis non profuit. *Núquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij? * Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam: & scient quia nomen mihi Dominus.

*Psal. 7. f. 16

CAP. XVII.

PEccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorũ, & in cornibus ararum eorum. * Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorumq; frondẽtium, in montibus excelsis, * sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. * Et relinquêris sola ab hereditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignẽ succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. *Hæc dicit Dominus: "Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suũ, & à Domino recedit cor eius. *" Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cùm venerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. *" Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas: & nõ timebit cùm venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tẽpore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. * Prauum est cor omnium, & inscrutabile: quis cognoscet illud? *Ego Dominus scrutans cor, & probãs renes: qui do vnicuiq; iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. *" Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. *Expectatio Israel Domine: omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominũ. *Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. * Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum Domini? veniat. * Et ego non sum turbatus, te pastorem se-

*Isa. 30. c. 2
*Isa. 31. c. 1
*Psal. 1. a. 3
*Apoc. 2. f. 23 Psal. 7. c. 10 1. Reg. 16. b. 7

quens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. * Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. * Confundantur qui me persequuntur, & nō confundar ego: paueāt illi & non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione cōtere eos. * Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi, per quā ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem: * & dices ad eos: Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Ierusalem, qui ingredimini per portas istas. * Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem. * Et nolite eijcere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis: sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus vestris. * Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt cervicem suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. * Et erit: Si audieritis me, dicit Dominus, vt nō inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati: & si sanctificaueritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus: * Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super solium Dauid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem: & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum. * Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ierusalem, & de Terra Beniamin, & de campestribus, & de mōtuosis, & ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificiū, & thus, & inferent oblationem in domum Domini. * Si autem non audieritis me vt sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati: succendam ignē in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

CAP. XVIII.

VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens: * Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. * Et descēdi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotā. * Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. * Et factum est verbum Domini ad me, dicēs: * " Numquid sicut figulus iste, nō potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. * Repentè loquar aduersum gentē & aduersus regnū, " vt eradicē, & destruam, & disperdam illud. * Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eā: agam & ego pœnitentiā super malo, quod cogitaui vt facerem ei. * Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificē & plantem illud. * Si fecerit malū in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum vt faceré ei. * Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: " Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: " reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. * Qui dixerunt: Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. * Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? * Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes? * Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in viis suis, in semitis sæculi, vt ambularent per eas in itinere nō trito: * " vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum: omnis qui prēterierit per eam obstupescet, & mouebit caput suum. * Sicut ventus vrens dispergā eos coram inimico: dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. * Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: nō enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta: venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. * Attende Domine ad me, & audi vocē aduersariorum meorum. * Numquid redditur pro bono malum, quia foderūt foueam animæ meæ? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonū, & auerterem indignationem tuam ab eis. * Propterea da filios eorum in famē, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorū absque liberis, & viduæ: & viri earum interficiātur morte: iuuenes

*Isa.45. b.9 Rom.9. d.20

*Sup.1. b.10

*Inf.25. b.5. & 35. c.12 *Ion.3.d.8

*Inf.19. c.8. & 49. c.13. & 50. c.13

eorum confodiantur gladio in prælio. * Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repentè: quia foderunt foueam vt caperent me, & laqueos abscónderunt pedibus meis. * Tu autē Domine scis omne cōsilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

CAP. XIX.

HÆc dicit Dominus: Vade, & accipe languntulam figuli testeam à senioribus populi, & à senioribus sacerdotum: * Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te. * Et dices: Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem: hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnis, qui audierit illam, tinniant aures eius: * Eò quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerūt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda: & repleuerūt locum istum sanguine innocētum. * Et ædificauerunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. * Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur ampliùs locus iste, Topheth, & Vallis filij Ennom, sed Vallis occisionis. * Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto: & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadauera eorum, escam volatilibus cæli, & bestiis terræ. * " Et ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis, qui prēterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius. * Et cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum: & vnusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & in angustia, in qua concludēt eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum. * Et conteres languntulam in oculis virorum, qui ibunt tecum. * Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, & ciuitatem istā, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelientur, eò quòd non sit alius locus ad sepeliendum. * Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatē istam sicut Topheth. * Et erunt domus Ierusalem, & domus regū Iuda, sicut locus Topheth, immundæ; omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis. * Venit autē Ieremias de Topheth, quò miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum: * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius, vniuersa mala, quæ locutus sum aduersum eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui cōstitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetātem sermones istos. * Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo Domini. * Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo. & dixit ad eum Ieremias: Non Phassur vocauit Dominus nomē tuum, sed pauoré vndique. * Quia hęc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. * Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneq; pretium, & cunctos thesauros regū Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. * Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ, ibitis in captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium. * Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. * Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatē clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. * Et dixi: Non recordabor

*Inf.19. c.8. & 49. c.13. & 50. c.13

cordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius: & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.
10 * Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & prævaleamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. 11 * Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, 9 quia non intellexerũt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur. 12 * Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. 13 * Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. 14 * Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. 15 * Maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eũ. 16 * Sit homo ille vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano: 17 * qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. 18 * Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

10 C
11
8 C
9
12
13 10
14 D
15 12 D
16
13
17
18
14

CAP. XXI.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filiũ Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens: 2 * Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis prælìatur aduersum nos: si fortè faciat Dominus nobiscum secundùm omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. 3 * Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ: 4 * Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius. 5 * Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. 6 * Et percutiam habitatores ciuitatis huius, homines & bestiæ pestilentia magna morientur. 7 * Et post hæc ait Dominus: dabo Sedeciam regem Iuda, & seruos eius, & populũ eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentiũ animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur. 8 * Et ad populum hunc dices: Hæc dicit Dominus: Ecce ego do corã vobis viam vitæ, & viam mortis. 9 * Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua, quasi spolium. 10 * Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. 11 * Et domui regis Iuda: Audite verbum Domini, 12 * domus Dauid, hæc dicit Dominus: 13 * Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum. 14 * Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris, ait Dominus: qui dicitis: Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? 15 * Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: & succendam ignem in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

A 1
2
3
4 B
5 B

CAP. XXII.

1 HÆc dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loquêris ibi verbum hoc, 2 * & dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid; tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. 3 * Hæc dicit Dominus: 4 Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. 5 * Si enim facientes feceritis verbũ istud: ingredientur per portas domus huius, reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum.

A 1
2
3
4 B
5 B

* Infr. 23. g. 40
* Sup. 11. d. 20. & 17. b. 10
* Iob 3. a. 2
* Infr. 38. a. 2
* Infr. 22. c. 3
* Sup. 21. d. 12

* Quòd

* Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. 6 * Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. 7 * Et sanctificabo super te, interficientem virum, & arma eius: & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem. 8 * Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo: Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? 9 * Et respondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint eis. 10 * Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ. 11 * Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto: Non reuertetur huc ampliùs: 12 * sed in loco, ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit ampliùs. 13 * Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. 14 * Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide. 15 * Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus numquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cùm bene erat ei? 16 * Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: numquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus? 17 * Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendũ, & ad calumniam, & ad cursum mali operis. 18 * Propterea hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ regem Iuda: Non plangent eum: Væ frater & vę soror: non concrepabunt ei: Væ Dominè, & væ inclyte. 19 * Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. 20 * Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui. 21 * Locutus sum ad te in abundantia tua; & dixisti: Non audiam: hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. 22 * Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiui-

5
6
7
8 C
9
10
11
12
13 D
14
1 A
2
3
4 E
5
6
7 B
8 F

* Deut. 29. d. 24. Reg. 9. a. 8

tatem ibunt: & tunc confundêris, & erubescres ab omni malitia tua. 23 * Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti, cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis? 24 * Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. 25 * Et dabo te in manu quærentium animam tuã, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. 26 * Et mittam te, & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini: 27 * & in terram, ad quam ipsi leuant animam suam vt reuertantur illuc, non reuertentur. 28 * Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? numquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram, quam ignorauerunt? 29 * Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. 30 * Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda.

23
24
25
26 G
27
28
29
30

CAP. XXIII.

1 VÆ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. 2 * Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus. 3 * Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua: & crescent & multiplicabuntur. 4 * Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. 5 * Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. 6 * In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eũ, Dominus iustus noster. 7 * Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltrà: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Ægypti: 8 * Sed: Viuit Dominus, qui

1 A
2
3
4
5
6
7 B
8

* Ezech. 13. a. 3 & 34. a. 2
* Infr. 33. c. 14. Isa. 4. b. 2 & 40. c. 11 45. b. 8 Ezech. 34. b. 11 Dan. 9. g. 24 Ioan. 1. c. 45
* Sup. 11. c. 14 Deut. 33. d. 28

eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de
Terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad
quas eieceram eos illuc: & habitabunt in
terra ſua. * Ad prophetas: Contritum eſt 9
cor meum in medio mei, contremuerũt
omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir
ebrius, & quaſi homo madidus à vino, à
facie Domini, & à facie verborũ ſanctó-
rum eius. * Quia adulteris repleta eſt 10
terra, quia à facie maledictionis luxit
terra, arefacta ſunt arua deſerti: factus
eſt curſus eorum malus, & fortitudo eo-
rum diſſimilis. * Propheta namque & 11
ſacerdos polluti ſunt: & in domo mea C
inueni malũ eorum, ait Dominus. * Id- 12
circo via eorum erit quaſi lubricum in
tenebris: impellentur enim, & corruent
in ea: afferam enim ſuper eos mala, an-
num viſitationis eorum, ait Dominus.
* Et in prophetis Samariæ vidi fatuita- 13
tem: prophetabãt in Baal, & decipiebãt
populum meum Iſrael. * Et in prophetis 14
Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulteran-
tium, & iter mendacij: & confortauе-
runt manus peſſimorum, vt non cõuer-
teretur vnuſquiſque à malitia ſua: facti
ſunt mihi omnes vt Sodoma, & habita-
tores eius quaſi Gomorrha. * Propterea 15
hæc dicit Dominus exercituum ad pro-
phetas: " Ecce ego cibabo eos abſinthio, D
& potabo eos felle: à prophetis enim Ie-
ruſalem, egreſſa eſt pollutio ſuper om-
nem terram. * Hæc dicit Dominus ex- 16
ercituum: " Nolite audire verba prophe-
tarũ, qui prophetant vobis, & decipiunt
vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non
de ore Domini. * Dicunt his, qui bla- 17
ſphemant me: Locutus eſt Dominus:
" Pax erit vobis: & omni, qui ambulat in
prauitate cordis ſui, dixerunt: Non ve-
niet ſuper vos malũ. * Quis enim affuit 18
in conſilio Domini, & vidit & audiuit
ſermonem eius? quis conſiderauit ver-
bum illius & audiuit? " Ecce turbo Do- 19
minicę indignationis egredietur, & tem-
peſtas erumpens ſuper caput impiorum
veniet. * Non reuertetur furor Domini, 20
vſque dum faciat, & vſque dum cõpleat E
cogitationem cordis ſui: in nouiſſimis
diebus intelligetis conſilium eius. * Non 21
mittebam prophetas, & ipſi currebant:
non loquebar ad eos, & ipſi prophetа-
bant. * Si ſtetiſſent in cõſilio meo, & no- 22
ta feciſſẽt verba mea populo meo, auer-
tiſſem vtique eos à via ſua mala, & à co-
gitationibus ſuis peſſimis. * Putaſne 23
Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus?
& non Deus de longè? * Si occultabitur 24
vir in abſconditis: & ego non videbo eũ,
dicit Dominus? numquid non cælum
& terram ego impleo, dicit Dominus?
* Audiui quæ dixerunt prophetæ, pro- 25
phetantes in nomine meo mendacium,
atque dicentes: Somniaui, ſomniaui.
* Vſquequo iſtud eſt in corde prophetа- 26 F
rum vaticinantium mendacium, & pro-
phetantiũ ſeductiones cordis ſui? * Qui 27
volunt facere vt obliuiſcatur populus
meus nominis mei propter ſomnia eo-
rum, quæ narrat vnuſquiſque ad proxi-
mum ſuum: ſicut obliti ſunt patres eo-
rum nominis mei propter Baal. * Pro- 28
pheta, qui habet ſomnium, narret ſom-
nium: & qui habet ſermonem meum,
loquatur ſermonem meum verè: quid
paleis ad triticũ, dicit Dominus? * Num- 29
quid non verba mea ſunt quaſi ignis, di-
cit Dominus, & quaſi malleus conterẽs
petram? * Propterea ecce ego ad pro- 30
phetas, ait Dominus, qui furantur ver-
ba mea vnuſquiſq; à proximo ſuo. * Ec- 31
ce ego ad prophetas, ait Dominus, qui
aſſumunt linguas ſuas, & aiunt: Dicit
Dominus. * Ecce ego ad prophetas ſom- 32
niantes mendacium, ait Dominus, qui
narrauerunt ea, & ſeduxerunt populum
meum in mendacio ſuo, & in miraculis
ſuis: cũ ego nõ miſiſſem eos, nec mãdaſ-
ſem eis, qui nihil profuerunt populo
huic, dicit Dominus. * Si igitur interro- 33
gauerit te populus iſte, vel propheta, aut
ſacerdos, dicens: Quod eſt onus Domi-
ni? dices ad eos: Vos eſtis onus. proi- 34
ciam quippe vos, dicit Dominus. * Et
propheta, & ſacerdos, & populus qui di-
cit: Onus Domini: viſitabo ſuper virum
illum, & ſuper domum eius. * Hæc dice- 35
tis vnuſquiſque ad proximum, & ad fra-
trem ſuum: Quid reſpondit Dominus?
& quid locutus eſt Dominus? * & onus 36
Domini vltrà nõ memorabitur: quia
onus erit vnicuique ſermo ſuus: & per-
uertiſtis verba Dei viuentis, Domini ex-
ercituum Dei noſtri. * Hęc dices ad 37
prophetam: Quid reſpondit tibi Dominus?
& quid locutus eſt Dominus? * Si au- 38
tem onus Domini dixeritis: propter hoc
hæc dicit Dominus: Quia dixiſtis ſer-
monem iſtum: Onus Domini: & miſi
ad vos, dicens: Nolite dicere: Onus Do-
mini: * Propterea eccè ego tollam vos 39
portans, & derelinquam vos, & ciuita-
tem quam dedi vobis & patribus veſtris,
à facie mea. * " Et dabo vos in op- 40

" Supr. 9. c. 15

" Infr. 27. b. 9. & 29. b. 8

" Supr. 5. c. 12. & 14. b. 13

" Infr. 30. c. 24

" Supr. 20. c. 11

probrium

probrium ſempiternum, & in ignomi-
niam æternam, quæ numquam obliui-
one delebitur.

CAP. XXIIII.

OStendit mihi Dominus: & ecce duo 1
calathi pleni ficis, poſiti ante tem- A
plum Domini, poſtquam tranſtulit Na-
buchodonoſor rex Babylonis Iechoniã
filium Ioakim regem Iuda, & principes
eius, & fabrum, & incluſorem, de Ieru-
ſalem, & adduxit eos in Babylonẽ. * Ca- 2
lathus vnus ficus bonas habebat nimis,
vt ſolent ficus eſſe primi temporis: & ca-
lathus vnus ficus habebat malas nimis,
quæ comedi nõ poterant, eò quòd eſſent
malæ. * Et dixit Dominus ad me: Quid 3
tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus, ficus bo- B
nas, bonas valde; & malas, malas valde,
quæ comedi non poſſunt, eò quòd ſint
malæ. * Et factum eſt verbum Domini 4
ad me, dicẽs: * Hæc dicit Dominus Deus 5
Iſrael: Sicut ficus hæ bonæ: ſic cogno-
ſcam trãſmigrationem Iuda, quam emi-
ſi de loco iſto in Terram Chaldæorum,
in bonum. * Et ponã oculos meos ſuper 6
eos ad placandum, & reducã eos in ter- C
ram hanc: & ædificabo eos, & non de-
ſtruam: & plantabo eos, & non euellam.
* Et dabo eis cor vt ſciant me, quia ego 7
ſum Dominus: " & erunt mihi in popu-
lum, & ego ero eis in Deum: quia reuer-
tentur ad me in toto corde ſuo. * " Et ſic- 8
ut ficus peſſimæ, quæ comedi non poſ- D
ſunt, eò quòd ſint malæ: hæc dicit Do-
minus, ſic dabo Sedeciam regem Iuda,
& principes eius, & reliquos de Ieruſa-
lem, qui remanſerunt in vrbe hac, & qui
habitant in Terra Ægypti. * Et dabo 9
eos in vexationem, afflictionemq; om-
nibus regnis terræ; in opprobrium, & in
parabolam, & in prouerbium, & in ma-
ledictionem in vniuerſis locis, ad quæ
eieci eos. * Et mittam in eis gladium, & 10
famẽ, & peſtem; donec conſumantur de
terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

CAP. XXV.

VErbum, quod factum eſt ad Ieremiã 1
de omni populo Iuda, in anno A
quarto Ioakim filij Joſię regis Iuda, (ipſe
eſt annus primus Nabuchodonoſor re-
gis Babylonis.) * Quod locutus eſt Ie- 2
remias propheta ad omnem populum Iu-
da, & ad vniuerſos habitatores Ieruſa-
lem, dicens: * A tertio decimo anno Io- 3
ſiæ filij Ammon regis Iuda vſque ad diẽ
hanc; iſte tertius & vigeſimus annus; fa-
ctum eſt verbum Domini ad me, & lo-
cutus ſum ad vos de nocte conſurgens,
& loquens: & non audiſtis. * Et miſit 4
Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos
prophetas, conſurgẽs diluculo, mittenſ-
que: & non audiſtis, neque inclinaſtis
aures veſtras vt audiretis, * cùm diceret: 5
" Reuertimini vnuſquiſque à via ſua
mala, & à peſſimis cogitationibus ve-
ſtris: & habitabitis in terra, quam dedit
Dominus vobis, & patribus veſtris, à 6
ſæculo & vſque in ſæculum. * Et nolite
ire poſt deos alienos, vt ſeruiatis eis, ad- B
oretiſque eos: neque me ad iracundiam
prouocetis in operibus manuum ve-
ſtrarum, & non affligam vos. * Et non 7
audiſtis me, dicit Dominus, vt me ad
iracundiã prouocaretis in operibus ma-
nuum veſtrarum, in malũ veſtrũ. * Pro- 8
pterea hæc dicit Dominus exercituum:
Pro eo quòd nõ audiſtis verba mea: * ec- 9
ce ego mittam, & aſſumã vniuerſas cog-
nationes Aquilonis, ait Dominus, &
Nabuchodonoſor regem Babylonis ſer-
uum meum: & adducam eos ſuper ter-
ram iſtam, & ſuper habitatores eius, &
ſuper omnes nationes, quæ in circuitu
illius ſunt: & interficiam eos, & ponam
eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſo-
litudines ſempiternas. * Perdamque ex 10
eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vo- C
cem ſponſi, & vocem ſpõſæ, vocem mo-
læ, & lumen lucernæ. * " Et erit vniuer- 11
ſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtupo-
rem: & ſeruient omnes gentes iſtæ regi
Babylonis ſeptuaginta annis. * Cumque 12
impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſita-
bo ſuper regem Babylonis, & ſuper gen-
tem illam, dicit Dominus, iniquitatem
eorum, & ſuper terram Chaldæorum: &
ponam illã in ſolitudines ſempiternas.
* Et adducam ſuper terram illam, om- 13
nia verba mea, quæ locutus ſum contra
eam, omne quod ſcriptum eſt in libro
iſto, quæcumque prophetauit Ieremias
aduerſum omnes gentes: * Quia ſeruie- 14
runt eis, cùm eſſent gentes multæ, & re-
ges magni: & reddam eis ſecũdùm ope-
ra eorum, & ſecundùm facta manuum
ſuarum. * Quia ſic dicit Dominus exer- 15 D
cituum Deus Iſrael: Super calicem vini
furoris huius de manu mea: & propi-
nabis de illo cũctis gẽtibus, ad quas ego
mittam te. * Et bibent, & turbabuntur, 16
& inſaniẽt à facie gladij, quẽ ego mittam
inter eos. * Et accepi calicem de manu 17

" 4. Reg. 17. d. 13. Supr. 18. b. 11. Infr. 35. c. 15

" Dan. 9. a. 2. Infr. 26. b. 6. 2. Par. 36. d. 22. 2. Eſd. 1. a. 1

Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus: *Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus eius: vt darem eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionē, sicut est dies ista: * Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, * & vniuersis generaliter: cunctis regibus terræ Ausitidis, & cūctis regibus terræ Philisthiim, & Ascaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti, * & Idumææ, & Moab, & filiis Ammon: * Et cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidonis: & regibus terræ insularū, qui sunt trans mare: * Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam: * Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto: * Et cunctis regibus Zambri, & cūctis regibus Elam, & cūctis regibus Medorum: * cunctis quoque regibus Aquilonis de propè & de longè, vnicuique contra fratrem suum: & omnibus regnis terræ, quę super faciem eius sunt: & rex Sesach bibet post eos. * & dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel: Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos. * Cumq; noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituū: Bibentes bibetis: * quia ecce in ciuitate, in qua inuocatū est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim ego voco super omnes habitatores terrę, dicit Dominus exercituum. * Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: * Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorē suum: celeuma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. * Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ: quia iudiciū Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ. * Et erunt interfecti Domini in die illa, à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinum super faciem terræ iacebunt. * Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini; & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. * Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. * Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum. * Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. * Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

*1. Pet. 4. d. 17

* Ioel. 3. d. 16 Amos 1. a. 2

CAP. XXVI.

IN principio regni Ioakim filij Iosię regis Iuda, factum est verbū istud à Domino, dicens: * Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini, & loquēris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones, quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli subtrahere verbum, * si fortè audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. * Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me, vt ambuletis in lege mea, quam dedi vobis, * vt audiatis sermones seruorum meorum Prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & nō audistis: * Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. * Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. * Cumq; complesset Ieremias, loquens omnia quę præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur. * Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur, eò quòd non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini. * Et audierunt principes Iuda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. * Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris. * Et ait

*1. Reg. 9. a. 2. b. 10

Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populū, dicens: * Dominus misit me, vt prophetarem ad domū istam, & ad ciuitatē hanc, omnia verba quę audistis. * " Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est aduersum vos. * Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris: * Verumtamen scitote & cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam, & habitatores eius. in veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. * Et dixerūt principes, & omnis populus, ad sacerdotes & ad prophetas: Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. * Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes: * Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum Iuda, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: " Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidum erit: & mons domus in excelsa siluarū. * Numquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. * Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatē istam, & aduersus terram hanc, iuxta omnia verba Ieremiæ. * Et audiuit rex Ioakim, & omnes potentes, & principes eius, verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum. * Et misit rex Ioakim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in Ægyptum. * Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad regem Ioakim, & percussit eum gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. * Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

*Isa. 5. d. 4

*Mich. 3. d. 1

CAP. XXVII.

IN principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino, dicens: * Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo. * Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis; in manu nunciorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regē Iuda. * Et præcipies eis vt ad dominos suos loquantur: Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel: Hæc dicetis ad dominos vestros: * Ego feci terrā, & homines, & iumenta, quę sunt super faciē terrę, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extēto: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. * Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei vt seruiant illi. * Et seruiēt ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ, & reges magni. * Gens autem & regnū, quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius. * " Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicūt vobis: Non seruietis regi Babylonis. * Quia mendacium prophetant vobis: vt lōgē vos faciant de terra vestra, & eijciāt vos, & pereatis. * Porrò gens, quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei; dimittam eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea. * Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secūdùm omnia verba hæc, dicens: Subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis. * Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dñs ad gentem, quæ seruire noluerit regi Babylonis? * Nolite audire verba prophetarū dicentium vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendaciū ipsi loquuntur vobis. * " Quia non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eijciant vos, & pereatis tam vos, quàm prophetę,

*Sup. 23. d. 16 Infr. 29. b. 8

*Sup. 14. c. 14. & 23. d. 21 Infr. 29. b. 9

qui vaticinantur vobis. * Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens: Hæc dicit Dominus: Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vasa Domini reuertentur de Babylone nunc citò, mendacium enim prophetant vobis. * Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinem? * Et si prophetæ sunt,&est verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, vt non veniant vasa,quæ derelicta fuerãt in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ieruſalem,in Babylonem. * Quia hęc dicit Dominus exercituum ad columnas,& ad mare,& ad bases, & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in ciuitate hac: * quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cùm transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda de Ieruſalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ieruſalem.* Quia hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael ad vasa, quę derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ieruſalem: * In Babylonem transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ,dicit Dominus, & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

16 7 8 9 17 18 19 20 21 22

* 4. Reg. 25.6.13

CAP. XXVIII.

ET factum est in anno illo,in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto,in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon,in domo Domini, coram sacerdotibus & omni populo,dicens:* Hęc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael:Contriui iugum regis Babylonis. * Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem. * Et Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & omnem transmigrationem Iuda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum,ait Dominus: conteram enim iugum regis Babylonis. * Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam, in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini. * & ait Ieremias propheta: Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti: vt referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.* Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi: * Prophetæ, qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, & super regna magna, de prælio, & de afflictione, & de fame. * Propheta,qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbum eius, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate. * Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremię prophetæ,& confregit eam.* Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. * Et abiit Ieremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens: * Vade,& dices Hananiæ: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas ferreas. * Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Iugum ferreum posui super collum cunctarum Gentiũ istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias terræ dedi ei.* Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania: non misit te Dominus,& tu confidere fecisti populum istum in mendacio.* Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittã te à facie terræ:hoc anno morieris: aduersum enim Dominum locutus es. * Et mortuus est Hananias propheta in anno illo,mense septimo.

1 A 2 16 7 8 9 C 17 18 D 19 20 21 22 13 14 22 D 15

CAP. XXIX.

ET hæc sunt verba libri, quem misit Ieremias propheta deIeruſalẽ ad reliquias seniorum transmigrationis,& ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonosor de Ieruſalem in Babylonem: * postquam egressus est Iechonias rex,& domina, & eunuchi, & principes Iuda & Ieruſalem, & faber & inclusor de Ieruſalem: * in manu Elasa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael omni trãsmigrationi, quam transtuli de Ieruſalem in Babylonem:

1 A 2 3 4 5 B 6 4

* Ædifi-

* Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructũ eorum. * Accipite vxores,& generate filios & filias: & date filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero.* Et quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. * Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: * Non vos seducant prophetæ vestri,qui sunt in medio vestrũm, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis: * quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos,dicit Dominus. * ' Quia hæc dicit Dominus: Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni,visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. * Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. * Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos. * Quæretis me, & inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vestro. * Et inueniar à vobis,ait Dominus: & reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos,dicit Dominus: & reuerti vos faciã de loco, ad quem transmigrare vos feci. * Quia dixistis: Suscitauit nobis Dominus Prophetas in Babylone. * Quia hæc dicit Dominus ad regem, qui sedet super solium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem. * Hæc dicit Dominus exercituum:* Ecce mittam in eos gladium,& famem,& pestem:& ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt,eò quòd pessimæ sint. * Et persequar eos in gladio,& in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ; in maledictionem,& in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis Gẽtibus, ad quas ego eieci eos:* eò quòd nõ audierint verba mea, dicit Dominus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas, de nocte consurgens,&mittens:& nõ audistis,dicit Dominus.* Vos ergo audite verbum Domini,omnis transmigratio, quam emisi de Ieruſalem in Babylonem. * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael ad Achab filiũ Coliæ, & ad Sedeciam filium Maasię,qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis:& percutiet eos in oculis vestris. * Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iuda, quæ est in Babylone,dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne: * pro eo quòd fecerint stultitiam in Iſrael, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum,& locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter,quod non mandaui eis: ego sum iudex & testis, dicit Dominus. * Et ad Semeian Nehelamiten dices: * Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui est in Ieruſalem,& ad Sophoniam filium Maasię sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes, dicens: * Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote, vt sis dux in domo Domini super omnẽ virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum & in carcerẽ. * Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathothiten, qui prophetat vobis? * Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens: Longum est: ędificate domos,& habitate:& plantate hortos,& comedite fructus eorum. * Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Ieremiæ prophetę.* Et factum est verbum Domini ad Ieremiam,dicens: * Mitte ad omnem transmigrationem, dicens: Hæc dicit Dominus ad Semeian Nehelamiten: Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum: & fecit vos confidere in mendacio: * idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego visitabo super Semeian Nehelamiten, & super semen eius: non erit ei vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia præuaricationem locutus est aduersus Dominum.

5 6 B 7 8 9 10 C 11 12 13 14 15 16 17 18 D 19 E 20 21 22 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 G 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32

* Ier. 14. 13 & 23. 16

* Supr. 25. 11 & 29. 10 * Mat. 26. 61. * Ezech. 9. 6.2

CAP. XXX.

HOC verbum,quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens: * Hæc dicit Dominus Deus Iſrael,dicens: Scribe tibi omnia verba, quę locutus sum ad te, in libro. * Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & conuertam conuersionẽ populi mei Iſrael & Iuda, ait Dominus:

1 2 A 3 20

* Zach. 14. 2

minus: & conuertam eos ad terrã, quam dedi patribus eorum: & possidebũt eam.
4 *Et hęc verba, quę locutus est Dominus
5 ad Israel & ad Iudam: * Quoniam hæc
dicit Dominus: Vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax. * Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manũ super lumbum suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in aurugi-
7 nem? * ‖ Væ, quia magna dies illa, nec
est similis eius: tempusque tribulationis
8 est Iacob, & ex ipso saluabitur. * Et erit
in die illa, ait Dominus exercituũ: con-
B teram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni: * sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem
10 suscitabo eis. * ‖ Tu ergo ne timeas ser-
ue meus Iacob, ait Dominus, neque pa-
1 ueas Israel: quia ecce ego saluabo te de
A terra longinqua, & semen tuum de terra
2 captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: * quoniam te-
11 3 cum ego sum, ait Dominus, vt saluem te:
faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te: te
4 autem non faciam in cõsummationem:
sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. * Quia hæc dicit Do-
12 5 minus: Insanabilis fractura tua, pessima
plaga tua. * Non est qui iudicet iudicium
13 C tuũ ad alligandum: curationũ vtilitas nõ
6 est tibi. * Omnes amatores tui obliti sunt
14 tui, teque non quærent: * plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. * Quid clamas su-
15 per contritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hęc tibi. * Propterea omnes, qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur: & qui
16 te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. * Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus
17 tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia ejectam vocauerunt te Sion: Hæc est, quæ
18 non habebat requirentem. * Hæc dicit D Dominus: Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem
19 suum fundabitur. * Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplica-

*Ioel. 2. a. 2. c. 11 Amos 5. c. 18 Soph. 1. d. 15

*Isa. 43. a. 1. & 44. a. 2 Luc. 1 g. 70

*Supr. 23. d. 19

bo eos, & non minuentur: & glorificabo
20 eos, & non attenuabuntur. * Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius
21 coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum. * Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iste est, qui
22 applicet cor suum vt appropinquet mihi, ait Dominus? * Et eritis mihi in po-
23 pulum, & ego ero vobis in Deum. * Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum cõquiescet. * Non auertet iram indignationis
24 Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis ea.

Isa. 2. d. 1 Mich. 4. a. 2

CAP. XXXI.

IN tempore illo, dicit Dominus: Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. * Hæc dicit Dominus: Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiẽ suam Israel. * Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te, miserans. * Rursumq; ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. * Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantãtes, & donec tempus veniat, nõ vindemiabũt:
6 * quia erit dies, in qua clamabunt custodes in mõte Ephraim: Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. * Quia hęc dicit Dominus: Exultate in lætitia Iacob, & hinnite cõtra caput Gentium: personate, & canite, & dicite: Salua Domine populum tuum, re-
8 liquias Israel. * Ecce ego adducam eos
B de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc.
9 * In fletu veniẽt, & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israeli pater, &
10 Ephraim primogenitus meus est. * Audite verbum Domini Gentes, & annunciate in insulis quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem
11 suum. * Redemit enim Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris.
12 * Et veniẽt, & laudabunt in mõte Sion:

& con-

& confluent ad bona Domini, super frumẽto, & vino, & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum
29 quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient. * Tunc lætabitur virgo in choro, 13 30
iuuenes & senes simul: & conuertam lu- C F
ctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. * Et ine- 14 31
briabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus. * Hæc dicit Dominus: 15 32
‖ Vox in excelso audita est lamentatio-
*Mat. 2. d. 18 nis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt. * Hęc dicit Dominus: 16 33
Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus: & reuertentur de terra inimici. * Et est spes nouissimis tuis, ait 17
Dominus: & reuertentur filij ad terminos suos. * Audiens audiui Ephraim 18 34
transmigrantem: Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus: conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus. * Postquam enim 19
conuertisti me, egi pœnitẽtiam: & post- D
quam ostendisti mihi, percussi femur 35
meũ. Confusus sum, & erubui, quoniã G
sustinui opprobrium adolescentię meæ.
* Si filius honorabilis mihi Ephraim, si 20
puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait Dominus.
* Statue tibi speculam, pone tibi amari- 21
tudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. * Vsque- 22
quo deliciis dissoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram:
FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM.
* Hæc dicit Dominus exercituum Deus 23
Israel: Adhuc dicent verbum istud in E
terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iustitiæ, mõs sanctus: * & habitabunt in eo Iudas & 24
omnes ciuitates eius simul, agricolæ & minantes greges. * Quia inebriaui ani- 25
mam lassam, & omnẽ animam esurientẽ saturaui. * Ideo quasi de somno susci- 26
tatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi. * Ecce dies veniũt, dicit Domi- 27
nus: & seminabo domũ Israel & domum Iuda semine hominũ, & semine iumentorũ. * Et sicut vigilaui super eos vt euel- 28
lerẽ, & demolirer, & dissipare, & dispergerem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem, & plantem, ait Dominus. * In diebus illis non dicẽt vltrà: * Pa- *Exec. 18. d. 2
tres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorũ obstupuerunt. * Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo, qui comederit vuam acerbã, ob- *Hebr. 8. c. 8
stupescent dentes eius. * ‖ Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ: * non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehẽdi manum eorum, vt educerem eos de Terra Ægypti; pactũ, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. * Sed hoc erit pactũ, quod feriam 33
cũ domo Israel post dies illos, dicit Dominus: * Dabo legem meam in visceri- *Heb. 10. c. 16
bus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erũt mihi in populum. * Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: * quia *Act. 10. g. 43
propitiabor iniquitati eorum, & peccati 34
eorum non memorabor amplius. * Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonãt fluctus eius, Dominus exercituum nomen 36
illi. * Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis 37
diebus. * Hæc dicit Dominus: Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abiiciã vniuersum semen Israel, propter
38 omnia quę fecerũt, dicit Dominus. * Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino, à turre Hananeel vsque ad portam anguli. * Et exi- 39
bit vltrà norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit
40 Goatha, * & omnem vallẽ cadauerum, & cineris, & vniuersam regionem mortis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis, Sanctum Domini: non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

CAP. XXXII.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedecię regis Iuda: ipse est annus de-
A cimus octauus Nabuchodonosor. * Tũc
2 exercitus regis Babylonis obsidebat

Ieruſa-

Ieruſalem: & Ieremias Propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda.* Clauſerat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo ciuitatẽ iſtam in manus regis Babylonis, & capiet eam? * Et Sedecias rex Iuda nó effugiet de manu Chaldæorum: ſed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. * Et in Babylonẽ ducet Sedeciam: & ibi erit donec viſitem eum, ait Dominus. ſi autem dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperum habebitis.* Et dixit Ieremias: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: * Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum, qui eſt in Anathoth: tibi enim cõpetit ex propinquitate vt emas. * Et venit ad me Hanameel filius patrui mei ſecundùm verbum Domini ad veſtibulum carceris, & ait ad me: Poſſide agrum meum, qui eſt in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hereditas, & tu propinquus es vt poſſideas. Intellexi autem quòd verbum Domini eſſet. * Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui eſt in Anathoth: & appendi ei argẽtum ſeptem ſtateres, & decem argenteos. * Et ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes: & appendi argentum in ſtatera. * Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. * Et dedi librũ poſſeſſionis Baruch filio Neri filij Maaſię, in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis teſtium, qui ſcripti erãt in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, qui ſedebant in atrio careeris. * Et præcepi Baruch coram eis dicens: * Hęc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Sume libros iſtos, librũ emptionis hunc ſignatum, & librum hunc qui apertus eſt: & pone illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis. * Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Adhuc poſſidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra iſta. * Et oraui ad Dominum, poſtquã tradidi librũ poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicẽs: * Heu, heu, heu, Domine Deus. ecce tu feciſti cælum & terrã in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: nõ erit tibi difficile omne verbum: * Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos: Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. * Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundùm vias ſuas, & ſecundùm fructum adinuentionum eius. * Qui poſuiſti ſigna & portenta in Terra Ægypti vſque ad diem hanc, & in Iſrael, & in hominibus, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc. * Et eduxiſti populum tuum Iſrael de Terra Ægypti, in ſignis, & in portentis, & in manu robuſta, & in brachio extento, & in terrore magno. * Et dediſti eis terram hanc, quam iuraſti patribus eorum vt dares eis terram fluentem lacte & melle. * Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandaſti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc. * Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſum ciuitatẽ, vt capiatur: & vrbs data eſt in manus Chaldæorum, qui prælíantur aduerſus eam, à facie gladij, & famis, & peſtilentiæ: & quæcumque locutus es acciderunt, vt tu ipſe cernis. * Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cùm vrbs data ſit in manus Chaldæorum?* Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens: * Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum? * Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem iſtam in manus Chaldęorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam. * Et venient Chaldæi prælíantes aduerſum vrbem hãc, & ſuccendent eam igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus ſacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me. * Erant enim filij Iſrael, & filij Iuda, iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua: filij Iſrael qui vſque nunc exacerbãt me in opere manuum ſuarum, dicit Dominus. * Quia in furore & in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ędificauerunt eam, vſque ad diem iſtam, qua auferetur de conſpectu meo. * Propter malitiam filiorum Iſrael, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipſi & reges eorum, principes eorum, & ſacerdotes eorum, & propheræ eorum, viri Iuda & habitatores Ieruſalem.* Et verterunt ad

* Exod. 34. 6. 7

me

me terga & non facies: cùm docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire vt acciperent diſciplinam. * Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam.* Et ædificauerũt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennom, vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. * Et nunc propter iſta, hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradetur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte. * Ecce ego congregabo eos de vniuerſis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grãdi: & reducam eos ad locũ iſtum, & habitare eos faciam confidenter. * Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. * Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & benè ſit eis, & filiis eorum poſt eos. * Et feriam eis pactum ſempiternum, & non deſinam eis benefacere: & timorẽ meum dabo in corde eorum vt non recedant à me.* Et lætabor ſuper eis, cùm benè eis fecero: & plãtabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo & in tota anima mea.* Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: ſic adducam ſuper eos omne bonum, quod ego loquor ad eos.* Et poſſidebuntur agri in terra iſta: de qua vos dicitis quòd deſerta ſit, eò quòd non remanſerit homo & iumentum, & data ſit in manus Chaldæorum. * Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtis adhibebitur: in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

CAP. XXXIII.

ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam ſecũdò, cùm adhuc clauſus eſſet in atrio carceris, dicens: * Hæc dicit Dominus qui facturus eſt, & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius. * Clama ad me, & exaudiam te: & annunciabo tibi grandia, & firma quę neſcis.* Quia hęc dicit Dominus Deus Iſrael ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt, & ad munitiones, & ad gladiũ * venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominũ, quos percuſſi in furore meo & in indignatione mea, abſcondens faciem meam à ciuitate hac, propter omnẽ malitiam eorum. * Ecce ego obducã eis cicatricem & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis. * Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem Ieruſalem: & ædificabo eos ſicut à principio. * Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, & ſpreuerunt me. * Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, quæ ego facturus ſum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuerſis bonis, & in omni pace, quam ego faciam eis. * Hæc dicit Dominus: Adhuc audietur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe deſertum, eò quòd non ſit homo nec iumentum: in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque homine, & abſque habitatore, & abſq; pecore)* vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſpõſi & vox ſponſæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum miſericordia eius: & portãtium vota in domum Domini: reducam enim conuerſionem terræ ſicut à principio, dicit Dominus.* Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc erit in loco iſto deſerto abſque homine, & abſque iumento, & in cũctis ciuitatibus eius, habitaculum paſtorũ accubantium gregum. * In ciuitatibus montuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt; & in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Inda, adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. * Ecce dies veniũt, dicit Dominus: & ſuſcitabo verbum bonum, quod locutus ſum ad domum Iſrael & ad domum Iuda. * In diebus illis, & in tempore illo, germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. * In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Ieruſalem habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. * Quia hæc dicit Dominus: Non interibit de Dauid vir, qui

ſedeat

sedeat super thronum domus Israel.* Et de sacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata,& incendat sacrificium,& cædat victimas omnibus diebus. * Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens: * Hæc dicit Dominus: Si irritum potest fieri pactum meum cũ die,& pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo: * Et pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & Sacerdotes ministri mei. * Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semẽ Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos. * Et factum est verbũ Domini ad Ieremiam, dicens: * Numquid non vidisti quid populus hic locutus sit,dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ sunt: & populum meũ despexerunt, eò quòd non sit vltrà gens coram eis? * Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cælo & terræ non posui: * equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proijciam, vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, & Iacob: reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.

CAP. XXXIIII.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino,quãdo Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersaque regna terræ,quæ erãt sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius,dicens: * Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vade,& loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni. * Et tu non effugies de manu eius: sed comprehẽsione capieris,& in manu eius tradẽris:& oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur,& Babylonem introibis.* Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda: Hæc dicit Dominus ad te:Non morieris in gladio,* sed in pace morieris,& secundùm combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te:& væ Domine, plangent te: quia verbum ego locutus sum, dicit Dominus.* Et locutus est Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuersa verba hęc in Ierusalem. *Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem,& contra omnes ciuitates Iuda,quę reliquæ erant, contra Lachis, & contra Azecha: hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. * Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ierusalẽ, prædicans: * Vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebręam,liberos: & nequaquam dominarentur eis,id est, in Iudæo & fratre suo. * Audierunt ergo omnes principes & vniuersus populus, qui inierant pactum vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suã liberos, & vltrà non dominarentur eis: audierunt igitur, & dimiserunt. * Et conuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas. * Et factũ est verbum Domini ad Ieremiam à Domino, dicens: * Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego percussi fœdus cum patribus vestris,in die qua eduxi eos de Terra Ægypti,de domo seruitutis, dicẽs:* Cùm completi fuerint septem anni, dimittat vnusquisque fratrẽ suum Hebręum, qui vẽditus est ei,& seruiet tibi sex annis: & dimittes eum à te liberum: & nõ audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam. * Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad amicum suum: & inistis pactum in conspectu meo,in domo,in qua inuocatum est nomen meum super eam. * Et reuersi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam,quos dimiseratis vt essent liberi & suæ potestatis: & subiugastis eos vt sint vobis serui & ancillæ. * Propterea hæc dicit Dominus: Vos non audistis me, vt prędicaretis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo: ecce ego prędico vobis libertatem, ait Dominus,ad gladium,ad pestem,& ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. * Et dabo viros,qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem

* Exod. 21. v. 2 Deut. 15. v. 12

conci-

conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius: * Principes Iuda & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli: * Et dabo eos in manus inimicorũ suorum, & in manus quærentium animam eorum:& erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli,& bestiis terræ. * Et Sedeciam regem Iuda, & principes eius, dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quęrentium animas eorum,& in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis. * Ecce ego præcipio,dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & prœliabuntur aduersus eam,& capient eam,& incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eò quòd non sit habitator.

CAP. XXXV.

VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: * Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini, in vnam exedram thesaurorum, & dabis eis bibere vinum. * Et assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habsaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum:* Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan,filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principũ,super thesaurum Maasię filij Sellum, qui erat custos vestibuli. * Et posui coram filiis domus Rechabitarum scyphos plenos vino,& calices: & dixi ad eos:Bibite vinum.* Qui respondẽrũt:Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noster,præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos,& filij vestri,vsque in sempiternum: * & domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis,nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini. * Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris nos, & mulieres nostræ, filij, & filiæ nostræ: * & non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam, & agrum, & sementem non habuimus: * sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus, iuxta omnia, quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. * Cùm autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus: Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem. * Et factum est verbum Domini ad Ieremiam,dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Numquid non recipietis disciplinam vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? * Prævaluerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autem locutus sum ad vos, de mane consurgẽs & loquens, & non obedistis mihi. * Misique ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensque & dicens:* Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos: & habitabitis in terra, quam dedi vobis & patribus vestris: & nõ inclinastis aurem vestram, neque audistis me. * Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptũ patris sui, quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi. * Idcirco hæc dicit Dominus exercituum,Deus Israel: Ecce ego adducam super Iuda,& super omnes habitatores Ierusalem, vniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersum illos: eò quòd locutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt mihi.* Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mãdata eius, & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis: * Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab,stans in conspectu meo cunctis diebus.

* Supr. 18. v. 11. & 25. v. 5

CAP. XXXVI.

ET factum est in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda: factum est verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens: * Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi aduersum Israel & Iudam, & aduersum omnes gentes; à die qua locutus

sum

sum ad te, ex diebus Iosiæ vsque ad diem
hanc:* Si fortè audiente domo Iuda vni- 3
uersa mala, quę ego cogito facere eis,re-
uertatur vnusquisque à via sua pessima:
& propitius ero iniquitati, & peccato
eorum. * Vocauit ergo Ieremias Baruch 4
filium Neriæ : & scripsit Baruch ex ore
Ieremiæ,omnes sermones Domini quos
locutus est ad eum, in volumine libri:
* & præcepit Ieremias Baruch, dicens: 5
Ego clausus sum, nec valeo ingredi do-
mum Domini.* Ingredere ergo tu,& le- 6
ge de volumine, in quo scripsisti ex ore
meo, verba Domini,audiente populo in
domo Domini,in die ieiunij: insuper &
audiente vniuerso Iuda, qui veniunt de B
ciuitatibus suis, leges eis : * Si fortè ca- 7 E
dat oratio eorum in conspectu Domini,
& reuertatur vnusquisque à via sua pes-
sima: quoniam magnus furor & indi-
gnatio est, quam locutus est Dominus
aduersus populum hunc. * Et fecit Ba- 8
ruch filius Neriæ, iuxta omnia quæ præ-
ceperat ei Ieremias propheta, legens ex
volumine sermones Domini in domo
Domini. * Factum est autem in anno 9
quinto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, in
mense nono: prædicauerunt ieiunium
in conspectu Domini omni populo in
Ierusalem,& vniuersæ multitudini, quæ
confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieru-
salem. * Legitque Baruch ex volumine 10
sermones Ieremiæ in domo Domini, in C
gazophylacio Gamarię filij Saphan scri-
bæ, in vestibulo superiori, in introitu
portæ nouæ domus Domini, audiente
omni populo. * Cumque audisset Mi- 11
chæas filius Gamariæ filij Saphan omnes
sermones Domini ex libro : * descendit 12
in domum regis ad gazophylacium scri-
bæ : & ecce ibi omnes principes sedebāt:
Elisama scriba, & Dalaias filius Semeiæ,
& Elnathan filius Achobor, & Gama-
rias filius Saphan, & Sedecias filius Ha-
naniæ, & vniuersi principes. * Et nun- 13
ciauit eis Michæas omnia verba,quę au-
diuit legente Baruch ex volumine in au-
ribus populi. * Miserunt itaque omnes 14
principes ad Baruch,Iudi filium Natha-
niæ filij Selemiæ, filij Chusi, dicentes:
Volumen,ex quo legisti audiente popu-
lo,sume in manu tua,& veni. Tulit ergo
Baruch filius Neriæ volumen in manu
sua,& venit ad eos. * Et dixerunt ad eū: 15
Sede,& lege hæc in auribus nostris. Et D
legit Baruch in auribus eorum. * Igitur 16
cùm audissent omnia verba,obstupuerūt
vnusquisque ad proximum suum, & di-
xerunt ad Baruch : Nunciare debemus
regi omnes sermones istos. * Et interro- 17
gauerunt eum, dicentes : Indica nobis
quomodo scripsisti omnes sermones
istos ex ore eius. * Dixit autem eis Ba- 18
ruch : Ex ore suo loquebatur quasi legēs
ad me omnes sermones istos: & ego scri-
bebam in volumine atramento. * Et di- 19
xerunt principes ad Baruch : Vade, &
abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat
vbi sitis. * Et ingressi sunt ad regem in 20
atrium : porrò volumen commendaue-
runt in gazophylacio Elisamæ scribæ:&
nunciauerunt audiente rege omnes ser-
mones. * Misitque rex Iudi vt sumeret 21
volumen : qui tollens illud de gazophy-
lacio Elisamæ scribæ, legit audiente re-
ge, & vniuersis principibus qui stabant
circa regem.* Rex autem sedebat in do- 22
mo hiemali in mense nono: & posita
erat arula cora eo plena prunis. * Cum- 23
que legisset Iudi tres pagellas vel quat-
tuor,scidit illud scalpello scribæ, & pro-
iecit in ignem, qui erat super arulā, do-
nec consumeretur omne volumen igni,
qui erat in arula. * Et non timuerunt, 24
neque sciderunt vestimenta sua, rex &
omnes serui eius, qui audierunt vniuer-
sos sermones istos. * Verumtamen El- 25
nathan,& Dalaias, & Gamarias,contra-
dixerunt regi ne combureret librum : &
non audiuit eos. * Et præcepit rex Iere- 26
miel filio Amelech, & Saraiæ filio Ez-
riel,& Selemiæ filio Abdeel, vt compre-
henderent Baruch scribam,& Ieremiam
prophetam:absconditautem eos Domi-
nus.* Et factum est verbum Domini ad 27
Ieremiam prophetam, postquam com-
busserat rex volumen, & sermones quos
scripserat Baruch ex ore Ieremiæ,dicēs:
* Rursum tolle volumen aliud: & scribe 28
in eo omnes sermones priores, qui erant
in primo volumine, quod cōbussit Ioa-
kim rex Iuda.* Et ad Ioakim regē Iuda, 29
dices: Hæc dicit Dominus: Tu combus-
sisti volumen illud, dicens : Quare scri-
psisti in eo annuncians: Festinus veniet
rex Babylonis, & vastabit terram hanc,
& cessare faciet ex illa hominem, & iu-
mentū? * Propterea hæc dicit Dominus 30
contra Ioakim regem Iuda : Non erit
ex eo qui sedeat super solium Dauid : &
cadauer eius proijcietur ad æstum per
diem,& ad gelu per noctem. * Et visita- 31
bo contra eum, & contra semen eius, &
contra seruos eius, iniquitates suas; &

addu-

adducam super eos, & super habitatores
Ierusalem, & super viros Iuda, omne
malum, quod locutus sum ad eos, &
non audierunt. * Ieremias autem tulit 32
volumen aliud, & dedit illud Baruch fi-
lio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore
Ieremiæ omnes sermones libri, quem
combusserat Ioakim rex Iuda igni: & in-
super additi sunt sermones multo plu-
res, quàm antea fuerant.

CAP. XXXVII.

ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ 1
pro Iechonia filio Ioakim: quē con- A
stituit regem Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis in terra Iuda. * Et non obediuit 2
ipse,& serui eius, & populus terrę,verbis
Domini, quæ locutus est in manu Iere-
miæ prophetæ. * Et misit rex Sedecias 3
Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam fi-
lium Maasiæ sacerdotem, ad Ieremiam
prophetā,dicens : Ora pro nobis Domi-
num Deum nostrum. * Ieremias autem 4
liberè ambulabat in medio populi: non
enim miserant eum in custodiam carce-
ris. Igitur exercitus Pharaonis egressus
est de Ægypto : & audientes Chaldæi,
qui obsidebant Ierusalem, huiusce modi
nuncium, recesserunt ab Ierusalem. * Et 5
factum est verbū Domini ad Ieremiam
prophetam,dicens:* Hęc dicit Dominus 6
Deus Israel:Sic dicetis regi Iuda, qui mi- B
sit vos ad me interrogandum: Ecce exer-
citus Pharaonis, qui egressus est vobis in
auxilium, reuertetur in terram suam in
Ægyptum.* & redient Chaldæi,& bella- 7
bunt contra ciuitatem hanc: & capient
eam,& succendent eam igni. * Hæc dicit 8
Dominus : Nolite decipere animas ve-
stras,dicentes : Euntes abibunt, & rece-
dent à nobis Chaldæi;quia non abibunt.
* Sed & si percusseritis omnē exercitum 9
Chaldæorum, qui præliantur aduersum
vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vul-
nerati : singuli de tentorio suo consur-
gent, & incendent ciuitatem hanc igni.
* Ergo cùm recessissetexercitus Chal- 10 B
dęorum ab Ierusalem propter exercitum
Pharaonis, * egressus est Ieremias de Ie- 11
rusalem vt iret in Terram Beniamin, &
diuideret ibi possessionem in conspectu
ciuium. * Cumq; peruenisset ad portam 12
Beniamin, erat ibi custos portæ per vi- C
ces, nomine Ierias, filius Selemiæ filij
Hananię,& apprehendit Ieremiam pro-
phetam,dicens: Ad Chaldæos profugis.
* Et respondit Ieremias : Falsum est,non 13

fugio ad Chaldęos. Et non audiuit eum:
sed comprehendit Ierias Ieremiam, &
adduxit eum ad principes. * Quam ob 14
rem irati principes contra Ieremiam,cæ-
sum eum miserunt in carcerem, qui erat
in domo Ionathan scribæ:ipse enim prę-
positus erat super carcerem. * Itaque in- 15
gressus est Ieremias in domum laci & in
ergastulum : & sedit ibi Ieremias diebus
multis. * Mittens autem Sedecias rex 16
tulit eum : & interrogauit eum in domo
sua absconditè, & dixit : Putásne est ser- D
mo à Domino? Et dixit Ieremias : Est.
& ait: In manus regis Babylonis tradē-
ris. * Et dixit Ieremias ad regem Sede- 17
ciam : Quid peccaui tibi,& seruis tuis,&
populo tuo, quia misisti me in domum
carceris? * Vbi sunt prophetæ vestri,qui 18
prophetabant vobis, & dicebant : Non
veniet rex Babylonis super vos, & super
terram hanc? * Nunc ergo audi obsecro 19
domine mi rex : Valeat deprecatio mea
in conspectu tuo : & ne me remittas in
domum Ionathan scribæ, ne moriar ibi.
* Præcepit ergo rex Sedecias vt trade- 20
retur Ieremias in vestibulo carceris : & da-
retur ei torta panis quotidie, excepto
pulmento, donec consumerentur om-
nes panes de ciuitate:& mansit Ieremias
in vestibulo carceris.

CAP. XXXVIII.

AVdiuit autem Saphatias filius Ma- 1
than, & Gedelias filius Phassur, & A
Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius
Melchiæ, sermones, quos Ieremias lo-
quebatur ad omnem populum, dicens:
*Hæc dicit Dominus: Quicumq; man- 2 *Sup.21.
serit in ciuitate hac, morietur gladio, & a.9
fame, & peste : qui autem profugerit ad
Chaldęos,viuet,& erit anima eius sospes
& viuens. * Hæc dicit Dominus : Tra- 3
dendo tradetur ciuitas hæc in manu ex-
ercitus regis Babylonis, & capiet eam.
* Et dixerūt principes regi: Rogamus vt 4
occidatur homo iste : de industria enim
dissoluit manus virorum bellantium,qui
remanserunt in ciuitate hac, & manus
vniuersi populi, loquens ad eos iuxta
verba hęc: siquidem homo iste non quæ-
rit pacem populo huic, sed malum. * Et 5
dixit rex Sedecias : Ecce ipse in manibus
vestris est : nec enim fas est regem vo-
bis quidquam negare. * Tulerunt er- 6
go Ieremiam, & proiecerunt eum in
lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in
vestibulo carceris : & submiserunt Iere-

r miam

miam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descendit itaque Ieremias in cœnum. * Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis quòd misissent Ieremiam in lacũ: porrò rex sedebat in porta Beniamin. * Et egressus est Abdemelech de domo regis, & locutus est ad regem, dicens: * Domine mi rex, malefecerũt viri isti omnia quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltrà in ciuitate. * Præcepit itaq; rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu antequam moriatur. * Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua quæ computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. * Dixitq; Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida, sub cubitu manuum tuarum, & super funes. fecit ergo Ieremias sic. * Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: mansit autẽ Ieremias in vestibulo carceris. * Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam prophetã ad ostium tertium, quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid. * Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si annunciauero tibi, numquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies. * Iurauit ergo rex Sedecias Ieremię clàm, dicẽs: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam. * Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua. * Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hęc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum. * Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam: Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum & illudant mihi. * Respondit autem Ieremias: Non te tradent. audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & benè tibi erit, & viuet anima tua. * Quòd si nolueris egredi: iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus: * Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicent: Seduxerunt te, & præualuerũt aduersum te viri pacifici tui, demerserũt in cœno & in lubrico pedes tuos, & recesserũt à te. * Et omnes vxores tuæ, & filij tui educẽtur ad Chaldæos: & non effugies manus eorũ, sed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatẽ hanc comburet igni. * Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: Nullus sciat verba hęc, & nõ morieris. * Si autẽ audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes nos, & nõ te interficiemus: & quid locutus est tecum rex: * Dices ad eos: Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer. * Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiã, & interrogauerunt eum: & locutus est eis, iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & cessauerũt ab eo: nihil enim fuerat auditum. * Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalem: & factum est vt caperetur Ierusalem.

CAP. XXXIX.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mẽse decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. * Vndecimo autẽ anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis, aperta est ciuitas. * Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. * Cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam, quę erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti. * Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in cãpo solitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in Terra Emath: & locutus est ad eum iudicia. * Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in

oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. * Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus vt duceretur in Babylonem. * Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni, & murum Ierusalem subuerterunt. * Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. * Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in Terra Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa. * Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan magistro militum, dicens: * Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed, vt voluerit, sic facias ei. * Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & Nabusezban, & Rabsares, & Neregel, & Sereser, & Rebmag, & omnes optimates regis Babylonis, * miserunt, & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, vt intraret in domum, & habitaret in populo. * Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini, cùm clausus esset in vestibulo carceris, dicens: * Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatẽ hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conspectu tuo in die illa. * Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non tradêris in manus virorum, quos tu formidas: * Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

SErmo, qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quãdo tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Ierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. * Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, * & adduxit: & fecit Dominus sicut locutus est, quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic. * Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni; & ponam oculos meos super te: si autẽ displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside: ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge. * Et mecũ noli venire: sed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iuda. habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum. * Venit autẽ Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Masphath, & habitauit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra. * Cumq; audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socij eorũ, quòd præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quòd commendasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ, qui non fuerãt translati in Babylonem: * Venerunt ad Godoliam in Masphath: & Ismahel filius Nathanię, & Iohanã & Ionathan filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filij Ophi, qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum. * Et iurauit eis Godolias filius Ahicã filij Saphan, & comitibus eorum, dicẽs: Nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. * Ecce ego habito in Masphath, vt respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: vos autẽ colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in vrbibus vestris, quas tenetis. * Sed & omnes Iudęi, qui erant in Moab, & in filiis Ammon, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan: * reuersi sunt, inquam, omnes Iudæi de vniuersis locis, ad quæ profugerant, & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Masphath: & collegerunt vinum, & messem multam nimis. * Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath. * Et dixerunt ei: Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam. * Iohanan autem filius Caree

*4. Reg. 25. f. 24

dixit ad Godoliam seorsum in Masphath,loquens: Ibo,& percutiam Ismahel filium Nathaniæ nullo sciente,ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Iudæi, qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda. * Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanam filium Caree: Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

ET factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ,filij Elisama de semine regali, & optimates regis,& decẽ viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath: & comederunt ibi panes simul in Masphath. *Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filiũ Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum,quem præfecerat rex Babylonis terræ. * Omnes quoque Iudæos, qui erant cum Godolia in Masphath, & Chaldæos, qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel. *Secundo autẽ die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente, * venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus,& squallentes: & munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo Domini. *Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat: cùm autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filiũ Ahicam. *Qui cùm venissent ad mediũ ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse, & viri qui erant cum eo. *Decem autem viri reperti sunt inter eos,qui dixerũt ad Ismahel: Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti,& hordei,& olei,& mellis. Et cessauit, & non interfecit eos cum fratribus suis. * Lacus autem,in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum, quos percussit propter Godoliam, ipse est,quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis. *Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erant in Masphath, filias regis, & vniuersum populum, qui remanserat in Masphath: quos commẽdauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ, & abiit vt transiret ad filios Ammon. * Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ. * Et assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellarent aduersum Ismahel filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon. *Cumque vidisset omnis populus, qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & vniuersos principes bellatorum, qui erant cum eo, lætati sunt. * Et reuersus est omnis populus, quem ceperat Ismahel,in Masphath: reuersusq; abiit ad Iohanan filium Caree. *Ismahel autẽ filius Nathanię fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abiit ad filios Ammon. *Tulit ergo Iohanan filius Caree,& omnes principes bellatorũ, qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reduxerat ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, postquã percussit Godoliam filium Ahicam; fortes viros ad prælium,& mulieres,& pueros,& eunuchos, quos reduxerat de Gabaon. * Et abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est iuxta Bethlehem, vt pergerent, & introirent Ægyptum *à facie Chaldæorũ: timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in Terra Iuda.

CAP. XLII.

ET accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Osaię, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum: *Dixeruntq; ad Ieremiam prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo:& ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, pro vniuersis reliquiis istis; quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur: *Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam,per quam pergamus, & verbum, quod faciamus. * Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundùm verba vestra. omne verbum, quodcumque responderit mihi, indicabo vobis;nec celabo vos quidquam. *Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus. * Siue bonum est, siue malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis cùm

cùm audierimus vocem Domini Dei nostri. * Cùm autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiam. *Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum. * Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel,ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius: *Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam; plantabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malo quod feci vobis. * Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius. * Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra. * Si autem dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri, *dicentes: Nequaquam,sed ad Terram Ægypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus. * Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Si posueritis faciem vestram vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: * gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in Terra Ægypti: & fames, pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini. * Omnesque viri, qui posuerunt faciem suam vt ingrediantur Ægyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, quod ego afferam super eos. * Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Ægyptum, & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltrà videbitis locum istum. * Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægyptum: scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie, * quia decepistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum dicentes:Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcumque dixerit tibi Dominus Deus noster,sic annuncia nobis,& faciemus. *Et annũciaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri, super vniuersis pro quibus misit me ad vos. *Nunc ergo scientes scietis, quia gladio, & fame, & peste moriemini in loco, ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

FACtum est autem, cùm complesset Ieremias loquens ad populũ vniuersos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorũ ad illos,omnia verba hæc: *dixit Azarias filius Osaiæ,& Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris:nõ misit te Dominus Deus noster,dicens: Ne ingrediamini Ægyptum vt habitetis illic. * Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonẽ. *Et non audiuit Iohanan filius Caree,& omnes principes bellatorum,& vniuersus populus,vocem Domini,vt manerẽt in Terra Iuda. *Sed tollens Iohanan filius Caree: & vniuersi principes bellatorũ, vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis Gentibus, ad quas fuerant antè dispersi, vt habitarent in Terra Iuda; * viros, & mulieres, & paruulos, & filias regis, & omnem animam,quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cũ Godolia filio Ahicã filij Saphan, & Ieremiam prophetam, & Baruch filiũ Neriæ. *Et ingressi sunt Terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini:& venerunt vsque ad Taphnis. * Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis,dicens: *Sume lapides grandes in manu tua,& abscõdes eos in crypta, quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernẽtibus viris Iudæis:*Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Ecce ego mittam,& assumã Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum:& ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos. * Veniensque percutiet Terram Ægypti;quos in mortem, in mortem; & quos in captiuitatem, in captiuitatem; & quos in gladium,in gladium. * Et succendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra

Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. * Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in Terra Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni. 13

CAP. XLIIII.

VErbum, quod factum est per Ieremiam ad omnes Iudæos, qui habitabant in Terra Ægypti, habitãtes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in Terra Phatures, dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Vos vidistis omne malum istud, quod adduxi super Ierusalem, & super omnes vrbes Iuda: & ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator: * Propter malitiam, quam fecerũt vt me ad iracundiam prouocarent, & irent vt sacrificarent, & colerent deos alienos, quos nesciebant & illi, & vos, & patres vestri. * Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas, de nocte consurgens, mittensque & dicens: Nolite facere verbũ abominationis huiusce modi, quam odiui. * Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, vt conuerterentur à malis suis, & nõ sacrificarent diis alienis. * Et conflata est indignatio mea & furor meus, & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & versę sunt in solitudinem & vastitatem secundùm diem hanc. * Et nunc hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Quare vos facitis malum grãde hoc contra animas vestras, vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudę, nec relinquatur vobis quidquam residuum: * Prouocãtes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in Terra Ægypti, in quam ingressi estis vt habitetis ibi: & dispereatis, & sitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis gentibus terrę? * Numquid obliti estis mala patrum vestrorũ, & mala regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quæ fecerũt in Terra Iuda, & in regionibus Ierusalem? * Non sunt mundati vsq; ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. * Ideo hęc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Ecce ego ponam faciem meã in vobis in malum: & disperdam omnẽ Iudam. * Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur Terram Ægypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in Terra Ægypti: cadent in gladio & in fame: & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionẽ, & in opprobriũ. * Et visitabo super habitatores Terrę Ægypti, sicut visitaui super Ierusalem, in gladio, & fame, & peste. * Et non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in Terra Ægypti: & reuertãtur in Terram Iuda, ad quam ipsi eleuãt animas suas vt reuertantur, & habitent ibi: non reuertentur nisi qui fugerint. * Respondentes autem Ieremiæ omnes viri, scientes quòd sacrificarent vxores eorum diis alienis, & vniuersæ mulieres, quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantiũ in Terra Ægypti in Phatures, dicentes: * Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te: * sed faciẽtes faciemus omne verbũ quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri, in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque nõ vidimus. * Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame cõsumpti sumus. * Quòd si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placentas, ad colendum eam, & libandum ei libamina? * Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicens: * Numquid non sacrificium, quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem, vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius? * Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes, quas feciſtis: & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eò quòd non sit habitator, sicut est dies hæc. * Propterea quòd sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, & in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc. 1 A 2 D 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 C 12 13 E 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

*Amos 9. b. 4

F * Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuersas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra Ægypti: * Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens: Vos, & vxores vestræ, locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra, quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cęli, & libemus ei libamina. implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. * Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra Ægypti: Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: Viuit Dominus Deus in omni Terra Ægypti. * Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in Terra Ægypti, gladio & fame, donec penitus consumantur. * Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra Ægypti in Terrã Iuda viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iuda, ingredientium Terram Ægypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorum. * Et hoc vobis signum, ait Dominus, quòd visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum. * Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius, & in manu quęrentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius. 24 1 A 2 3 4 5 6 B 7 8 9 10 C 11 12 13 D 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 G 28 29 30

CAP. XLV.

VErbum, quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cùm scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: * Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch: * Dixisti: Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. * Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terrã hanc. * Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem, in omnibus locis, ad quæcumque perrexeris. 1 A 2 3 4 B 5

CAP. XLVI.

QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Gentes, * ad Ægyptum, aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuiũ Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioakim filiæ Iosiæ regis Iuda. * Præparate scutum, & clypeum, & procedite ad bellum. * Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. * Quid igitur? vidi ipsos pauidos, & terga vertẽtes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerũt: terror vndique, ait Dominus. * Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis: Ad Aquilonem iuxta fluuium Euphraten victi sunt, & ruerũt. * Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorum, intumescunt gurgites eius? * Ægyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Ascendens operiam terram: perdã ciuitatem, & habitatores eius. * Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Æthiopia & Libyes tenentes scutum, & Lydij arripientes & iacientes sagittas. * Dies autẽ ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in Terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten. * Ascẽde in Galaad, & tolle resinam, virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. * Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. * Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis & percussurus Terram Ægypti. * Annunciate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea, quę per circuitum tuum sunt. * Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subuertit eum. * Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent: Surge, & reuertamur ad populum nostrũ, & ad terram natiuitatis nostrę, à facie gladij columbę. * Vocate nomen Pharaonis regis Ægy- 1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 10 C 11 12 13 D 14 15 16 17

pti, tumultum adduxit tempus. * Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus,& sicut Carmelus in mari, veniet. *Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti : quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur,& inhabitabilis erit. * Vitula elegans atque formosa Ægyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. * Mercenarij quoque eius,qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt,& fugerunt simul,nec stare potuerunt : quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. *Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. * Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. *Confusa est filia Ægypti, & tradita in manus populi Aquilonis. *Dixit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Ægyptum, & super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui confidunt in eo. *Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis,ait Dominus.* Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis tuæ : & reuertetur Iacob,& requiescet,& prosperabitur;& non erit qui exterreat eum. * Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus : quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes,ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

*Isa. 43. a.1.& 44. a.2

CAP. XLVII.

QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam : * Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius : clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ, * à strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius,& multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis * pro aduentu diei, in quo vastabuntur omnes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis. depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. * Venit caluitium super Gazam : conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum : vsquequo concidêris? * O mucro Domini vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile. * Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones,ibique condixerit illi?

CAP. XLVIII.

AD Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Væ super Nabo,quoniam vastata est, & confusa : capta est Cariathaim : confusa est fortis, & tremuit. * Non est vltrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerũt malum. Venite,& disperdamus eam de gente.ergo silens conticesces,sequeturque te gladius.*Vox clamoris de Oronaim: vastitas,& contritio magna. * Contrita est Moab : annunciate clamorem paruulis eius. *Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu : quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt : * Fugite, saluate animas vestras : & eritis quasi myricæ in deserto. *" Pro eo enim quòd habuisti fiduciã in munitionibus tuis,& in thesauris tuis,tu quoq; capieris : & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. *Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles,& dissipabuntur campestria : quoniam dixit Dominus : * Date florem Moab, quia florens egredietur:& ciuitates eius desertæ erunt, & inhabitabiles. * Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter : & maledictus, qui prohibet gladiũ suum à sanguine. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua,& requieuit in fœcibus suis : nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt : idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. * Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus : & mittam ei ordinatores, & stratores languncularum, & sternent eum, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. *Et confundetur

*Sup.17. a.6

*4.Reg.12. 1.16 Isa.16.

Moab à Chamos, * sicut confusa est domus Israel à Bethel,in qua habebat fiduciam. *Quomodo dicitis: Fortes sumus, & viri robusti ad præliandum? * Vastata est Moab, & ciuitates illius succiderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionẽ: ait rex, Dominus exercituum nomen eius. * Propè est interitus Moab vt veniat:& malum eius velociter accurret nimis. *Cõsolamini eum omnes,qui estis in circuitu eius;& vniuersi,qui scitis nomen eius,dicite: Quomodo confracta est virga fortis,baculus glorioſus? *Descende de gloria, & sede in siti, habitatio filię Dibon:quoniã vastator Moab ascendit ad te,dissipauit munitiones tuas. *In via sta, & prospice habitatio Aroer : interroga fugientem : & ei qui euasit, dic: Quid accidit? *Confusus est Moab,quoniam victus est : vlulate, & clamate, annunciate in Arnon, quoniam vastata est Moab. *Et iudicium venit ad terrã campestrem ; super Helon, & super Iasa, & super Mephaath,* & super Dibon,& superNabo,& super domum Deblathaim, * & super Cariathaim, & super Bethgamul, & super Bethmaon, * & super Carioth, & super Bosra; & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè, & quæ propè sunt.* Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est, ait Dominus. *Inebriate eum,quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse.*Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eũ : propter verba ergo tua quę aduersum illum locutus es,captiuus ducêris. *Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab:& estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. *Audiuimus superbiã Moab, superbus est valde; sublimitatem eius,& arrogantiam,& superbiam,& altitudinẽ cordis eus. *Ego scio,ait Dominus, iactantiã eius:& quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. *Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo,ad viros muri fictilis lamẽtantes. * De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama:propagines tuæ trãsierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt: super messem tuam, & vindemiã tuam, prędo irruit. *" Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de Terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli : nequaquam calcator vuæ solitũ celeuma can-

Isa.16. a.10

tabit.*De clamore Hesebon vsque Eleale,& Iasa, dederunt vocem suam;à Segor vsque ad Oronaim vitula conternante: aquæ quoq. Nemrim pessimæ erunt.* Et auferam de Moab,ait Dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantem diis eius. * Propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ resonabit:& cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum : quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt. *" Omne enim caput caluitium,& omnis barba rasa erit:in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. *Super omnia tecta Moab, & in plateis eius, omnis planctus: quoniam contriui Moab sicut vas inutile, ait Dominus. * Quomodo victa est, & vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est?Eritq; Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo. * Hæc dicit Dominus : Ecce quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. * Capta est Carioth,& munitiones comprehensæ sunt : & erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. *Et cessabit Moab esse populus : quoniam contra Dominum gloriatus est. * Pauor, & fouea, & laqueus super te ô habitator Moab, dicit Dominus. *" Qui fugerit à facie pauoris,cadet in foueam: & qui conscenderit de fouea, capietur laqueo : adducam enim super Moab annum visitationis eorum, ait Dominus. *In vmbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes : quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Seon,& deuorabit partem Moab,& verticem filiorum tumultus.*Vę tibi Moab, periisti populę Chamos : quia comprehensi sunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatem. * Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus.Hucusque iudicia Moab.

*Isai 24. c.18

CAP. XLIX.

AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Numquid non filij sunt Israel? aut heres non est ei? Cur igitur hereditate possedit Melchom, Gad : & populus eius in vrbibus eius habitauit?*Ideo ecce dies veniunt,dicit Dominus:& auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij, & erit in tumulum dissipata, filiæque eius igni succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus. * Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai. clamate filij

Rabbath,accingite vos ciliciis : plangite & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur,sacerdotes eius & principes eius simul. *Quid gloriaris in vallibus ? defluxit vallis tua, filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis,& dicebas: Quis veniet ad me? *Ecce ego inducam super te terrorẽ,ait Dominus Deus exercituũ, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes. *Et post hęc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon,ait Dominus. *Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum : Numquid non vltrà est sapientia in Theman ? Periit cõsilium à filiis, inutilis facta est sapientia eorum. *Fugite & terga vertite, descẽdite in voraginem habitatores Dedan : quoniam perditionẽ Esau adduxi super eum,tempus visitationis eus. * Si vindemiatores venissent super te, non reliquissent racemum : si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi. *Ego verò discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterit : vastatum est semen eius, & fratres eius,& vicini eius,& nõ erit.*Relinque pupillos tuos : ego faciam eos viuere:& viduæ tuæ in me sperabũt.*Quia hæc dicit Dominus : Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem,bibentes bibent : & tu quasi innocens relinquêris ? non eris innocens,sed bibens bibes.*Quia per memetipsum iuraui,dicit Dominus, quòd in solitudinem, & in opprobrium, & in desertum,& in maledictionem erit Bosra: & omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas.

*Abd. 1. a. 1 *Auditum audiui à Domino,& legatus ad Gentes missus est : Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium: * Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines. *Arrogantia tua decepit te,& superbia cordis tui : qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. "cùm exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *Et erit Idumæa deserta:omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius. *Sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, & vicinæ eius,ait Dominus: non habitabit ibi vir, & nõ incolet eam filius hominis. *Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam : & quis erit electus, quem præponam ei ? quis enim similis mei ? & quis sustinebit me ? " & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?*Propterea audite consilium Domini,quod iniit de Edom; & cogitationes eius,quas cogitauit de habitatoribus Theman : Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum. *A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in mari rubro auditus est vocis eius. *Ecce quasi aquila ascẽdet,& auolabit:& expandet alas suas super Bosran : & erit cor fortium Idumææ in die illa,quasi cor mulieris parturientis. *Ad Damascum:Confusa est Emath, & Arphad: quia auditũ pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ solicitudine quiescere non potuit. *Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam : angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem. * Quomodo dereliquerũt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ ! * Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius:& omnes viri prælij conticescent in die illa, ait Dominus exercituum. * Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadad. * Ad Cedar,& ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Hæc dicit Dominus : Surgite, & ascendite ad Cedar,& vastate filios Orientis. * Tabernacula eorum, & greges eorum capient : pelles eorum, & omnia vasa eorum,& camelos eorum tollent sibi:& vocabunt super eos formidinem in circuitu. *Fugite,abite vehemẽter,in voraginibus sedete, qui habitatis Asor, ait Dominus : iniit enim contra vos Nabuchodonosor. rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersum vos cogitationes. *Consurgite,& ascendite ad gentẽ quietam,& habitantem confidenter, ait Dominus : non ostia, nec vectes eis: soli habitant. * Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam : & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam : & ex omni confinio eorum adducam interitũ super eos,ait Dominus. *Et erit Asor in habitaculũ draconum,deserta vsq; in æternum : non manebit ibi vir,nec incolet eam filius hominis. *Quod factum est verbũ Domini ad Ieremiam prophetã aduersus Ælam,in principio regni Sedeciæ regis Iuda,dicens:*Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego confringam arcum Ælam, & summam fortitudinem

*Gen. 19. c. 20

*Iob 41. 4. 1

A B C D E F G

dinem eorum.*Et inducam super Ælam quattuor ventos à quattuor plagis cæli: & ventilabo eos in omnes ventos istos: & non erit gens, ad quam nõ perueniant profugi Ælam.*Et pauere faciam Ælam coram inimicis suis,& in conspectu quærétium animam eorum : & adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus : & mittam post eos gladium donec consumã eos. * Et ponam solium meum in Ælam, & perdam inde reges & principes, ait Dominus. * In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Ælam, dicit Dominus.

CAP. L.

VErbum, quod locutus est Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum, in manu Ieremiæ prophetæ. *Annunciate in Gentibus,& auditum facite: leuate signum,prędicate,& nolite celare: dicite : Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum. *Quoniã ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem:& non erit qui habitet in ea ab homine vsq; ad pecus:& moti sunt,& abierunt. * In diebus illis,& in tempore illo,ait Dominus: venient filij Israel,ipsi & filij Iuda simul: ambulantes & flentes properabũt, & Dominum Deum suum quærent. *In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. Venient, & apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. * Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus : de monte in collem transierunt,obliti sunt cubilis sui. *Omnes,qui inuenerunt,comederunt eos : & hostes eorum dixerunt : Non peccauimus : pro eo quòd peccauerunt Domino decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum Domino.*Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini : & estote quasi hœdi ante gregem. * Quoniam ecce ego suscito, & adducam in Babylonem congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis : & præparabuntur aduersus eam, & inde capietur : sagitta eius,quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua.*Et erit Chaldæa in prædam:omnes vastantes eam replebuntur, ait Dominus. * Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hereditatem meam : quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri. *Confusa est mater vestra nimis, & adæquata puluери, quæ genuit vos : ecce nouissima erit in Gentibus,deserta,inuia,& arens. *Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem : omnis, qui transibit per Babylonẽ,stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius. * Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum;debellate eam,nõ parcatis iaculis: quia Domino peccauit. *Clamate aduersus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est: vltionem accipite de ea;sicut fecit,facite ei. *Dispergite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis : à facie gladij columbæ vnusquisque ad populũ suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. * Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur : iste nouissimus exossauit eum, Nabuchodonosor rex Babylonis. * Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel:Ecce ego visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui regem Assur : * & reducam Israel ad habitaculum suum:& pascetur Carmelum & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius. * In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit;& peccatum Iuda, & non inuenietur : quoniam propitius ero eis,quos reliquero. *Super terram dominantium ascende, & super habitatores eius visita,dissipa,& interfice quæ post eos sunt,ait Dominus:& fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.*Vox belli in terra,& contritio magna.*Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ?quomodo versa est in desertum Babylon in Gentibus?*Illaqueaui te, & capta es Babylon, & nesciebas: inuenta es & apprehensa: quoniam Dominum prouocasti. *Aperuit Dominus thesaurum suũ, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum. * Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam : nec sit quidquam reliquum. * Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem : væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.

A B C D E F

* Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuncient in Sion vltionem Domini Dei nostri, vltionem templi eius. *Annũciate in Babylonẽ plurimis, omnibus qui tẽdunt arcum: consistite aduersus eã per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundùm opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est, aduersum sanctum Israel. *Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius conticescent in die illa, ait Dominus. *Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ. * Et cadet superbus, & corruet, & nõ erit qui suscitet eum: & succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. * Hæc dicit Dominus exercituum: Calumniam sustinent filij Israel, & filij Iuda simul: omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. * Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. *Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes eius. *Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt. *Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus, quod est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diripientur. * Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia terra sculptiliũ est, & in portentis gloriantur. *Propterea habitabunt dracones cum faunis ficariis: & habitabunt in ea struthiones: & non inhabitabitur vltrà vsque in sempiternum, nec extruetur vsque ad generationem & generationem. *Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. * Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & reges multi consurgent à finibus terræ. * Arcum & scutum apprehendent: crudeles sunt & immisericordes: vox eorum quasi mare sonabit: & super equos ascendent, sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon. *Audiuit rex Babylonis famam eorum, & dissolutę sunt manus eius: angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem. *Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? " & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? * Propterea audite consilium Domini, quod mente concepit aduersum Babylonem; & cogitationes eius, quas cogitauit super terram Chaldæorum: Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. * A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter Gentes auditus est.

*Iob 41. a. 1

CAP. LI.

1 A HÆc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super Babylonẽ & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt
2 F contra me, quasi ventũ pestilentem. *Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam & demolientur terram
3 eius: quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius. *Non tendat
4 qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus, nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius. *Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, &
5 vulnerati in regionibus eius. *Quoniam non fuit viduatus Israel & Iuda à Deo suo Domino exercituum: terra autem
6 eorum repleta est delicto à sancto Israel. * Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam: nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt Gentes, & ideo commotæ sunt. *"Subitò cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem
9 eius, si forte sanetur. *Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniã peruenit vsq; ad cælos iudicium eius, & eleuatum est vsq; ad nubes. *Protulit Dominus iustitias nostras:
B venite, & narremus in Sion opus Domini Dei nostri. *Acuite sagittas, implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens eius est vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui.
12 *Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcumque locutus est contra habitatores Babylonis. *Quę habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.
14 *"Iurauit Dominus exercituum per animam suam: Quoniam replebo te hominibus quasi brucho, & super te celeuma cantabitur. *" Qui fecit terram in fortitudine sua, præparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.
16 * Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & produxit
17 ventum de thesauris suis. *Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis conflator in sculptili. quia mendax est conflatio eorum, nec est spiritus
18 in eis. *Vana sunt opera, & risu digna, in
19 tempore visitationis suæ peribunt. *Non
C sicut hæc, pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrum hereditatis eius: Dominus exercituum nomen
20 eius. * Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gentes, & disperdam in te
21 regna: *& collidam in te equum & equitem eius: & collidam in te currum & ascensorem eius: *& collidam in te virum
22 & mulierem: & collidam in te senem & puerum: & collidam in te iuuenem & virginem: * & collidam in te pastorem
23 & gregem eius: & collidam in te agricolam & iugales eius: & collidam in te duces & magistratus. * Et reddam Babylo-
24 ni, & cunctis habitatoribus Chaldææ, omne malum suum, quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus. *Ec-
25 ce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem
26 combustionis. * Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait
27 Dominus. * Leuate signum in terra: clangite buccina in Gentibus, sanctificate super eam Gentes: annunciate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum. * Sanctificate contra eam Gentes,
28 reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamque terram potestatis eius. *Et commouebitur ter-
29 ra, & conturbabitur: quia euigilabit D contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat Terram Babylonis desertam & inhabitabilem. *Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidiis: deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius.
31 * Currens obuiam currenti veniet: & nuncius obuius nuncianti: vt annunciet regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum: *&
32 vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. * Quia hæc dicit Dominus
33 exercituum, Deus Israel: Filia Babylonis quasi area, tempus triturę eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius. * Comedit me, deuorauit me
34 Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me. *Iniquitas
35 aduersum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit
36 Ierusalem. *Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.
37 * Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor, & sibilus, eò quòd
38 non sit habitator. * Simul vt leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum. * In calore eorum ponam potus
39 eorum, & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, &
40 non consurgant, dicit Dominus. * Deducam eos quasi agnos ad victimam, &
41 quasi arietes cum hœdis. * Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est
42 in stuporem Babylon inter Gentes? *Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est. * Factæ
43 sunt ciuitates eius in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius ho-
44 minis. *Et visitabo super Bel in Babylone, & eiiciam quod absorbuerat de ore eius, & nõ confluent ad eum vltrà Gentes, siquidem & murus Babylonis corruet. * Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisq; animam
46 suam ab ira furoris Domini. *Et ne fortè mollescat cor vestrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio; & iniquitas in terra, & dominator
47 super dominatorem. * Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia

*Gen. 19. c. 24

*Amos 6. a. 7

*Gen. 1. a. 1

*Isa. 21. c. 9 Apoc. 14. b. 8

& fe-

Baby-

Babylonis: & omnis terra eius confundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. *Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia ab Aquilone veniēt ei prædones, ait Dominus. *Et quomodo fecit Babylon vt caderent occisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra. *Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. *Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini. *Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus. *Si ascenderit Babylon in cælum, & firmauerit in excelso robur suum: à me venient vastatores eius, ait Dominus. * Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de Terra Chaldæorum: * quoniam vastauit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ: dedit sonitum vox eorum: * Quia venit super eam, id est super Babylonem, prædo, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Dominus reddens retribuet. * Et inebriabo principes eius, & sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius: & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait rex, Dominus exercituum nomen eius. *Hæc dicit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igni comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentiū in ignem erunt, & disperibunt. *Verbum, quod præcepit Ieremias propheta, Saraię filio Nerię filij Maasię, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius: Saraias autem erat princeps prophetiæ. *Et scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem, in libro vno: omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem. * Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cùm veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc, * dices: Domine tu locutus es contra locum istum vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. *Cumque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proiicies illum in medium Euphraten: * & dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis, quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusque verba Ieremiæ.

48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64

CAP. LII.

1 A FIlius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. * Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim. *Quoniam furor Domini erat in Ierusalem & in Iuda, vsquequo proiiceret eos à facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis. *Factum est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis: Venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius, aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. * Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ. *Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ. *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte, per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum. * Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. *Cumque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum iudicia. *Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. * Et oculos Sedeciæ eruit, & C vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius. * In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem. * Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igni combussit. * Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit, cunctus

4. Reg. 24. d. 18. 2. Par. 36. b. 13

*Sup. 39. a. 1. 4. Reg. 25. a. 1

exerci-

exercitus Chaldæorum, qui erat cum magistro militiæ. * De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanserat in ciuitate, & de perfugis, qui transfugerant ad regem Babylonis, & ceteros de multitudine, transtulit Nabuzardan princeps militiæ. *De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas. *Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare æneum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. *Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea, quæ in ministerio fuerant, tulerunt: & *hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea; & quotquot argētea, argentea, tulit magister militiæ: * & columnas duas, & mare vnum, & vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus, quas fecerat rex Salomon in domo Domini: non erat pondus æris omnium horum vasorum. * De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porrò grossitudo eius quattuor digitorum, & intrinsecus caua erat. *Et capitella super vtramque æreа: altitudo capitelli vnius quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ secundæ, & malogranata. *Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependētia: & omnia malogranata centum, retiaculis circumdabantur. *Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secūdum, & tres custodes vestibuli. *Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præpositus super viros bellatores: & septem viros de his, qui videbant faciem regis, qui inuenti sunt in ciuitate: & scribam principem militum, qui probabat tyrones: & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis. * Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ, & duxit eos, ad regem Babylonis in Reblatha. * Et percussit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & transtatus est Iuda de terra sua. *Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres: *In anno octauodecimo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas octingentas triginta duas: *In anno vigesimotertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta quinque. omnes ergo animæ, quattuor millia sexcentæ. * Et factum est in trigesimoseptimo anno transmigrationis Ioachin regis Iuda, duodecimo mense, vigesimaquinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachin regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris. * Et locutus est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronos regum, qui erant post se in Babylone. *Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cūctis diebus vitæ suæ. *& cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis, statuta per singulos dies, vsq; ad diem mortis suæ, cunctis diebus vitæ eius.

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

D E F G

THRENI,

THRENI,

ID EST

LAMENTATIONES

IEREMIÆ PROPHETÆ.

Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit:

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

QVOMODO sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo. 1 A

BETH.

* Ier. 13. 17. * Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. 2

GHIMEL.

* Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. 3

DALETH.

* Viæ Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad sollemnitatem: omnes portæ eius destructæ: sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. 4 B

HE.

* Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. 5

VAV.

* Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. 6

ZAIN.

* Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. 7 C

HETH.

* Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens conuersa est retrorsum. 8

TETH.

* Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. 9 D

IOD.

* Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. 10

CAPH.

*Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis. 11

LAMED.

* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me 12

vt lo-

vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. 22

MEM.

* De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. 13 E

NVN.

* Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere. 14 1 A

SAMECH.

* Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. 15 2

AIN.

Ibi. 14. 17 * Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus. 16 3 F

PHE.

* Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos. 17 4 B

SADE.

* Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorẽ meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. 18 5

COPH.

* Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi vt refocillarent animam suam. 19 6 G

RES.

*Vide Domine quoniam tribulor, cõturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. foris interficit gladius, & domi mors similis est. 20

SIN.

* Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. 21 8

THAV.

* Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos, sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

CAP. II.

ALEPH.

QVOMODO obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. 1 A

BETH.

*Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius. 2

GHIMEL.

* Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. 3

DALETH.

* Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. 4 B

HE.

* Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius: dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. 5

VAV.

* Et dissipauit quasi hortũ tentorium suum, demolitus est tabernaculũ suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem, & sabbatum; & in opprobrium, & in indignationem furoris sui, regem, & sacerdotem. 6

ZAIN.

* Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die sollemni. 7 C

HETH.

* Cogitauit Dominus dissipare murum filię Siõ: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. 8

ſ TETH.

TETH.

* Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius; regem eius & principes eius in Gentibus: non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. 9

IOD.

*Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: conspersérunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. 10

CAPH.

* Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. 11 D

LAMED.

* Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum? cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. 12

MEM.

* Cui comparabo te? vel cui assimilabo te, filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te, virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui? 13

NVN.

* Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones. 14 E

SAMECH.

* Plausérunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem: Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? 15

PHE.

*Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus. 16 F

AIN.

*Lam. 2. b. 16 *Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. 17

SADE.

*Sup. 1. f. 16 * Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filię Sion: Deduc quasi torrentem lacrymas, per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. 18

COPH.

* Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. 19

RES.

* Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita: ergóne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta? 20 G

SIN.

* Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. 21

THAV.

* Vocasti quasi ad diem sollemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus consumpsit eos. 22

CAP. III.

ALEPH.

1 EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. A

ALEPH.

2 * Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

3 * Tantùm in me vertit, & conuertit manum suam tota die.

BETH.

4 * Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea.

BETH.

5 * Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.

BETH.

6 * In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.

GHIMEL.

7 * Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.

GHIMEL.

8 * Sed & cùm clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam.

GHIMEL.

9 * Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. B

DALETH.

10 * Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis.

DALETH.

11 * Semitas meas subuertit, & confregit me: posuit me desolatam.

DALETH.

12 * Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.

HE.

13 * Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.

HE.

14 * Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.

HE

15 * Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.

VAV.

16 * Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

VAV.

17 * Et repulsa est à pace anima mea, oblitus sum bonorum.

VAV.

18 *Et dixi: Perijt finis meus, & spes mea à Domino. C

ZAIN.

19 * Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis.

ZAIN.

20 * Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.

ZAIN.

21 *Hęc recolens in corde meo, ideo sperabo.

HETH.

22 * Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.

HETH.

23 *Noui diluculo, multa est fides tua.

HETH.

24 *Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

TETH.

25 * Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.

TETH.

26 * Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

TETH.

27 * Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. D

IOD.

28 *Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit super se.

IOD.

29 * Ponet in puluere os suum, si forte sit spes.

IOD.

30 * Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.

CAPH.

31 * Quia non repellet in sempiternum Dominus.

CAPH.

32 * Quia si abiecit, & miserebitur secundùm multitudinem miserationum suarum.

CAPH.

33 * Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum,

LAMED.

34 * Vt contererent sub pedibus suis omnes vinctos terræ,

LAMED.

35 * Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi.

LAMED.

36 * Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit. E

MEM.

37 **Quis est iste, qui dixit vt fieret, Domino non iubente? *Amos 3. b. 6

MEM.

38 *Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona?

MEM.

39 * Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?

NVN.

40 *Scrutemur vias nostras, & quęramus, & reuertamur ad Dominum.

NVN.

41 * Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos.

NVN.

42 *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.

SAMECH.

43 *Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.

SAMECH.

44 * Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.

SAMECH.

45 * Eradicationem, & abiectionem posuisti me in medio populorum. F

PHE.

46 * Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.

PHE.
* Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio, & contritio. 47 65
PHE.
* Diuisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei. 48 66
AIN.
* Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies, 49
AIN.
* Donec respiceret & videret Dominus de cælis. 50 1 A
AIN.
*Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. 51
SADE.
* Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. 52 2
SADE.
* Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. 53
SADE.
* Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi: Perij. 54 3
COPH.
* Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo. 55
COPH.
* Vocem meam audisti: ne auertas aurem tuam à singultu meo, & clamoribus. 56 G 5
COPH.
* Appropinquasti in die, quando inuocaui te: dixisti: Ne timeas. 57 6
RES.
* Iudicasti Domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. 58
RES.
*Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum. 59 7 B
RES.
* Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. 60 8
SIN.
* Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me; 61 9
SIN.
*Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die. 62 10
SIN.
* Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide; ego sum psalmus eorum. 63 11
THAV.
*Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum suarum. 64

THAV.
* Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
THAV.
*Persequêris in furore, & conteres eos sub cælis Domine.

CAP. IIII.

ALEPH.
QVomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?
BETH.
* Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?
GHIMEL.
* Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.
DALETH.
*Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.
HE.
*Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.
VAV.
* Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, "quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. *Genes. 19. c. 24
ZAIN.
* Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.
HETH.
* Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum.
TETH.
* Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.
IOD.
*Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum, in contritione filiæ populi mei.
CAPH.
* Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

LAMED.
* Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem: 11
MEM.
*Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. 13 C
NVN.
* Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas. 14
SAMECH.
* Recedite polluti, clamauerunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt, & commoti dixerunt inter Gentes: Non addet vltrà vt habitet in eis. 15
PHE.
* Facies Domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. 16
AIN.
* Cùm adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem, quæ saluare non poterat. 17
SADE.
* Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. 18 D
COPH.
* Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. 19
RES.
* Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in Gentibus. 20
SIN.
* Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in Terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. 21
THAV.
* Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua. 22

ORATIO IEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPVT QVINTVM.

RECORDARE Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobriũ nostrum. 1 A
* Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostrę ad extraneos. 2
* Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. 3
* Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus. 4
* Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. 5 B
*Ægypto dedimus manum, & Assyrijs vt saturaremur pane. 6
* Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. 7
* Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. 8
* In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deserto. 9
*Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis. 10
* Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. 11
* Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. 12 C
*Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. 13
*Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentium. 14
*Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. 15
* Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. 16
*Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri. 17
*Propter montem Sion quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo. 18
* Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generationem & generationem. 19 D
* Quare in perpetuum obliuiscêris nostri? derelinques nos in longitudine dierum? 20
* Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio. 21
*Sed proijciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. 22

PROPHETIA BARVCH.

CAPVT PRIMVM.

ET hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ, in Babylonia, * in anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni. * Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioakim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum, * & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi. * Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini. * Et collegerunt pecuniam secundùm quod potuit vniuscuiusque manus, * & miserunt in Ierusalem ad Ioakim filium Helciæ filij Salom Sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem: * cùm acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in Terram Iuda decima die mensis Siuan, vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda, * postea- quàm cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ, ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem. * Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri: * & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram: * & vt det Dominus virtutē nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. * Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsq; in hunc diem. * Et legite librum istū, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die sollemni, & in die opportuno: * " & dicetis: Domino Deo nostro iustitia, nobis autē cōfusio faciei nostræ: sicut est dies hæc omni Iuda, & habitantibus in Ieruſalē, * Regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris. * " Peccauimus ante Dominū Deum nostrū, & non credidimus, diffidentes in eum: * & non fuimus subiectibiles illi, & nō audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis. * A die, qua eduxit patres nostros de Terra Ægypti, vsque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominū Deum nostrū: & dissipati recessimus, ne audiremus vocē ipsius. * " Et adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ constituit Dominus Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de Terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. * Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundùm omnia verba prophetarum, quos misit ad nos: * & abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari dijs alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

PROpter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt Israel, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel, & Iuda: * vt adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta sunt in Ieruſalem, * secundùm quę scripta sunt

in lege Moysi, * vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ. * Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt in circuitu nostro, in improperium, & in desolationem in omnibus populis, in quibus nos dispersit Dominus. * Et facti sumus subtus, & non supra: quia peccauimus Domino Deo nostro, non obaudiendo voci ipsius. * " Domino Deo nostro iustitia: nobis autem, & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hęc. * Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc, quæ venerunt super nos: * & nō fumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrûm à vijs nostris pessimis. * Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandauit nobis: * & non audiuimus vocem ipsius vt iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram. * " Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populū tuum de Terra Ægpti in manu valida, & in signis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste: * peccauimus, impiè egimus, iniquè gessimus, Domine Deus noster, in omnibus iustitijs tuis. * Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, vbi dispersisti nos. * Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorū, qui nos abduxerunt: * vt sciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius. * " Respice Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurē tuam, & exaudi nos. * " Aperi oculos tuos, & vide: " quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem & iustificationem Domino: * sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Domino. * Quia nō secundùm iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum, Domine Deus noster: * sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorū prophetarum, dicens: * Sic dicit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris. * Quòd si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ierusalem, * & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. * Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua, quæ locutus es in manibus puerorū tuorum prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo: * & ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio, & in emissione. * Et posuisti templum, in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies, propter iniquitatem domus Israel, & domus Iuda. * Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundùm omnem bonitatem tuam, & secundùm omnem miserationem tuam illam magnam: * Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filijs Israel, * dicens: " Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimam inter Gentes, quò ego eos dispergam: * quia scio quòd me non audiet populus. populus est enim dura ceruice: & conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ: * & scient quia ego sum Dominus Deus eorum, & dabo eis cor, & intelligent; aures, & audient. * Et laudabūt me in terra captiuitatis suę, & memores erūt nominis mei. * Et auertēt se à dorso suo duro, & à malignitatibus suis: quia reminiscētur viam patrum suorum qui peccauerunt in me. * Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eorum, Abraham, Isaac, & Iacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, & non minorabuntur. * Et statuam illis testamentum alterum sempiternū, vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo ampliùs populū meum, filios Israel, à terra quam dedi illis.

CAP. III.

ET nunc Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te: * audi Domine, & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri: quia peccauimus ante te.

* Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum? * Domine omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. * Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto: *quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine: *quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia conuertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccauerũt ante te. * Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, qua nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secundùm omnes iniquitates patrum nostrorum, qui recesserunt à te Domine Deus noster. * Audi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiam. * Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? * inuerterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. * Dereliquisti fontem sapientiæ. * nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna. * Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. * Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? * Vbi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? * qui in auibus cæli ludunt, * qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? * exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & ãlij loco eorum surrexerunt. *Iuuenes viderũt lumẽ, & habitauerunt super terram: viam autem disciplinæ ignorauerunt, * neque intellexerunt semitas eus, neque filij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longè facta est: * non est audita in Terra Chanaan, neque visa est in Theman. * Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorari sunt semitas eius. *O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! *Magnus est, & non habet finem; excelsus & immensus. * Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. * Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt: propterea perierunt. * Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. * Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? * Quis transfretauit mare, & inuenit illam? & attulit illã super aurum electum? * Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius: * sed qui scit vniuersa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia sua: qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus: * qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. * Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: * vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. * Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. * Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. * Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

CAP. IIII.

HIc liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, perueniẽt ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem. * Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius cõtra lumen eius. *Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. * Beati sumus Israel: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. * Animæquior esto populus Dei, memorabilis Israel: * venundati estis Gentibus non in perditionem: sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis Deum, traditi estis aduersarijs. *Exacerbastis enim eum qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmonijs, & non Deo. * Obliti enim estis Deum, qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestrã Ierusalem. * Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit: Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum: * Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum, quam superduxit illis æternus. *Nutriui

enim

enim illos cum iucunditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu. *Nemo gaudeat super me viduam, & desolatam: à multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei. * Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt. * Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum, & filiarũ mearum, quam superduxit illis æternus. *Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ: *qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miserti sunt, & abduxerunt dilectos viduæ, & à filijs vnicam desolauerunt. *Ego autem quid possum adiuuare vos? * Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. * Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta sum sola. * Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimum in diebus meis. * Animæquiores estote filij, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. * Ego enim speraui in æternũ salutem vestram: & venit mihi gaudium à sancto super misericordia, quę veniet vobis ab æterno salutari nostro. *Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio & iucunditate in sempiternum. * Sicut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem vestram à Deo, sic videbunt & in celeritate salutem vestram à Deo, quæ superueniet vobis cum honore magno, & splendore æterno. *Filij patienter sustinete iram, quæ superuenit vobis: persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò videbis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascendes. * Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis. * Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. * Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo: decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. * Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. * Animæquior esto Ierusalem, exhortatur enim te, qui te nominauit. * Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. * ciuitates, quibus seruierunt filij tui, punientur; & quæ accepit filios tuos. *Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione. *Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum. *Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dęmonijs in multitudine temporis. * Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. * Ecce enim veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem Dei.

CAP. V.

EXue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore, & honore eius, quæ à Deo tibi est, sempiternæ gloriæ. * Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni. * Deus enim ostendet splendorem suum in te, omni qui sub cælo est. * Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum: Pax iustitiæ, & honor pietatis. * Exurge Ierusalem, & sta in excelso: " & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. * Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni. * Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ: vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei. *Obumbrauerunt autem & siluę, & omne lignum suauitatis, Israel ex mandato Dei. * Adducet enim Deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ, cum misericordia, & iustitia, quæ est ex ipso.

*Sup. 4. 5. 36

CAP. VI.

EXemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis secũdùm quod præcepum est illi à Deo. * "PROPTER peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosore rege Babyloniorum. * Ingressi itaque in Babyloniem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vsque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace. * "Nunc autem videbi-

*Ier. 25. 9

*Isa. 44. 10

tis in Babylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum Gentibus.
*Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis,& metuatis,& metus vos capiat in ipsis. * Visa itaque turba de retro,& ab antè, adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.
*Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas vestras. * Nam lingua ipsorum polita à fabro,ipsa etiam inaurata & inargentata, falsa sunt, & non possunt loqui. * Et sicut virgini amanti ornamenta; ita accepto auro fabricati sunt. * Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogãt illud in semetipsos.
* Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. * Hi autem non liberantur ab æruginе & tinea. * Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos. * Sceptrum autem habet vt homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. * Habet etiam in manu gladium, & securim; se autem de bello, & à latronibus non liberat. Vnde vobis notũ sit quia non sunt dij. *Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & dij illorum. * Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. * Et sicut alicui qui regem offendit, circumseptæ sunt ianuæ; aut sicut ad sepulchrũ adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. *Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo. * Corda verò eorum dicunt elingere serpentes, qui de terra sunt, dum comedunt eos,& vestimentum ipsorum, & non sentiunt. * Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. * Supra corpus eorum,& supra caput eorum volant noctuæ,& hirundines,& aues etiam similiter & cattæ. *Vnde sciatis quia non sunt dij. Ne ergo timueritis eos. * Aurum etiam quod habent, ad speciem est. Nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiebant.* Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis.

a Isa. 46. b. 6

*Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea.
*Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neque siquis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur. * Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt; * de sacrificijs eorum fœtæ & menstruatæ contingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dij, ne timeatis eos. * Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt dijs argenteis, & aureis, & ligneis: *& in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. * Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui. *Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas, & filios suos. * Neque siquid mali patiuntur ab aliquo, neque siquid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre. * Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Siquis illis votum vouerit, & non reddiderit; neq; hoc requirunt. *Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt. * Hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt.
* Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient. *Lapidibus de monte similes sunt dij illorum, lignei,& lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur. * Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum, illos esse deos? * Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea: qui cùm audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui: *quasi possint sentire qui non habent motum, & ipsi cùm intellexerint, relinquent ea: sensum enim non habent ipsi dij illorum.
*Mulieres autem circumdatæ funibus in vijs sedent, succendentes ossa oliuarum.
* Cùm autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quòd ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. * Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est, illos esse deos?
* A fabris autem, & ab aurificibus facta

sunt.

sunt. Nihil aliud erunt, & nisi id quod volunt esse sacerdotes. * Artifices etiã ipsi,qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis esse dij? * Reliquerunt autem falsa, & opprobrium posteà futuris. * Nam cùm superuenerit illis prælium, & mala; cogitant sacerdotes apud se,vbi se abscondant cum illis. *Quomodo ergo sentiri debeãt quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neq; de malis se eripiunt? *Nam cùm sint lignea, inaurata,& inargentata,scietur posteà quia falsa sunt,ab vniuersis Gentibus, & regibus: quæ manifesta sunt quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis. * Vnde ergo notum est, quia non sunt dij, sed opera manuum hominum,& nullum Dei opus in ipsis est? * Regem regioni non suscitant, neque pluuiam hominibus dabunt.
* Iudicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cæli & terræ. *Etenim cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi verò sicut trabes in medio comburentur. *Regi autem, & bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendum quia dij sunt? * Non à furibus, neque à latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati: quibus hi qui fortiores sunt,*aurum, & argentum, & vestimentum, quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. * Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam; aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud; vel ostium in domo, quod custodit quæ in ipsa sunt; quàm falsi dij. * Sol quidem, & luna, ac sidera cùm sint splendida, & emissa ad vtilitates, obaudiunt. *Similiter & fulgur cùm apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni regione spirat.
*Et nubes, quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis.
*Ignis etiam missus desuper vt consumat montes, & siluas, facit quod præceptum est ei. Hęc autem neque speciebus,neque virtutibus vni eorum similia sunt. *Vnde neque existimandum est, neque dicendum, illos esse deos,quando non possunt neque iudicium iudicare, neque quidquam facere hominibus. * Scientes itaque quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. * Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. * Signa etiam in cælo Gentibus non ostendunt, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna.
* Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum,ac prodesse sibi. *Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter quod ne timeatis eos. *Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. * Eodem modo & in horto spina alba,supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris, similes sunt dij illorum lignei, & inaurati,& inargentati. *A purpura quoque & murice, quæ supra illos tineant, scietis itaque quia non sunt dij. Ipsi etiam postremò comeduntur, & erunt opprobrium in regione. *Melior est homo iustus, qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobrijs.

PRO-

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est in trigesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cùm essem in medio captiuorum " iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cęli, & vidi visiones Dei. 1 A
*In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin, *factum est verbum Domini ad Ezechielē filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini. 2 3
* Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone; & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis: 4 B
*& in medio eius similitudo quattuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. * Quattuor facies vni, & quattuor pennæ vni. 5 6
* Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. 7
* Et manus hominis sub pennis eorū in quattuor partibus: & facies & pennas per quattuor partes habebant. * Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. 8 9 C
non reuertebantur cùm incederent: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. *Similitudo autem vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quattuor; facies autem bouis, à sinistris ipsorum quattuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quattuor. *Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum: *& vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularent. * Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. * Et animalia ibant & reuertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis. * Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quattuor facies. * & aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quattuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ. * Per quattuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur cùm ambularent. * Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & " totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quattuor. * Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. * Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. *Cum euntibus ibant, & cū stantibus stabant: & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotę, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis. *Et similitudo super capita animaliū firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper. *Sub firmaméto autem pennæ eorum rectę alterius ad alterum: vnumquodq; duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cùm ambularent quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. cumq; starent, demittebantur pennæ eorum. * Nam cùm fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. * Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinē throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. * Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum: à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. *Velut aspectum arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ. hic erat aspectus splendoris per gyrum. 14 15 16 17 18 E 19 20 21 22 F 23 24 25 G 26 27 28

*Inf. 3. f. 25. 12. d. 20

*Inf. 10. f. 12

CAP. II.

HÆc visio similitudinis gloriæ Domini. & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. * Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me, * & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad Gentes Apostatrices, quæ recesserunt à me: ipsi & patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc. * Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: *Si fortè vel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum. *Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. * Loquêris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt. *Tu autem fili hominis audi quæcumque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum & comede quæcumque ego do tibi. * Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, "qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. 1 A 2 3 4 5 6 C 7 8 D 9

*Apoc. 5. n. 1

CAP. III.

ET dixit ad me: Fili hominis quodcumque inueneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel. * Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo: * & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. "Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. *Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loquêris verba mea ad eos. * Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israel: * neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te. *Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. * Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. * Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorū: quia domus exasperans est. *Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: *Et vade ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: si fortè audiant, & quiescant. *Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo; *& vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. *Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortās me. *Et veni ad transmigrationē, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. * Cùm autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens: * " Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. *Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. * Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. * Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non annunciasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit: sanguinem verò eius de 5 6 B 7 8 9 10 11 C 12 13 14 D 15 16 17 *Inf. 33. b. 7 18 E 19 20

*Apoc. 10. f. 10

manu tua requiram. * Si autem tu annunciaueris iusto vt non peccet iustus,& ille non peccauerit : viuens viuet, quia annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti. * Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. * Et surgens egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat quasi gloria, quam vidi " iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam. * Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi,& dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. * Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio eorum. * Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. *Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

*Sup. 1. a. 3

21 F
22
23
24
25
26
27

CAP. IIII.

ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem. * Et ordinabis aduersus eam obsidionem,& ædificabis munitiones, & comportabis aggerem,& dabis contra eam castra,& pones arietes in gyro. * Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te,& inter ciuitatẽ: & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem,& circumdabis eam: signum est domui Israel. * Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo, numero dierũ quibus dormies super illud, & assumes iniquitatem eorum. *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel. *Et cùm compleueris hæc, dormies super latus tuum dexterum secũdò: & *assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. * Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciẽ tuam,& brachium tuum erit extentum: & prophetabis aduersus eam. * Ecce circumdedi te vinculis: & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ. * Et tu sume tibi frumentum, &

1 A
2
4
5 B
6
7
8 B
9

*Num. 14. f. 34

hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & vicia: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud. *Cibus autem tuus quo vescêris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus comedes illud. * Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsque ad tempus bibes illud. * Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. * Et dixit Dominus: Sic comedent filij Israel " panem suum pollutum inter Gentes, ad quas eijciam eos. *Et dixi: A a a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta; & morticinum, & laceratum à bestijs non comedi ab infantia mea vsque nunc,& non est ingressa in os meum omnis caro immunda. * Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo. * Et dixit ad me: Fili hominis: ' Ecce ego conteram baculum panis in Ieruſalem: & comedent panem in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent: * Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum: & contabescant in iniquitatibus suis.

10 C
11
12
13
14
15 D
16
17

*Ose. 9. a. 3

*Inf. 4. 8. 16. & 14. 8. 13

CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eũ, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. * Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concîdes gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos. *Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos in summitate pallij tui. * Et ex eis rursum tolles,& proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel. *Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Ieruſalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras. * Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm Gentes; & præcepta mea, vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. *Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Quia

1 A
2
3
4
5
6
7

superastis

superastis Gentes, quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt, non estis operati; * Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium. * & faciam in te quod non feci, & quibus similia vltrà non faciam, propter omnes abominationes tuas. * Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos, & faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. * Idcirco viuo ego, dicit Dominus Deus: Nisi pro eo quòd sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor. * Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos. * Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cùm impleuero indignationem meam in eis. * Et dabo te in desertum & in opprobrium Gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis. * Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & stupor in Gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cùm fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ. * Ego Dominus locutus sum: Quando misero sagittas famis pessimas in eos; quæ erunt mortiferæ, & quas mittam vt disperdam vos: & famem congregabo super vos,& conteram in vobis baculum panis. * Et immittam in vos famem, & bestias pessimas vsque ad internecionem: & pestilentia, & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. ego Dominus locutus sum.

4
5
6
7
8
9
10
11 C
12
13
14
15 D
16
17

CAP. VI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis pone faciem tuam ad montes Israel, & prophetabis ad eos, * & dices: " Montes Israel audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, * & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola vestra. * Et dabo cadauera filiorũ Israel ante faciem simulachrorum vestrorum: & dispergam ossa vestra circum aras vestras, *in omnibus habitationibus vestris. Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur: & interibunt aræ vestræ, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra. * Et cadet interfectus in medio vestri: & scietis quia ego sum Dominus. * Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in Gentibus, cùm dispersero vos in terris. * Et recordabuntur mei liberati vestri in Gentibus, ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans, & recedens à me; & oculos eorum fornicantes post idola sua: & displicebunt sibimet super malis quę fecerunt in vniuersis abominationibus suis. * Et scient, quia ego Dominus non frustra locutus sum, vt facerem eis malum hoc. *Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes malorũ domus Israel: quia gladio, fame, & peste ruituri sunt. * Qui longè est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. * Et scietis quia ego Dominus, cùm fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cũctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuersis idolis suis. * Et extendam manum meam super eos: & faciam terram desolatam & destitutam, à deserto Deblatha, in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego Dominus.

4
5
6
7
8
9
10
11
12
13 D
14
15
16
17

CAP. VII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quattuor plagas terræ. *Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam cõtra te omnes abominationes tuas. * Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias

1
2 A
3
4

tuas

tuas ponam super te, & abominationes tuę in medio tui erunt: & scietis quia ego Dominus. * Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit. * finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit. * Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, propè est dies occisionis, & non glorię montium. * Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua. * Et non parcet oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erũt: & scietis quia ego sum Dominus percutiens. * Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia: * iniquitas surrexit in virga impietatis; non ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis. * Venit tẽpus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius. * Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur: & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur. * Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium: ira enim mea super vniuersum populum eius. * Gladius foris; & pestis & fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia, & fame deuorabuntur. * Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quasi columbæ conuallium omnes trepidi, vnusquisque in iniquitate sua. * Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. * ' Et accingent se cilicijs, & operiet eos formido, & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium. * Argentum eorum foras proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum nõ valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est. * Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simulachrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam: * & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam, & contaminabunt illud. * Et auertam faciem meam ab eis, & violabũt arcanum meum: & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud. * Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. * Et adducam pessimos de Gentibus, & possidebunt domos eorum: & quiescere faciam superbiam potentiũ, & possidebũt sanctuaria eorum. * Angustia superueniente, requirent pacem, & non erit. * Conturbatio super cõturbationem veniet, & auditus super auditum: & quęrent visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. * Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundùm viam eorum faciam eis, & secundùm iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia ego Dominus.

* Isa. 15. a. 2 Ier. 48. f. 37 Prou. 11. a. 4 Sophon. 1. d. 18 Eccl. 5. c. 10. 13

CAP. VIII.

ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebãt coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei. * Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius, & deorsum, ignis: & à lumbis eius, & sursum, quasi aspectus splendoris, vt visio electri. * ' Et emissa similitudo manus apprehẽdit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me spiritus inter terram & cælum: & adduxit me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli ad prouocandam æmulationem. * Et ecce ibi gloria Dei Israel, secundùm visionem quam videram in campo. * Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris, idolũ zeli in ipso introitu. * Et dixit ad me: Fili hominis, putásne, vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hîc, vt procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores. * Et introduxit me ad ostium atrij: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete. * Et dixit ad me: Fili hominis fode parietem. Et cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnum. * Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hîc. * Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium

* Dan. 10. f. 15

ptilium & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erãt in pariete in circuitu per totum. * Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat. * Et dixit ad me: Certè vides fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubiculi sui: dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. * Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. * Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. * Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. * Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum Solis. * Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis: numquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas, quas fecerunt hîc: quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas. * Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. * Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum: * Et gloria Domini Israel assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus: & vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramenta rium scriptoris habebat in lumbis suis. * Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem: ' & signa thau super frontes virorum gemẽtium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. * Et illis dixit, audiente me: Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. * Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres, interficite vsque ad internecionem: omnem autem, super quem videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. * Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. * Et cæde cõpleta, remansi ego: ruique super faciem meam, & clamans aio: Heu, heu, heu Domine Deus: ergóne dispersis omnes reliquias Israel, effundens furorẽ tuum super Ierusalem? * Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda, magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. * Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor: viam eorum super caput eorum reddam. * Et ecce vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

* Exod. 12. c. 7 Apoc. 7. a. 3

CAP. X.

ET vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij, apparuit super ea. * Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quę sunt subtus cherubim, & imple manũ tuam prunis ignis, quę sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusq; est in conspectu meo: * cherubim autem stabant à dextris domus cùm ingrederetur vir, & nubes impleuit atriũ interius. * Et eleuata est gloria Domini desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atriu m repletumest splendore gloriæ Domini. * Et sonitus alarũ cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis. * Cumque præcepisset viro, qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, quæ sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam.

* Et extendit cherub manum de medio cherubim, ad ignem, qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiés egressus est. * Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum. * & vidi, & ecce quattuor rotæ iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnum, & rota alia iuxta cherub vnum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi. * & aspectus earum similitudo vna quattuor: quasi sit rota in medio rotæ. * Cumque ambularent, in quattuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes, sed ad locum, ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & ceteræ, nec conuertebantur. * Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli, plena erant oculis, in circuitu quattuor rotarum. * Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me. * Quattuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. * Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar. * Cumque ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cùm eleuarent cherubim alas suas vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant. * Stantibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur. spiritus enim vitæ erat in eis. * Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super cherubim. * Et eleuantia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt: & stetit in introitu portę domus Domini orientalis: & gloria Dei Israel erat super ea. * Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel [a] iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim essent. * Quattuor vultus vni, & quattuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum. * Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

[a] *Supr. 1. a. 1. 3*

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum: & ecce in introitu portę vigintiquinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi. * Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, * dicentes: Nónne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes. * Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. * Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me: Loquere: Hæc dicit Dominus: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. * Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. * Propterea hęc dicit Dominus Deus: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educã vos de medio eius. * Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, ait Dominus Deus. * Et eiiciam vos de medio eius, daboque vos in manu hostium, & faciã in vobis iudicia. * Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego Dominus. * Hęc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos. * Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. * Et factum est, cùm prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu Domine Deus: consummationẽ tu facis reliquiarum Israel? * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: * Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalem: Longè recedite à Domino, nobis data est terra in possessionẽ. * Propterea hæc dicit Dominus Deus, quia longè feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt. * Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel. * Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa. * " Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: * Vt in præceptis meis ambulent,

* *Ier. 32. f. 39. Infr. 36. f. 26*

bulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. * Quorum cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus. * Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Israel erat super ea. * Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem vrbis. * Et spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem, in visione, in spiritu Dei: & sublata est à me visio, quam videram. * Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. * Tu ergo fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum, in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperans est. * Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vesperè coram eis, sicut egreditur migrans. * Ante oculos eorum perfode tibi parietem: & egredieris per eum. * In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris: faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel. * Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus: vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum, in humeris portatus in conspectu eorum. * Et factus est sermo Domini manè ad me, dicens: * Fili hominis, numquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans: Quid tu facis? * Dic ad eos: Hęc dicit Dominus Deus: Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem, & super omnem domum Israel, quæ est in medio eorum. * Dic: Ego portentum vestrum: quomodo feci, sic fiet illis. in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt. * Et dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient vt educant eum: facies eius operietur vt non videat oculo terram. * " Et extendã rete meum super eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibique morietur. * Et omnes qui circa eum sunt, præsidium eius, & agmina eius, dispergam in omnem ventum: & gladium euaginabo post eos. * Et scient quia ego Dominus, quando dispersero illos in Gentibus, & disseminauero eos in terris. * Et relinquam ex eis viros paucos, à gladio, & fame, & pestilentia: vt enarrent omnia scelera eorum in Gentibus, ad quas ingredientur: & scient quia ego Dominus. * Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. * Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Ierusalem in terra Israel: Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea. * Et ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta: & scietis quia ego Dominus. * Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, quod est prouerbium istud vobis in terra Israel, dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis visio? * Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quiescere faciam prouerbium istud, neque vulgò dicetur vltrà in Israel: & loquere ad eos quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. * Non enim erit vltrà omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel. * Quia ego Dominus loquar: & quodcumque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur ampliùs: sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus. * Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: Visio, quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iste prophetat. * Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus: verbum, quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

* *Infr. 17. f. 20*

CAP. XIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini: * Hæc dicit Dominus Deus: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. * Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant. * Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. * Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Dominus: cùm Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem. * Numquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? & dicitis, Ait Dominus; cùm ego non sim locutus. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: * Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium: in consilio populi mei nō erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus. * Eò quòd deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse ædificabat parietem, illi autem liniebāt eum luto absque paleis. * Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quòd casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. * Siquidem ecce cecidit paries: numquid non dicetur vobis: Vbi est litura, quam linistis? * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem. * Et destruam parietem, quem linistis absque temperamento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus. * Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eū absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, & non sunt qui liniunt eum. * Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait Dominus Deus. * Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, * & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ consuūt pulvillos sub omni cubito manus: & faciūt cervicalia sub capite vniuersę ætatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. * Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerēt animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credēti mendaciis. * Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad pulvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes: & dirumpam eos de brachiis vestris: & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum. * Et dirumpam cervicalia vestra, & liberabo populum meū de manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus. * Pro eo quòd mœrere feci-stis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret: * propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. * Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, viri isti posuerūt immunditias suas in cordibus suis, & scādalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam: numquid interrogatus respondebo eis? * Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suę statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum: * vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. * Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Conuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. * Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicumque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit

suerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me. * Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus. * Et propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel. * Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit: * vt non erret vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis prævaricationibus suis: sed sint mihi in populū, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum. * Et factus est sermo Domini ad me, dicēs: * Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt prævaricetur prævaricans, extendam manum meam super eam, & conteram vi rgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & iumentum. * Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. * Quòd si & bestias pessimas induxero super terrā vt vastem eam; & fuerit inuia, eò quòd non sit pertransiens propter bestias: * Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. * Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio: Transi per terram: & interfecero de ea hominem, & iumentum: * & tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli liberabuntur. * Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem, & iumentum: * Et Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. * Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quòd & si quattuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam, immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea homi-nem, & pecus: * tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios, & filias: ecce ipsi ingredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinuētiones eorum, & consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem, in omnibus quæ importaui super eam. * Et consolabuntur vos, cùm videritis viam eorum, & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quę sunt inter ligna siluarū? * Numquid tolletur de ea lignū, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt depēdeat in eo quodcumque vas? * Ecce igni datum est in escam: vtramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: numquid vtile erit ad opus? * Etiam cùm esset integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis cùm illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis? * Propterea hęc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem. * Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis cōsumet eos: & scietis quia ego Dominus, cùm posuero faciem meam in eos, * & dedero terram inuiam, & desolatam: eò quòd prævaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

CAP. XVI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas: * & dices: Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de Terra Chanaan: pater tuus Amorrhęus, & mater tua Cethæa. * Et quando nata es, in die ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. * Non pepercit super te oculus vt faceret tibi vnū de his, nisertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es. * Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo. & dixi tibi cùm esses in sanguine tuo: Viue. dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo viue. * Multiplicatam quasi ger-

men agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena. * Et 8
transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum (ait Dominus Deus) & facta es mihi. * Et laui te aqua, 9
& emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo. * Et vestiui te discoloribus, 10
& calceaui te ianthino: & cinxi te byssо, & indui te subtilibus. * Et ornaui te or- 11
namento, & dedi armillas in manibus B
tuis, & torquem circa collum tuum. * Et 12
dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. * Et ornata es auro, & ar- 13
gento, & vestita es byssо, & polymito, & multicoloribus: similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehemẽter nimis: & profecisti in regnum. 31
D
* Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus. * Et 15
habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. * Et sumens de vesti- 16
mentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est. * Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, 17
atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. * Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: 18
& oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis. * Et panem meum, 19
quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus. * Et tu- 20
listi filios tuos, & filias tuas, quas genera- C
sti mihi: & immolasti eis ad deuorandum. Numquid parua est fornicatio tua? 21
* Immolasti filios meos, & dedisti, illos consecrans, eis. * Et post omnes abo- 22
minationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo. * Et acci- 23
dit post omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus) * & ædi- 24

ficasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. * Ad omne 25
caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornica- 26
tiones tuas. * Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicasti fornicationem 27
tuam ad irritandum me. * Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam iustificationem tuam: & dabo te in animas odientium te filiarum Palęstinarum, quæ erubescunt in via tua sce- 28
lerata. * Et fornicata es in filiis Assyriorum, eò quòd necdum fueris expleta: & postquam fornicata es, nec sic es satiata. 29
* Et multiplicasti fornicationem tuam in Terra Chanaan cum Chaldęis: & nec 30
sic satiata es. * In quo mundabo cor tuũ, ait Dominus Deus; cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis? * Quia fabricasti lupanar tuum in 31
D
capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea: nec facta es quasi 32
meretrix fastidio augens pretium, * sed quasi mulier adultera, quæ super virum 33
suum inducit alienos. * Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad 34
te vndique ad fornicandum tecum. * Factumque est in te cõtra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: in eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. 35
* Propterea meretrix audi verbum Domini. * Hæc dicit Dominus Deus: Quia 36
effusum est æs tuũ, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abomina- 37
tionum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis: * Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es; & omnes quos dilexisti, cum vniuersis quos oderas: & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbũt 38
omnem turpitudinem tuam. * Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effun- * Infr. 23. 6. 10
E
dentium sanguinem: & dabo te in sanguinẽ furoris & zeli. * Et dabo te in ma- 39
nus eorũ, & destruent lupanar tuum: & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui: & derelinquent te nudã,

plenamque ignominia: * & adducent su- 40
per te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis.
* Et comburent domos tuas igni, & fa- 41
cient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. * Et requiescet in- 42
dignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius. * Eò quòd non fueris recordata 43
dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & nõ feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. * Ecce om- 44
nis, qui dicit vulgò prouerbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. * Filia matris tuæ es tu, quæ pro- 45
iecit virũ suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quę proiecerunt viros suos, & filios suos: mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhęus. * Et so- 46
ror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius, quę habitant ad sinistrã tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris 47
F
tuis, Sodoma, & filiæ eius. * Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundùm scelera earũ fecisti pauxillũ minus: penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis 48
tuis. * Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ.
Gen. 19. * Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę so- 49
ror. 14. roris tuæ, superbia, saturitas panis & abundãtia, & otium ipsius, & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. * Et eleuatę sunt, & fecerũt abomi- 50
nationes corã me: & abstuli eas sicut vidisti. * Et Samaria dimidiũ peccatorum 51
tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. * Ergo & tu porta confu- 52
B
sionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratiùs agens ab eis: iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu cõfundere, & porta ignominiã tuã, quæ iustificasti sorores tuas. * Et conuertã restituens eas cõuersione Sodomorum cum 53
filiabus suis, & conuersione Samariæ, & C
filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earũ, * vt portes ignomi- 54
niam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti consolans eas. * Et soror tua 55
Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad G
antiquitatem suam: & Samaria, & filię eius reuertẽtur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ, reuertemini ad antiquita- 56
tem vestram. * Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, * antequam reuelaretur ma- 57
litia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarũ in circuitu tuo filiarũ Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum. * scelus tuum, & ig- 58
nominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus. * Quia hæc dicit Dominus 59
Deus: Et faciam tibi, sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum: 60
* & recordabor ego pacti mei tecũ in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi 61
pactum sempiternum. * Et recordaberis viarum tuarum, & confundêris: cùm receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. * Et suscita- 62
bo ego pactum meum tecum: & scies 63
quia ego Dominus, * vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus.

Cap. XVII.

ET factum est verbum Domini ad 1
me, dicens: * Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad do- 2
A
mum Israel, * & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grãdis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Liba- 3
num, & tulit medullam cedri. * Summitatem frondium eius auulsit: & transportauit eam in Terram Chanaan, in vr- 4
be negotiatorum posuit illam. * Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud. 5
6
* Cumque germinasset, creuit in vineam B
latiorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. * Et facta est aquila altera grandis, 7
magnis alis, multisq; plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eã, C
palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eã de areolis germinis sui. * In ter- 8
ra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem. * Dic: Hæc dicit 9
Dominus Deus: Ergóne prosperabitur? nónne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes

palmites germinis eius, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus? * Ecce plantata est: ergóne prosperabitur? nónne cùm tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet? * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: * Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regem, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. * Et tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus: & ab eo accipiet iusiurandum. sed & fortes terræ tollet, * vt sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. * Qui recedens ab eo misit nuncios ad Ægyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Numquid prosperabitur, vel consequetur salutem qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, numquid effugiet? * Viuo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis, qui cōstituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. * Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas. * Spreuerat enim iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam: & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Viuo ego, quoniā iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponā in caput eius. * Et expādam super eum rete meū, & comprehendetur in sagena mea: & adducā eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi, in præuaricatione qua despexit me. * Et omnes profugi eius cū vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergētur: & scietis quia ego Dominus locutus sum. * Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem. * In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrū magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frōdium eius nidificabit. * Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

* Supr. 12. d. 13 Infr. 32. c. 3

CAP. XVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: " Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? * Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbium in Israel. * Ecce omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. * Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, * in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit: * & hominem non cōtristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: " panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: * ad vsuram non commodauerit, & ampliùs non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: * in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus. * Quòd si genuerit filium latronē effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis: * & hęc quidem omnia non facientem, sed in mōtibus comedentē, & vxorem proximi sui polluentem: * egenū & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentē, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem faciētem: * ad vsuram dantē, & ampliùs accipientem: numquid viuet? non viuet. cùm vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. * Quòd si genuerit filium, qui vidēs omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis: * super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit: * & virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: * à pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, iudicia

Ier. 31. c. 29

Deut. 24. c. 16. 4. Reg. 14. c. 6. Ier. 31. c. 30

Isa. 58. c. 7 Matt. 25. c. 35

mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. * Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. * Et dicitis: Quare non portauit filius iniquitatē patris? Videlicet, quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita. * " Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. * Si autem impius egerit pœnitētiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. * Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, viuet. * " Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à viis suis, & viuat? * Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundùm omnes abominationes, quas operari solet impius, nūquid viuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione, qua præuaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur. * Et dixistis: Non est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel: Numquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? * Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur. * Et cùm auerterit se impius ab impietate sua, quā operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suam viuificabit. * Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet, & non morietur. * Et dicunt filij Israel: Non est æqua via Domini. Numquid viæ meæ nō sunt æquæ, domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? * Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus Deus. " Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. * Proijcite à vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? * " Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.

Mat. 3. c. 2

* Supr. 23. Infr. 33. c. 11

CAP. XIX.

ET tu assume planctum super principes Israel, * & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos? * Et eduxit vnum de leūculis suis, & leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. * Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in Terram Ægypti. * Quæ cùm vidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. * Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare: * Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius, à voce rugitus illius. * Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est. * Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerūt eum ad regem Babylonis: miseruntq; eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super mōtes Israel. * Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquā plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis. * Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frōdes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum. * Et euulsa est in ira, in terramque proiecta, " & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comēdit eam. * Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti. * Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comēdit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

Ose 13. d. 15

CAP. XX.

ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerunt viri de senioribus Israel, vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me. * Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hęc dicit Dominus Deus:

Numquid ad interrogandum me vos veniſtis? viuo ego quia non reſpondebo vobis, ait Dominus Deus. * Si iudicas eos, ſi iudicas fili hominis, abominationes patrum eorum oſtende eis. * Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: In die, qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob, & apparui eis in Terra Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus veſter: * in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra Ægypti, in Terram, quam prouideram eis, fluentem lacte & melle: quæ eſt egregia inter omnes terras. * Et dixi ad eos: Vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus veſter. * Et irritauerunt me, noluerunt-que me audire: vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorũ non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt: & dixi vt effunderẽ indignationem meã ſuper eos, & implerem iram meam in eis, in medio Terræ Ægypti. * Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis vt educerẽ eos de terra Ægypti. * Eieci ergo eos de Terra Ægypti, & eduxi eos in deſertum. * Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtẽdi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. * Inſuper & ſabbata mea dedi eis, vt eſſent ſignum inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos. * Et irritauerunt me domus Iſrael in deſerto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciẽs homo viuet in eis: & ſabbata mea violauerunt vehementer: dixi ergo vt effunderem furorem meum ſuper eos in deſerto, & conſumerem eos. * Et feci propter nomẽ meum, ne violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in cõſpectu earum. * Ego igitur leuaui manum meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in Terram, quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: * Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & ſabbata mea violauerũt: poſt idola enim cor eorum gradiebatur. * Et pepercit oculus meus ſuper eos vt nõ interficerem eos: nec conſumpſi eos in deſerto. * Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine: In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini. * Ego Dominus Deus veſter: in præceptis meis ambulate, iudicia mea cuſtodite, & facite ea: * Et ſabbata mea ſanctificate, vt ſint ſignum inter me & vos, & ſciatis quia ego ſum Dominus Deus veſter. * Et exacerbauerunt me filij: in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non cuſtodierunt vt facerẽt ea: quæ cùm fecerit homo, viuet in eis: & ſabbata mea violauerunt: & comminatus ſum vt effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto. * Auerti autem manũ meam, & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. * Iterum leuaui manum meam in eos in ſolitudine, vt diſpergerem illos in nationes, & ventilarem in terras: * eò quòd iudicia mea non feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbata mea violaſſent, & poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum. * Ergo & ego dedi eis præcepta nõ bona, & iudicia in quibus non viuent. * Et pollui eos in muneribus ſuis, cùm offerrent omne quod aperit vuluã, propter delicta ſua: & ſcient quia ego Dominus. * Quamobrẽ loquere ad domum Iſrael, fili hominis: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc & in hoc blaſphemauerunt me patres veſtri, cùm ſpreuiſſent me contemnentes: * & induxiſſem eos in Terram, ſuper quam leuaui manum meam vt darem eis: viderunt omnem collem excelſum, & omne lignum nemoroſum, & immolauerunt ibi victimas ſuas: & dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas. * Et dixi ad eos: Quid eſt excelſum, ad quod vos ingredimini? & vocatum eſt nomen eius Excelſum vſque ad hãc diem. * Propterea dic ad domum Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus: Certè in via patrum veſtrorum vos polluimini, & poſt offendicula eorum vos fornicamini: * & in oblatione donorum veſtrorum, cùm traducitis filios veſtros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis veſtris vſq; hodie: & ego reſpondebo vobis domus Iſrael? Viuo ego, dicit Dñs Deus, quia nõ reſpondebo vobis. * Neq; cogitatio mentis veſtræ fiet, dicentium: Erimus ſicut Gẽtes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. * Viuo ego, dicit Dñs Deus, quoniã in manu forti,

* Leu. 10. a. 5 Rom. 10. a. 5
* Exod. 20. b. 8. & 31. c. 13 Deut. 5. b. 12

forti, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. * Et educam vos de populis: & cõgregabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. * Et adducã vos in deſertũ populorum, & iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem. * Sicut iudicio contendi aduerſum patres veſtros in deſerto Terræ Ægypti, ſic iudicabo vos, dicit Dominus Deus. * Et ſubijciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. * Et eligam de vobis tranſgreſſores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Iſrael nõ ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus. * Et vos domus Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus: Singuli poſt idola veſtra ambulate, & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum polluëritis vltrà in muneribus veſtris, & in idolis veſtris: * in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael; omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi, & ibi quærã primitias veſtras, & initiũ decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris. * In odorem ſuauitatis ſuſcipiã vos, cùm eduxero vos de populis, & cõgregauero vos de terris, in quas diſperſi eſtis, & ſanctificabor in vobis in oculis nationum. * Et ſcietis quia ego Dñs, cùm induxero vos ad terrã Iſrael, in Terrã, pro qua leuaui manum meã, vt darem eam patribus veſtris. * Et recordabimini ibi viarum veſtrarũ, & omnium ſcelerũ veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis: & diſplicebitis vobis in cõſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis. * Et ſcietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non ſecundùm vias veſtras malas, neque ſecundùm ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael, ait Dominus Deus. * Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricum, & prophetа ad ſaltum agri meridiani. * Et dices ſaltui meridiano: Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma ſuccenſionis: & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſque ad Aquilonẽ. * Et videbit vniuerſa caro, quia ego Dominus ſuccendi eam, nec extinguetur. * Et dixi: A aa, Dñe Deus: ipſi dicunt de me: Nũquid non per parabolas loquitur iſte?

CAP. XXI.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis pone faciem tuam ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humum Iſrael: * Et dices terræ Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum & impiũ. * Pro eo autem quòd occidi in te iuſtum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab Auſtro vſque ad Aquilonem: * Vt ſciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem. * Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis. * Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. * Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Loquere: Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus. * Vt cædat victimas, exacutus eſt: vt ſplendeat, limatus eſt: qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum. * Et dedi eũ ad leuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficiẽtis. * Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſrael qui fugerant: gladio traditi ſunt cum populo meo, idcirco plaude ſuper femur, * quia probatus eſt: & hoc, cùm ſceptrum ſubuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus. * Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, * & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. * Exacuere, vade ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, quocumque faciei tuæ eſt appetitus. * Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam, ego Dominus

minus locutus sum. * Et factus est ser- 18
mo Domini ad me, dicens: * Et tu fili 19
hominis pone tibi duas vias, vt veniat
gladius regis Babylonis: de terra vna
egredientur ambæ: & manu capiet con-
iecturam, in capite viæ ciuitatis con-
ijciet. * Viam pones vt veniat gladius ad 20
Rabbath filiorum Ammon, & ad Iu- E
dam in Ierusalem munitissimam.* Stetit 21
enim rex Babylonis in biuio, in capite
duarum viarum, diuinationem quærens,
commiscens sagittas: interrogauit ido-
la, exta consuluit. * Ad dexteram eius 22
facta est diuinatio super Ierusalem, vt
ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt
eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes
contra portas, vt comportet aggerem,
vt ædificet munitiones. * Eritque qua- 23
si consulens frustra oraculum in oculis
eorum, & sabbatorum otium imitans:
ipse autem recordabitur iniquitatis ad
capiendum. * Idcirco hæc dicit Domi- 24
nus Deus: Pro eo quòd recordati estis F
iniquitatis vestræ, & reuelastis præuari-
cationes vestras, & apparuerunt peccata
vestra in omnibus cogitationibus ve-
stris: pro eo, inquam, quòd recorda-
ti estis, manu capiemini. * Tu autem 25
profane, impie dux Israel, cuius venit
dies in tempore iniquitatis præfinita:
* Hæc dicit Dominus Deus: Aufer ci- 26
darim, tolle coronam: nónne hæc est,
quæ humilem subleuauit, & sublimem
humiliauit? * Iniquitatem, iniquitatem, 27
iniquitatem ponam eam: & hoc non
factum est, donec veniret cuius est iudi-
cium, & tradam ei. * Et tu fili hominis 28
propheta, & dic: Hæc dicit Dominus G
Deus ad filios Ammon, & ad oppro-
brium eorum, & dices: Mucro, mu-
cro, euagina te ad occidendum, lima te
vt interficias, & fulgeas, *cùm tibi vide- 29
rentur vana, & diuinarentur mendacia:
vt dareris super colla vulneratorum im-
piorum, quorum venit dies in tempo-
re iniquitatis præfinita. * Reuertere ad 30
vaginam tuam, in loco in quo creatus
es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te,
* & effundam super te indignationem 31
meam: in igne furoris mei sufflabo in
te, daboque te in manus hominum insi-
pientium, & fabricantium interitum.
* Igni eris cibus, sanguis tuus erit in me- 32
dio terræ, obliuioni tradêris: quia ego
Dominus locutus sum.

CAP. XXII.

ET factum est verbum Domini ad 1
me, dicens: * Et tu fili hominis nón- 2
ne iudicas, nónne iudicas ciuitatem san- A
guinum? * & ostendes ei omnes abomi- 3
nationes suas, & dices: Hæc dicit Domi-
nus Deus: Ciuitas effundens sanguinem
in medio sui, vt veniat tẽpus eius: & quæ
fecit idola contra semetipsam, vt pollue-
retur. * In sanguine tuo, qui à te effusus 4
est, deliquisti: & in idolis tuis, quæ feci-
sti, polluta es: & appropinquare fecisti
dies tuos, & adduxisti tempus annorum
tuorum: propterea dedi te opprobrium
Gentibus, & irrisionem vniuersis terris.
* Quæ iuxta sunt, & quæ procul à te, 5
triumphabunt de te: sordida, nobilis,
grandis interitu. * Ecce principes Israel 6
singuli in brachio suo fuerunt in te, ad
effundendum sanguinem. * Patrem & 7
matrem contumeliis affecerũt in te, ad-
uenam calumniati sunt in medio tui, pu-
pillum & viduam contristauerunt apud
te: * Sanctuaria mea spreuisti, & sabba- 8
ta mea polluisti. * Viri detractores fue- 9
runt in te ad effundendum sanguinem,
& super montes comederunt in te, sce-
lus operati sunt in medio tui.* Verecun- 10
diora patris discooperuerunt in te, im-
munditiam menstruatæ humiliauerunt
in te: * " Et vnusquisque in vxorẽ pro- 11 * Ier. 3. 2.
ximi sui operatus est abominationem, &
socer nurum suam polluit nefariè, frater
sororem suam filiam patris sui oppres-
sit in te.* Munera acceperunt apud te ad 12
effundendum sanguinem: vsuram & su- C
perabundantiam accepisti, & auarè pro-
ximos tuos columniabaris: meiq; oblita
es, ait Dominus Deus. * Ecce complosi 13
manus meas super auaritiam tuã, quam
fecisti; & super sanguinem, qui effusus
est in medio tui. * Numquid sustinebit 14
cor tuum, aut præualebunt manus tuæ,
in diebus quos ego faciam tibi? ego Do-
minus locutus sum, & faciã. * Et dispер- 15
gam te in nationes, & vẽtilabo te in ter-
ras, & deficere faciam immunditiã tuam
à te.* Et possidebo te in conspectu Gen- 16
tium: & scies quia ego Dominus. * Et 17
factum est verbũ Domini ad me, dicens: 18
* Fili hominis, versa est mihi domus Is- D
rael in scoriam: omnes isti æs, & stannũ,
& ferrum, & plumbum in medio forna-
cis: scoria argenti facti sunt. * Propterea 19
hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd versi
estis omnes in scoriã, propterea ecce ego

congre-

congregabo vos in medio Ierusalem, 5
* congregatione argenti, & æris, & sta- 20
ni, & ferri, & plumbi in medio fornacis:
vt succẽdam in ea ignem ad conflandũ.
sic congregabo in furore meo, & in ira
mea, & requiescam: & conflabo vos.* Et 21
congregabo vos, & succendam vos in ig- E
ne furoris mei, & conflabimini in medio
eius. * Vt conflatur argentum in medio 22
fornacis, sic eritis in medio eius: & scie-
tis quia ego Dominus, cùm effuderim in-
dignationem meã super vos.* Et factum 23
est verbum Domini ad me, dicens: * Fili 24
hominis, dic ei: Tu es terra immunda,
& non compluta in die furoris. * Con- 25
iuratio prophetarum in medio eius, sic-
ut leo rugiens, rapiensque prædam, ani-
mas deuorauerunt, opes & pretium ac-
ceperunt, viduas eius multiplicauerunt
in medio illius. * Sacerdotes eius con- 26
tempserunt legem meam, & polluerunt F
sanctuaria mea: inter sanctum & profa-
num non habuerunt distantiam: & in-
ter pollutum & mundum non intelle-
xerunt: & à sabbatis meis auerterunt o-
culos suos, & coinquinabar in medio eo-
rum. * " Principes eius in medio illius, 27
quasi lupi rapientes prædã ad effunden-
dum sanguinem, & ad perdẽdas animas,
& auarè ad sectanda lucra. * Prophetæ 28
autem eius liniebant eos absque tempe- G
ramento, videntes vana, & diuinãtes eis
mendacium, dicentes: Hæc dicit Domi-
nus Deus, cùm Dominus non sit locu-
tus. * Populi terræ calumniabantur ca- 29
lumniam, & rapiebant violenter: ege-
num & pauperem affligebant, & adue-
nam opprimebant calumnia absque iu-
dicio.* Et quæsiui de eis virum, qui in- 30
terponeret sepem, & staret oppositus
contra me pro terra, ne dissiparem eam:
& non inueni. * Et effudi super eos indi- 31
gnationem meam, in igne iræ meæ con-
sumpsi eos: viam eorum in caput eo-
rum reddidi, ait Dominus Deus.

CAP. XXIII.

ET factus est sermo Domini ad me, 1
dicens: * Fili hominis, duæ mulieres 2
filiæ matris vnius fuerunt, * & fornica- 3
tæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua A
fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera
earum, & fractæ sunt mammæ puberta-
tis earum.* Nomina autem earum, Ool- 4
la maior, & Ooliba soror eius minor: &
habui eas, & pepererunt filios & filias.
Porrò earum nomina, Samaria Oolla,

& Ierusalem Ooliba. * Fornicata est igi- 5
tur super me Oolla, & insaniuit in ama-
tores suos, in Assyrios propinquantes,
* vestitos hyacintho, principes, & magi- 6
stratus, iuuenes cupidinis, vniuersos e-
quites, ascensores equorum. * Et dedit 7
fornicationes suas super eos electos, fi-
lios Assyriorum vniuersos: & in omni-
bus in quos insaniuit, in immunditiis
eorum polluta est. * Insuper & fornica- 8
tiones suas, quas habuerat in Ægypto, B
non reliquit: nam & illi dormierunt cũ
ea in adolescẽtia eius, & illi confregerunt
vbera pubertatis eius, & effuderunt for-
nicationem suam super eam. * Propter- 9
ea tradidi eam in manus amatorum suo-
rum, in manus filiorum Assur, super
quorum insaniuit libidine. * " Ipsi dis- 10 * Supr. 16.
cooperuerunt ignominiam eius, filios & d. 38
filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt
gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, &
iudicia perpetrauerũt in ea.* Quod cùm 11
vidisset soror eius Ooliba, plusquam illa
insaniuit libidine: & fornicationẽ suam
super fornicationem sororis suæ * ad fi- 12
lios Assyriorum præbuit impudenter,
ducibus & magistratibus ad se venienti-
bus, indutis veste varia, equitibus qui
vectabantur equis, & adolescentibus for-
ma cunctis egregia. * Et vidi quòd pol- 13
luta esset via vna ambarum. * Et auxit 14
fornicationes suas: cumque vidisset viros
depictos in pariete, imagines Chaldæo- C
rum expressas coloribus, * & accinctos 15
balteis renes, & tiaras tinctas in capiti-
bus eorum, formam ducum omnium, si-
militudinem filiorum Babylonis, ter-
ræque Chaldæorum, in qua orti sunt,
* insaniuit super eos concupiscentia o- 16
culorum suorum, & misit nuncios ad
eos in Chaldæam. * Cumque venissent 17
ad eam filij Babylonis ad cubile mam-
marum, polluerunt eam stupris suis, &
polluta est ab eis, & saturata est anima
eius ab illis. * Denudauit quoque forni- 18
cationes suas, & discooperuit ignomi-
niam suam: & recessit anima mea ab ea,
sicut recesserat anima mea à sorore eius.
* Multiplicauit enim fornicationes suas 19
recordans dies adolescentiæ suæ, quibus
fornicata est in terra Ægypti. * Et insa- 20
niuit libidine super concubitum eorum, D
quorũ carnes sunt vt carnes asinorum:
& sicut fluxus equorum, fluxus eorum.
* Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, 21
quando subacta sunt in Ægypto vbera
tua, & confractæ sunt mammæ puberta-

tis

tis tuę. *Propterea Ooliba, hęc dicit Dominus Deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos adversum te in circuitu; *Filios Babylonis, & vniversos Chaldæos, nobiles, tyrannosque & principes, omnes filios Assyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniversos, principes principum, & nominatos ascēsores equorum: * & veniēt super te instructi curru & rota, multitudo populorum: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis suis. *Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: nasum tuum, & aures tuas precident: & quę remanserint, gladio concident: ipsi filios tuos, & filias tuas capient; & nouissimum tuum deuorabitur igni. * Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ. * Et requiescere faciam scelus tuū de te, & fornicationem tuam de Terra Ægypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis ampliùs. *Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odisti; in manus, de quibus satiata est anima tua. * Et agent tecum in odio, & tollēt omnes labores tuos, & dimittēt te nudam, & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarū, scelus tuum, & fornicationes tuę. *Fecerunt hęc tibi, quia fornicata es post Gentes, inter quas polluta es in idolis earum. *In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. *Hæc dicit Dominus Deus: Calicem sororis tuæ bibes profundū & latum: eris in derisum, & in subsannationem, quæ est capacissima. *Ebrietate, & dolore repleberis: calice mœroris, & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. *Et bibes illum, & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas. *Et ait Dominus ad me, dicēs: Fili hominis numquid iudicas Ooliam, & Oolibam, & annuncias eis scelera earum? * Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earum, & cum idolis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum. *Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea prophanauerunt. * Cumque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederētur sanctuarium meum in die illa vt polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. * Miserunt ad viros venientes de longè, ad quos nuncium miserant: itaque ecce venerunt: quibus te lauisti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te: thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eam. *Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum. *Et dixi ei, quę attrita est in adulteriis: Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc. *Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebantur ad Oollam & Oolibam, mulieres nefarias. *Viri ergo iusti sunt: hi iudicabūt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum. * Hæc enim dicit Dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam: * Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum: filios & filias earum interficient, & domos earum igne succendent. * Et auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres ne faciant secundùm scelus earum. *Et dabunt scelus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis quia ego Dominus Deus.

Cap. xxiiii.

ET factum est verbum Domini ad me, in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens: * Fili hominis scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie. * Et dices per prouerbium ad domum irritatricē parabolam, & loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Pone ollam; pone, inquam, & mitte in eam aquam. * Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena. * Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. *Propterea hæc dicit

Domi-

Dominus Deus: Vę ciuitati sanguinum, ollę, cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes suas eiice eam, non cecidit super eā sors. *Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram vt possit operiri puluere. *Vt superinducerem indignationem meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinem eius super petram limpidissimam ne operiretur. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: " Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. * Congere ossa, quæ igne succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescēt. * Pone quoque ea super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat ęs eius: & conflietur in medio eius inquinamētum eius, & consumatur rubigo eius: * multo labore sudatum est, & nō exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignē. * Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & nō es mūdata à sordibus tuis: sed nec mūdaberis priùs, donec quiescere faciā indignationem meam in te. *Ego Dominus locutus sum: Veniet, & faciā: nō transeam, nec parcā, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuētiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: * Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & nō planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ. * Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circūligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. * Locutus sum ergo ad populū manè, & mortua est vxor mea vesperè: fecique manè sicut præceperat mihi. * Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis, quid ista significent, quæ tu facis? * Et dixi ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens: * Loquere domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorū, & super quo pauet anima vestra, filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent. * Et facietis sicut feci: Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium nō comedetis. *Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamēta in pedibus: non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum. * Erit-que Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia, quæ fecit, facietis cùm venerit istud: & scietis quia ego Dominus Deus. * Et tu fili hominis, ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animę eorum, filios & filias eorum: * In die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annunciet tibi: * In die, inquam, illa, aperietur os tuum cum eo qui fugit: & loquēris, & non silebis vltrà: eritque eis in portentum, & scietis quia ego Dominus.

Cap. xxv.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis pone faciem tuam cōtra filios Ammon, & prophetabis de eis. * Et dices filiis Ammon: Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd dixisti: Euge, euge super sanctuariū meum, quia pollutum est; & super terrā Israel, quoniam desolata est; & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem: * Idcirco ego tradam te filiis oriētalibus in hereditatem, & collocabūt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas: & ipsi bibent lac tuum. * Daboq; Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum: & scietis quia ego Dominus. * Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terrā Israel: * Idcirco ecce ego extēdam manum meam super te, & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & scies quia ego Dominus. * Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir: Ecce sicut omnes Gentes, domus Iuda: * Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus, inquam, eius, & de finibus eius, inclytas terræ Bethiesimoth & Beelmeon & Cariathaim, * filiis Orientis cum filiis Ammon, & dabo eam in hereditatem: vt non sit vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus. * Et in Moab faciam iudicia: & scient quia ego Dominus. * Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem vt se vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis; * Idcirco hæc dicit Dominus

Deus:

Deus: Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentum, & faciam eam desertam ab Austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent. * Et dabo vltionem meam super Idumæam per manũ populi mei Israel: & facient in Edom iuxta irã meam, & furorem meum: & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus. * Hęc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd fecerunt Palæstini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes, & implẽtes inimicitias veteres: * propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego extendã manum meam super Palæstinos, & interficiã interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: * faciamque in eis vltiones magnas arguens in furore: & scient quia ego Dominus, cùm dedero vindictam meam super eos.

CAP. XXVI.

ET factum est in vndecimo anno, prima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ierusalem: Euge confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me: implebor, deserta est. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans. * Et dissipabunt muros Tyri, & destruẽt turres eius: & radã puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram. * Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus. * Filiæ quoque eius, quę sunt in agro, gladio interficientur: & scient quia ego Dominus. * Quia hęc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducã ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoq; magno. * Filias tuas, quæ sunt in agro, gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum. * Et vineas, & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua. * Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à sonitu equitum, & rotarum, & curruum, mouebũtur muri tui, cùm ingressus fuerit portas tuas quasi per introitũ vrbis dissipatæ. * Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populũ tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent. * Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & destruẽt muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent: & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum ponent. * Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audietur ampliùs. * Et dabo te in limpidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltrà: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. * Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Numquid non à sonitu ruinę tuæ, & gemitu interfectorũ tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, cõmouebuntur insulæ? * Et descendent de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimẽta sua varia abiicient, & induẽtur stupore: in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur. * Et assumentes super te lamẽtum, dicent tibi: Quomodo periisti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cũ habitatoribus tuis, quos formidabant vniuersi? * Nunc stupebunt naues in die pauoris tui: & turbabũtur insulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te. * Quia hæc dicit Dominus Deus: Cùm dedero te vrbem desolatam, sicut ciuitates quæ non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ: * Et detraxero te cum his qui descendunt in lacũ ad populum sempiternũ, & collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres, cum his qui deducũtur in lacum, vt nõ habiteris: porrò cùm dedero gloriam in terra viuentium, * in nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris vltrà in sempiternum, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: * Tu ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum: * Et dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorũ ad insulas multas: Hæc dicit Dominus Deus: O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, * & in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuum: * abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt vt facerent tibi malum. * Quercus de Basan dolauerunt

in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ. * Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum. * Habitatores Sidonis & Aradij fuerũt remiges tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui. * Senes Giblij, & prudentes eius, habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ: omnes naues maris, & nautæ earum, fuerunt in populo negotiationis tuę. * Persæ, & Lydij, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum, & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. * Filij Aradij cum exercitu tuo erãt super muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam. * Carthaginẽses negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque, repleuerunt nundinas tuas. * Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ærea aduexerunt populo tuo. * De domo Thogorma, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum. * Filij Dedan negotiatores tui: insulæ multæ, negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. * Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorũ, gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. * Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerũt in nundinis tuis. * Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. * Dan, & Græcia, & Mosel, in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactũ: stacte & calamus in negotiatione tua. * Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. * Arabia, & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. * Venditores Saba, & Reema, ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo. * Haran, & Chene, & Eden, negotiatores tui: Saba, Assur, & Chelmad, venditores tui. * ipsi negotiatores tui multifariam inuolucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumque pretiosarum, quæ obuolutæ & astrictæ erant funibus: cedros quoq; habebant in negotiationibus tuis. * Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. * In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contriuit te in corde maris. * Diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumẽtum tuum, nautæ tui & gubernatores tui, qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui, qui erant in te, cum vniuersa multitudine tua, quæ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruinæ tuæ. * A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes: * Et descendent de nauibus suis omnes qui tenebãt remum: nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt: * & eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superiacient puluerẽ capitibus suis, & cinere conspergentur. * Et radent super te caluitium, & accingentur ciliciis: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. * Et assument super te carmen lugubre, & plangent te: Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? * Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarum, & populorum tuorum, ditasti reges terræ. * Nunc contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt. * Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te: & reges earum omnes tempestate perculsi mutauerunt vultus. * Negotiatores populorum sibilauerunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, dic principi Tyri: Hęc dicit Dominus Deus: Eo quòd eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cùm sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei. * Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. * In sapientia & prudẽtia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis. * In multitudine sapientiæ

tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem : & eleuatum est cor tuum in robore tuo. *Propterea hæc dicit Dominus Deus : Eò quòd eleuatum est cor tuum quasi cor Dei: *idcirco ecce ego adducam super te alienos, robustissimos Gentium:& nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum. * Interficient, & detrahent te : & morieris in interitu occisorum in corde maris. * Numquid dicens loquêris : Deus ego sum, coram interficientibus te:cùm sis homo, & non Deus, in manu occidentium te? *Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum : quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. * Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis leua planctum super regem Tyri : * & dices ei : Hæc dicit Dominus Deus : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, * in deliciis paradisi Dei fuisti : omnis lapis pretiosus operimentum tuum : sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus : aurum opus decoris tui : & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt. * Tu cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. *In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti : & eieci te de monte Dei, & perdidi te, ô cherub protegens,de medio lapidum ignitorum. * Et eleuatum est cor tuum in decore tuo : perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te : ante faciem regum dedi te vt cernerent te. *In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te. * Omnes, qui viderint te in Gentibus, obstupescent super te : nihili factus es, & non eris in perpetuum. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis pone faciem tuam contra Sidonem : & prophetabis de ea, * & dices : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui:& scient quia ego Dominus,cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. * Et immittam ei pestilentiam, & sanguinem in plateis eius : & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum:& scient quia ego Dominus. *Et non erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndique per circuitum eorum,qui aduersantur eis : & scient quia ego Dominus Deus. *Hęc dicit Dominus Deus: Quando congregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Gentibus : & habitabunt in terra sua, quam dedi seruo meo Iacob. *Et habitabunt in ea securi: & ædificabunt domos,& plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum : & scient quia ego Dominus Deus eorum.

CAP. XXIX.

IN anno decimo,decimo mense, vndecima die mensis, factum est verbum Domini ad me,dicens: *Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti,& prophetabis de eo, & de Ægypto vniuersa : * Loquere, & dices: Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti,draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis : Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. *Et ponam frenum in maxillis tuis : & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis : & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt. *Et proiiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui : super faciem terræ cades,non colligêris,neque congregaberis: bestiis terræ,& volatilibus cæli,dedi te ad deuorandum: * Et scient omnes habitatores Ægypti quia ego Dominus : [a]pro eo quòd fuisti baculus arûdineus domui Israel. *Quando apprehenderunt te manu, & confractus es,& lacerasti omnem humerum eorum: & innitentibus eis super te,comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum. * Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego adducam super te gladiû : & interficiam de te hominem,& iumentum. *Et erit Terra Ægypti in desertum, & in solitudinem : & scient quia ego Dominus : pro eo quòd dixeris : Fluuius meus est, & ego feci eum. * Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: daboque Terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, à turre

[a] *Isa. 36. 6*

Syenes, vsque ad terminos Æthiopiæ. *Non pertransibit eam pes hominis, neque pes iumenti gradietur in ea : & non habitabitur quadraginta annis. *Daboque Terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum, & erunt desolatæ quadraginta annis : & dispergam Ægyptios in nationes, & ventilabo eos in terras. *Quia hæc dicit Dominus Deus : Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis,in quibus dispersi fuerant. * Et reducam captiuitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis suæ:& erunt ibi in regnû humile:*inter cetera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà super nationes, & iminuam eos ne imperent Gêtibus. *Neque erunt vltrà domui Israel in cõfidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos: & scient quia ego Dominus Deus. *Et factum est in vigesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbum Domini ad me, dicens: * Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est : & merces non est reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. *Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in Terra Ægypti : & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius, * & operi, quo seruiuit aduersus eam : dedi ei Terram Ægypti, pro eo quòd laborauerit mihi,ait Dominus Deus. * In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum : & scient quia ego Dominus.

CAP. XXX.

ET factum est verbum Domini ad me,dicens: *Fili hominis propheta, & dic:Hæc dicit Dominus Deus: Vlulate,væ,væ dici: * quia iuxta est dies,& appropinquat dies Domini : dies nubis, tempus Gentium erit. *Et veniet gladius in Ægyptum:& erit pauor in Æthiopia, cùm ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta eius. * Æthiopia,& Libya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis, cum eis gladio cadent. * Hæc dicit Dominus Deus:Et corruent fulcientes Ægyptũ,& destruetur superbia imperij eius : a turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum. * & dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt. *Et scient quia ego Dominus:cùm dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. *In die illa egredientur nuncij à facie mea in trieribus, ad conterendam Æthiopiæ confidentiam;& erit pauor in eis in die Ægypti, quia absque dubio veniet. *Hæc dicit Dominus Deus: Cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. * Ipse & populus eius cum eo, fortissimi Gentium, adducentur ad disperdendam terram: & euaginabunt gladios suos super Ægyptum : & implebunt terram interfectis. * Et faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum:& dissipabo terram & plenitudinem eius manu alienorum, ego Dominus locutus sum. * Hæc dicit Dominus Deus : Et dispersam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis : & dux de Terra Ægypti non erit ampliùs : & dabo terrorem in Terra Ægypti. * Et dispersam terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in Alexandria. *Et effundam indignationẽ meam super Pelusium robur Ægypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ, * & dabo ignem in Ægypto : quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ. * Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducentur. * Et in Taphnis nigrescet dies, cùm contriuero ibi sceptra Ægypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius : ipsam nubes operiet, filiæ autem eius in captiuitatem ducentur. *Et iudicia faciam in Ægypto: & scient quia ego Dominus. * Et factum est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: *Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi : & ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis, vt recepto robore posset tenere gladium. *Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad Pharaonem regem

Zach. 13. 2. 1

Ægypti, & comminuam brachium eius forte, sed confractum : & deiiciam gladium de manu eius : * & dispergam Ægyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris. *Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu eius : & confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius. * Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident : & scient quia ego Dominus, cùm dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super Terram Ægypti. * Et dispergam Ægyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXI.

ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mẽsis, factum est verbum Domini ad me, dicens: *Fili hominis dic Pharaoni regi Ægypti, & populo eius : Cui similis factus es in magnitudine tua? * Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusq; altitudine, & inter condensas frondes eleuatũ est cacumen eius. * Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum : flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. * Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis : & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. *Cumq; extẽdisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentium plurimarum. *Eratq; pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas. *Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradisi Dei nõ est assimilatum illi, & pulchritudini eius. * Quoniam speciosum feci eum, & multis condensisq; frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei. * Propterea hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem atque condensam, & eleuatũ est cor eius in altitudine sua: * Tradidi eum in manu fortissimi Gentium, faciens faciet ei: iuxta impietatem eius eieci eum. * Et succident eum alieni, & crudelissimi nationum, & proiicient eum super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ : & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum. *In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. *Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frõdosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis : quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam, in medio filiorum hominum, ad eos qui descendunt in lacum. * Hæc dicit Dominus Deus: In die quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abysso : & probibui flumina eius, & coërcui aquas multas: contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. *A sonitu ruinæ eius commoui Gentes, cùm deducerem eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum : & consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, vniuersa quæ irrigabantur aquis. *Nam & ipsi cum eo descendent in infernum ad interfectos gladio: & brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius in medio nationum. * Cui assimilatus es ô inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam : in medio incircumcisorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio : ipse est Pharao, & omnis multitudo eius, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

ET factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: *Fili hominis assume lamẽtum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum : Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari : & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum. * Propterea hæc dicit Dominus Deus : "Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea. * Et proiiciam te in terram, super faciem

"Sup. 12. d. 11. & 17. f. 20.

agri abiiciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. * Et dabo carnes tuas super mõtes, & implebo colles tuos sanie tua. * Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. * "Et operiã, cùm extinctus fueris, cælum, & nigrescere faciam stellas eius : solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. * Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te : & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. *Et irritabo cor populorum multorum, cùm induxero contritionẽ tuam in Gentibus super terras quas nescis. *Et stupescere faciam super te populos multos : & reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cùm volare cœperit gladius meus super facies eorum : & obstupescent repentè singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ. * Quia hæc dicit Dominus Deus : Gladius regis Babylonis veniet tibi, * in gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam : inexpugnabiles omnes Gentes hæ : & vastabunt superbiam Ægypti, & dissipabitur multitudo eius. * Et perdam omnia iumenta eius, quæ erant super aquas plurimas : & non conturbabit eas pes hominis vltrà, neque vngula iumentorum turbabit eas. * Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus : * Cùm dedero Terram Ægypti desolatam : deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius : & scient quia ego Dominus. *Planctus est, & plangent eum : filiæ Gentium plangent eum : super Ægyptum, & super multitudinem eius plangent eum, ait Dominus Deus. *Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: * Fili hominis cane lugubre super multitudinem Ægypti : & detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum, ad terram vltimam, cum his qui descendunt in lacum. * Quo pulchrior es? descende, & dormi cum incircumcisis. * In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus est, attraxerunt eam, & omnes populos eius. *Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircumcisi, interfecti gladio. *Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius : omnes interfecti, & qui ceciderũt gladio. *Quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci : & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius : vniuersi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viuẽtium. *Ibi Ælam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui. omnes hi interfecti, ruentesque gladio : qui descenderunt incircumcisi ad terram vltimam : qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. * In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius : in circuitu eius sepulchrum illius : omnes hi incircumcisi, interfectique gladio. dederunt enim terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum : in medio interfectorum positi sunt. *Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius : in circuitu eius sepulchra illius. omnes hi incircumcisi, interfectique & cadentes gladio: quia dederunt formidinem suam in terra viuentium. * Et non dormient cum fortibus, cadentibusque & incircumcisis, qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum : quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. * Et tu ergo in medio incircumcisorum conterẽris, & dormies cum interfectis gladio. * Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio : & qui cum incircumcisis dormierunt, & cum his qui descendunt in lacum. *Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores : qui deducti sunt cum interfectis, pauentes, & in sua fortitudine confusi : qui dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum his qui descendunt in lacum. *Vidit eos Pharao, & consolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio; Pharao, & omnis exercitus eius, ait Dominus Deus: *quia dedi terrorem meum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircumcisorum cum interfectis gladio; Pharao, & omnis multitudo eius; ait Dominus Deus.

CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: *Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem: * & ille viderit gladiũ venientem super terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: * Audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinę, & non se obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. *Sonum buccinę audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam saluabit. *Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina: & populus se non custodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. *" Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audiés ergo ex ore meo sermonem, annunciabis eis ex me. * Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Si autem annunciante te ad impium vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua: ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberasti. *Tu ergo fili hominis dic ad domum Israel: Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus? *" Dic ad eos: Viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini, conuertimini à viis vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? * Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere in iustitia sua, in quacumque die peccauerit. * Etiam si dixero iusto quòd vita viuat, & cõfisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. *Si autem dixero impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, fecerítque iudicium & iustitiam, * & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quidquam iniustum: vita viuet, & non morietur. * Omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, vita viuet. *Et dixerunt filij populi tui: Non est æqui ponderis via Domini: & ipsorum via iniusta est. * Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. * Et cùm recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium & iustitiam, viuet in eis. *" Et dicitis: Non est recta via Domini. Vnumquemque iuxta vias suas iudicabo de vobis, domus Israel. *Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens: Vastata est ciuitas. * Manus autem Domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret qui fugerat: aperuitque os meum donec veniret ad me manè, & aperto ore meo non silui ampliùs. * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: *Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israel, loquentes aiunt: Vnus erat Abraham, & hereditare possedit terram: nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem. *Idcirco dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis: numquid terrã hereditate possidebitis? * Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, & vnusquisque vxorem proximi sui polluit: & terram hereditate possidebitis? *Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus Deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum: qui autem in præsidiis & speluncis sunt, peste morientur. *Et dabo terram in solitudinem, & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius: & desolabuntur montes Israel, eò quòd nullus sit qui per eos transeat. * Et scient quia ego Dominus, cùm dedero terram eorum desolatam, & desertam, propter vniuersas abominationes suas, quas operati sunt. *Et tu fili hominis: filij populi tui, qui loquũtur de te iuxta muros, & in ostiis domorum, & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: Venite, & audiamus quis sit sermo egrediens à Domino. * Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. *Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulciq; sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea. * Et cùm venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc scient quòd propheta fuerit inter eos.

CAP. XXXIIII.

ET factum est verbũ Domini ad me, dicens: * Fili hominis propheta de pastoribus Israel: propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nónne greges à pastoribus pascuntur? * Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. *Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. *Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersę sunt. *Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso: & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. *Propterea pastores audite verbum Domini: * Viuo ego, dicit Dominus Deus: quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quòd non esset pastor: neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant: * propterea pastores audite verbum Domini: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos vt vltrà non pascant gregem, nec pascant ampliùs pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in escam. * Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requirã oues meas, & visitabo eas. *Sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic vitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. * Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. * In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. * Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. *Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat consolidabo, & quod pingue & forte custodiam: & pascam illas in iudicio. * Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum. * Nónne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cùm purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. * Et oues meæ his, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. *Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilentum: * pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras: * saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. *" ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. *Ego autem Dominus ero eis in Deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum. *Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. *Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore suo: pluuię benedictionis erunt. *Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suũ, & erunt in terra sua absque timore: & scient quia ego Dominus, cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu im-

Sup. 3. d. 17

Sup. 18. g. 24

Sup. 18. g. 25

Ioan. 1. c. 45. & 10. b. 11 Isa. 40. c. 18 Ioan. 9. c. 24 Osee 3. b. 5

perantium sibi. * Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, neque bestiæ terræ deuorabunt eos : sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. *Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt vltrà opprobrium gentium. *Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel : ait Dominus Deus. *[a] Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis : & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

*[a] Ioan. 10. b. 11

Cap. xxxv.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens : * Fili hominis pone faciem tuam aduersum montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi : * Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum. *Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies quia ego Dominus. * Eò quòd fueris inimicus sempiternus, & conclu seris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ. *Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus: quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur : & cùm sanguinẽ oderis, sanguis persequetur te. *Et dabo montem Seir desolatum atque desertum : & auferam de eo euntem, & redeuntem. *Et implebo montes eius occisorum suorum : in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent. * In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur : & scietis quia ego Dominus Deus. *Eò quòd dixeris: Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hereditate possidebo eas : cùm Dominus esset ibi: * Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta iram tuam, & secũdùm zelum tuum, quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos cùm te iudicauero. *Et scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti, nobis ad deuorandum dati sunt. * Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra : ego audiui. *Hæc dicit Dominus Deus: Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam. * Sicuti gauisus es super hereditatem domus Israel, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi : dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis : & scient quia ego Dominus.

Cap. xxxvi.

TV autem fili hominis propheta super montes Israel, & dices: *[a] Montes Israel audite verbum Domini: *Hæc dicit Dominus Deus: Eò quòd dixerit inimicus de vobis: Euge, altitudines sempiternæ in hereditatem datæ sunt nobis: * Propterea vaticinare, & dic : Hæc dicit Dominus Deus : Prõ eo quòd desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hereditatem reliquis Gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi : * propterea montes Israel audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt, & subsannatæ à reliquis Gentibus per circuitum. *Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis Gentibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam vt vastarent : * idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & collibus, iugis & vallibus: Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eò quòd confusionem gentium sustinueritis. * Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Ego leuaui manum meam, vt Gentes, quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent. * Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel : propè enim est vt veniat: *Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem. *Et multiplicabo in vobis homines, omnemq; domum Israel : & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur. * Et replebo vos hominibus, & iumentis : & multiplicabuntur, & crescent : & habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo maioribus, quàm habuistis ab initio : & scietis quia ego Dominus. * Et adducam super vos homines, populum meum Israel, & hereditate possidebunt te: & eris eis in hereditatem, & non addes vltrà vt absq; eis sis. *Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd dicunt de vobis : Deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam : *Propterea homines non comedes ampliùs, & gentem tuam non necabis vltrà, ait Dominus Deus : *Nec auditam faciam in te ampliùs confusionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes ampliùs, ait Dominus Deus. *Et factum est verbum Domini ad me dicens: *Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in viis suis, & in studiis suis; iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me. * Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine, quem fuderunt super terram, & in idolis suis polluerunt eam. * Et dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in terras : iuxta vias eorum, & adiuentiones eorum iudicaui eos. * Et ingressi sunt ad Gentes, ad quas introierũt, & polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis : Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. * Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in Gentibus, ad quas ingressi sunt. *Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus : Non propter vos ego faciã, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Gentibus, ad quas intrastis. *Et sanctificabo nomen meum magnũ, quod pollutum est inter Gẽtes, quod polluistis in medio earum : vt sciant Gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituũ, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis. * Tollã quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. * Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. *[a] Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. *Et spiritum meum ponam in medio vestri : & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. *Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. * Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris : & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. * Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gentibus. * Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum : & displicebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra. * Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis : confundimini, & erubescite super viis vestris, domus Israel. *Hæc dicit Dominus Deus: In die, qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instauauero ruinosa, * & terra deserta fuerit exculta, quæ quondã erat desolata in oculis omnis viatoris, * dicent : Terra illa inculta, facta est vt hortus voluptatis : & ciuitates desertæ, & destitutæ atque suffossæ, munitę sederunt. *Et scient Gentes quęcumque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ędificaui dissipata, plantauique inculta, ego Dominus locutus sim, & fecerim. *Hæc dicit Dominus Deus : Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis : Multiplicabo eos sicut gregem hominum, *vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solemnitatibus eius : Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus hominum: & scient quia ego Dominus.

*[a] Sup. 6. 2. 3

Cap. xxxvii.

FActa est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini : & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus : * Et circumduxit me per ea in gyro : erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. * Et dixit ad me: Fili hominis putásne viuent ossa ista? Et dixi : Domine Deus, tu nosti. * Et dixit ad me : Vaticinare de ossibus istis : & dices eis : Ossa arida audite verbum Domini. * Hæc dicit Dominus Deus ossibus his : Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. * Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem : & dabo vobis spiritum, & viuetis, & scietis quia ego Dominus. * Et prophetaui sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus, prophetante me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. * Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt : & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant. * Et dixit ad me : Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum : Hæc dicit Dominus Deus : A quattuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant.

* Et prophetaui sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. *Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est: ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, & perijt spes nostra, & abscissi sumus. * Propterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, populus meus: & inducam vos in terram Israel. *Et scietis quia ego Dominus, cùm aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris, populo meus: * Et dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram: & scietis quia ego Dominus locutus sum, & feci, ait Dominus Deus. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: * Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum: & scribe super illud: Iudæ, & filiorum Israel sociorum eius: & tolle lignum alterum, & scribe super illud: Ioseph ligno Ephraim, & cunctę domui Israel, sociorumque eius. *Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum vnum: & erunt in vnionem in manu tua. *Cùm autem dixerint ad te filij populi tui loquentes: Nónne indicas nobis quid in his tibi velis? * loquêris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum: & erunt vnum in manu eius. * Erunt autem ligna, super quæ scripseris in manu tua, in oculis eorum. *Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt: & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam. *" Et faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur ampliùs in duo regna. *Neque polluentur vltrà in idolis suis, & abominationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus, in quibus peccauerunt, & emundabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. * " Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omniũ eorum: in iudiciis meis ambulabunt, & mãdata mea custodient, & facient ea. * Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri: & habitabunt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filiorum eorum, vsque in sempiternum: & Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. * " Et percutiam illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. *Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. * Et scient Gentes quia ego Dominus sanctificator Israel, cùm fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Ioan. 10. b. 16

Sup. 34. f. 23 Ioan. 1. g. 45 Isa. 40. c. 11 Ier. 23. a. 5 Dan. 9. g. 24

Isa. 42. f. 14 Psal. 109 g. 4 & cap. 42

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem capitis Mosoch & Thubal: & vaticinare de eo, * & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thubal, * & circumagam te, & ponam frenum in maxillis tuis: & educam te, & omnem exercitum tuum, equos & equites vestitos loricis vniuersos, multitudinem magnam, hastam & clypeum arripientium & gladium. * Persæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes scutati & galeati. *Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma, latera Aquilonis, & totum robur eius, populiq; multi tecum. *Præpara, & instrue te, & omnem multitudinem tuam, quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præceptum. *Post dies multos visitaberis: innouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio, & cõgregata est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti iugiter: hæc de populis educta est, & habitabunt in ea confidenter vniuersi. *Ascendens autem quasi tempestas venies, & quasi nubes, vt operias terram tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum. * Hæc dicit Dominus Deus: In die illa ascendent sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam: *& dices: Ascendam ad terram absque muro: veniam ad quiescentes, habitantesque securè: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis: * Vt diripias spolia, & inuadas prædam, vt inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum, qui est congregatus ex Gentibus, qui possidere

Isa. 24. Ioel. 3. Apoc. 20. 8

dere cœpit, & esse habitator vmbilici terræ. * Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi: Numquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas supellectilem, atque substantiam, & diripias manubias infinitas. * Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog: Hæc dicit Dominus Deus: Numquid non in die illo, cùm habitauerit populus meus Israel confidenter, scies? *Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu, & populi multi tecum, ascensores equorum vniuersi, cœtus magnus, & exercitus vehemens. *Et ascendes super populum meũ Israel quasi nubes, vt operias terram. In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam: vt sciant Gentes me, cùm sanctificatus fuero in te in oculis eorum, ô Gog. *Hæc dicit Dominus Deus: Tu ergo illes, de quo locutus sum in diebus antiquis, in manu seruorum meorum prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum temporũ, vt adducerent te super eos. *Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus, ascendet indignatio mea in furore meo. *Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit commotio magna super terrã Israel: * & commouebũtur à facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super humum, cunctiq; homines qui sunt super faciem terræ: & subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram. * Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. *Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo. *Et magnificabor, & sanctificabor: & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego Dominus.

Isa. 24. Ioel. 3. Apoc. 20. 8

CAP. XXXIX.

TV autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch & Thubal: * & circumagam te, & educam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducam te super montes Israel. * Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. * Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui sunt tecum: feris, auibus, omniq; volatili, & bestiis terræ, dedi te ad deuorandum. * Super faciem agri cades: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. * Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter: & scient quia ego Dominus. *Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meum amplius: & scient Gentes quia ego Dominus sanctus Israel. *Ecce venit, & factum est, ait Dominus Deus: hæc est dies, de qua locutus sum. * Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, & baculos manuum, & cõtos: & succendent ea igni septem annis. * Et non portabunt ligna de regionibus, neq; succîdẽt de saltibus: quoniam arma succendent igni, & deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait Dominus Deus. * Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatũ sepulchrum in Israel: vallem viatorum ad Orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereuntes: & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinẽ eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog. * Et sepelient eos domus Israel, vt mundẽt terram septem mensibus. * Sepelient autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus. * Et viros iugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant & requirant eos qui remanserant super faciem terræ, vt emundent eam: post menses autem septem quærere incipient. * Et circuibunt peragrantes terram: cumque viderint os hominis, statuẽt iuxta illud titulum, donec sepeliant illud polinctores in valle multitudinis Gog. *Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram. * Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. * Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum

terræ

terræ bibetis: arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque & altilium, & pinguium omnium. *Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima, quam ego immolabo vobis: * & saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus. * Et ponam gloriam meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim; & manum meam, quam posuerim super eos. * Et scient domus Israel, quia ego Dominus Deus eorum, à die illa, & deinceps. *Et scient Gentes quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel, eò quòd dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis: & tradiderim eos in manu hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. * Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum pro nomine sancto meo. *Et portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationem, qua præuaricati sunt in me, cùm habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes: * & reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorũ suorum, & sanctificatus fuero in eis, in oculis gentium plurimarum. *" Et scient quia ego Dominus Deus eorum, eò quòd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quemquam ex eis ibi. *Et non abscondam vltrà faciem meam ab eis, eò quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait Dominus Deus.

*Sup. 26. c. 33

CAP. XL.

IN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc. *In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum. * Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius: stabat autem in porta. * Et locutus est ad me idem vir: Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ego ostendam tibi: quia vt ostẽdantur tibi adductus es huc: annuncia omnia, quæ tu vides, domui Israel. *Et ecce murus foris secus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo: & mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. *Et venit ad portam, quæ respiciebat viam Orientalem, & ascendit per gradus eius: & mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est, limen vnum calamo vno in latitudine: *& thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos, quinque cubitos: * & limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus, calamo vno. * Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinsecus. *Porrò thalami portæ ad viam Orientalem, tres hinc & tres inde: mensura vna trium, & mensura vna frontium ex vtraque parte. * Et mensus est latitudinem liminis portæ, decem cubitorum: & longitudinem portæ, tredecim cubitorum: * Et marginem ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinque: thalami autem, sex cubitorum erant hinc & inde. * Et mensus est portam à tecto thalami, vsq; ad tectum eius, latitudinem vigintiquinque cubitorum: ostium contra ostium. * Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontem atrium portę vndique per circuitum. *Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos. *Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erant intra portam vndique per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum. *Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum: triginta gazophylacia in circuitu pauimenti. *Et pauimentum in fronte portarum, secundùm longitudinem portarum erat inferius. * Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem, & ad Aquilonem. *Portam quoque, quæ respiciebat viã Aquilonis atrij exterioris, mensus est tam in lon-

in longitudine, quàm in latitudine. * Et thalamos eius tres hinc, & tres inde: & frontem eius, & vestibulum eius secundùm mensuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. * Fenestræ autem eius, & vestibulum, & sculpturæ secundùm mensuram portæ, quæ respiciebat ad Orientem: & septem graduum erat ascẽsus eius, & vestibulum ante eam. *Et porta atrij interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem: & mensus est à porta vsq; ad portã centum cubitos. *Et eduxit me ad viam Australẽ, & ecce porta, quæ respiciebat ad Austrum: & mensus est frontem eius, & vestibulum eius, iuxta mensuras superiores. *Et fenestras eius, & vestibula in circuitu, sicut fenestras ceteras: quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum. * Et in gradibus septem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius: & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. *Et porta atrij interioris in via australi: & mensus est à porta vsque ad portam in via australi, centum cubitos. *Et introduxit me in atrium interius ad portam australem: & mẽsus est portam iuxta mẽsuras superiores. *Thalamum eius, & frontẽ eius, & vestibulum eius eisdem mensuris: & fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu, quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos. *Et vestibulũ per gyrum longitudine viginti quinque cubitorũ, & latitudine quinque cubitorum. * Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte: & octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam. *Et introduxit me in atriũ interius per viam orientalem: & mensus est portam secundùm mensuras superiores. * Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, sicut suprà: & fenestras eius, & vestibula eius in circuitu, lõgitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum. * Et vestibulum eius, id est atrij exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. * Et introduxit me ad portam, quæ respiciebat ad Aquilonem: & mensus est secundùm mensuras superiores. * Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum. * Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius: & cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. * Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum: ibi lauabant holocaustum. * Et in vestibulo portæ, duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. *Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ. * Quattuor mensæ hinc, & quattuor mensæ inde: per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabant. *Quattuor autẽ mensę ad holocaustum, de lapidibus quadris extructę: longitudine cubiti vnius & dimidij: & latitudine cubiti vnius & dimidij: & altitudine cubiti vnius: super quas ponant vasa, in quibus immolatur holocaustum, & victima. *Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinsecus per circuitum: super mensas autem carnes oblationis. * Et extra portam interiorem, gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem: & facies eorum contra viam Australem, vna ex latere portæ Orientalis, quæ respiciebat ad viam Aquilonis. * Et dixit ad me: Hoc est gazophylacium, quod respicit viam Meridianam; sacerdotũ erit, qui excubant in custodiis templi. *Porrò gazophylacium, quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. isti sunt filij Sadoc, qui accedunt de filiis Leui ad Dominum vt ministrent ei. *Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine cẽtum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi. * Et introduxit me in vestibulum templi: & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. * Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus; vna hinc, & altera inde.

CAP. XLI.

ET introduxit me in templum, & mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos inde, latitudi-

nem

nem tabernaculi. *Et latitudo portæ, decem cubitorũ erat: & latera portæ, quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. *Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte portæ duos cubitos: & portam, sex cubitorum: & latitudinem portę, septem cubitorum. *Et mẽsus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem eius viginti cubitorum, ante faciem templi: & dixit ad me: Hoc est sanctũ sanctorum. *Et mensus est parietem domus sex cubitorum: & latitudinem lateris quattuor cubitorum vndique per circuitum domus. *Latera autẽ, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem templi. *Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat tẽplum in superioribus: & sic de inferioribus ascẽdebatur ad superiora in medium. *Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio: * & latitudinẽ per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus. *Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorũ in circuitu domus vndique, * & ostium lateris ad orationem: ostium vnũ ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Australem: & latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorũ in circuitu. *Et ędificium, quod erat separatum, versumq; ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum. paries autẽ ædificij, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & lõgitudo eius nonaginta cubitorum. *Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatum erat ædificium, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. * Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum. *Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius, quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex vtraque parte centum cubitorum: & templum interius, & vestibula atrij. * Limina, & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusque limen, stratumq; ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia. *Et vsque ad domum interiorem, & forinsecus per omnem parietẽ in circuitu intrinsecus, & forinsecus, ad mensuram. * Et fabrefacta cherubim & palmæ: & palma inter cherub & cherub, duasq; facies habebat cherub. *Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum in circuitu. * De terra vsque ad superiora portę, cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi. *Limen quadrangulum, & facies sanctuarij, aspectus contra aspectum. * Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me: Hęc est mensa coram Domino. * Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario. * Et in duobus ostiis ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. *Et cælata erant in ipsis ostiis templi cherubim, & sculpturæ palmarum, sicut in parietibus quoque expressæ erant: quam ob rem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus. *Super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli, secundùm latera domus, latitudinemque parietum.

CAP. XLII.

ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatũ ædificium, & contra ædem vergentem ad Aquilonem. *In facie longitudinis, centum cubitos ostij Aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos, * contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. * Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius. Et ostia eorum ad Aquilonem: * Vbi erant gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificij. *Tristega enim erant, & non habebant columnas, sicut erant columnę atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta. * Et peri-

bolus

bolus exterior secundùm gazophylacia, quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorum. *Quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum. *Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori. * In latitudine periboli atrij, quod erat cõtra viam Orientalem, in faciem ædificij separati, & erant ante ędificium gazophylacia. *Et via ante faciẽ eorum, iuxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: secundùm longitudinem eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum. * secundùm ostia gazophylaciorum, quæ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viæ: quæ via erat ante vestibulum separatum per viam Orientalem ingredientibus. * Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hęc sunt gazophylacia sancta: in quibus vescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum: ibi ponent sancta sanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. * Cùm autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius: & ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestientur q; vestimentis aliis, & sic procedent ad populum. *Cumque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ respiciebat ad viam Orientalem: & mensus est eam vndique per circuitum. *Mensus est autem contra ventum Orientalem calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. * Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos in calamo mensuræ per gyrum. *Et ad ventum Australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. *Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ. *Per quattuor ventos mensus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, dividentem inter sanctuarium & vulgi locum.

CAP. XLIII.

ET duxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam Orientalem. * Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. * Et vidi visionem, secundùm speciem, quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem: & species secundùm aspectum, quem videram iuxta fluuium Chobar: & cecidi super faciem meam. * Et maiestas Domini ingressa est templum per viam portę, quę respiciebat ad Orientem. *Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria Domini domus. * Et audiui loquentem ad me de domo, & vir qui stabat iuxta me, * dixit ad me: Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum: & non polluent vltrà domus Israel nomen sanctum meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis. * Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus, quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea. * Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorum semper. *Tu autem fili hominis ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam: * & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt: Figuram domus, & fabricæ eius exitus, & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum: vt custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. *Ista est lex domus in summitate montis: Omnis finis eius in circuitu, sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus. * Iste autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus & cubitus in latitudine, & definitio eius vsque ad labium eius, & in circuitu, palmus vnus. hęc quoque erat fossa altaris. *Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à

crepi-

crepidine minore vsque ad crepidinem maiorẽ quattuor cubiti, & latitudo cubiti vnius. * Ipse autem Ariel quattuor 15
cubitorum: & ab Ariel vsque ad sursum, cornua quattuor. * Et Ariel duodecim 16
cubitorum in longitudine per duodecim E
cubitos latitudinis: quadrangulatum æquis lateribus. * Et crepido quattuordecim cubitorum longitudinis, per quattuordecim cubitos latitudinis in quattuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circuitum: gradus autem eius versi ad Orientem. * Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Hi sunt ritus altaris, in quacumque die fuerit fabricatum; vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. * Et dabis Sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, F
ait Dominus Deus, vt offerãt mihi vitulũ de armento pro peccato. * Et assumẽs 20
de sanguine eius, pones super quattuor cornua eius, & super quattuor angelos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mundabis illud, & expiabis. * Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato: & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium. * Et in die se- 22
cunda offeres hircum capratum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. * Cumque 23
compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum. * Et offe- 24
res eos in conspectu Domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos holocaustum Domino. * Septem die- 25
bus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus, immaculatos offerent. * Se- 26
ptem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. * Expletis autem diebus, in die octaua & 27
vltrà, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quę pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

CAP. XLIIII.

ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quę respiciebat ad A
Orientem: & erat clausa. * Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa * principi. 3 E
Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat 16

panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viã eius egredietur. * Et adduxit me per viam portæ 4
Aquilonis in cõspectu domus: & vidi, & B
ecce impleuit gloria Domini domũ Domini: & cecidi in faciem meam. * Et di- 5
xit ad me Dominus: Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremoniis domus Domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuũ in viis templi per omnes exitus san- 6
ctuarij. * Et dices ad exasperantem me domũ Israel: Hęc dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel: * eò quòd inducitis filios alie- 7
nos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem, & sanguinem: & dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris. * Et non seruastis præce- 8
pta sanctuarij mei: & posuistis custodes C
obseruationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. * Hæc dicit Domi- 9
nus Deus: Omnis alienigena incircumcisus corde, & incircumcisus carne, non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum Israel. * Sed & Leuitæ, qui lon- 10
gè recesserunt à me in errore filiorum Israel, & errauerunt à me post idola sua, & portauerũt iniquitatem suam: * erunt in 11
sanctuario meo æditui, & ianitores portarũ domus, & ministri domus: ipsi mactabunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in conspectu eorum, vt 12
ministrent eis. * Pro eo quòd ministrauerunt illis in cõspectu idolorum suorum, D
& facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui manum meam super eos, ait Dominus Deus, & portabunt iniquitatem suam: * & non 13
appropinquabunt ad me vt sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerunt. 14
* Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & in vniuersis quæ fient 15
in ea. * Sacerdotes autem & Leuitæ filij Sadoc, qui custodierunt ceremonias sanctuarij mei, cùm errarent filij Israel à me, ipsi accedent ad me vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo vt offerant mihi adipem, & sanguinem, ait E
Dominus Deus. * Ipsi ingredientur san- 16

ctuarium

ctuarium meũ, & ipsi accedent ad mensam meam vt ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas. * Cumque ingre- 17
dientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quidquam laneum, quãdo ministrant in 18
portis atrij interioris & intrinsecus. * Vittæ lineæ erunt in capitibus eorũ, & feminalia linea erũt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore. * Cumque egre- 19 B
dientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerãt, & reponent ea in gazophylacio F
sanctuarij, & vestient se vestimẽtis alijs: & non sanctificabunt populum in vestibus suis. * Caput autem suum nõ radent, 20
neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. * Et vinum non bi- 21
bet omnis sacerdos quando ingressurus est atrium interius. * " Et viduam & re- 22
pudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine domus Israel: sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient. * Et populum meũ docebunt quid 23
sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis. * Et cùm fuerit controuersia, stabunt in 24
iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus sollemnitatibus meis custodient, & Sabbata mea sanctificabunt. * Et ad mortuũ hominem 25
non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & D
fratrem & sororem, quæ alterum virum G
non habuerit: in quibus contaminabuntur. * Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei. * Et in die 26
introitus sui in sanctuariũ ad atrium in- 27
terius, vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus. * " Nõ erit autem eis hereditas, ego 28
hereditas eorum: & possessionem nõ dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. * Victimam & pro peccato & pro 29
delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorũ erit. * " Et primitiua om- 30
nium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quę offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui tuæ. * " Omne mor- 31
ticinum, & captum à bestia de auibus & de pecoribus non comedent Sacerdotes.

CAP. XLV.

CVmq; cœperitis terrã diuidere sortitò, separate primitias Domino, 1 A

sanctificatũ de terra, longitudine viginti- 2
quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatũ erit in omni termino eius per circuitũ. * Et erit ex omni parte san- 3
ctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrũ. * Et à mensura ista mensurabis longitu- 4 B
dinem viginti quinque millium, & latitudinem decẽ millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum. * Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. * Viginti- 5
quinque autẽ millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Leuitis, qui ministrãt domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia. * Et possessionem ciuitatis 6
dabitis quinque millia latitudinis, & lõgitudinis viginti quinque millia, secũdùm separationem sanctuarij, omni domui Israel. * Principi quoque hinc & inde in se- 7
parationem sanctuarij, & in possessionem C
ciuitatis, contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis: à latere Maris vsque ad Mare, & à latere Orientis vsque ad Orientem: Longitudinis autem iuxta vnamquamque partem à termino Occidentali vsque ad terminum Orientalẽ. * De terra erit ei pos- 8
sessio in Israel: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundùm tribus eorum. * Hæc dicit Dominus Deus: 9
Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite, separate cõsinia vestra à populo meo, ait Dominus Deus. * Sta- 10
tera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. * Ephi & batus æqualia, & 11
vnius mensuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partẽ cori ephi: iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. * " Siclus autẽ viginti obo- 12
los habet. Porrò viginti sicli, & viginti- quinque sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt. * Et hę sunt primitiæ, quas tolle- 13
E
tis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextã partem ephi de coro hordei. * Mensura quoque olei, batus olei, decima 14
pars cori est: & decem bati corum faciunt: quia decem bati implent corum. * Et arietẽ vnum de grege ducentorum, 15
de his quæ nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus.

* *Exod. 30. b. 11 Leuit. 27. c. 25 Num. 3. f. 47*

* Omnis populus terræ tenebitur primi- 16
tijs his principi in Israel. * Et super prin- 17
cipem erunt holocausta,& sacrificium,&
libamina in sollemnitatibus,& in Calen- F
dis,& in Sabbatis,& in vniuersis sollem- C
nitatibus domus Israel : ipse faciet pro
peccato sacrificium, & holocaustum, &
pacifica ad expiandum pro domo Israel.
* Hæc dicit Dominus Deus : In primo 18
mense, vna mensis, sumes vitulum de ar-
mento immaculatũ,& expiabis sanctua-
riũ. * Et tollet sacerdos de sanguine quod 19
erit pro peccato:& ponet in postibus do-
mus, & in quattuor angulis crepidinis
altaris, & in postibus portæ atrij interio- 20
ris. * Et sic facies in septima mensis, pro
vnoquoque qui ignorauit, & errore de-
ceptus est,& expiabis pro domo. * In pri- 21
mo mense,quartadecima die mensis, erit G
vobis Paschæ sollemnitas: septem diebus
azyma comedentur. * Et faciet princeps 22
in die illa pro se, & pro vniuerso populo
terræ, vitulum pro peccato. * Et in sep- 23
tem dierum sollemnitate faciet holo-
caustum Domino septem vitulos, & se-
ptem arietes immaculatos quotidie septẽ
diebus: & pro peccato hircum caprarum
quotidie. * Et sacrificium ephi per vitu- 24
lum, & ephi per arietem faciet: & olei
hin per singula ephi. * Septimo mense, 25
quintadecima die mensis in sollemnita-
te, faciet sicut suprà dicta sunt per se-
ptem dies; tam pro peccato, quàm pro
holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

HÆc dicit Dominus Deus: Porta a- 1 A
trij interioris, quæ respicit ad O-
rientem, erit clausa sex diebus, in quibus
opus fit: die autem Sabbati aperietur,sed
& in die Calendarum aperietur. * Et in- 2
trabit princeps per viam vestibuli portæ
deforis, & stabit in limine portæ : & fa-
cient sacerdotes holocaustum eius,& pa-
cifica eius: & adorabit super limen por-
tæ, & egredietur: porta autem non clau-
detur vsque ad vesperam. * Et adorabit 3
populus terræ ad ostium portæ illius in
Sabbatis, & in Calẽdis, coram Domino.
* Holocaustum autẽ hoc offeret princeps 4 B
Domino ; in die Sabbati sex agnos im-
maculatos,& arietem immaculatum. * Et 5
sacrificium ephi per arietem: in agnis au-
tem sacrificiũ quod dederit manus eius :
& olei hin per singula ephi. * In die au- 6
tem Calendarum vitulum de armento
immaculatum :& sex agni & arietes im-

maculati erunt. * Et ephi per vitulũ, ephi
quoque per arietem faciet sacrificium: de
agnis autem, sicut inuenerit manus eius:
& olei hin per singula ephi. * Cumque 8 C
ingressurus est princeps, per viam vesti-
buli portę ingrediatur,& per eandẽ viam
exeat. * Et cùm intrabit populus terræ in 9
conspectu Domini in sollemnitatibus :
qui ingreditur per portam Aquilonis, vt
adoret, egrediatur per viam portæ Me-
ridianæ: porrò qui ingreditur per viam
portæ Meridianæ, egrediatur per viam
portæ Aquilonis : non reuertetur per viã
portæ, per quam ingressus est, sed è re-
gione illius egredietur. * Princeps autem 10
in medio eorum cum ingredientibus in-
gredietur, & cum egredientibus egredie-
tur. * Et in nundinis, & in sollemnitati- 11 D
bus erit sacrificium ephi per vitulum, &
ephi per arietem:agnis autem erit sacrifi-
cium sicut inuenerit manus eius : & olei
hin per singula ephi. * Cùm autem fece- 12
rit princeps spontaneum holocaustum,
aut pacifica voluntaria Domino; aperie-
tur ei porta quæ respicit ad Orientem, &
faciet holocaustum suum,& pacifica sua,
sicut fieri solet in die sabbati : & egredie-
tur, claudeturque porta postquam exie-
rit. * Et agnum eiusdem anni immacula- 13
tum faciet holocaustũ quotidie Domi-
no : semper manè faciet illud. * Et faciet 14 E
sacrificium super eo cata mane mane sex-
tam partẽ ephi, & de oleo tertiã partem
hin,vt misceatur similæ:sacrificium Do-
mino legitimum,iuge atque perpetuum.
* Faciet agnum, & sacrificium, & oleum 15
cata mane mane:holocaustum sempiter-
num. * Hæc dicit Dominus Deus: Si de- 16
derit princeps donum alicui de filijs suis:
hereditas eius, filiorum suorũ erit, possi-
debunt eam hereditariè. * Si autem dede- 17 F
rit legatum de hereditate sua vni seruo-
rum suorum, erit illius vsque ad annum
remissionis, & reuertetur ad principem :
hereditas autem eius, filijs eius erit. * Et 18
non accipiet princeps de hereditate po-
puli per violentiam,& de possessione eo-
rum : sed de possessione sua hereditatem
dabit filijs suis:vt non dispergatur popu-
lus meus vnusquisque à possessione sua.
* Et introduxit me per ingressum, qui 19
erat ex latere portę, in gazophylacia san-
ctuarij ad sacerdotes,quæ respiciebant ad
Aquilonem : & erat ibi locus vergens ad
Occidentem. * Et dixit ad me: Iste est lo- 20
cus vbi coquent sacerdotes pro peccato,
& pro delicto:vbi coquent sacrificium,vt

non

non efferant in atriũ exterius, & sancti- 21
ficetur populus. * Et eduxit me in atrium
exterius, & circumduxit me per quat-
tuor angulos atrij : & ecce atriolum erat
in angulo atrij, atriola singula per angu-
los atrij. * In quattuor angulis atrij a- 22
triola disposita, quadraginta cubitorum
per longum,& triginta per latum : men-
suræ vnius quattuor erant. * Et paries per 23
circuitum ambiens quattuor atriola : &
culinæ fabricatæ erant subter porticus
per gyrum. * Et dixit ad me: Hæc est do- 24
mus culinarum, in qua coquent ministri
domus Domini victimas populi.

CAP. XLVII.

ET conuertit me ad portam domus, 1 A
& ecce aquæ egrediebãtur subter li-
men domus ad Orientem : facies enim
domus respiciebat ad Orientem : aquæ
autem descendebãt in latus templi dex-
trum ad Meridiem altaris. * Et eduxit 2
me per viam portæ Aquilonis, & cõuer-
tit me ad viam foras portam exteriorem,
viam quæ respiciebat ad Orientem : &
ecce aquæ redundantes à latere dextro.
* Cùm egrederetur vir ad Orientem, qui 3
habebat funiculũ in manu sua, & men-
sus est mille cubitos : & traduxit me per
aquam vsq; ad talos. * Rursumque men- 4
sus est mille, & traduxit me per aquam
vsque ad genua : * & mensus est mille,& 5
traduxit me per aquam vsque ad renes.
Et mensus est mille, torrentem, quem
non potui pertransire : quoniam intu-
muerat aquę profundi torrentis,qui non
potest eransuadari. * Et dixit ad me:Cer- 6
tè vidisti fili hominis. Et eduxit me, & B
conuertit ad ripam torrentis. * Cumque 7
me conuertissem, ecce in ripa torrentis
ligna multa nimis ex vtraque parte. * Et 8
ait ad me: Aquæ istæ, quæ egrediuntur
ad tumulos sabuli Orientalis, & descen-
dunt ad plana deserti, intrabunt mare,&
exibunt, & sanabuntur aquæ. * Et omnis 9
anima viuens, quæ serpit, quocumque
venerit torrens, viuet: & erunt pisces
multi satis postquã venerint illuc aquæ
istæ, & sanabuntur & viuent omnia, ad
quæ venerit torrens. * Et stabunt super 10
illas piscatores, ab Engaddi vsq; ad En-
gallim siccatio sagenarum erit : pluri-
mæ species erunt piscium eius, sicut pi-
sces maris magni,multitudinis nimię: * in 11
littoribus autem eius, & in palustribus
non sanabuntur, quia in salinas dabun-
tur. * Et super torrentem orietur in ripis 12
C eius ex vtraque parte omne lignum po-
miferum : non defluet folium ex eo, &
non deficiet fructus eius : per singulos
menses afferet primitiua, quia aquæ eius
de sanctuario egredientur : & erunt fru-
ctus eius in cibum, & folia eius ad medi-
cinam. * Hæc dicit Dominus Deus : Hic 13
est terminus, in quo possidebitis terram
in duodecim tribubus Israel:quia Ioseph
duplicem funiculum habet. * Possidebitis 14
autem eam singuli æquè vt frater suus ;
super quam leuaui manum meam vt da-
rem patribus vestris : & cadet terra hæc
vobis in possessionem. * Hic est autem 15
terminus terræ : ad plagam Septentrio-
nalem, à mari magno via Hethalon, ve-
nientibus Sedada, * Emath, Berotha,Sa- 16 A
barim, quæ est inter terminum Damasci
& confiniũ Emath, domus Tichon, quæ
est iuxta terminum Auran. * Et erit ter- 17
minus à Mari vsq; ad atrium Enon ter-
minus Damasci, & ab Aquilone ad A-
quilonem : terminus Emath plaga Se-
ptentrionalis. * Porrò plaga Orientalis 18
de medio Auran, & de medio Damasci,
D & de medio Galaad, & de medio terræ
Israel, Iordanis disterminans ad mare
Orientale, metiemini etiam plagam O-
rientalem. * Plaga autem australis meri- 19
diana, à Thamar vsque ad aquas contra-
dictionis Cades: & torrens vsque ad ma-
re magnum : & hæc est plaga ad Meri-
diem australis. * Et plaga Maris, mare 20
magnum à confinio per directum,donec
venias Emath: hæc est plaga Maris. * Et 21
diuidetis terram istam vobis per tribus
Israel : * & mittetis eam in hereditatem 22
vobis, & aduenis, qui accesserint ad vos,
qui genuerint filios in medio vestrũm: &
erunt vobis sicut indigenæ inter filios Is-
rael : vobiscum diuident possessionem in
medio tribuum Israel. * In tribu autem 23
quacumque fuerit aduena, ibi dabitis
possessionem illi, ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus A- 1
quilonis iuxta viam Hethalon per-
A gentibus Emath, atrium Enan terminus
Damasci ad Aquilonẽ iuxta viã Emath.
Et erit ei plaga Oriẽtalis Mare,Dan vna.
* Et super terminum Dan, à plaga Orien- 2
tali vsque ad plagã Maris, Aser vna : * & 3
super terminum Aser, à plaga Orientali
vsque ad plagam Maris, Nephthali vna.
* Et super terminum Nephthali, à plaga 4
Orientali vsq; ad plagam Maris, Manas-

se vna.

se vna. * Et super terminum Manasse, à 5
plaga Orientali vsque ad plagam Maris,
Ephraim vna. * Et super terminum 6
Ephraim, à plaga Orientali vsque ad pla-
gam Maris, Ruben vna. * Et super ter- 7
minum Ruben, à plaga Orientali vsque
ad plagam Maris, Iuda vna. * Et super 8
terminũ Iuda, à plaga Orientali vsque ad
plagam Maris, erunt primitiæ, quas se-
parabitis, vigintiquinque millibus latitu-
dinis & longitudinis, sicuti singulæ par-
tes à plaga Orientali vsque ad plagam
Maris : & erit sanctuarium in medio
eius. * Primitiæ, quas separabitis Domi- 9
no : longitudo vigintiquinque millibus,
& latitudo decem millibus. * Hæ autem 10
erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum: ad B
Aquilonem longitudinis vigintiquinque
millia, & ad Mare latitudinis decem mil-
lia, sed & ad Orientem latitudinis decem
millia, & ad Meridiem longitudinis vi-
gintiquinque millia: & erit sanctuarium
Domini in medio eius. * Sacerdotibus 11
sanctuariũ erit de filijs Sadoc, qui custo-
dierunt cæremonias meas, & non errauе-
runt cùm errarent filij Israel, sicut erra-
uerunt & Leuitæ. * Et erunt eis primitiæ 12
de primitijs terræ sanctum sanctorum,
iuxta terminum Leuitarum. * Sed & Le- 13
uitis similiter iuxta fines sacerdotum vi-
gintiquinque millia longitudinis, & la-
titudinis decem millia. Omnis longitu-
do viginti & quinque millium, & latitu-
do decem millium. * Et non venunda- 14
bunt ex eo, neque mutabunt, neq; trans-
ferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ
sunt Domino. * Quinque millia autem 15
quæ supersunt in latitudine per viginti-
quinque millia, profana erunt vrbis in
habitaculum, & in suburbana: & erit ci-
uitas in medio eius. * Et hæ mensuræ 16
eius: ad plagam Septentrionalem quin-
genta & quattuor millia: & ad plagam
Meridianam, quingẽta & quattuor mil-
lia: & ad plagam Orientalẽ, quingenta &
quattuor millia: & ad plagam Occiden-
talẽ, quingenta & quattuor millia. * Erũt 17
autem suburbana ciuitatis ad Aquilo- C
nem ducenta quinquaginta, & ad Meri-
diem ducẽta quinquaginta, & ad Orien-
tem ducenta quinquaginta, & ad Mare
ducenta quinquaginta. * Quod autem 18
reliquum fuerit in longitudine secũdùm
primitias sanctuarij, decem millia in O-
rientem, & decem millia in Occidentem,
erunt sicut primitiæ sanctuarij: & erunt
fruges eius in panes his qui seruiunt ci-

19 uitati. * Seruientes autem ciuitati, opera-
20 bũtur ex omnibus tribubus Israel. * Om-
nes primitiæ vigintiquinque millium,
per vigintiquinque millia in quadrum,
separabuntur in primitias sanctuarij, &
21 in possessionem ciuitatis. * Quod autem
reliquum fuerit, principis erit ex omni
parte primitiarum sanctuarij, & posses-
sionis ciuitatis è regione vigintiquinque
millium primitiarum vsque ad termi-
num Orientalem : sed & ad Mare, è re-
gione vigintiquinque millium vsque ad
terminum maris, similiter in partibus
principis erit: & erunt primitiæ sanctua-
rij, & sanctuarium templi in medio eius.
22 * De possessione autem Leuitarum, & de
possessione ciuitatis in medio partium
principis: erit inter terminum Iuda, &
inter terminum Beniamin, & ad princi-
23 pem pertinebit. * Et reliquis tribubus:
A plaga Orientali vsque ad plagam Oc-
cidentalem, Beniamin vna. * Et contra
D terminum Beniamin, à plaga Orientali
vsque ad plagam Occidentalem, Simeon
25 vna. * Et super terminum Simeonis, à
plaga Orientali vsque ad plagam Occi-
26 dentalem, Issachar vna. * Et super termi-
num Issachar, à plaga Orientali vsque ad
plagam Occidentalem, Zabulon vna.
27 * Et super terminum Zabulon, à plaga
Orientali vsque ad plagam Maris, Gad
28 vna. * Et super terminum Gad, ad plagam
Austri in Meridie: & erit finis de Thamar
vsque ad aquas contradictionis Cades,
29 hereditas contra mare magnum. * Hæc
est terra, quam mittetis in sortem tribu-
bus Israel : & hæ partitiones earum, ait
30 Dominus Deus. * Et hi egressus ciuita-
tis: A plaga Septentrionali quingentos
31 & quattuor millia mensurabis. * Et por-
tæ ciuitatis ex nominibus tribuum Is-
rael, portæ tres à Septentrione, porta
Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui
32 vna. * Et ad plagam Orientalem, quin-
gentos & quattuor millia : & portæ tres,
porta Ioseph vna, porta Beniamin vna,
33 porta Dan vna. * Et ad plagam Meridia-
nam, quingentos & quattuor millia me-
tieris: & portæ tres, porta Simeonis vna,
porta Issachar vna, porta Zabulon vna.
34 * Et ad plagam Occidentalem, quingen-
tos & quattuor millia, & portæ eorum
tres, porta Gad vna, porta Aser vna, por-
35 ta Nephthali vna. * Per circuitum, decem
& octo millia: & nomen ciuitatis ex illa
die, Dominus ibidem.

PRO-

PROPHETIA DANIELIS.

CAPVT PRIMVM.

ANNO tertio regni Ioa- 1
kim regis Iuda, venit A
Nabuchodonosor rex
Babylonis in Ierusa-
lem, & obsedit eam:
* & tradidit Dominus 2
in manu eius Ioakim
regem Iuda, & partem vasorum domus
Dei: & asportauit ea in terram Sennaar
in domũ dei sui, & vasa intulit in domũ
Thesauri dei sui. * Et ait rex Asphenez 3
præposito Eunuchorũ, vt introduceret
de filijs Israel, & de semine regio & ty-
rannorum, * pueros, in quibus nulla esset 4
macula, decoros forma, & eruditos om-
ni sapientia, cautos scientia, & doctos
disciplina, & qui possent stare in palatio
regis, vt doceret eos litteras, & linguam
Chaldæorum. * Et constituit eis rex an- 5
nonam per singulos dies de cibis suis, &
de vino vnde bibebat ipse, vt enutriti
tribus annis, postea starent in conspectu
regis. * Fuerunt ergo inter eos de filijs 6
Iuda, Daniel, Ananias, Misael, & Aza- B
rias. * Et imposuit eis præpositus eunu- 7
chorum, nomina; Danieli, Baltassar; A-
naniæ, Sidrach; Misaeli, Misach; & Aza-
riæ, Abdenago. * Proposuit autẽ Daniel 8
in corde suo, ne pollueretur de mensa re-
gis, neque de vino potus eius: & rogauit
eunuchorum præpositum ne contami-
naretur. * Dedit autẽ Deus Danieli gra- 9
tiam & misericordiam in cõspectu prin-
cipis eunuchorum. * Et ait princeps eu- 10
nuchorum ad Danielẽ: Timeo ego do-
minum meum regem, qui cõstituit vobis
cibum & potum: qui si viderit vultus ve-
stros maciliõres præ ceteris adolescen-
tibus coæuis vestris, condemnabitis ca-
put meum regi. * Et dixit Daniel ad Ma- 11
lasar, quem constituerat princeps eunu-
chorum super Danielem, Ananiam, Mi- C
saelem, & Azariam: * Tenta nos obsecro 12
seruos tuos diebus decem, & dentur no-
bis legumina ad vescendum, & aqua ad
13 bibendum: * & contemplare vultus no-
stros, & vultus puerorum qui vescuntur
cibo regio: & sicut videris, facies cum
14 seruis tuis. * Qui, audito sermone huius-
15 cemodi, tentauit eos diebus decẽ. * Post
dies autem decem, apparuerunt vultus
eorum meliores & corpulentiores præ
omnibus pueris, qui vescebantur cibo re-
16 gio. * Porrò Malasar tollebat cibaria &
vinum potus eorum: dabatque eis legu-
17 mina. * Pueris autem his dedit Deus
D scientiam & disciplinam, in omni libro
& sapientia: Danieli autẽ intelligentiam
18 omnium visionũ & somniorum. * Com-
pletis itaque diebus, post quos dixerat
rex vt introducerentur: introduxit eos
præpositus eunuchorum in conspectu
19 Nabuchodonosor. * Cumque eis locutus
fuisset rex, non sunt inuenti tales de vni-
uersis, vt Daniel, Ananias, Misael, &
Azarias: & steterunt in conspectu Regis.
20 * Et omne verbum sapientiæ & intelle-
ctus, quod scisciatus est ab eis Rex, in-
uenit in eis decuplum, super cunctos a-
riolos & magos, qui erant in vniuerso
21 regno eius. * [n] Fuit autem Daniel vsque * *Infr.6.*
ad annum primum Cyri regis. *g.28*

CAP. II.

IN anno secundo regni Nabuchodono- 1
sor, vidit Nabuchodonosor somnium, A
& conterritus est spiritus eius, & som-
nium eius fugit ab eo. * Præcepit autem 2
rex, vt conuocarentur arioli, & magi, &
malefici, & Chaldæi, vt indicarent regi
somnia sua: qui cùm venissent, steterunt
coram rege. * Et dixit ad eos rex: Vidi 3
somnium; & mente cõfusus ignoro quid
4 viderim. * Responderuntque Chaldæi
regi Syriacè: Rex in sempiternum viue:
dic somniũ seruis tuis, & interpretatio-
nem eius indicabimus. * Et respondens 5
rex ait Chaldæis: Sermo recessit à me:
nisi indicaueritis mihi somnium, & co-
niecturam eius, peribitis vos, & domus

veſtræ publicabuntur. * Si autem ſomnium, & coniecturam eius narraueritis, præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me: ſomnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. * Reſponderunt ſecundò, atq; dixerunt: Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationē illius indicabimus. * Reſpondit rex, & ait: Certè noui quòd tempus redimitis, ſcientes quòd receſſerit à me ſermo. * Si ergo ſomnium non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, quòd interpretationem quoq; fallacem & deceptione plenam compoſueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranſeat. Somniū itaque dicite mihi, vt ſciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini. * Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt: Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum, rex, poſſit implere: ſed neque regum quiſquam magnus & potens verbum huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. * Sermo enim, quem tu quæris, rex, grauis eſt: nec reperietur quiſquam, qui indicet illum in conſpectu regis: exceptis dijs, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio. * Quo audito, rex, in furore & in ira magna præcepit, vt perirent omnes ſapientes Babylonis. * Et egreſſa ſententia, ſapientes interficiebantur: quærebanturque Daniel & ſocij eius, vt perirent. * Tunc Daniel requiſiuit de lege atque ſententia, ab Arioch principe militiæ regis, qui egreſſus fuerat ad interficiendos ſapientes Babylonis. * Et interrogauit eum, qui à rege poteſtatem acceperat, quam ob cauſam tam crudelis ſententia à facie regis eſſet egreſſa. Cùm ergo rē indicaſſet Arioch Danieli, * Daniel ingreſſus rogauit regem, vt tempus daret ſibi ad ſolutionem indicādam regi. * Et ingreſſus eſt domum ſuam, Ananiēque & Miſaeli & Azariæ ſocijs ſuis indicauit negotium: * vt quærerēt miſericordiam à facie Dei cæli ſuper ſacramento iſto, & non perirent Daniel & ſocij eius cum ceteris ſapientibus Babylonis. * Tūc Danieli myſteriū per viſionem nocte reuelatum eſt: & benedixit Daniel Deum cæli, * & locutus ait: Sit nomen Domini benedictum à ſæculo & vſque in ſæculum: quia ſapiētia & fortitudo eius ſunt. * Et ipſe mutat tempora, & ętates: tranſfert regna, atq; conſtituit: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam: * Ipſe reuelat profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta: & lux cum eo eſt. * Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor, teque laudo: quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi: & nunc oſtendiſti mihi quæ rogauimus te, quia ſermonem regis aperuiſti nobis. * Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch, quem conſtituerat rex vt perderet ſapientes Babylonis, ſic ei locutus eſt: Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in cōſpectu regis, & ſolutionem regi narrabo. * Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inueni hominem de filijs tranſmigrationis Iuda, qui ſolutionē regi annunciet. * Reſpōdit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltaſſar: Putáſne verè potes mihi indicare ſomnium, quod vidi, & interpretationem eius? * Et reſpondens Daniel coram rege, ait: Myſterium, quod rex interrogat, ſapientes, magi, arioli, & aruſpices nequeunt indicare regi. * Sed eſt Deus in cælo reuelans myſteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt in nouiſſimis temporibus. Somnium tuum, & viſiones capitis tui in cubili tuo huiuſcemodi ſunt: * Tu rex cogitare cœpiſti in ſtrato tuo, quid eſſet futurum poſt hæc: & qui reuelat myſteria, oſtēdit tibi quę ventura ſunt. * Mihi quoque non in ſapientia, quæ eſt in me plus quàm in cūctis viuentibus, ſacramentum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpretatio regi manifeſta fieret, & cogitationes mētis tuæ ſcires. * Tu rex videbàs, & ecce quaſi ſtatua vna grandis: ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. * Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter & femora ex ære. * tibiæ autem ferreę, pedum quędam pars erat ferrea, quędam autem fictilis. * Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de mōte ſine manibus: & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. * Tūc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento: nulluſque locus inuentus eſt eis: lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. * hoc eſt ſomnium: Interpretationem quoq; eius dicemus coram te, rex. * Tu rex regum es: & Deus cæli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: * & omnia

in quibus habitant filij hominum, & beſtiæ agri: volucres quoque cæli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit: tu es ergo caput aureum. * Et poſt te conſurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ. * Et regnum quartum erit velut ferrum. quomodo ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia hæc. * Porrò quia vidiſti pedum, & digitorum partem teſtæ figuli, & partem ferream: regnum diuiſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundùm quod vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto. * Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidū, & ex parte contritum. * Quòd autē vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non poteſt teſtæ. * In diebus autem regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum nō diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & conſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. * Secūdum quod vidiſti, quòd de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt poſtea. & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius. * Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit, & hoſtias & incenſum præcepit vt ſacrificarēt ei. * Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè Deus veſter Deus deorum eſt, & Dominus regum, & reuelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum. *. Tunc rex Danielem in ſublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & conſtituit eum principem ſuper omnes prouincias Babylonis, & præfectum magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babylonis. * Daniel autem poſtulauit à rege; & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: ipſe autem Daniel erat in foribus regis.

CAP. III.

NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream, altitudine cubitorū ſexaginta, latitudine cubitorum ſex, & ſtatuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. * Itaque Nabuchodonoſor rex miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omneſque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationē ſtatuę, quam erexerat Nabuchodonoſor rex. * Tunc congregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates qui erant in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quā erexerat Nabuchodonoſor rex. ſtabant autem in conſpectu ſtatuæ, quam poſuerat Nabuchodonoſor rex: * & præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribus, & linguis: * In hora, qua audieritis ſonitum tubę, & fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, cadētes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. * Si quis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. * Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ, adorauerūt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. * Statimq; in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos: * dixeruntque Nabuchodonoſor regi: Rex in æternum viue: * tu rex poſuiſti decretū, vt omnis homo, qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphonię, & vniuerſi generis muſicorū, proſternat ſe, & adoret ſtatuam auream: * ſi quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. * Sunt ergo viri Iudæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: viri iſti contempſerunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quā erexiſti, nō adorant. * Tunc Nabuchodonoſor in furore & in ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis. * Pronunciānſque Nabuchodonoſor rex, ait eis: Veréne Sidrach, Miſach, & Abdenago, deos meos non colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui, non adoratis? * Nunc ergo ſi eſtis parati, quacumque hora audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, omniſque generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam quā feci:

quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?* Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerũt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi.* Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare.* Quòd si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos nõ colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. * Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit vt succenderetur fornax septuplum quàm succendi cõsueuerat. * Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.* Et confestim viri illi vincti, cũ braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis,* nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis.* Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur in Hebrais voluminibus non reperi.

* Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.
* Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait:
Benedictus es Domine Deus patrum nostrorũ, & laudabile & glorioſum nomen tuũ in sæcula: quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. *Iudicia enim vera fecisti, iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate, & in iudicio, induxisti omnia hæc propter peccata nostra.* Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus: * & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt benè nobis esset.
*omnia ergo, quæ induxisti super nos, & vniuersa, quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: * & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorũ, & pessimorum, preuaricatorumque, & regi iniusto & pessimo vltra omnẽ terram. * Et nunc non possumus aperire os: confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te.* Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomẽ tuum, & ne dissipes testamentum tuum: * neq; auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruũ tuum, & Israel sanctũ tuum: * quibus locutus es pollicens quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris: * quia Domine imminuti sumus plus quàm omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra.* Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neq; locus primitiarum coram te, * vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur.* Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. * Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. * Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ. *Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine: * & confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omni potentia tua, & robur eorum conteratur: *& sciant quia tu es Dominus Deus solus, & glorioſus super orbem terrarum. * Et non cessabant qui miserãt eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, & stuppa, & pice, & malleolis,* & effundebatur flãma super fornacẽ cubitis quadragintanouem: * & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius, in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, * & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit.
* Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes:
* Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula. & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum: & laudabile, & superexaltatum in omnibus sæculis.
* Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ: & superlaudabilis, & superglorioſus in sæcula.
* Benedictus es in throno regni tui: & superlaudabilis, & superexaltatus in sæcula.
* Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super cherubim, & laudabilis, & superexaltatus in sæcula.
* Benedictus es in firmamento cæli: & laudabilis & glorioſus in sæcula.
* Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite Angeli Domini Domino: laudate & superexaltate eũ in sęcula.
* * Benedicite cæli Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite omnes virtutes Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite sol & luna Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite stellæ cæli Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite omnis imber & ros Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite omnes spiritus Dei Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite ignis & æstus Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite frigus & æstus Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite rores & pruina Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite gelu & frigus Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite glacies & niues Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite noctes & dies Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite lux & tenebræ Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite fulgura & nubes Domino: laudate & superexaltate eũ in sęcula.
* Benedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.
* Benedicite montes & colles Domino: laudate & superexaltate eũ in sęcula.
* Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite fontes Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite maria & flumina Domino: laudate & superexaltate eũ in sęcula.
* Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite omnes volucres cæli Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite filij hominum Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.
* Benedicite sacerdotes Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite serui Domini Domino: laudate & superexaltate eum sæcula.
* Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite sancti & humiles corde Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
* Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
Quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
* Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia eius.
* Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum: laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia eius.

Hucusque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

* Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis: Nónne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt: Verè rex. * Respondit, & ait: Ecce ego video quattuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei.* Tunc accessit

cessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach, & Abdenago, serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. * Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabala eorum nō fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos. * Et erumpens Nabuchodonosor, ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. * A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur: neque enim est alius Deus, qui possit ita saluare. * Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago, in prouincia Babylonis. * NABVCHODONOSOR rex, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. * Signa, & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare * signa eius, quia magna sunt; & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius regnum sempiternum, & [a] potestas eius in generationem & generationem.

Infr. 4. g. 31. & 7. d. 14

CAP. IIII.

EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo: * somnium vidi, quod perterruit me: & cogitationes meę in strato meo, & visiones capitis mei, conturbauerunt me. * Et per me propositū est decretum vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi. * Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi: * donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar secundùm nomen Dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: & somnium coram ipso locutus sum. * Baltassar princeps ariolorum, quoniam ego scio quòd spiritum sanctorum deorum habeas in te, & omne sacramentum nō est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, & solutionem earum narra. * Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. * Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens cælum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersę terræ. * Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea. subter eam habitabāt animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro. * Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanctus de cælo descendit. * Clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ quæ subter eā sunt, & volucres de ramis eius. * Verumtamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo, in herbis quę foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. * Cor eius ab humano commutetur, & cor ferę detur ei: & septem tempora mutentur super eum. * In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio: donec cognoscāt viuentes, quoniam dominatur Excelsus in regno hominum; & cuicumq; voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. * Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationē narra festinus: quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autē potes, quia spiritus deorum sanctorum in te est. * Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait: Baltassar, somnium & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar, & dixit: Domine mi, somnium his qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. * Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram: * & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli: * Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua

creuit,

creuit, & peruenit vsque ad cęlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. * Quòd autem vidit rex vigilem & sanctum descendere de cælo, & dicere: Succidite arborē, & dissipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ęre in herbis foris, & rore cæli cōspergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum: * Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi, quæ peruenit super dominum meum regem: * Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs & feris erit habitatio tua, & [a] fœnū vt bos comedes, & rore cęli infundēris: septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quòd dominetur Excelsus super regnum hominū, & cuicumq; voluerit, det illud. * Quòd autē præcepit vt relinqueretur germen radicum eius, id est arboris: regnū tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatē esse cęlestem. * Quam ob rem rex cōsilium meum placeat tibi, [a] & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitā ignoscet delictis tuis. * Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem. * Post finē mēsium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. * Responditq; rex, & ait: Nónne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domū regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? * Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit à te, * & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quòd dominetur Excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit, det illud. * Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium. * Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: [a] quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generationem & generationem. * Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilam reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei: Quare feciſti? * In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decoremque perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. * Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regē cęli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

CAP. V.

BAltassar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundùm suā bibebat ętatem. * Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius, & concubinæ. * Tunc allata sunt vasa aurea, & argētea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. * Bibebant vinum, & laudabāt deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. * In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. * Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad seinuicē collidebantur. * Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent magos, Chaldęos, & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. * Tunc ingressi omnes sapientes regis, non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. * Vnde rex Baltassar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur. * Regina autem, pro re quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domum cōuiuij ingressa est: & proloquens ait: Rex in ęternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neq; facies

tua

tua immutetur. * Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo: nam & rex Nabuchodonosor pater tuus, principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruspicum constituit eum, pater, inquam, tuus, ô rex: * quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaq; & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum, inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar. nunc itaq; Daniel vocetur, & interpretationē narrabit. * Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel D de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxit pater meus rex de Iudæa? * Audiui de te, quoniam spiritum deorum habeas: & scientia intelligentiaq; ac sapientia ampliores inuentę sunt in te. * Et nūc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerūt sensum huius sermonis edicere. * Porrò ego audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationē eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. * Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Muneratua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam tibi. * O rex, Deus Altissimus, regnum & magnificentiam, gloriā & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. * Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus, & linguæ, tremebant & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. * Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiā, depositus est dē solio regni sui, & gloria eius ablata est: *[a] & à filiis hominum eiectus est, sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est, donec cognosceret quòd potestatem haberet Altissimus in regno hominum: & quemcumque voluerit, suscitabit super illud. * Tu quoque filius eius Baltassar, non humiliasti cor tuum, cùm

[a] *Sup. 4. 5. 21*

scires hæc omnia: * sed aduersum Dominatorem cæli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibistis in eis: deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. * Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ scripsit hoc, quod exaratum est. * Hæc est autem scriptura, quæ digesta est: MANE, THECEL, PHARES. * Et hæc est interpretatio sermonis. MANE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. * THECEL: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. * PHARES: diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. * Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius: & prædicatum est de eo quòd haberet potestatem tertius in regno suo. * Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus. * Et Darius Medus successit in regnum annos natus sexagintaduos.

CAP. VI.

PLacuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo. * Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam. * Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. * Porrò rex cogitabat cōstituere eum super omne regnum: vnde principes & satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regis: nullamq; causam & suspicionem reperire potuerunt, eò quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo. * Dixerunt ergo viri illi: Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege Dei sui. * Tunc principes & satrapæ surripuerunt regi, & sic locuti sunt ei: Dari rex in æternum viue: * consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus, & satrapæ, senatores, & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum: Vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocumque deo & homine, vsq; ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum. * Nunc itaque

rex

rex confirma sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec preuaricari cuiquam liceat. * Porrò rex Darius proposuit edictum, & statuit. * Quod cùm Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam: & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & antè facere consueuerat. * Viri ergo illi curiosiùs inquirentes, inuenerunt Danielē orantem & obsecrantem Deum suum. * Et accedētes locuti sunt regi super edicto: Rex, numquid non constituisti, vt omnis homo, qui rogaret quemquā de dijs & hominibus, vsque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait: Verus est sermo, iuxta decretum Medorum atque Persarum, quod præuaricari non licet. * Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. * Quod verbum cùm audisset rex, satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat vt erueret illum. * Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum atq; Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. * Tunc rex præcepit; & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. * Allatusque est lapis vnus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, nequid fieret cōtra Danielem. * Et abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. * Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perexit: * appropinquansque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus est eum: Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus? * Et Daniel regi respondens ait: Rex in æternum viue: * Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te, rex, delictum non feci. * Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductusque est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo. * Iubente autē rege, adducti sunt viri illi, qui accusauerant Danielē: & in lacum leonum missi sunt, ipsi, & filij, & vxores eorum: & non peruenerunt vsque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. * Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis, habitantibus in vniuersa terra: PAX vobis multiplicetur. * A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio & regno meo, tremiscant & paueant Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens, & æternus in sæcula: & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum. * Ipse liberator, atque saluator, faciens signa, & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. * [a] Porrò Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ.

[a] *Sup. 1. d. 21*

CAP. VII.

ANno primo Baltassar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo: & somniū scribens, breui sermone comprehendit: summatimque perstringens, ait: * Videbam in visione mea nocte, & ecce quattuor venti cæli pugnabant in mari magno. * Et quattuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuerse inter se. * Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. * Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas. * Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quattuor super se, & quattuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. * Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dētes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat ceteris bestijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem. * Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: &

tria de

tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. *Aspiciebam donec throni positi sunt,& antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis: rotę eius ignis accensus. *"Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius. millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit,& libri aperti sunt. *Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta esset bestia, & periisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni: *aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus & tempus. *Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cęli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. * Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: "potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. *Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbauerunt me. * Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me: *Hæ quattuor bestiæ magnæ: quattuor sunt regna, quæ consurgent de terra. *Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in sæculum, & sæculum sæculorum. * Post hoc volui diligẽter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat: *& de cornibus decem, quę habebat in capite: & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquẽs grandia, & maius erat ceteris. * Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellũ aduersus sanctos, & præualebat eis, *donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis Excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. * Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. * Porrò cornua decem ipsius regni, decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potẽtior erit prioribus, & tres reges humiliabit. *Et sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi cõteret: & putabit quòd possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. *Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsq; in finem. * Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient. * Hucusque finis verbi. Ego Daniel multũ cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me: verbum autem in corde meo conseruaui.

"*Apoc. 5. d. 11*

"*Luc. 1. c. 32*
Mich. 4. c. 7
Sup. 3. §. 100

CAP. VIII.

ANno tertio regni Baltassar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio, *vidi in visione mea, cùm essem in Susis castro, quod est in Ælam regione: vidi autem in visione esse me super portam Vlai. * Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludẽ, habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero atque succrescens. Postea * vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius: fecitque secundùm voluntatem suam, & magnificatus est. *Et ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram: porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. * Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. * Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei: cumque eum misisset in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. *Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quattuor cornua subter illud per quattuor ventos cæli. * De vno autem ex eis

egressum

egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientẽ, & contra fortitudinem. * Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. * Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. * Robur autem datũ est ei contra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. * Et audiui vnum de sanctis loquentẽ: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquẽti: Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est: & sanctuarium, & fortitudo cõculcabitur? * Et dixit ei: Vsque ad vesperam & manè, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium. * Factũ est autem cùm viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. *Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait: Gabriel fac intelligere istum visionem. *Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam: cumque venisset, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me: Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. * Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terrã: & tetigit me, & statuit me in gradu meo, *dixitque mihi: Ego ostendam tibi quę futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum. *Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atq; Persarum. *Porrò hircus caprarum, rex Græcorum est, & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. * Quod autem fracto illo surrexerunt quattuor pro eo: quattuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius. * Et post regnum eorum, cùm creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones. * & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & suprà quàm credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum * secundùm voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur. *Et visio vespere & manè, quæ dicta est, vera est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. * Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: cumq; surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

CAP. IX.

IN anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum: * Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris "numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. * Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiunijs, sacco, & cinere. * Et oraui Dominum Deũ meum, & confessus sum, & dixi: "Obsecro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. * "Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinauimus à mandatis tuis, ac iudicijs. * Non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniq; populo terræ. * Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalẽ, & omni Israel, his qui propè sunt, & his qui procul, in vniuersis terris ad quas eiecisti eos, propter iniquitates eorum, in quibus peccauerũt in te. *Domine nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt. * Tibi autem Domino Deo nostro misericordia, & propitiatio, quia recessimus à te: * & non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophetas. * Et omnis Israel pręuaricati sunt legem tuam, & declinauerũt ne audirent vocẽ tuam, & stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. * Et statuit sermones suos, quos locutus est super nos, & super principes nostros, qui iudicauerũt nos, vt superinduceret in nos magnum malum, quale numquam fuit sub omni cælo, secundùm quod factum est in Ierusalem. "*Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuã Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatẽ tuam. *Et vigilauit Do-

"*Ieremi. 25. c. 11. & 29. c. 10*

"*2. Esd. 1. b. 5*

"*Baruc. 1. c. 17*

"*Deut. 27. c. 14*

uit Do-

uit Dominus ſuper malitiam,& adduxit eam ſuper nos: iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis,quæ fecit: nõ enim audiuimus vocem eius.* "Et nunc Domine Deus noſter, " qui eduxiſti populum tuum de Terra Ægypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundùm diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus, * Domine in omnem iuſtitiam tuã: auertatur obſecro ira tua, & furor tuus, à ciuitate tua Ieruſalem, & monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra,& iniquitates patrum noſtrorum, Ieruſalẽ & populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum. * Nunc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui, & preces eius: & oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum, quod deſertum eſt propter temetipſum. *Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram, & ciuitatem, ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum: neq; enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. * Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac: ne moreris propter temetipſum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem,& ſuper populũ tuum.*Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael, & proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei: * Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, citò volãs tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini. * Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitque: Daniel nũc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres.*Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu ergo animaduerte ſermonem, & intellige viſionem.* " Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctã tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum. * Scito ergo, & animaduerte: Ab exitu ſermonis,vt iterum ædificetur Ieruſalem,vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. * Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.*Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.

*Baruc. 2. c. 11
*Exod. 15. c. 14
*Matt. 24. b. 15
Ioan. 1. g. 45

D 26
15
27
16
1
A 17
E
2
18
3
19
4
5
20
6
F
21
7
B
22
8
23
9
24
10
11
12
C
25
G

CAP. X.

ANno tertio Cyri regis Perſarũ, verbum reuelatum eſt Danieli cognomento Baltaſſar,& verbũ verum, & fortitudo magna: intellexitque ſermonem: intelligentia enim eſt opus in viſione.*In diebus illis ego Daniel lugebã trium hebdomadarum diebus, *panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum:donec complerentur trium hebdomadarum dies. *Die autem vigeſima & quarta menſis primi, eram iuxta fluuium magnum, qui eſt Tigris. * Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: *& corpus eius quaſi chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis. *Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem: porrò viri, qui erant mecum, non viderunt:ſed terror nimius irruit ſuper eos,& fugerunt in abſconditũ. *Ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quidquam virium.*Et audiui vocem ſermonum eius: & audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. *Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum. * Et dixit ad me: Daniel vir deſideriorum,intellige verba, quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Cumque dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens. * Et ait ad me: Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt

verba tua: & ego veni propter ſermones tuos. * Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. *Veni autem vt docerem te quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies. * Cumque loqueretur mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui.*Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus ſum,& dixi ad eum qui ſtabat contra me: Domine mi,in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meę,& nihil in me remãſit virium. *Et quomodo poterit ſeruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remãſit virium,ſed & halitus meus intercluditur. * Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortauit me, *& dixit: Noli timere vir deſideriorum: pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere Domine mi, quia confortaſti me. * Et ait: Numquid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar vt prælier aduerſum principem Perſarum. cùm ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. * Verumtamen annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter.

13
7
14
B
8
15
9
16
10
17
D
11
18
12
19
C
13
20
14
21
15
16
A
1
2
17
3
4
18
5
19
6
D
20
5
21
6

CAP. XI.

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſtabam vt confortaretur,& roboraretur. * Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes: & cùm inualuerit dititijs ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum Græciæ. *Surget verò rex fortis, & dominabitur poteſtate multa, & faciet quod placuerit ei. * Et cùm ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quattuor ventos cæli; ſed non in poſteros eius, neque ſecundùm potentiam illius,qua dominatus eſt. lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. * Et confortabitur rex Auſtri: & de principibus eius prævalebit ſuper eum, & dominabitur ditione: multa enim dominatio eius. * Et poſt finem annorum fœderabuntur: filiaque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam,& non obtinebit fortitudinem brachij, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius,& qui confortabant eam in temporibus. * Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis:& abutetur eis,& obtinebit. * Inſuper & deos eorũ, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa argẽti & auri, captiua ducet in Ægyptum: ipſe prævalebit aduerſus regẽ Aquilonis. * Et intrabit in regnum rex Auſtri,& reuertetur ad terram ſuam. * Filij autem eius prouocabũtur, & congregabunt multitudinẽ exercituum plurimorum: & veniet properans, & inundans: & reuertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore eius. * Et prouocatus rex Auſtri egredietur,& pugnabit aduerſus regem Aquilonis,& præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu eius.*Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & dejiciet multa millia, ſed non prævalebit. *Cõuertetur enim rex Aquilonis,& prẽparabit multitudinem multo maiorem quàm priùs: & in fine temporum annorumque, veniet properans cum exercitu magno,& opibus nimijs.* Et in temporibus illis multi conſurgent aduerſus regem Auſtri: filij quoque prẽuaricatorum populi tui extollentur vt impleant viſionẽ, & corruent. * Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitiſſimas: & brachia Auſtri nõ ſuſtinebunt, & conſurgent electi eius ad reſiſtendum, & non erit fortitudo. * Et faciet veniens ſuper eum iuxta placitum ſuum, & non erit qui ſtet contra faciem eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. * Et ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam feminarum dabit ei, vt euertat illud: & non ſtabit, nec illius erit. * Et conuertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principem opprobrij ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum. * Et conuertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ,& impinget, & corruet, & non inuenietur. * Et ſtabit in loco eius viliſſimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio. * Et ſtabit in loco eius deſpectus, & non tribuetur ei honor regius:& veniet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentia.

*Iſai. 19. c. 16

* Et brachia pugnantis expugnabuntur 22
à facie eius, & conterétur: insuper & dux fœderis. * Et post amicitias, cum eo faciet 23
dolum: & ascendet, & superabit in modico populo. * Et abundantes & vberes 24
vrbes ingredietur: & faciet quę non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas, & prædam, & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc vsque ad tempus.
* Et concitabitur fortitudo eius, & cor 25
eius aduersum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxiliis, & fortibus nimis: & non stabunt, quia inibunt aduersus eum consilia. * Et comedentes panem 26
cum eo, conterent illum, exercitusq; eius E
opprimetur: & cadent interfecti plurimi.
* Duorum quoque regum cor erit vt male- 27
faciant, & ad mensam vnam mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tępus. * Et reuertetur 28
in terram suã cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet, & reuertetur in terram suam.
* Statuto tempore reuertetur, & veniet 29
ad Austrum: & non erit priori simile nouissimum. * Et venient super eum Trie- 30
res & Romani: & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij, & faciet: reuerteturque & cogitabit aduersum eos, qui dereli- 1
querunt testamentum sanctuarij. * Et 31 A
brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem. * Et impij in testamen- 32
tum simulabunt fraudulenter: populus F 2
autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet. * Et docti in populo docebunt 33
plurimos: & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum. * Cumque corruerint, subleuabun- 34
tur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. * Et de eruditis ruent, vt conflentur, & eligantur, & 35
dealbentur vsque ad tempus prefinitum: quia adhuc aliud tempus erit. * Et faciet 36
iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem deum: & aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia: perpetrata quippe est definitio. * Et Deum patrum suo- 37
rum non reputabit: & erit in concupiscẽtiis feminarum, nec quemquam deorum curabit: quia aduersum vniuersa 38
consurget. * Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum, quẽ ignorauerunt patres eius, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis.
* Et faciet vt muniat Maozim cum Deo 39
G
alieno, quem cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terrã diuidet gratuitò. * Et in tem- 40
pore præfinito prœliabitur aduersus eum rex Austri, & quasi tẽpestas veniet contra illum rex Aquilonis, in curribus, & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret & pertransiet.
* Et introibit in terrã gloriosam, & mul- 41
tæ corruent: hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon. * Et mittet ma- 42
num suam in terras: & Terra Ægypti non effugiet. * Et dominabitur thesauro- 43
rum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti: per Libyam quoque & Æthiopiam transibit. * Et fama turba- 44
bit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. * Et figet 45
tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

CAP. XII.

IN tempore autem illo consurget Mi- 1
chael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & veniet tẽpus quale non fuit ab eo ex quo gẽtes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. * Et multi 2
de his qui dormiũt in terræ puluere, euigilabunt: * alij in vitam æternam, & alij *Matt. 25. 46
in opprobrium vt videant semper. * Qui 3 *Sap. 5. 7
autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. * Tu autem Daniel claude 4
sermones, & signa librum, vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. * Et vidi ego Da- 5
niel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. * Et dixi viro, 6
qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis: Vsquequo finis horum mirabilium? * Et audiui virum, qui in- 7
dutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, * cùm eleuasset dexteram & si- *Apoc. 10. 5. 6
nistram suam in cælum, & iurasset per

viuen-

viuentem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et cùm completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc. * Et ego audiui, & non intellexi. Et 8
dixi: Domine mi, quid erit post hæc? * Et 9
ait: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatiq; sermones, vsque ad præfinitum tempus. * Eligentur, & dealbabuntur, & 10
quasi ignis probabuntur multi: & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij, porrò docti intelligent. * Et 11
à tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. * Beatus, qui expectat, & per- 12
uenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. * Tu autem vade ad præ- 13
finitum: & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus. Quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

CAP. XIII.

ET erat vir habitans in Babylone, & 1
nomẽ eius Ioakim: * Et accepit vxo- 2 A
rem nomine Susannam, filiã Helcię, pulchram nimis, & timentem Deum: * pa- 3
rentes enim illius, cùm essent iusti, erudierunt filiam suam secundùm legem Moysi. * Erat autem Ioakim dies valde, 4
& erat ei pomarium vicinum domui suę: & ad ipsum confluebant Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium. * Et consti- 5
tuti sunt de populo duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. * Isti frequenta- 6
bant domum Ioakim, & veniebãt ad eos omnes qui habebant iudicia. * Cùm au- 7
tem populus reuertisset per meridiẽ, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. * Et videbant eam senes 8
quotidie ingredientem, & deambulãtem: & exarserunt in concupiscentiam eius:
* & euerterunt sensum suum, & declina- 9
uerunt oculos suos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. * Erant ergo ambo vulnerati 10
amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: * erubescebant enim 11
indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea: * & obser- 12
uabant quotidie solicitiùs videre eam.
Dixitque alter ad alterum: * Eamus do- 13
mum, quia hora prandij est. Et egressi
recesserunt à se. * Cumque reuertissent, 14
venerunt in vnum: & scisciantes ab inuicem causam, confessi sunt cõcupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. * Factum est autem, cùm ob- 15
seruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitque lauari in
pomario: æstus quippe erat: * & non erat 16
ibi quisquam, præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. * Dixit er- 17
go puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer.
* Et fecerunt sicut præceperat: clause- 18
runtq; ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum, vt afferrent quæ iusserat: nesciebantque senes intus esse absconditos.
* Cùm autem egressę essent puellę, surre- 19
C
xerunt duo senes, & accurrerunt ad eam,
& dixerunt: * Ecce ostia pomarij clausa 20
sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & commiscere nobiscum.
* quòd si nolueris, dicemus contra te te- 21
stimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te.
* Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ 22
sunt mihi vndique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non
effugiam manus vestras. * Sed melius 23
est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu
Domini. * Et exclamauit voce magna 24
Susanna: exclamauerunt autem & senes
aduersus eam. * Et cucurrit vnus ad ostia 25
pomarij, & aperuit. * Cùm ergo audis- 26
sent clamorẽ famuli domus in pomario, irruerunt per posticum vt viderent quidnam esset. * Postquam autem senes locu- 27
ti sunt, erubuerunt serui vehemẽter: quia
D
numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies cra-
stina. * Cumque venisset populus ad Ioa- 28
kim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus
Susannam, vt interficerent eam. * Et di- 29
xerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helciæ vxorem Ioakim. Et
statim miserunt. * Et venit cum paren- 30
tibus, & filiis, & vniuersis cognatis suis.
* Porrò Susanna erat delicata nimis, & 31
pulchra specie. * At iniqui illi iusserunt 32
vt discooperiretur (erat enim cooperta)

vt vel sic satiarentur decore eius. * Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. *Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. *Quæ flens suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. * Et dixerunt presbyteri: Cùm deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cũ duabus puellis: & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. *Venitq; ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. * Porrò nos cùm essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiscери. * Et illũ quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostiis exiliuit: * hanc autem cùm apprehẽdissemus, interrogauimus, quísnam esset adolescens, & noluit indicare nobis: huius rei testes sumus. *Credidit eis multitudo, quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerũt eam ad mortem. * Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, * tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt aduersum me. *Exaudiuit autem Dominus vocem eius. *Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomẽ Daniel: * Et exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius. *Et conuersus omnis populus ad eũ, dixit: Quis est iste sermo, quem tu locutus es? * Qui cùm staret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? *Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. * Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrûm, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. * Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. * Cùm ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc venerũt peccata tua, quæ operabaris priùs; *iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: [a]Innocentem & iustum non interficies. *Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino. * Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei accepta sententia ab eo, scindet te medium. * Et, amoto eo, iussit venire aliũ, & dixit ei: Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: * sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram. *Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino. * Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. *Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se. * Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntq; eis sicut malè egerant aduersus proximum, * vt facerent secundùm legem Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. * Helcias autem & vxor eius laudauerũt Deum pro filia sua Susanna, cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis. * Daniel autem factus est magnus in conspectu populi, à die illa, & deinceps. *Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

[a] Exod. 23. a. 4

CAP. XIIII.

ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. * Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, viníque amphoræ sex. *Rex quoq; colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? * Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum & terram, & habet potestatem omnis carnis. * Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides quanta comedat & bibat quotidie? * Et ait Daniel arridens: Ne erres rex. iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus, neq; comedit aliquando. * Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est qui comedat impensas has, moriemini. *Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. * Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus, & paruulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Bel. * Et dixerunt sacerdotes Bel: Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo: * & cùm ingressus fueris manè, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. * Contemnebat autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea. * Factum est igitur postquam egressi sunt illi, rex posuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis abierunt. *Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorũ: & comederunt omnia, & biberunt. * Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. * Et ait rex: Saluáne sunt signacula, Daniel? Qui respondit: Salua, rex. * Statimque cùm aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit voce magna: Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam. * Et risit Daniel: & tenuit regem ne ingrederetur intrò: & dixit: Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sint hæc. *Et dixit rex: Video vestigia virorum, & mulierum, & infantium. Et iratus est rex. *Tunc apprehendit sacerdotes, & vxores, & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola, per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam. *Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius. *Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. * Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere quia iste non sit Deus viuens: adora ergo eum. *Dixitque Daniel: Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuens: iste autem non est Deus viuens. *Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absq; gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi. * Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecitque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis. * Quod cùm audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduersum regem, dixerunt: Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. * Et dixerunt cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. *Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. *Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. *Porrò in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. * Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus. * Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. * Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. * Et apprendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui. * Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus. * Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. *Surgensque Daniel comedit. Porrò Angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. * Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. *Et exclamauit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. *Porrò illos, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo. * Tunc rex ait: Paueant omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum.

[b] Ezech. 8. a. 3

PROPHETIA OSEE.

CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri, in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ, regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. *Principium loquendi Domino in Osee: & dixit Dominus ad Osee: Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. * Et abijt, & accepit Gomer filiã Debelaim: & concepit, & peperit ei filium. *Et dixit Dominus ad eũ: Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicũ, & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel. * Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrahel. *Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius Absque misericordia: quia non addam vltrà misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. * Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. *Et ablactauit eam, quæ erat Absque misericordia. Et concepit, & peperit filium. *Et dixit: Voca nomen eius: Non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero vester. *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. "Et erit in loco vbi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Filij Dei viuentis. * Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

Rom. 9. c. 16

CAP. II.

DIcite fratribus vestris: Populus meus; & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. * Iudicate matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum. *Ne fortè expoliem eam nudam, & statuam eam secundùm diem natiuitatis suę: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiã eam siti. *Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt. * quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos: quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dãt panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potũ meum. *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet. *Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meũ priorem: quia benè mihi erat tunc magis quàm nunc. *Et hęc nescíuit, quia ego dedi ei frumẽtum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. *Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebãt ignominiam eius. * Et nũc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir non eruet eam de manu mea: * & cessare faciam omne gaudium eius, sollemnitatem eius, neomeniam eius, sabbatũ eius, & omnia festa tempora eius. *Et corrumpã vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit: Mercedes hæ, meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. *Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incẽsum, & ornabatur inauro sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dominus. * Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor

eius. *Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. * Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me: Vir meus: & non vocabit me vltrà, Baali. * Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum. * Et percutiam eum eis fœdus in die illa, cum bestia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. * Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. *Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus. * Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram. * Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrahel. * Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor eius, quæ fuit Absque misericordia. *Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

CAP. III.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciũt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. * Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te. * quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. * & post hæc reuertentur filij Israel, & quærẽt Dominum Deum suum, & Dauid regẽ suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius, in nouissimo dierum.

CAP. IIII.

AVdite verbum Domini filij Israel, quia iudiciũ Domino cum habitatoribus terræ: nõ est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. *Maledictum, & mẽdacium, & homicidium, & furtum, & adulteriũ inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli, sed & pisces maris congregabuntur. *Verumtamen vnusquisq. nõ iudicet: & non arguatur vir: populus enim tuus, sicut hi qui cõtradicunt sacerdoti. *Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecũ: nocte tacere feci matrem tuam. *Cõticuit populus meus, eò quod non habuerit scientiam: quia tu sciẽtiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. *Secundùm multitudiné eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominia commutabo. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatẽ eorum subleuabunt animas eorum. *Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. * Et comedent, & nõ saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. * Super capita montium sacrificabãt, & super colles accendebant thymiama; subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. *Non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cùm adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabãtur, & cum effeminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. * Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iurauerit is: Viuit Dominus. * Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine. *Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. * Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. *Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificijs suis.

CAP. V.

AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudiciũ est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor. * Et victimas declinastis in profundum: & ego eru-

ditor omniũ eorum. *Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus à me: quia nunc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel. * Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. * Et respondebit arrogantia Israel in facie eius: & Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis. *In gregibus suis, & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient: ablatus est ab eis. *In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. *Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Bethauen, post tergum tuum Beniamin * Ephraim in desolatione erit in die correptionis: in tribubus Israel ostendi fidem. *Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meam. * Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes. * Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. * Et vidit Ephraim languorẽ suum, & Iuda vinculum suum: & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem Vltorem: & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum. *Quoniam ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego ego capiam, & vadam: tollam, & non est qui eruat. * Vadens reuertar ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

3 7
8
9
D
B
10
5
11
6
7
1
A
8
C
2
9
10
3
4
11
12
5
13
D
B
6
14
7
15
8.

Cap. VI.

IN tribulatione sua manè consurgent ad me: Venite, & reuertamur ad Dominum: * quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. * " Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. * Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. * Propter hoc dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur. * Quia misericordiam volui, & non sacrificium; & scientiam Dei, plusquam holocausta.

1 A
2
3
4
B
5
6
C
1
2
3
4
5
6

*1. Cor. 15. a. 3

*1. Reg. 15. c. 22 Eccl. 4. d. 17 Matth. 9. b. 13. & 12. a. 7

* Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me. *Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine. * Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem: quia scelus operati sunt. * In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim: contaminatus est Israel. * Sed & Iuda pone messem tibi, cùm conuertero captiuitatem populi mei.

7 8
9
D
10
11
12

Cap. VII.

CVm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spolians, latrunculus foris. *Et ne fortè dicãt in cordibus suis, omnem malitiam eorũ me recordatum: nunc circumdederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt. * In malitia sua lætificauerunt regem: & in mẽdacijs suis principes. *Omnes adulterantes, quasi clibanus succẽsus a coquente: quieuit paululum ciuitas à commistione fermẽti, donec fermentaretur totum. * Dies regis nostri: cœperunt principes furere à vino: extendit manũ suam cum illusoribus. * Quia applicuerunt quasi clibanum cor suum, cùm insidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos, manè ipse succensus quasi ignis flamme. *Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt: non est qui clamet in eis ad me. * Ephraim in populis ipse commiscebatur: Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur. * Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. *Et humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eum in omnibus his. * Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor: Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. *Et cùm profecti fuerint, expandam super eos rete meum: quasi volucrem cæli detraham eos, cædam eos secundùm auditionem cœtus eorum. * Væ eis, quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia. * Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticum & vinum rumi-nabant, recesserunt à me. *Et ego erudiui

1 A
2
3
4
5
B
6
7
8
9
C
10
11
12
13
D
14
15

eos, & confortaui brachia eorum: & in me cogitauerũt malitiam. *Reuersi sunt vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, a furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in Terra Ægypti.

16

Cap. VIII.

IN gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini: pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem meã præuaricati sunt. *Me inuocabunt: Deus meus cognouimus te Israel. *Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. * Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum suum & aurũ suum fecerunt sibi idola, vt interirent: * proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos. vsquequo nõ poterunt emundari? *Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniã in aranearũ telas erit vitulus Samariæ. *Quia ventum seminabunt, & turbinem metent: culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam: quod & si fecerit, alieni comedent eam. * Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. * Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi: Ephraim munera dederunt amatoribus. * Sed & cùm mercede cõduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescẽt paulisper ab onere regis, & principum. *Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: factæ sunt ei aræ in delictum. *Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt. * Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedẽt, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum: ipsi in Ægyptum conuertẽtur. *Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas: & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

1 A
2
3
4
5
6
7
8
9
C
10
11
12
13
D
14

Cap. IX.

NOli lætari Israel, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedẽ super omnes areas tritici. *Area & torcular non pascet eos, & vinum mẽtietur eis. *Non habitabunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyrijs pollutum comedit. *Non libabũt Domino vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum, quasi panis lugentium. omnes, qui comedent eum, contaminabuntur. quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini. * Quid facietis in die sollemni, in die festiuitatis Domini? *Ecce enim profecti sunt à vastitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos: desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit, lappa in tabernaculis eorum. * Venerunt dies visitationis, venerũt dies retributionis: scitote Israel stultum prophetam, insanũ virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinẽ amentiæ. *Speculator Ephraim cũ Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius, insania in domo Dei eius. * " Profundè peccauerũt, sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. *Quasi vuas in deserto, inueni Israel: quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eorum: ipsi autem intrauerũt ad Beelphegor, & abalienati sunt in cõfusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. *Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. * Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciã in hominibus: sed & væ eis cùm recessero ab eis. *Ephraim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. *Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluã sine liberis, & vbera arentia. * " Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos: propter malitiam adinuentionũ eorum, de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes. *Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est: fructũ nequaquam facient. Quòd & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. *Abiiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

1 A
2
3
4
5
6
B
7
8
9
10
11
12
13
D
14
15
16
17

*Iud. 19

*1. Reg. 8

Cap. X.

VItis frondosa Israel, fructus adequatus est ei: secundùm multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachris. *Diuisum est cor eorum, nũc interibunt: ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. * Quia nunc dicent: Non est rex nobis: nõ enim timemus Dominũ: & rex quid faciet nobis? *Loquimini verba visionis inutilis, &

1 A
2
3
4

ferietis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. *Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit super eũ populus eius, & ęditui eius super eum exultrauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. *Siquidé & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori: cõfusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua. *Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ. *Et disperdentur excelsa idoli, peccatũ Israel: lappa & tribulus ascẽdet super aras eorum: & dicent montibus: Operite nos; & collibus: Cadite super nos. *" Ex diebus Gabaa, peccauit Israel, ibi steterũt: non comprehendet eos in Gabaa prelium super filios iniquitatis. *Iuxta desideriũ meum corripiá eos: congregabuntur super eos populi, cùm corripientur propter duas iniquitates suas. *Ephraim vitula docta diligere triturам, & ego trãsiui super pulchritudinem colli eius: ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. *" Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Dominum, cùm venerit qui docebit vos iustitiam. * Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij: quia confisus es in vijs tuis, in multitudine fortium tuorum. * Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana à domo eius *qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa. * Sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

*Isa.2.d.19 *Apoc.6.d.16 *Luc.23.d.30 *Iud.20 *Ier.4.d.3 *Iud.8.f.22

CAP. XI.

SIcut manè transijt, pertransijt rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eũ: & *" ex Ægypto vocaui filiũ meum. *Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabãt, & simulachris sacrificabant. * Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt quòd curaré eos. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorũ: & declinaui ad eum vt vesceretur. *Non reuertetur in Terram Ægypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. * Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. * Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quomodo dabo te sicut Adama, ponam te vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. *Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniã Deus ego, & nõ homo: in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatẽ. * Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. *Et auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dñs. *Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Iudas autem testis descẽdit eum Deo, & cum sanctis fidelis.

CAP. XII.

EPhraim pascit vẽtum, & sequitur æstum: tota die mendacium & vastitatem multiplicat: & fœdus cum Assyrijs inijt, & oleum in Ægyptum ferebat. *Iudiciũ ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuẽtiones eius reddet ei. *" In vtero supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus est cum angelo. *Et inualuit ad angelum, & cõfortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. *Et Dñs Deus exercituum, Dominus memoriale eius. *Et tu ad Deum tuum cõuerteris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. * Chanaan, in manu eius statera dolosa, calumniã dilexit. *Et dixit Ephraim: Verũtamen diues effectus sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei nõ inuenient mihi iniquitatẽ, quam peccaui. *Et ego Dominus Deus tuus ex Terra Ægypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. * Et locutus sum super prophetas, & ego visionem multiplicaui, & in manu prophetarũ assimilatus sum. *Si Galaad idolum, ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. *" Fugit Iacob in regionem Syrię, & seruiuit Israel in vxorem, & in vxorem seruauit. *" In prophęta autem eduxit Dominus Israel de Ægypto: & in propheta seruatus est. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei Dominus suus.

*Gen.25.c.5 *Gen.28.c.5 *Gen.12.c.13 *Exod.12.c.41

CAP.

CAP. XIII.

LOquente Ephraim, horror inuasit Israel, & deliquit in Baal, & mortuus est. *Et nunc addiderunt ad peccandum: fecerunt̃q; sibi conflatile de argento suo quasi similitudiné idolorum, factura artificum totum est: his ipsi dicunt: Immolate homines vitulos adorantes. *Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. * Ego autẽ Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: & Deum absq; me nescies, & saluator non est præter me. *Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. *Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt: & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. *Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. *Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. *Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. * Vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis; & iudices tui, de quibus dixisti: Da mihi regem, & principes. *Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. * Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. * Dolores parturientis venient ei: ipse filius non sapiens: nunc enim non stabit in contritione filiorum. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: *" ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne: consolatio abscondita est ab oculis meis. * Quia ipse inter fratres diuidet: *" adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem: & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

*Isa.41.d.24 *Osee.5.d.14 *Osee.13.d.14 *Ezech.19.d.12

CAP. XIIII.

PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum: in gladio pereant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius discindantur. *Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. *Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum: & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. *Assur non saluabit nos, super equum non ascendemus, nec dicemus vltrà: Dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius, qui in te est, misereberis pupilli. * Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè: quia auersus est furor meus ab eis. *Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. * Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. * Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. *Ephraim quid mihi vltrà idola? ego exaudiam, & dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. * Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

*Osee.13.d.14

PROPHETIA IOEL.

CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini, quod factum est ad Ioel filium Phatuel. *Audite hoc senes, & auribus pèrcipite omnes habitatores terræ: si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum? *Super hoc filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorum generationi alteræ. *Residuum eruçę comedit locusta, & residuum locustę comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. * Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro. *Gens enim ascẽdit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius vt

dentes

dentes leonis : & molares eius vt catuli leonis. * Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit : nudans spoliauit eam,& proiecit : albi facti sunt rami eius. * Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. *Perijt sacrificiũ & libatio de domo Domini : luxerunt sacerdotes ministri Domini. * Depopulata est regio, luxit humus : quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum. * Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento & hordeo, quia perijt messis agri. *Vinea confusa est, & ficus elanguit : malogranatum,& palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia cõfusum est gaudium à filijs hominum. * Accingite vos,& plangite sacerdotes,vlulate ministri altaris: ingredimini,cubate in sacco ministri Dei mei:quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium & libatio. * "Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes omnes habitatores terræ in domũ Dei vestri : & clamate ad Dominum: * A aa,diei. quia propè est dies Domini,& quasi vastitas à potente veniet. * Numquid non coram oculis vestris aliměta perierunt de domo Dei nostri, lætitia & exultatio? * Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ : quoniam confusum est triticum. *Quid ingemuit animal,mugierunt greges armenti?Quia non est pascua eis : sed & greges pecorum disperierunt. *Ad te Domine clamabo : quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. *Sed & bestię agri, quasi area sitiens imbrẽ, suspexerunt ad te : quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

*Infr.2. d.15

Cap. II.

CAnite tuba in Sion,vlulate in monte sancto meo, cõturbentur omnes habitatores terræ : Quia venit dies Domini, quia propè est *dies tenebrarum & caliginis,dies nubis &turbinis:quasi manè expansum super mõtes populus multus & fortis : similis ei non fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis. * Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma : quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti,neque est qui effugiat eum. * Quasi aspectus equorum, aspectus eorum : & quasi equites sic current. * Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam,velut populus fortis præparatus ad prælium. * A facie eius cruciabũtur populi : omnes vultus redigentur in ollam. *Sicut fortes current:quasi viri bellatores ascendent murum : viri in vijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis. * Vnusquisque fratrem suum nõ coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt : sed & per fenestras cadent, & non demolientur. * Vrbem ingredientur,in muro current:domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur. *A facie eius contremuit terra,mouti sunt cęli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. * Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius: magnus enim dies Domini, & terribilis valde : & quis sustinebit eum? * Nunc ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. * Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: "quia benignus & misericors est,patiens & multę misericordiæ, & præstabilis super malitia. *Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, sacrificium & libamen Domino Deo vestro? * Canite tuba in Sion, "sanctificate ieiunium, vocate cœtum, *congregate populum,sanctificate ecclesiam, coadunate senes,congregate paruulos,& sugẽtes vbera: egrediatur sponsus de cubili suo,& sponsa de thalamo suo. *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hereditatẽ tuam in opprobrium,vt dominentur eis nationes.quare dicunt in populis: Vbi est Deus eorum? *Zelatus est Dominus terrã suam, & pepercit populo suo: *Et respondit Dominus, & dixit populo suo : Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum,& replebimini eis:& non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus. *Et eum, qui ab Aquilone est,procul faciam à vobis:& expellam eum in terram inuiam & desertam: faciem eius cõtra mare Orientale, & extremum eius ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius,& ascendet putredo eius,quia superbè egit. *Noli timere

*Infr.3. c.15 Isa.13. f.10 Ezech.32. f.7 Marc.13. c.24 Luc.21. c.25 Ier.30. d.7 Amos 5. c.18 Soph.1. d.15 *Psal.85. d.5 Ioan.14.9. & 44.2 *Sup.2. d.10 *Matt.24. c.29 Luc.21. c.25 *Rom.10. c.13 *Sup.1. c.14

mere terra, exulta & lætare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret. *Nolite timere animalia regionis:quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam. *Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum,sicut in principio. * Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. * Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna,quam misi in vos.*Et comedetis vescentes,& saturabimini : & laudabitis nomẽ Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum:&non confundetur populus meus in sempiternum. * Et scietis quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius : & non confundetur populus meus in æternum. *Et erit post hæc : "Effundam spiritum meum super omnem carnem : & prophetabunt filij vestri,& filiæ vestræ : senes vestri somnia somnabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. * Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. * Et dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. * "Sol conuertetur in tenebras,& luna in sanguinem : antequam veniat dies Domini magnus,& horribilis. * Et erit: "omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit : quia in monte Sion, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus, & in residuis, quos Dominus vocauerit.

*Isai. 44. d.3 Act.2.c.17 *Sup.2. d.10 Matt. 24. c.29 Luc. 21. c.25 *Rom.10. c.13

Cap. III.

QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo, cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem : * Congregabo omnes Gentes,& deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus, & terram meam diuiserunt. * Et super populum meum miserunt sortem : & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. * Verùm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæsthinorũ ? numquid vltionem vos redditis mihi?& si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. *Argentum enim meum & aurum tulistis : & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra. *Et filios Iuda, & filios Ierusalem vendidistis filiis Græcorum ; vt longè faceretis eos de finibus suis. * Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos : & conuertam retributionem vestram in caput vestrum. * Et vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis genti longinquę,quia Dominus locutus est. *Clamate hoc in Gentibus, sanctificate bellum,suscitate robustos : accedant, ascendant omnes viri bellatores. * Concidite aratra vestra in gladios,& ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat : Quia fortis ego sum. * Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu,&cõgregamini:ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos. * Consurgant, & ascendant Gentes in vallem Iosaphat : quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. * "Mittite falces, quoniam maturauit messis: venite, & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia : quia multiplicata est malitia eorum. *Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. * "Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. * "Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam : & mouebuntur cæli, & terra : & Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel. *Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo: & erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam ampliùs. * "Et erit in die illa : stillabunt mõtes dulcedinem, & colles fluent lacte : & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ : & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. * Ægyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis : pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint sanguinem innocentem in terra sua. *Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ierusalem in generationem & generationem. * Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaueram : & Dominus commorabitur in Sion.

*Apoc. 14. d.15 *Sup.2.b. 30. & 3. f.31 *Ier.25. f.30 Am.1.a.2. *Amos 9. d.13

PROPHETIA AMOS.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel, * ante duos annos terræmotus. *Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & luxerũt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. * Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, & super quattuor non conuertam eum: eò quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad. *Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domos Benadad. *Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idoli, & tenẽtem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quattuor non conuertam eum: eò quòd transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. *Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. * Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertã manum meam super Accaron, & peribũt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus. *Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Tyri, & super quattuor nõ conuertam eum: eò quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. * Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. * Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, & super quattuor non conuertam eum: eò quòd persecutus sit in gladio fratrẽ suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsq; in finem. *Mittam ignem in Theman: & deuorabit ædes Bosræ.

*Zach. 14. a. 5
*Ierc. 25. f. 30
Ioel. 3. c. 16

1 A
2
3
4
5 B
6
7 B
8 C
9
10
11 C D
12
13 * Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quattuor non conuertam eum: eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. * Et succendam ignem in muro Rabba: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. * Et ibit Melchom in captiuitatem, ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quattuor non cõuertam eum: eò quòd incenderit ossa regis Idumææ vsq; ad cinerem. *Et mittam ignẽ in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: * & disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quattuor non conuertam eum: eò quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant patres eorum. *Et mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Ierusalem. * Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Israel, & super quattuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. * Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum. * Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui. * " Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius subter. * " Ego sum, qui ascendere

1 A
2
3
4
5
6
7 B
8 C
9
10
11 C D
12
13

*Num. 21. f. 24 Deut. 2. f. 34

*Exod. 22. f. 22 Deut. 24.

dere vos feci de Terra Ægypti, & duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis Terram Amorrhæi. *Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris nazaræos: numquid non ita est filij Israel, dicit Dominus? *Et propinabitis nazaræis vinũ: & prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis. * Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustũ fœno. * Et peribit fuga à veloce, & fortis nõ obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam: *& tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi nõ saluabit animam suam: * & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

11 A
12 D
13
14
15 A
16

CAP. III.

AVdite verbum, quod locutus est Dominus super vos, filij Israel: super omnem cognationem, quã eduxi de terra Ægypti, dicens: * Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? * Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædã? numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? * numquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? numquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? * Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? * Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretũ suum ad seruos suos prophetas. * Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? *Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus Terræ Ægypti: & dicite: Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. * Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem & rapinas in ædibus suis. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tribulabitur, & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ. * Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci grabato. * Audite, & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum: * quia in die cùm visitare cœpero præuaricationes Israel, super eum visitabo, & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. * Et percutiam domum hiemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

1 A
2
3
4
5
6 B
7
8
9
10
11 C D
12
13
14
15

CAP. IIII.

AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quę dicitis dominis vestris: Afferte, & bibemus. * Iurauit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce dies veniẽt super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. *Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proiiciemini in Armon, dicit Dominus. *Venite ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem: & afferte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. * Et sacrificate de fermentato laudẽ: & vocate voluntarias oblationes, & annunciate: sic enim voluistis filij Israel, dicit Dominus Deus. * Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. * Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent vsq; ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est; & pars, super quam non plui, aruit. *Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non redistis ad me, dicit Dominus. * " Percussi vos in vento vrente, & in aurugine, multitudinẽ hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum: oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca: & non redistis ad me, dicit Dominus. *Misi in vos mortem in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros, vsque ad captiuitatem equorum vestrorum: & ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redistis ad me, dicit Dominus. * Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me, dicit Dominus. *Quapropter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi,

1 A
2
3
4
5
6 B
7
8
9 C
10
11 D
12
13

*Amos. 4. c. 9

*Gen. 19. c. 24

præparare in occursum Dei tui Israel.
* Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquiũ suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius. 13

CAP. V.

AVdite verbum istud, quod ego leuo super vos planctum: Domus Israel cecidit, & non adijciet vt resurgat. * Virgo Israel proiecta est in terram suã, non est qui suscitet eam. * Quia hæc dicit Dominus Deus: Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea cẽtum: & de qua egrediebantur centum, relinquẽtur in ea decẽ in domo Israel. * Quia hæc dicit Dominus domui Israel: Quærite me, & viuetis. * Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Bersabee non transibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. * Quærite Dominum, & viuite: ne fortè cõburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel. * Qui conuertitis in absinthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis. * Facientem Arcturum & Orionem, & conuertẽtem in mane tenebras, & diẽ in noctem mutãtem: * qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomẽ est eius. * Qui subridet vastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert. * Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt. * Idcirco, pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: * domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. * Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta: * Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. * Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiscũ, sicut dixistis. * * Odite malum, & diligite bonum, & cõstituite in porta iudicium: si fortè misereatur Dominus Deus exercituũ reliquiis Ioseph. * Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator: In omnibus plateis planctus: & in cũctis, quę foris sunt, dicetur vę væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad plãctum eos qui sciunt plangere. * Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. * * Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & non lux. * Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. * Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non splendor in ea? * * Odi, & proieci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorũ. * Quòd si obtuleritis mihi holocautomata, & munera vestra, non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam. * Auferà me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. * Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. * * Numquid hostias & sacrificium obtuliſtis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel? * Et portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quæ feciſtis vobis. * Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.

Inf. 9. b. 6

Soph. 1. c. 17

Rom. 12. b. 9 Psal. 96. b. 10

CAP. VI.

VÆ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingrediẽtes pompaticè domum Israel. * Trãsite in Chalane, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum, & ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est. * Qui separati estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis. * Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. * Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerũt se habere vasa cantici. * Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebãtur super cõtritione Ioseph. * Quapropter nunc migrabũt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientum. * * Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum: Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatẽ cum habitatoribus suis. * Quòd si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur. * Et tollet eũ propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei, qui in penetralibus domus est: Numquid adhuc est penes te? * Et respondebit: Finis est. Et dicet ei: Tace, & non recorderis nominis Domini. * Quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem sciſſionibus. * Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absinthium? * Qui lætamini in nihilo: qui dicitis: Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? * Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conteret vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

Jer. 31. b. 14

Luc. 6. d. 24

CAP. VII.

HÆc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis. * Et factum est: cùm consummasset comedere herbam terræ, dixi: Domine Deus propitius esto, obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? * Misertus est Dominus super hoc: Non erit, dixit Dominus. * Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus: & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. * Et dixi: Domine Deus quiesce, obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? * Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud non erit, dixit Dominus Deus. * Hæc ostendit mihi Dominus: & ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. * Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cæmentarij. Et dixit Dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: nõ adiiciam vltrà superinducere eum. * Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio. * Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel, dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. * Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua: * Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi. * Et in Bethel non adijcies vltrà vt prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est. * Respondítque Amos, & dixit ad Amasiam: Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. * Et tulit me Dominus cùm sequerer gregẽ: & dixit Dominus ad me: Vade propheta ad populum meum Israel. * Et nunc audi verbum Domini: Tu dicis: Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli. * Propter hoc hæc dicit Dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

CAP. VIII.

HÆc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum. * Et dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel: non adiiciam vltrà vt pertranseam eum. * Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur: in omni loco proiicietur silentium. * Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, * dicentes: Quando transibit mensis, & venundabimus merces; & sabbatum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, * vt possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus? * Iurauit Dominus in superbiam Iacob: Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. * Numquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus, & eijcietur, & defluet quasi riuus Ægypti? * Et erit in die illa, dicit Dominus Deus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis: * * & conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducã super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. * Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim

Tob. 2. b. 6 1. Mach. 1. c. 41

aquæ, sed audiendi verbum Domini.
* Et commouebuntur à Mari vsque ad 12
mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem : circuibunt quærentes verbum Domini,& non inuenient.* In die illa defi- 13
cient virgines pulchræ, & adolescentes
in siti. * Qui iurant in delicto Samariæ, 14
& dicunt : Viuit Deus tuus Dan,& viuit via Bersabee : & cadent, & non resurgent vltrà.

CAP. IX.

VIdi Dominum stantem super altare. 1
& dixit: Percute cardinem,& commoueãtur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam : non erit fuga eis. Fugient, & non saluabitur ex eis qui
ª Ps. 138. d.8 fugerit. * ª Si descenderint vsque ad in- 2
fernum, inde manus mea educet eos : & si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos. * Et si absconditi fuerint in 3
vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos : & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. * Et si abierint in capti- 4
ª Ier. 44. c.11 uitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio,& occidet eos : & ª ponã oculos meos super eos in malum, & non in bonũ. *Et Dominus Deus exercituum, 5
qui tangit terram,& tabescet:& lugebũt omnes habitantes in ea : & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Ægypti.* Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super 6
ª Amp. 5. c.8 terram fundauit: ª qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius. * Numquid non 7
vt filij Æthiopum vos estis mihi, filij Israel,ait Dominus ? numquid non Israel ascendere feci de Terra Ægypti : & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene ? * Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud 8
à facie terræ : Verumtamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus. * Ecce enim mandabo ego, & 9
concutiam in omnibus gẽtibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro: & non cadet lapillus super terram. 10
* In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt: Non appropinquabit, & non veniet super nos malum. * In die illa ª suscitabo tabernacu- 11
ª Al. c.16 lum Dauid,quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo : & reædificabo illud
12 sicut in diebus antiquis . * Vt possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eò quòd inuocatum sit nomen meum super eos : dicit Dominus faciens hæc. 13
* Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen : ª & stilla- 14
ª Ioel. 3. d.18 bunt montes dulcedinem,& omnes colles culti erunt . * Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum:& facient hortos,& comedent fructus eorum . * Et plantabo eos super 15
humum suam: & non euellam eos vltrà de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

PROPHETIA ABDIÆ.

ª Ier. 49. c.14

VISIO Abdiæ, Hæc 1
dicit Dominus Deus ad Edom : Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gentes misit: Surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium . * Ecce paruu- 2
lum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es valde . * Superbia cordis tui extulit 3
te,habitantem in scissuris petrarum,excelsum solium tuum : qui dicis in cor- 4
de tuo: Quis detrahet me in terram? * Si exaltatus fueris vt aquila,& si inter sidera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. * Si fures introissent 5
ad te, si latrones per noctem, quomodo cõticuissent? nónne furati essent sufficientia sibi ? si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent tibi?* Quomodo scrutati sunt Esau, 6
inuestigauerunt abscondita eius? * Vsque ad terminum emiserunt te : omnes 7
ª Ps. 29. c.14 viri fœderis tui illuserunt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ : qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo. * ª Num- 8
ª Gen. 27. g.42 quid non in die illa,dicit Dominus,perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? * Et timebunt 9
fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Esau. * ª Propter interfectionem, 10
& propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. * In die cùm stares aduersus 11
eum,quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius,& super Ierusalẽ mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis. * Et 12
nõ despicies in die fratris tui,in die peregrinationis eius : & non lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum : & non magnificabis os tuũ in die angustiæ. * Neque ingredieris portam populi mei 13
in die ruinæ eorum : neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius: & non emittẽris aduersum exercitum eius in die vastitatis illius . * Neque stabis in 14
exitibus vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribu- 15
lationis . * Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gẽtes: sicut feci, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in
16 caput tuum . * Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes Gentes iugiter : & bibent, & absorbebunt,& erunt quasi non sint. * Et 17
in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus : & possidebit domus Iacob eos qui se possederant. * Et erit domus Iacob ig- 18
nis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula : & succendentur in eis, & deuorabunt eos : & non erunt reliquiæ domus Esau,quia Dominus locutus est.
19 * Et hereditabunt hi qui ad Austrum sunt,montem Esau, & qui in campestribus Philisthijm : & possidebunt regionem Ephraim,& regionem Samariæ: &
20 Beniamin possidebit Galaad. * Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia loca Chananæorum vsque ad Sareptam : & transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. * Et ascendent saluatores in
21 montem Sion iudicare montem Esau:& erit Domino regnum.

PROPHETIA IONÆ.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est verbum 1
Domini ad Ionam fi- A
lium Amathi, dicens:
*Surge, & vade in Ni- 2
niuen ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. * Et surrexit Ionas, vt 3
fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis : & dedit naulum eius, & descendit in eam vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini. * Do- 4
minus autem misit ventum magnum B
in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. * Et timuerunt nautæ, & clamaue- 5
runt viri ad deum suum : & miserunt vasa,quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore gra-
6 ui. * Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si fortè recogi-
7 tet Deus de nobis,& non pereamus.* Et C dixit vir ad collegam suum : Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes : &
8 cecidit sors super Ionam.* Et dixerũt ad eum : Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum?quæ terra tua, & quò vadis ? vel ex quo po-
9 pulo es tu ? * Et dixit ad eos : Hebræus ego sum,&Dominum Deum cœli

ego timeo, qui fecit mare & aridam.* Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc feciſti? (cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.) * Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumeſcebat.* Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: ſcio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos. * Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. * Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem: quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti.* Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare: & ſtetit mare à feruore ſuo. * Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hoſtias Domino, & vouerunt vota.

10 11

CAP. II.

ET præparauit Dominus piſcem grãdem vt deglutiret Ionam: " & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. * Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de vẽtre piſcis.
* Et dixit:
"Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam.
* Et proiecíſti me in profundũ in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.
* Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: verumtamen rurſus videbo templum ſanctum tuum.
* "Circumdederunt me aquæ vſque ad animam: abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum.
* Ad extrema montium deſcendi: terræ vectes concluſerunt me in æternum: & ſubleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.
* Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum: vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum.
* Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt.
* Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque voui, reddam pro ſalute Domino.

1 A
2
3
4 B
5
6
7
8 C
9
10

* Matt. 12. c. 40. & 16. d. 4. Luc. 11. d. 30

* 1. Cor. 15. a. 4. Pſal. 119. a. 2

* Pſal. 68. a. 1

* Et dixit Dominus piſci: & euomuit Ionam in aridam.

CAP. III.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens: * Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te.* Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbũ Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. * Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. * * Et crediderunt viri i Niniuitæ in Deum: & prędicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. * Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. * Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam: nec paſcantur, & aquam nõ bibant.* Et operiantur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. * " Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? * Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

1 2 A 3 4 5 6 B 7 8 9 10

* Matt. 12. c. 41. Luc. 11. c. 32

* Ierem. 18. c. 11. Ioel. 2. a. 14

CAP. IIII.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt: * & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine, numquid non hoc eſt verbum meum, cùm adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharſis. " ſcio enim quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.* Et nunc Domine tolle quęſo animã meam à me: quia melior eſt mihi mors quàm vita.
* Et dixit Dominus: Putáſne bene iraſceris tu? * Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra Orientem ciuitatis: & fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. * Et prępauit Dominus Deus hederã, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum (laborauerat enim) & lætatus eſt Ionas ſuper hedera, lætitia magna. * Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum: & percuſſit hederam, & exaruit. * Et cùm ortus fuiſſet ſol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & dixit: Melius eſt mihi mori, quàm viuere. * Et dixit Dominus ad Ionam: Putáſne bene iraſceris tu ſuper hedera? Et dixit: Bene iraſcor ego vſque ad mortem. * Et dixit Dominus: Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret. quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit. * Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa?

1 2 A 3 4 5 6 7 8 B 9 10 11

PROPHETIA MICHÆÆ.

CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini, quod factũ eſt ad Michæam Moraſthiten, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ, regũ Iuda: quod vidit ſuper Samariã, & Ieruſalem.
* * Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius: & ſit Dominus Deus vobis in teſtem, Dominus de templo ſancto ſuo. * " Quia ecce Dominus egredietur de loco ſuo: & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. * Et conſumentur montes ſubtus eum: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, & ſicut aquæ, quæ decurrunt in præceps. * In ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis domus Iſrael. quod ſcelus Iacob? nónne Samaria? & quæ excelſa Iudæ? nónne Ieruſalem? * & ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea: & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. * Et omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburẽtur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur.* Super hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpoliatus, & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.* Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudam, tetigit portam populi mei vſque ad Ieruſalem. * In Geth nolite annunciare, lacrymis ne ploretis, in domo Pulueris puluere vos conſpergite. * Et tranſite vobis habitatio Pulchra, confuſa ignominia: non eſt egreſſa quæ habitat in exitu: planctum Domus vicina accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet.* Quia infirmata eſt in bonum, quæ habitat in amaritudinibus: quia deſcendit malum à Domino in portam Ieruſalem. * Tumultus quadrigæ ſtuporis habitanti Lachis: principium peccati eſt filiæ Sion, quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael. * Propterea dabit emiſſarios ſuper hereditatem Geth: domus mendacij in deceptionem regibus Iſrael. * Adhuc heredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa: vſque ad Odollam veniet gloria Iſrael. * Decaluare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te.

1 A 2 3 4 5 6 7 8 C 9 10 11 12 13 D 14 15 16

* Iſa. 26. d. 21

* Deut. 32. Iſa. 1. a. 2

CAP. II.

VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. * Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum, & domum eius; virum & hereditatem eius. * Idcirco hæc dicit Dominus:

1 A 2 3

minus: Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde nó auferetis colla vestra, & nó ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. * In die illa sumetur super vos parabola, & cãtabitur canticum cum suauitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, cùm reuertatur, qui regiones nostras diuidat? * Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini. * Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. * Dicit domus Iacob: Numquid abbreuiatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cum eo, qui rectè graditur? * Et ecõtrario populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunica pallium sustuliſtis: & eos, qui transibãt simpliciter, conuertiſtis in bellum. * Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum suarum: à paruulis earũ tuliſtis laudem meam in perpetuũ. * Surgite, & ite, quia non habetis hîc requiẽ: propter immunditiã eius corrumpetur putredine pessima. * Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendaciũ potiùs loquerer: stillabo tibi in vinũ, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. * Congregatione cõgregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabũtur à multitudine hominum. * Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident, & transibunt portam, & ingredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

per prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis nõ dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. * Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. * Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei. * Verũtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute: vt annunciẽ Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. * Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel: quia abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. * Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. * " Principes eius in muneribus iudicabãt, & sacerdotes eius in mercede docebãt, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes: Numquid nõ Dominus in medio nostrũ? non venient super nos mala. * Propter hoc, causa vestri, " Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum.

CAP. III.

ET dixi: Audite principes Iacob, & duces domus Israel: Numquid non vestrum est scire iudicium, * qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? * Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebête, & quasi carnem in medio ollæ. * Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. * Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis nõ dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. * Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. * Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei. * Verũtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute: vt annunciẽ Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. * Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel: quia abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. * Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. * " Principes eius in muneribus iudicabãt, & sacerdotes eius in mercede docebãt, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes: Numquid nõ Dominus in medio nostrũ? non venient super nos mala. * Propter hoc, causa vestri, " Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum.

CAP. IIII.

ET erit: In nouissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. * Et properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem. * Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: nõ sumet gens aduersus gentem gladiũ: & non discent vltrà belligerare. * Et sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficũ suam, & nõ erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutũ est. * Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nõ autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltrà. * In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam, quam eieceram, colligam; & quam afflixeram: * " Et ponam claudicantem in reliquias: &

eam, quæ laborauerat, in gentem robustam: " & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. * Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima, regnum filiæ Ierusalem. * Nũc quare mœrore contraheris? numquid rex non est tibi, aut cõsiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientẽ? * Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: quia nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem: ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. * Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster. * Ipsi autem non cognouerũt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia cõgregauit eos quasi fœnum areæ. * Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersę terræ.

CAP. V.

NVnc vastaberis filia latronis: obsidionẽ posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel. * " ET TV BETHLEHEM Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. * Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Israel. * Et stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ. * Et erit iste pax: cùm venerit Assyrius in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. * Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur cùm venerit in terram nostram, & cùm calcauerit in finibus nostris. * Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ nõ expectat virum, & non præstolatur filios hominum. * Et erunt reliquię Iacob in Gentibus in medio populorum multorum quasi leo in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cùm transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat. * Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. * Et erit in die illa, dicit Dominus: Auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. * Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. * Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuum tuarum. * Et euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. * Et faciam in furore & in indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt.

CAP. VI.

AVdite quæ Dominus loquitur: Surge, contẽde iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. * Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudiciũ Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur. * " Populе meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? respondе mihi. * Quia eduxi te de Terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen & Aaron, & Mariam? * " Populе meus memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. * Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? numquid offeram ei holocautomata, & vitulos anniculos? * Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animę meę? * Indicabo tibi ô homo quid sit bonũ, & quid Dominus requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. * Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen tuum: Audite tribus, & quis approbabit illud? * Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mẽsura minor irę plena. * Numquid iustificabo stateram impiam, & saccelli pondera dolosa? * In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur

mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. * Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. * Tu comedes, & non saturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non saluabis: & quos saluaueris, in gladium dabo. * " Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngêris oleo; & mustum, & non bibes vinum. * Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum: & opprobrium populi mei portabitis.

13 9 14 D 10 15 16 11 12 C 13

* Deut. 28. d. 38 Mich. 6. b. 6

CAP. VII.

VÆ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. * Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiatur, vir fratrem suum ad mortem venatur. * Malum manuum suarum dicunt bonum: princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam. * Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas eorum. * Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. * " Quia filius contumeliam facit patri, & filia cõsurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: " & inimici hominis domestici eius. * Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum: audiet me Deus meus. * Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. * Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius. * Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem vt lutum platearum. * Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ: in die illa longè fiet lex. * In die illa & vsque ad te veniet de Assur, & vsque ad ciuitates munitas; & à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte. * Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum. * Pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli: pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos. * Secundùm dies egressionis tuæ de Terra Ægypti ostendam ei mirabilia. * Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt. * Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur in ædibus suis: Dominum Deum nostrum formidabunt, & timebunt te. * " Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? non immittet vltrà furorem suum, quoniam volens misericordiam est. * Reuertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. * Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 9 10 11 12 C 13 14 D 15 16 17 D 18 19 20

* Matt. 10. c. 21 * Matt. 10. d. 36 * Jer. 10. a. 6 Act. 10. §. 43

PRO-

PROPHETIA NAHVM.

CAPVT PRIMVM.

ONvs Niniue: Liber visionis Nahum Elcesæi. * Deus æmulator, & vlciscens Dominus: vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. * Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. * Increpans mare, & exiccans illud: & omnia flumina ad desertũ deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. * Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & cõtremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. * Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. * Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. * & in diluuio prætereunte, consummationẽ faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. * Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. * Quia sicut spinæ se inuicẽ complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium: consumentur quasi stipula ariditate plena. * Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem. * Hæc dicit Dominus: Si perfecti fuerint, & ita plures; sic quoque attondentur, & pertransibit: afflixite, & non affligã te vltrà. * Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam. * Et præcipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. * " Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiiciet vltrà vt pertranseat in te Belial: vniuersus interijt.

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 C 9 10 11 D 12 13 14 15

* Isa. 53. b. 7 Rom. 10. b. 15

CAP. II.

ASCendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem: contempla re viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. * Quia reddidit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerũt eos, & propagines eorum corruperunt. * Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores consopiti sunt. * In itineribus conturbati sunt: quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. * Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. * Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. * Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. * Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerunt: state, state, & non est qui reuertatur. * Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. * Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ. * Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum, ad quam iuit leo vt ingrederetur illuc, catulus leonis, & nõ est qui exterreat? * Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. * Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 C 9 10 11 D 12 13

comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltrà vox nunciorum tuorum.

CAP. III.

Ezech. 24. b. 9 Habac. 2. c. 11

VÆ ciuitas sanguinũ, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. * Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis: * & micantis gladij, & fulgurantis hastę, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. * Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis: * Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudẽda tua in facie tua, & ostendam Gẽtibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. * Et proiiciam super te abominationes, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exẽplum. * Et erit: omnis, qui viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi? * Numquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius. * Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & nõ est finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. * Sed & ipsa in transmigrationẽ ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. * Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxilium ab inimico. * Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. * Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. * Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. * Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: congregare vt bruchus: multiplicare vt locusta. * Plures fecisti negotiationes tuas quàm stellæ sint cæli: bruchus expansus est, & auolauit. * Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint. * Dormitauerunt pastores tui, rex Assur: sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. * Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transiit malitia tua semper?

PROPHETIA HABACVC.

CAPVT PRIMVM.

ONus, quod vidit Habacuc propheta. * Vsquequo Domine clamabo, & nõ exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? * Quare ostendisti mihi iniquitatẽ & laborem, videre prædam & iniustitiam cõtra me? & factum est iudicium, & contradictio potentior. * Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. * Aspicite in gentibus, & videte: admiramini, & obstupescite: quia opus factũ est in diebus vestris, quod nemo credet cùm narrabitur. * Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulatem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. * Horribilis, & terribilis est: ex semetipsa iudiciũ, & onus eius egredietur. * Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis; & diffundẽtur equites eius: equites namque eius de longè venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. * Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & congregabit quasi arenam, captiuitatem. * Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & cõportabit aggerem, & capiet eam. * Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius dei sui. * Numquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum: & fortem, vt corriperes, fundasti eum. * Mundi sunt oculi tui, ne videas malum; & respicere ad iniquitatem non poteris. quare respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? * Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile nõ habens principem. * Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur & exultabit. * propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. * Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere Gentes non parcet.

CAP. II.

SVper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid respondeam adarguentẽ me. * Et respondit mihi Dominus, & dixit: Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eũ. * Quia adhuc visus procul, & apparebit in finẽ, & non mentietur. si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. * Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: * iustus autem in fide sua viuet. * Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & nõ decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregabit ad se omnes gentes, & coacerabit ad se omnes populos. * Numquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur: Væ ei, qui multiplicat nõ sua? vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? * Numquid non repẽtè consurgent qui mordeant te: & suscitabuntur lacerãtes te, & eris in rapinam eis? * Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, propter sanguinem hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. * Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. * Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua. * Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. * Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. * Numquid non hæc sunt à Domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient. * Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini, quasi aquę operientes mare. * Væ qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians vt aspiciat nuditatem eius. * Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dexterę Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. * Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitãtium in ea. * Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile, & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulachra muta. * Væ qui dicit ligno: Expergiscere; Surge, lapidi tacenti: numquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. * Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

Ezec. 24. b. 9 Nah. 3. d. 1

Psal. 10. b. 4

Ioan. 3. d. 36 Rom. 1. b. 17 Gal. 3. b. 11 Hebr. 10. d. 38

Act. 13. f. 31

ORATIO HABACVC PROPHETÆ PRO IGNORANTIIS.

CAPVT III.

DOMINE audiui auditionem tuam, & timui. 2 A
Domine opus tuũ, in medio annorum viuifica illud.
In medio annorũ notum facies: cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.
* Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan: 3
Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena est terra.
* Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: 4
Ibi abscondita est fortitudo eius: * ante faciem eius ibit mors. 5
Et egredietur diabolus ante pedes eius.
* Stetit, & mensus est terram. 6
Aspexit, & dissoluit Gentes: & contriti sunt montes sæculi.
Incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.
* Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. 7 B
* Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? 8
Qui ascẽdes super equos tuos: & quadrigæ tuæ saluatio.
* Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. 9
Fluuios scindes terræ: * viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transiit. 10
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.
11 C * Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.
12 *In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies Gentes.
13 * Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.
14 * Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
15 D * Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.
16 * Audiui, & conturbatus est venter meus: à voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.
Vt requiescam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum nostrum.
17 * Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus.
18 * Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo.
19 * Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum.
Et super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem.

PRO-

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezeciæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. * Cõgregans cõgregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: * congregans hominem & pecus, congregans volatilia cæli & pisces maris: & ruinæ impiorum erunt: & disperdam homines à facie terræ, dicit Dominus. * Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum sacerdotibus; * & eos qui adorant super tecta militiam cæli, & adorant & iurant in Domino, & iurant in Melchom. * Et qui auertuntur de post tergum Domini, & qui non quæsierunt Dominũ, nec inuestigauerunt eum. * Silete à facie Domini Dei: quia iuxta est dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. * Et erit: in die hostię Domini, visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: * & visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa: qui complent domum Dominì Dei sui iniquitate & dolo. * Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à Secunda, & contritio magna à collibus. * Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento. * Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis: & visitabo super viros defixos in fecibus suis: qui dicunt in cordibus suis: Nõ faciet bene Dominus, & non faciet malè. * Et erit fortitudo eorũ in direptionem, & domus eorũ in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. * Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. * Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis, * dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. * Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. * Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: * in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cũ festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

1 1
2 2
3 3
4 4
5 5
6 6
7 7
8 8
9 9
10 10
11 11
12 12
13 13
14 14
15 15
16 16
17 17
18 18
1 A
2 B
3 C
4 D
5 A
6 B
7 C
8 D
9 A
10 B
11 C
12 D
13 A

* Amos 5. c. 11

* Ier. 30. a. 7 Ioel. 2. c. 11 Amos. 5. c. 18.

* Ezech. 7. c. 18

* Infr. 3. b. 8

CAP. II.

CONuenite, congregamini gens non amabilis: * Priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris Domini, antequã veniat super vos dies indignationis Domini. * Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudiciũ eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini. * Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertũ, Azotum in meridie eijcient, & Accaron eradicabitur. * Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbũ Domini super vos Chanaan terra Philisthinorum, & disperdam te, ita vt non sit inhabitator. * Et erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecorum: * & erit funiculus eius, qui remanserit de domo Iuda: ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. * Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super

terminos

terminos eorum. * Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Deus Israel, quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorr' siccitas spinarum, & acerui salis,& desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos,& residui gentis meæ possidebunt illos. * Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populũ Domini exercituum. * Horribilis Dñs super eos,& attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ Gentium. * Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.* Et extendet manũ suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum. * Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius.* Hęc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

* Isa. 34. c. 11

CAP. III.

VÆ prouocatrix,& redempta ciuitas, columba. * Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinã: in Domino non est confisa, ad Deum suum non approp inquauit. * Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane. * Prophetæ eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem.* Dominus iustus in medio eius nõ faciet iniquitatem: mane mane iudicium suum dabit in lucem, & nõ abscondetur: nescisti autem iniquus cõfusionem. * Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorũ, dum non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore. * Dixi: Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus visitaui eam: verumtamen diluculo surgẽtes corruperũt omnes cogitationes suas.* Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. * Quia tũc reddam populis labium electũ, vt inuocent omnes in nomine Domini,& seruiant ei humero vno.* Vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei, filij dispersorum meorum deferent munus mihi. * In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adijcies ex altari amplius in monte sancto meo. * Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenũ: & sperabunt in nomine Domini. * Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mẽdacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat. * Lauda filia Sion: iubila Israel: lętare, & exulta in omni corde filia Ierusalem. * Abstulit Dominus iudiciũ tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltrà. * In die illa dicetur Ierusalem: Noli timere: Sion, non dissoluantur manus tuę. * Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude.* Nugas, qui à lege recesserãt, congregabo, quia ex te erant: vt non vltrà habeas super eis opprobrium. * Ecce ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo: & saluabo claudicantem: & eam, quæ ejecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem, & in nomen, in omni terra confusionis eorum: * in tempore illo, quo adducam vos; & in tempore, quo congregabo vos. dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

* Exod. 22. f. 27 Mich. 3. d. 12

* Sup. 3. d. 18

PRO-

PROPHETIA AGGÆI.

CAPVT PRIMVM.

* 1. Esd. 6. a. 1

IN anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna mensis, factum est verbũ Domini in manu Aggæi prophetæ, ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda,& ad Iesum,filium Iosedec, sacerdotem magnum, dicens: * Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.* Et factum est verbum Domini in manu Aggęi prophetæ, dicens: * Numquid tempus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis,& domus ista deserta? * Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. * Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis,& non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. * Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras: * ascendite in montem, portate ligna,& ędificate domum: & acceptabilis mihi erit,& glorificabor, dicit Dominus. * Respexistis ad amplius, & ecce factũ est minus: & intulistis in domum,& exufflaui illud: quã ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. * Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorẽ, & terra prohibita est ne daret germen suum: * & vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcumq; profert humus, & super homines, & super iumẽta, & super omnem laborem manuum.* Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi, vocẽ Domini Dei sui,& verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos:& timuit populus à facie Domini. * Et dixit Aggæus nuncius Domini de nunciis Domini, populo dicens: Ego vobiscum sum, dicit Dominus.* Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel, ducis Iuda, & spiritũ Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt,& faciebãt opus in domo Domini exercituum Dei sui.

* Deut. 28. d. 38 Mich. 6. a. 15

CAP. II.

IN die vigesima & quarta mensis,in sexto mense, in anno secundo Darij regis.* In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ,dicens:* Loquere ad Zorobabel filiũ Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filiũ Iosedec sacerdotẽ magnum,& ad reliquos populi, dicens: * Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istã in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? * Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ,dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum) * verbum quod pepigi vobiscum cùm egrederemini de Terra Ægypti:& spiritus meus erit in medio vestrũm, nolite timere. * Quia hæc dicit Dominus exercituũ: * Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum,& terram,& mare, & aridã. * Et mouebo omnes Gentes: ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. * Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. * Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

* Hebr. 12. g. 26

cituum. * In vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum: Interroga sacerdotes legem, dicens: * Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: numquid sanctificabitur? Responderunt autem sacerdotes, dixerunt: Non. * Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. * Et respondit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. * Et nunc ponite corda vestra à die hac & suprà, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. * Cùm accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebãt viginti. * Percussi vos vẽto vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. * Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, à die vigesima & quarta noni mensis: à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. * Numquid iam semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuę non floruit? ex die ista benedicam. * Et factum est verbum Domini secũdò ad Aggæum in vigesima & quarta mensis, dicens: * Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cælum pariter & terram. * Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni Gentium: & subuertam quadrigam, & ascensorem eius: & descendent equi, & ascensores eorum: vir in gladio fratris sui. * In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

* Aggæ. 2. c. 9.

PROPHETIA ZACHARIÆ.

CAPVT PRIMVM.

IN mense octauo, in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariã, filium Barachiæ filij Addo, prophetam, dicens: * Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. * Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: " Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. * Ne sitis sicut patres vestri, " ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. * Patres vestri vbi sunt? & Prophetæ numquid in sempiternum viuent? * Verumtamen verba mea, & legitima mea, quæ mandaui seruis meis prophetis, numquid non comprehẽderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis secundũ vias nostras, & secundũ adinuentiones nostras, fecit nobis? * In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabath, in anno secũdo Darij, factum est verbũ Domini ad Zachariam filium Barachiæ, filij Addo, prophetam, dicens: * Vidi per noctẽ, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi. * Et dixi: Quid sunt isti, Domine mi?

* Malac. 3. a. 7.
" Isa. 21. c. 8. 51. c. 6. & 45. d. 22. Ierem. 3. c. 12. Ezech. 18. g. 30. & 20 a. 7. & 33 c. 11. Osee 14. a. 1. Ioel. 2. c. 12.

& dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc. * Et respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit Dominus vt perambulent terram. * Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit. * Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. * Et respondit Dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. * Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. * Et ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parùm, ipsi verò adiuuerunt in malum. * Propterea hæc dicit Dominus: Reuertar ad Ierusalem in misericordijs: & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalem. * Adhuc clama, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. * Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quattuor cornua. * Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? & dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem. * Et ostendit mihi Dominus quattuor fabros. * Et dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gentium, quæ leuauerunt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. * Et dixi: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. * Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. * Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem, præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. * Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. * O, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quattuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus. * O Sion, fuge quæ habitas apud filiam Babylonis: * quia hæc dicit Dominus exercituum: Post gloriã misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei: * quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his, qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me. * Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. * Et applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. * Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. * Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

CAP. III.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: & satan stabat à dextris eius vt aduersaretur ei. * Et dixit Dominus ad satan: Increpet Dominus in te satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: numquid non iste torris est erutus de igne? * Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. * Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. * Et dixit: Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus: & angelus Domini stabat. * Et contestabatur angelus Domini Iesum, dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hîc assistunt. * Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt. ecce enim ego " ADDVCAM SERVVM MEVM ORIENTEM. * Quia ecce lapis, quem

" Luc. 1. 5. 78

dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt: ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. *In die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vitem, & subter ficum.

CAP. IIII.

ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitauit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo. * Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud: & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius. * Et duæ oliuæ super illud; vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. * Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, domine mi? * Et respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi. * Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum. * Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum: & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. * Et factum est verbum Domini ad me, dicens: * Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. * Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & videbũt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. * Et respondi, & dixi ad eum: quid sunt duæ oliuæ istæ, ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius? * Et respondi secundò, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? * Et ait ad me, dicens: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi. * Et dixit: Isti sunt duo filij olei, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ.

CAP. V.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce volumen volans. * Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. * Et dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur. * Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis, & ad domũ iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius. * Et egressus est angelus, qui loquebatur in me: & dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide quid est hoc, quod egreditur. * Et dixi: Quidnam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. * Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. * Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. * Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram & cælum. * Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt amphoram? * Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

CAP. VI.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quattuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montium: & montes, montes ærei. * In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri, * & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij, & fortes. * Et respondi, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc, domine mi? * Et respondit angelus, & ait ad me: Isti sunt quattuor venti cæli, qui egrediuntur, vt stent coram Dominatore omnis terræ. * In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & varij egressi sunt ad terram Austri. * Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire & discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, perambulate terram: & perambulauerunt terram. * Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis. * Et factum est verbum

Domini ad me, dicens: * Sume à transmigratione, ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia; & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ, filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. * Et sumes aurum & argentum: & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, * & loquèris ad eum, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: " ECCE VIR ORIENS NOMEN EIVS: & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino. * Et ipse extruet templum Domino: & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo: & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. * Et coronæ erunt Helem, & Tobię, & Idaię, & Hem, filio Sophonię, memoriale in templo Domini. * Et qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini: & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

ET factum est in anno quarto Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu. * Et miserunt ad domum Dei, Sarasar, & Rogommelech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini: * vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum, & prophetis, loquentes: Numquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis? * Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens: * Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens: * Cùm ieiunaretis, & plãgeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: numquid ieiunium ieiunastis mihi? * & cùm comedistis, & bibistis, numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? * Numquid non sunt verba, quæ locutus est Dominus in manu prophetarum priorum, cùm adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa & vrbes in circuitu eius, & ad Austrum, & in campestribus habitaretur? * Et factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens: * Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes facite, vnusquisque cum fratre suo. * " Et viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. * Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentem, & aures suas aggrauauerunt ne audirent. * Et cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem, & verba quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à Domino exercituum. * Et factum est sicut locutus est, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum. * Et dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt: & terra desolata est ab eis, eò quòd non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

CAP. VIII.

ET factum est verbum Domini exercituum, dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. * Hæc dicit Dominus exercituum: Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis & Mons Domini exercituũ mons sanctificatus. * Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem: & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum. * Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis, ludentibus in plateis eius. * Hæc dicit Dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum? * Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis. * Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, in veritate & in iustitia. * Hæc dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum, in die qua fundata est domus Domini exercituũ, vt templum ædificaretur. * Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat; neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines, vnumquemque contra proximum suum. * Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit Dominus exer-

cituum, * sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cæli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. * Et erit: sicut eratis maledictio in Gentibus, domus Iuda, & domus Israel: sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestræ. * Quia hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad iracũdiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, * & non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda, & Ierusalem: nolite timere. * Hæc sunt ergo verba, quæ facietis: * Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. * Et vnusquisque malum cõtra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus. * Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicẽs: * Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniũ septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in sollemnitates præclaras: veritatem tantùm, & pacem diligite. * Hæc dicit Dominus exercituum: Vsquequo veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis, * & vadãt habitatores, vnus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quęramus Dominum exercituum: vadam etiam ego. * Et venient populi multi, & gentes robustæ, ad quęrendum Dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem Domini. * Hæc dicit Dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

* Ephes. 4. f. 25

CAP. IX.

ONus verbi Domini in terra Hadrach, & Damasci requiei eius: quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. * Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. * Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argentum quasi humum, & aurum vt lutum platearum. * Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. * Videbit Ascalon, & timebit; & Gaza, & dolebit nimis; & Accaron, quoniam confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon nõ habitabitur. * Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiã Philisthinorum. * Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius, & relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus. * Et circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi euntes & reuertentes, & non transibit super eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis. * * Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinę. * Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli: & loquetur pacem Gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terrę. * Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. * Conuertimini ad munitionẽ vincti spei, hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. * Quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum, impleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia: & ponam te quasi gladium fortium. * Et Dominus Deus super eos videbitur; & exibit vt fulgur, iaculum eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri. * Dominus exercituum proteget eos: & deuorabunt, & subijcient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. * Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. * Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

* Isai. 62. d. 11. * Matth. 21. d. 5

CAP. X.

PEtite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro. * Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderũt mendacium, & somniatores locuti sunt frustrà: vanè consolabantur: ideirco abducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor. * Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitauit Dominus exercituum gregem suum, domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. * Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul. * Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores equorum. * Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum: & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos. * Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino. * Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut antè fuerant multiplicati. * Et seminabo eos in populis, & de longè recordabuntur mei: & viuent cum filijs suis, & reuertentur. * Et reducam eos de Terra Ægypti, & de Assyrijs congregabo eos, & ad Terram Galaad & Libani adducam eos, & non inuenietur eis locus: * & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet. * Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus.

CAP. XI.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. * Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. * Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. * Hæc dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis, * quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis. * Et ego non parcam vltra super habitantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homines, vnumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concîdent terram, & non eruam de manu eorum. * Et pascam pecus occisionis propter hoc, ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decõrem, & alteram vocaui Funiculum: & paui gregem. * Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variauit in me. * Et dixi: Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. * Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus; & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis. * Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est. * Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. * Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad statuarium, decõrum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini ad statuarium. * Et præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. * Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. * Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. * O pastor, & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

* Matt. 27. d. 9

CAP. XII.

ONus verbi Domini super Israel. Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo: * Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. * Et erit: In die illa ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes, qui leuabunt eam, concisione lacerabuntur: & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. * In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum

populorum percutiam cæcitate. * Et dicent duces Iuda in corde suo : Confortentur mihi habitatores Ierusalé in Domino exercituum Deo eorum. * In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno : & deuorabunt ad dexteram, & ad sinistram omnes populos in circuitu : & habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. * Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio : vt non magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. * In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid; & domus Dauid quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eorum. * Et erit in die illa : quæram conterere omnes Gentes, quæ veniunt contra Ierusalem. * Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem, spiritum gratię & precum: " & aspicient ad me, quem confixerunt : & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebũt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. * In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, " sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. * Et planget terra: familiæ & familiæ seorsum: familię domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum : * familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. * Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

Ioan. 19. g. 37

2. Par. 35. d. 22

CAP. XIII.

IN die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. * " Et erit in die illa, dicit Dominus exercituũ: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltrà: & pseudoprophetas, & spiritũ immundum auferam de terra. * Et erit, cùm prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues : quia mendacium locutus es in nomine Domini. & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius, cùm prophetauerit. * Et erit : In die illa confundentur prophetæ, vnusquisque ex visione sua cùm prophetauerit : nec operientur pallio saccino, vt mẽtiantur: * sed dicet : Non sum propheta, homo agricola ego sum : quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. * Et dicetur ei : Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet : His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. * Framea suscitare super pastorẽ meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum : " percute pastorem, & dispergentur oues: & conuertam manum meam ad paruulos. * Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duę in ea dispergentur, & deficient; & tertia pars relinquetur in ea. * Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomẽ meum, & ego exaudiam eum. Dicam : Populus meus es; & ipse dicet: Dominus Deus meus.

Ezech. 30. d. 13

Matt. 26. c. 31. Marc. 14. c. 28

CAP. XIIII.

ECce venient dies Domini, & diuidentur spolia tua in medio tui. * Et congregabo omnes Gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. * Et egredietur Dominus, & præliabitur contra Gentes illas, sicut prælиatus est in die certaminis. * Et stabunt pedes eius in die illa super Montem oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientem : & scindetur Mons oliuarum ex media parte sui ad Orientẽ, & ad Occidentem, prærupto grandi valde; & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem. * Et fugietis ad vallem montium eorũ, quoniam coniungetur vallis montium vsq; ad proximum : & fugietis " sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda : & veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eum eo. * Et erit in die illa: Non erit lux, sed frigus & gelu. * Et erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies neque nox : & in tempore vesperi erit lux. * Et erit in die illa: Exibunt aquę viuę de Ierusalem : mediũ earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouissimum: in æstate & in hieme erunt. * Et erit Dominus Rex super omnẽ terram: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. * Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem : & exaltabitur,

Amos 1. c. 1

bitur, & habitabit in loco suo, à porta Beniamin vsque ad locum portę prioris, & vsq; ad portam angulorum: & à turre Hananeel vsque ad torcularia regis. * Et habitabunt in ea, & anathema non erit ampliùs: sed sedebit Ierusalé secura. * Et hæc erit plaga, qua percutiet Dominus omnes Gentes, quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem : tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. * In die illa erit tumultus Domini magnus in eis : & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. * Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem: & congregabuntur diuitiæ omnium Gentium in circuitu, aurum, & argentum, & vestes multæ satis. * Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omniũ iumentorum, quę fuerint in castris illis, sicut ruina hęc. * Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis Gentibus, quæ venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorẽt Regem, Dominum exercituum, & celebrent festiuitatẽ tabernaculorum. * Et erit : qui non ascenderit de familijs terræ ad Ierusalem, vt adoret Regem, Dominum exercituum, non erit super eos imber. * Quòd & si familia Ægypti non ascenderit, & non venerit : nec super eos erit, sed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes Gentes, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. * Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatũ omnium Gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. * In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum Domino : & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. * Et erit omnis lebes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAPVT PRIMVM.

ONus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ. * Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Nónne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & " dilexi Iacob, * Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti. * Quòd si dixerit Idumæa: Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt : Hæc dicit Dominus exercituum : Isti ædificabunt, & ego destruam : & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus vsque in æternum. * Et oculi vestri videbunt : & vos dicetis : Magnificetur Dominus super terminum Israel. * Filius honorat patrem, & seruus dominum suum : si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus exercituum. ad vos, ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis : In quo despeximus nomen tuum? * Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis : In quo polluimus te? In eo quod dicitis: Mensa Domini despecta est. * Si offeratis cæcum ad immolandum, nónne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nónne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. * Et nunc deprecamini vultum Dei vt misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quomodo susciptat facies vestras, dicit Dominus exercituum. * Quis est in vobis, qui claudat ostia, &

Rom. 9. c. 13

incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. *"Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum. * Et vos polluistis illud in eo quod dicitis: Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est, cum igne qui illud deuorat. *Et dixistis: Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum, & languidum, & intulistis munus: numquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? * Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus.

*Psal. 112. a. 3

CAP. II.

ET nunc ad vos mandatum hoc, ô sacerdotes. * "Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis: quoniam non posuistis super cor. * Ecce ego proijciâ vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus sollemnitatum vestrarum, & assumet vos secum. * Et scietis quia misi ad vos mandatum istud, vt esset pactum meum cũ Leui, dicit Dominus exercituum. * Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. * Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius: in pace & in æquitate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniquitate. *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. *Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. *Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciẽ in lege. * "Numquid non pater vnus omnium nostrûm? numquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque nostrũ fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum? * Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel, & in Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit; & habuit filiam dei alieni. *Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculis Iacob, & offerentem munus Domino exercituum. * Et hoc rursum fecistis, operiebatis lacrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. * Et dixistis: Quam ob causam? quia Dominus testificatus est inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quã tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. *Nónne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? Et quid vnus quærit, nisi semen Dei? Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. * Cùm odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel: operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit Dominus exercituum: custodite spiritum vestrum, & nolite despicere. * Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis: In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicij?

*Leuit. 26. b. 14 Deut. 28. b. 15

*Matt. 23. a. 9 Ephes. 4. a. 5

CAP. III.

ECce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis; & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: *& quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: * & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. * Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. * Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. * Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob non estis

*Matth. 11. b. 10 Marc. 1. a. 2 Luc. 1. b. 76. 7. b. 17

consum-

consumpti. * A diebus enim patrum vestrorũ recessistis à legitimis meis, & non custodistis. "Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: In quo reuertemur? * Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitijs. * Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. * Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, * & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ; nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. * Et beatos vos dicent omnes Gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum. *"Inualuerunt super me verba vestra, dicit Dominus. *Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est, qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? *ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem; & tentauerũt Deum, & salui facti sunt. * Tunc locuti sunt timentes Dominum, vnusquisque cum proximo suo: Et attendit Dominus, & audiuit: & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. * Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. * Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium; & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

*Zach. 1. a. 3

*Iean. 11. b. 14

CAP. IIII.

ECce enim dies veniet "succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. * "Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. * Et calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. * "Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel, præcepta & iudicia. * "Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. * Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

*Luc. 1. 5. 78

*Exod. 20. Deut. 4. 5. 6

*Matt. 17. b. 10 Marc. 9. c. 11 Luc. 1. b. 17

LIBER PRIMVS MACHABAEORVM.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est, postquã percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Dariũ regem Persarum, & Medorum: *constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ, *& pertransijt vsque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis Gentium: & siluit terra in conspectu eius. * Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est, & eleuatum cor eius: *& obtinuit regiones Gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. * Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur. * Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret. * Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est. * Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo: * & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis

nis multis, & multiplicata sunt mala in terra. * Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum. * In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerũt nos multa mala. * Et bonus visus est sermo in oculis eorum. * Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatem vt facerent iustitiam Gentium. * Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundùm leges Nationum: * & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus, & venũdati sunt vt facerent malum. * Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti, vt regnaret super duo regna. * Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine: * & constituit bellum aduersus Ptolemæum regem Ægypti, & veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. * Et comprehendit ciuitates munitas in Terra Ægypti: & accepit spolia Terræ Ægypti. * Et conuertit Antiochus, postquam percussit Ægyptum in centesimo & quadragesimo tertio anno: & ascendit ad Israel, * & ascendit Ierosolymam in multitudine graui. * Et intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamẽtum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia. * Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos, quos inuenit: & sublatis omnibus abijt in terrã suam. * Et fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna. * Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum: * & ingemuerunt principes, & seniores: virgines, & iuuenes infirmati sunt: & speciositas mulierũ immutata est. * Omnis maritus sumpsit lamentum: & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant: * & commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem. * Et post duos annos dierum, misit Rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna. * Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei. * Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel. * Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eam igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circuitu: * & captiuas duxerunt mulieres: & natos, & pecora possederunt. * Et ædificauerunt ciuitatẽ Dauid muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem: * & posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. & posuerunt arma, & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem; * & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum. * Et factũ est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel: * & effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem. * Et fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extra semini suo, & nati eius reliquerunt eam. * Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. * Secundùm gloriã eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum. * Et scripsit Rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus, vnus: & relinqueret vnusquisque legem suam. * Et consenserunt omnes Gentes secundùm verbum regis Antiochi: & multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbatum. * Et misit Rex libros per manus nunciorum in Ierusalem, & in omnes ciuitates Iuda: vt sequerentur leges Gentium terræ, * & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei, * & prohiberent celebrari sabbatum, & dies solemnes: * & iussit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel. * Et iussit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas, & pecora communia, * & relinquere filios suos incircumcisos, & coinquinari animas eorũ in omnibus immundis, & abominationibus, ita vt obliuiscerentur legẽ, & immutarent omnes iustificationes Dei. * Et quicumque non feciſſent secundùm verbum regis

Antiochi,

Antiochi, morerentur. * Secundùm omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & præposuit principes populo, qui hæc fieri cogerent. * Et iusserunt ciuitatibus Iuda sacrificare. * Et congregati sunt multi de populo, ad eos qui dereliquerant legem Domini: & fecerunt mala super terram: * & effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorum locis. * Die quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno, ædificauit Rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iuda in circuitu ædificauerunt aras: * & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & sacrificabant: * & libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos: * & apud quemcumque inueniebantur libri testamenti Domini, & quicumque obseruabat legem Domini, secundùm edictum regis trucidabant eum. * In virtute sua faciebant hæc populo Israel, qui inueniebatur in omni mense & mense in ciuitatibus. * Et quinta & vigesima die mensis sacrificabant super aram, quæ erat contra altare. * Et mulieres, quæ circumcidebant filios suos, trucidabantur secundùm iussum regis Antiochi, * & suspendebãt pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum: & eos, qui circumciderant illos, trucidabant. * Et multi de populo Israel definierunt apud se, vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: * & noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt: * & facta est ira magna super populum valde.

CAP. II.

IN diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis, filij Simeonis, sacerdos ex filijs Ioarib ab Ierusalem, & consedit in monte Modin: * & habebat filios quinque, Ioannẽ, qui cognominabatur Gaddis: * & Simonem, qui cognominabatur Thasi: * & Iudam, qui vocabatur Machabæus: * & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathã, qui cognominabatur Apphus. * hi viderunt mala, quæ fiebant in populo Iuda, & in Ierusalem. * Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre cõtritionẽ populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manibus inimicorum? * Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. * Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. * Quæ gens non hereditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? * Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla. * Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt ea Gentes. * Quò ergo nobis adhuc viuere? * Et scidit vestimenta sua Mathathias, & filij eius: & operuerunt se cilicijs, & planxerunt valde. * Et venerunt illuc qui missi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos, qui confugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere. * Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos: sed Mathathias, & filij eius cõstanter steterunt. * Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerũt Mathathiæ: Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filijs & fratribus. * ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes Gentes, & viri Iuda, & qui remanserũt in Ierusalem: & eris tu, & filij tui, inter amicos regis, & amplificatus auro & argẽto, & muneribus multis. * Et respondit Mathathias, & dixit magna voce: Et si omnes Gentes regi Antiocho obediunt, vt discedat vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiat mandatis eius: * ego, & filij mei, & fratres mei, obediemus legi patrum nostrorum. * propitius sit nobis Deus: non est nobis vtile relinquere legem & iustitias Dei: * non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. * Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin, secundùm iussum regis: * & vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundùm iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram: * sed & virum, quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tẽpore, & aram destruxit, * & zelatus est legem, * sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi. * Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis, qui zelum habet legis statuẽs testamentum, exeat post me. * Et fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerũt quæcumque habebant in ciuitate. * Tunc de-

* Tob. 2. Amos 8. b. 10

* Num. 25. c. 13

scende-

scenderunt multi quærentes iudicium,& iustitiam, in desertum: * & sederunt ibi 30
ipsi, & filij eorum,& mulieres eorum, & pecora eorum: quoniam inundauerunt super eos mala. * Et renunciatum est vi- 31
ris regis, & exercitui, qui erat in Ierusa- D
lem ciuitate Dauid, quoniam discessissent viri quidam,qui dissipauerunt mandatum regis,in loca occulta in deserto,& abijssent post illos multi. *Et statim per- 32
rexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die sabbatorum, * & 33
dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite secundùm verbum regis Antiochi, & viuetis. *Et dixerunt: 34
Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus diem sabbatorum. * Et concitauerunt aduersus eos præ- 35
lium. * Et non responderunt eis, nec la- 36
pidem miserunt in eos,nec oppilauerunt loca occulta, * dicentes: Moriamur om- 37
nes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cælum, & terra, quòd iniustè perditis nos. * Et intulerunt illis bellum 38
sabbatis: & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum, vsque ad mille animas hominum. * Et 39
cognouit Mathathias, & amici eius, & luctum habuerunt super eos valde. * Et 40
dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris: nunc citiùs disperdent nos à terra. * Et cogitauerunt in die illa, dicentes: 41
Omnis homo quicumque venerit ad nos E
in bello die sabbatorum, pugnemus aduersus eum: & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. *Tunc congregata est ad eos synago- 42
ga Assidæorum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege: * & omnes, 43
qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. * Et 44
collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua: & ceteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. * Et circuiuit 45
Mathathias, & amici eius, & destruxerunt aras: *& circumciderunt pueros in- 46
circumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel: & in fortitudine. * Et per- 47
secuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eorum: *& ob- 48
tinuerunt legem de manibus gentium,& de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori. * Et appropinquauerunt 49
F dies Mathathiæ moriendi, & dixit filijs suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira 50
indignationis. * Nunc ergo, ô filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum, 51
* & mementote operum patrum,quę fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. * " Abraham nónne in tentatione 52 a Gen. 22. a. 2
inuentus est fidelis, & reputatum est ei 53 a Gen. 41. f. 40
ad iustitiam? * " Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit mandatum, & fac- 54 a Num. 25. f. 13. Eccl. 45. d. 28
tus est Dominus Ægypti. * " Phinees pater noster, zelando zelum Dei,accepit 55 a Ios. 1. a. 2. a Num. 20. b. 6
testamentum sacerdotij æterni. * " Iesus 56 a Ios. 14. d. 12. 2. Reg. 2. d. 4. 4. Reg. 2. d. 11
dum impleuit verbum, factus est dux in 57 a Dan. 3. e. 16. a Dan. 6. f. 22.
Israel. * " Caleb, dum testificatur in ecclesia, accepit hereditatem. * "Dauid in G
sua misericordia consecutus est sedem 58
regni in sæcula.* "Elias,dum zelat zelum 59
legis, receptus est in cælum. * "Ananias & Azarias & Misael credentes, liberati 60
sunt de flamma. * "Daniel in sua simpli- 61
citate liberatus est de ore leonum. * Et ita cogitate per generationem, & generationem: quia omnes qui sperant in 62
eum, non infirmantur. * Et à verbis viri peccatoris ne timueritis:quia gloria eius, 63
stercus & vermis est: * hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius per- 64
ijt.* Vos ergo filij confortamini,& viriliter agite in lege: quia in ipsa glorioſi eritis. * Et ecce Simon frater vester, scio 65
quòd vir consilij est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. * Et Iudas 66
Machabæus fortis viribus à iuuentute sua,sit vobis princeps militię,& ipse aget 67
bellum populi.* Et adducetis ad vos omnes factores legis:& vindicate vindictam 68
populi vestri.* Retribuite retributionem Gentibus, & intendite in præceptum legis. *Et benedixit eos,& appositus est ad 69
patres suos. *Et defunctus est anno cen- 70
tesimo & quadragesimo sexto: & sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

Cap. iii.

ET surrexit Iudas,qui vocabatur Ma- 1
chabæus,filius eius pro eo: * & adiu- 2
uabant eũ omnes fratres eius,& vniuersi A
qui se coniunxerant patri eius,& præliabantur prælium Israel cum lætitia. * Et 3
dilatauit gloriam populo suo, & induit se lori-

se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & protegebat 4
castra gladio suo. *Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leo- 5
nis rugiens in venatione. * Et persequutus est iniquos perscrutans eos: & qui conturbabant populũ suum, eos succen- 6
dit flammis: *& repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt:& directa est salus in manu eius. * Et exacerbabat reges 7
multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in sæculum memoria eius in be- 8
nedictione. * Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel. * Et nominatus est vs- 9
que ad nouissimum terræ, & congregauit pereuntes. * Et congregauit Apollo- 10
nius Gentes,& à Samaria virtutem multam & magnam, ad bellandum contra B
Israel. * Et cognouit Iudas, & exijt obuiam illi: & percussit, & occidit illum: 11
& ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt. * & accepit spolia eorum: & 12
gladium Apollonij abstulit Iudas,& erat pugnans in eo omnibus diebus. * Et au- 13
diuit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd cõgregauit Iudas congregationem fidelium & ecclesiam secum, * & ait: Fa- 14
ciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam,& eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis. * Et præparauit se: & ascenderunt cum 15
eo castra impiorum, fortes auxiliarij, vt facerent vindictam in filios Israel. * Et 16
appropinquauerunt vsque ad Bethoron: & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis. * Vt autem viderunt exercitum venien- 17
tem sibi obuiam, dixerunt Iudæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra C
multitudinem tantam,& tam fortem,& nos fatigati sumus ieiunio hodie? * Et 18
ait Iudas: Facile est concludi multos in manus paucorum: & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis: * quoniã non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo 19
fortitudo est. * Ipsi veniunt ad nos in 20
multitudine contumaci & superbia, vt disperdant nos, & vxores nostras, & filios nostros, & vt spolient nos: *nos verò pugnabimus pro animabus nostris,& 21
legibus nostris: * & ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram: vos autem ne timueritis eos. *Vt cessauit autem 22
loqui, insiluit in eos subitò: & contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu 23
ipsius: * &persecutus est eum de descensu Bethoron vsque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui au- 24
tem fugerunt in terram Philisthijm. * Et cecidit timor Iudæ, ac fratrum eius, & formido super omnes gentes in circuitu 25
eorum. * & peruenit ad regem nomen 26
D eius,& de prælijs Iudæ narrabant omnes 27
gentes. * Vt audiuit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo: & misit, & congregauit exercitum vniuersi regni sui, castra fortia valde: * & aperuit ærarium suum,& dedit stipendia exercitui in annum: & mandauit illis vt essent parati ad omnia. *Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem, & plagam, quam fecit in terra,vt tolleret 29
legitima, quæ erant à primis diebus: * & 30
timuit ne non haberet vt semel & bis, in sumptus & donaria, quæ dederat antè larga manu: & abundauerat super reges, 31
qui ante eum fuerant. * Et consternatus erat animo valde,& cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa regionum, & 32
congregare argentum multum. * Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsque ad flumen Ægypti: 33
*& vt nutriret Antiochum filium suum, 34
donec rediret. * Et tradidit ei medium exercitum, & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabi- 35
E tantibus Iudæam & Ierusalem: * & vt mitteret ad eos exercitum, ad conterendam & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam eorum de loco: *& vt constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram eorum. *Et rex assumpsit partem 37
exercitus residui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui, anno centesimo & quadragesimo septimo: & transfretauit Euphraten flumen,& perambulabat superiores regiones. * Et elegit Ly- 38
sias Ptolemęum filium Dorymini,& Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes ex 39
amicis regis: * & misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum, vt venirent in terram Iuda, & disperderent eam secundùm verbum re- 40
gis. * Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & venerunt, & applicuerunt 41
Emmaum in terra campestri. *Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum, & aurum

multum

multum valde,& pueros: & venerunt in
castra, vt acciperent filios Israel in ser-
uos;& additi sunt ad eos exercitus Syrię,
& terræ alienigenarum. * Et vidit Iudas, 42
& fratres eius, quia multiplicata sunt F
mala, & exercitus applicabant ad fines
eorum: & cognouerunt verba regis,quæ
mandauit populo facere in interitum &
consummationem: * & dixerunt vnus- 43
quisque ad proximum suum: Erigamus
deiectionem populi nostri,& pugnemus
pro populo nostro, & sanctis nostris.*Et 44
congregatus est conuentus vt essent pa-
rati in prælium; & vt orarent, & pete-
rent misericordiam & miserationes. *Et 45
Ierusalem non habitabatur,sed erat sicut
desertum: non erat qui ingrederetur &
egrederetur de natis eius: & sanctum
conculcabatur: & filij alienigenarum e-
rant in arce, ibi erat habitatio Gentium:
& ablata est voluptas à Iacob, & defecit
ibi tibia & cithara. * Et congregati sunt, 46
& venerunt in Maspha contra Ierusa-
lem: quia locus orationis erat in Maspha
ante in Israel. * Et ieiunauerunt illa die, 47
& induerunt se cilicijs, & cinerem im-
posuerunt capiti suo, & disciderunt ve-
stimenta sua: * & expanderunt libros le- 48
gis, de quibus scrutabantur Gentes simi-
litudinem simulachrorum suorum: * & 49
attulerunt ornamẽta sacerdotalia,& pri-
mitias, & decimas: & suscitauerunt Na- G
zaræos, qui impleuerant dies: *& clama- 50
uerunt voce magna in cælum, dicentes:
Quid faciemus istis,& quò eos ducemus?
*& sancta tua conculcata sunt,& contа- 51
minata sunt, & sacerdotes tui facti sunt
in luctũ,& in humilitatem.*& ecce Na- 52
tiones conuenerũt aduersum nos vt nos
disperdant: tu scis quæ cogitant in nos.
* Quomodo poterimus subsistere ante 53
faciem eorum,nisi tu Deus adiuues nos?
* Et tubis exclamauerunt voce magna. 54
* Et post hæc constituit Iudas duces po- 55
puli, tribunos, & centuriones, & penta-
cõtarchos,& decuriones. * Et dixit his, 56
qui ædificabant domos, & sponsabant
vxores,& plantabant vineas,& formido-
losis, vt redirent vnusquisque in domum
suam secundùm legem. * Et mouerunt 57
castra, & collocauerũt ad Austrum Em-
maum. * Et ait Iudas: Accingimini, & 58
estote filij potentes, & estote parati in
mane, vt pugnetis aduersus Nationes
has,quæ conuenerunt aduersus nos,dis-
perdere nos & sancta nostra: * quoniam 59
melius est nos mori in bello,quàm videre
mala gentis nostræ,& sanctorum. *Sicut
autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat.

CAP. IIII.

ET assumpsit Gorgias quinque millia
virorum, & mille equites electos: &
mouerunt castra nocte, * vt applicarent
ad castra Iudæorum, & percuterent eos
subitò: & filij, qui erant ex arce, erant
illis duces. * Et audiuit Iudas, & surrexit
ipse, & potentes, percutere virtutem ex-
ercituum regis, qui erant in Emmaum.
* Adhuc enim dispersus erat exercitus à
castris. * Et venit Gorgias in castra Iudæ
noctu, & neminem inuenit, & quærebat
eos in montibus:quoniam dixit:Fugiunt
hi à nobis. * Et cùm dies factus esset, ap-
paruit Iudas in campo cum tribus milli-
bus virorum tantùm; qui tegumenta &
gladios non habebant: * & viderunt ca-
stra Gentium valida, & loricatos, &
equitatus in circuitu eorum, & hi docti
ad prælium. * Et ait Iudas viris, qui se-
cum erant: Ne timueritis multitudinem
eorum, & impetum eorum ne formide-
tis. * "Mementote qualiter salui facti *Exod.14.
sunt patres nostri mari rubro, cùm se- b.9
queretur eos Pharao cum exercitu mul-
to. * Et nunc clamemus in cælum; &
miserebitur nostri Dominus, & memor
erit testamenti patrum nostrorum, &
cõteret exercitum istum ante faciem no-
stram hodie:*& scient omnes gẽtes,quia
est qui redimat & liberet Israel. * Et ele-
uauerunt alienigenæ oculos suos, & vi- B
derũt eos venientes ex aduerso.*Et exie-
runt de castris in prælium, & tuba feci-
nerunt hi qui erant cum Iuda. * Et con-
gressi sunt: & contritæ sunt Gentes, &
fugerunt in campum. *Nouissimi autem
omnes ceciderunt in gladio, & persecuti
sunt eos vsque Gezeron, & vsq; in cam-
pos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ:& ce-
ciderũt ex illis vsque ad tria millia viro-
rum. *Et reuersus est Iudas,& exercitus
eius,sequens eum.*Dixitq; ad populum:
Non concupiscatis spolia: quia bellum
contra nos est, * & Gorgias & exercitus
eius prope nos in monte: sed state nunc
contra inimicos nostros, & expugnate
eos, & sumetis postèa spolia securi. * Et
adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit
pars quædam prospiciens de monte. *Et
vidit Gorgias quòd in fugã cõuersi sunt
sui, & succenderunt castra: fumus enim,
qui videbatur, declarabat quod factum
est. * Quibus illi conspectis timuerunt

valdè,

valdè, aspicientes simul & Iudam, & ex- C
ercitum in campo paratum ad prælium.
* Et fugerunt omnes in campum alieni- 22
genarum: *& Iudas reuersus est ad spo- 23
lia castrorum,& acceperunt aurum mul-
tum, & argentum, & hyacinthum, &
purpuram marinam, & opes magnas.
*Et conuersi, hymnum canebant, & be- 24
nedicebant Deum in cælum, quoniam
bonus est, quoniam in sæculum miseri-
cordia eius. * Et facta est salus magna in 25
Israel in die illa. *Quicumq; autem alie- 26
nigenarum euaserunt, venerunt,& nun-
ciauerunt Lysiæ vniuersa quæ acciderãt.
*Quibus ille auditis,consternatus animo 27
deficiebat: quòd non qualia voluit, ta-
lia contigerunt in Israel, & qualia man-
dauit rex. * Et sequenti anno cõgregauit 28
Lysias virorum electorũ sexaginta mil-
lia, & equitum quinque millia, vt debel-
laret eos.*Et venerunt in Iudæam,& ca- 29
stra posuerunt in Bethoron, & occurrit
illis Iudas cum decem millibus viris.*Et 30
viderunt exercitum fortem,& orauit,&
dixit: Benedictus es saluator Israel, *qui D
contriuisti impetum potentis in manu *1.Reg.17.
serui tui Dauid, "& tradidisti castra alie- f.50
nigenarum in manu Ionathæ filij Saul, *1.Reg.14.
& armigeri eius. * Conclude exercitum 31 b.13
istum in manu populi tui Israel, & con-
fundantur in exercitu suo & equitibus.
* Da illis formidinem, & tabefac auda- 32
ciam virtutis eorum, & commoueantur
contritione sua.*Deijce illos gladio dili- 33
gentium te: & collaudent te omnes,qui
nouerunt nomen tuum, in hymnis. * Et 34
commiserunt prælium: & ceciderunt de
exercitu Lysiæ quinque millia virorum.
* Videns autem Lysias fugam suorum, 35
& Iudæorum audaciam, & quòd parati
sunt aut viuere, aut mori fortiter, abijt
Antiochiam, & elegit milites, vt multi-
plicati rursus venirent in Iudæam. * Di- 36
xit autem Iudas, & fratres eius: Ecce E
contriti sunt inimici nostri: ascendamus
nũc mundare sancta,& renouare.*Et cõ- 37
gregatus est omnis exercitus,& ascende-
runt in montem Sion. *Et viderunt san- 38
ctificationem desertã, & altare profana-
tũ, & portas exustas, & in atrijs virgulta
nata sicut in saltu vel in montibus, & pa-
stophoria diruta. * Et sciderũt vestimen- 39
ta sua, & planxerunt planctu magno, &
imposuerunt cinerem super caput suum.
*& ceciderunt in faciem super terram,& 40
exclamauerũt tubis signorum, & clama-
uerunt in cælum.*Tunc ordinauit Iudas 41
viros, vt pugnarent aduersus eos qui
erant in arce, donec emundarent sancta.
*Et elegit sacerdotes sine macula,volun- 42
tatem habentes in lege Dei: *& munda- 43
uerunt sancta,& tulerunt lapides conta-
minationis in locũ immundum. *Et co- 44
gitauit de altari holocaustorũ,quod pro-
fanatum erat,quid de eo faceret. *Et in-
cidit illis consiliũ bonum vt destruerent
illud: ne fortè illis esset in opprobrium,
quia contaminauerunt illud Gentes, &
demoliti sunt illud. * Et reposuerunt la- 45
pides in monte domus in loco apto,quo-
aduscque veniret propheta, & respõderet
de eis. * Et acceperunt lapides integros
secundùm legem;& ædificauerunt altare
nouum, secundùm illud quod fuit prius: F
*& ędificauerunt sancta,& quę intra do- 46
mum erant intrinsecus:& ædem,& atria
sanctificauerunt. * Et fecerunt vasa san- 47
cta noua, & intulerunt candelabrum, &
altare incensorum, & mensam in tem-
plum. *Et incensum posuerunt super al- 48
tare, & accenderunt lucernas, quæ super
candelabrum erant, & lucebant in tem-
plo.*Et posuerunt super mensam panes, 49
& appenderunt vela,& consummauerũt
omnia opera quæ fecerant.*Et ante ma- 50
tutinum surrexerunt quinta & vigesima
die mensis noni (hic est mensis Casleu)
centesimi quadragesimi octaui anni: * & 51
obtulerũt sacrificium secundùm legem,
super altare holocaustorũ nouum quod
fecerunt. * Secundùm tempus & secun- 52
dùm diem, in qua contaminauerũt illud G
gentes, in ipsa renouatum est in canticis,
& citharis,& cinyris, & in cymbalis. *Et 53
cecidit omnis populus in faciem, & ad-
orauerunt,& benedixerunt in cęlũ eum,
qui prosperauit eis. *Et fecerunt dedica- 54
tionem altaris diebus octo,& obtulerunt
holocausta cum lætitia,& sacrificium sa-
lutaris & laudis. * Et ornauerunt faciem 55
templi coronis aureis & scutulis: & de-
dicauerunt portas,& pastophoria,& im-
posuerunt eis ianuas. * Et facta est læti- 56
tia in populo magna valde, & auersum
est opprobrium Gentium. * "Et statuit *Io.10.c.22
Iudas, & fratres eius, & vniuersa eccle-
sia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris
in temporibus suis, ab anno in annum,
per dies octo, à quinta & vigesima die
mensis Casleu, cum lætitia & gaudio.
60 *Et ædificauerunt in tempore illo mon- 57
tem Sion, & per circuitũ muros altos, &
turres firmas, nequãdo venirent Gentes,
& conculcarẽt eum sicut antea fecerunt.

* Et

* Et collocauit illic exercitum, vt seruarent eum, & muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populum munitionem contra faciem Idumææ. 61

CAP. V.

ET factum est, vt audierunt Gentes in circuitu, quia ædificatum est altare & sanctuarium sicut prius, iratę sunt valde: * & cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo, & persequi. * Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erant in Acrabathane, quia circumsedebant Israelitas, & percussit eos plaga magna. * Et recordatus est malitia filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via. * Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in eis erant. * Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum: * & commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos: * & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuersus est in Iudæam. * Et congregatæ sunt gentes quæ sunt in Galaad, aduersus Israelitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionem, * & miserunt litteras ad Iudam & fratres eius, dicentes: Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: * & parant venire, & occupare munitionem, in quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eorum. * Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis. * Et omnes fratres nostri, qui erant in locis Tubin, interfecti sunt: & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos, & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros. * Et adhuc epistolæ legebantur, & ecce alij nuncij venerunt de Galilæa conscissis tunicis, nunciantes secundùm verba hæc: * dicentes conuenisse aduersum se à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alienigenis, vt nos consumant. * Vt audiuit autem Iudas, & populus, sermones istos, conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis. * Dixitque Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem, & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. * Et reliquit Iosephum filium Zachariæ & Azariam, duces populi, cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam: * & præcepit illis, dicens: Præstote populo huic: & nolite bellũ committere aduersum gentes, donec reuertamur. * Et partiti sunt Simoni viri tria millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaaditim. * Et abijt Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus: & contritæ sunt gentes à facie eius, & persecutus est eos vsque ad portam * Ptolemaidis: & ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum, & accepit spolia eorum. * Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa, & in Arbatis, cum vxoribus, & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. * Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum per desertum. * Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia, quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, * & quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim: hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ. * Sed & in ceteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi, & in crastinũ constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in vna die. * Et conuertit Iudas, & exercitus eius, viam in desertum Bosor repentè, & occupauit ciuitatem: & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni. * Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad munitionem. * Et factum est diluculo, cùm eleuassent oculos suos, ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, vt comprehenderent munitionem, & expugnarent eos. * Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: * & dixit exercitui suo: Pugnate hodie pro fratribus vestris. * Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione: * Et cognouerunt castra Timothei quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius: & percusserunt eos plaga magna. & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum. * Et diuertit Iudas in

Maspha, & expugnauit, & cepit eam: & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius, & succendit eã igni. * Inde perrexit, & cepit Casbon, & Mageth, & Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. * Post hæc autem verba congregauit Timotheus exercitũ alium, & castra posuit contra Raphon trans torrẽtem. * Et misit Iudas speculari exercitum: & renunciauerunt ei, dicẽtes: Quia conuenerunt ad eum omnes gentes, quæ in circuitu nostro sunt, exercitus multus nimis: * & Arabas cõduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiam illis. * Et ait Timotheus principibus exercitus sui: Cum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquæ: si trãsierit ad nos prior, non poterimus sustinere eũ: quia potens poterit aduersum nos. * si verò timuerit transire & posuerit castra extra flumen, trãsfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. * Vt autẽ appropinquauit Iudas ad torrentẽ aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis, dicens: Neminem hominum reliqueritis: sed veniãt omnes in prælium. * Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum, & contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerũt arma sua, & fugerunt ad fanũ, quod erat in Carnaim. * Et occupauit ipsam ciuitatem, & fanum succendit igni, cum omnibus qui erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere cõtra faciem Iudæ. * Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant in Galaaditide, à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & exercitum magnum valde, vt venirent in terram Iuda. * Et venerunt vsq; Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu posita, munita valde, & non erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediam iter erat. * Et incluserunt se qui erãt in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas verbis pacificis, * dicens: Transeamus per terram vestram, vt eamus in terrã nostram: & nemo vobis nocebit: tantùm pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire. * Et præcepit Iudas prædicare in castris, vt applicarent vnusquisque in quo erat loco. * & applicuerunt se viri virtutis: & oppugnauit ciuitatem illam tota die, & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu eius: * & peremerunt omnem masculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per totã ciuitatem super interfectos. * Et transgressi sunt Iordanem in campo magno, contra faciem Bethsan. * Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda. * Et ascẽderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset, donec reuerterentur in pace. * Et in diebus, quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, * audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res bene gestas, & prælia quæ facta sunt, * & dixit: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt. * Et præcepit his qui erant in exercitu suo, & abierunt Iamniam. * Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. * Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsq; in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est fuga magna in populo: * quia non audierunt Iudam, & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. * Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel. * Et viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum. * Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. * Et exiuit Iudas, & fratres eius, & expugnabant filios Esau, in terra quæ ad Austrum est, & percussit Chebron & filias eius: & muros eius & turres succendit igni in circuitu. * Et mouit castra vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam. * In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. * Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda.

CAP. VI.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosam in argento & auro, * templumque in ea locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta,

quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. * Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam: & non potuit, quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate: * & insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. * Et venit qui nunciaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ erant in terra Iuda: * & quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt: * & quia diruerunt abominationem, quam ædificauerat super altare, quod erat in Ierusalem, & sanctificationem, sicut prius, circumdederunt muris excelsis, sed & Bethsuram ciuitatem suam. * Et factum est vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat. * Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. * Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ solicitudine: * & dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum; qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea! * Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. * Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. * Et vocauit Philippum, vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnũ suum: * & dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. * Et mortuus est illic Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono. * Et cognouit Lysias, quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescentem: & vocauit nomen eius Eupator. * Et hi qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu sanctorum: & quærebant eis mala semper, & firmamentum Gentium. * Et cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos. * Et conuenerunt simul, & obsederunt eos, anno cẽtesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas & machinas. * Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur, & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel, * & abierunt ad regem, & dixerunt: Quousque non facis iudicium, & vindicas fratres nostros? * Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius: * & filij populi nostri propter hoc alienabant se à nobis, & quicumque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hereditates nostræ diripiebantur. * Et non ad nos tantùm extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros. * & ecce applicuerunt hodie ad arcem Ierusalem occupare eam, & munitionem Bethsuram munierunt: * & nisi præueneris eos velociùs, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. * Et iratus est rex, vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos qui super equites erant. * sed & de regnis aliis, & de insulis maritimis, venerunt ad eum exercitus conductitij. * Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo, docti ad prælium. * Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas; & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. * Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam contra castra regis. * Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum cõtra viam Bethzacharam: & comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt: * & elephantis ostenderunt sanguiné vuæ & mori, ad aeuendos eos in prælium: * & diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi erant. * Hi ante tempus vbicumque erat bestia, ibi erant: & quocumque ibat, ibant, & non discedebant ab ea. * Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ: & super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper, & Indus magister bestiæ. * Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus

bus eius. * Et vt refulsit sol in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. * Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia: & ibant cautè & ordinatè. * Et commouebãtur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis, & incessu turbæ, & collisione armorum: erat enim exercitus magnus valdè, & fortis. * Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. * Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestiis loricatam loricis regis: & erat eminens super ceteras bestias. & visum est ei quòd in ea esset rex: * & dedit se vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. * Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à sinistris, & cadebant ab eo huc atque illuc. * Et iuit sub pedes elephantis, & suppossuit se ei, & occidit eum: & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. * Et videntes virtutẽ regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis. * Castra autem regis ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam & montem Sion. * Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura: & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta concluss, quia sabbata erant terræ. * Et comprehendit rex Bethsuram: & constituit illic custodiam seruare eam. * Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illic balistas, & machinas & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas, & fundibula. * Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. * Escæ autem non erant in ciuitate, eò quòd septimus annus esset: & qui remanserant in Iudæa de Gentibus, consumpserant reliquias eorum, quæ repositæ fuerant. * Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & dispersi sunt vnusquisque in locum suum. * Et audiuit Lysias quòd Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cùm adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum, & regnaret, * reuersus esset à Perside, & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat susc ipere regni negotia: * festinauit ire, & dicere ad regem, & duces exercitus: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. * Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum: * & constituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut priùs. propter legitima enim ipsorum, quæ despeximus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. * Et placuit sermo in conspectu regis & principum: & misit ad eos pacem facere, & receperunt illam. * Et iurauit illis rex, & principes: & exierunt de munitione. * Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citiùs iuramentum, quod iurauit: & mandauit destruere murum in gyro. * Et discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

A Nno cẽtesimo quinquagesimo primo, exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. * Et factum est, vt ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam, vt adducerent eos ad eum. * Et res ei innotuit: & ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum. * Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui: * & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel: & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos. * Et accusauerunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas, & fratres eius, omnes amicos tuos, & nos dispersit de terra nostra. * Nunc ergo mitte virum, cui credis, vt eat, & videat exterminium omne, quod fecit nobis, & regionibus regis: & puniat omnes amicos eius, & adiutores eorum. * Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem regi: & misit eum, * vt videret exterminium, quod fecit Iudas: sed & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel. * Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda: & miserunt nuncios, & locuti sunt ad Iudam, & ad fratres eius, verbis pacificis in dolo. * Et non intenderunt sermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cum

exercitu magno. * Et conuenerunt ad
Alcimum & Bacchidem congregatio
scribarum requirere quæ iusta sunt: * &
primi, Assidæi qui erant in filiis Israel, &
exquirebant ab eis pacem. * Dixerunt
enim: Homo sacerdos de semine Aaron
venit, non decipiet nos. * Et locutus est
cum eis verba pacifica: & iurauit illis, di-
cens: Non inferemus vobis malum, ne-
que amicis vestris. * Et crediderunt ei:
Et comprehendit ex eis sexaginta viros,
& occidit eos in vna die, secundùm ver-
*Psal.78. a.1.2.3. bum quod scriptum est: *" Carnes san-
ctorum tuorum, & sanguinem ipsorum
effuderunt in circuitu Ierusalem, & non
erat qui sepeliret. *Et incubuit timor &
tremor in omnem populum: quia dixe-
runt: Non est veritas & iudicium in eis:
transgressi sunt enim constitutum, & ius
iurandum quod iurauerunt. * Et mouit
Bacchides castra ab Ierusalem, & appli-
cuit in Bethzecha: & misit, & compre-
hendit multos ex eis qui à se effugerant,
& quosdam de populo mactauit, & in
puteum magnum proiecit. * Et commi-
sit regionem Alcimo, & reliquit cum eo
auxilium in adiutorium ipsi. Et abiit
Bacchides ad regem: * & satis agebat
Alcimus pro principatu sacerdotij sui.
* & conuenerunt ad eum omnes, qui
perturbabant populum suum, & obti-
nuerunt terram Iuda, & fecerunt pla-
gam magnam in Israel. * Et vidit Iudas
omnia mala quæ fecit Alcimus, & qui
cum eo erant, filiis Israel, multo plus
quàm Gentes. * & exiit in omnes fines
Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in
viros desertores, & cessauerunt vltrà ex-
ire in regionem. * Vidit autem Alcimus
quòd præualuit Iudas, & qui cum eo
erant: & cognouit quia non potest sus-
*2.Mach. 15.a.1 tinere eos, & regressus est ad regem, &
accusauit eos multis criminibus. *" Et
misit rex Nicanorem, vnum ex principi-
bus suis nobilioribus: qui erat inimicitias
exercens contra Israel: & mandauit ei
euertere populum. *Et venit Nicanor in
Ierusalem cum exercitu magno, & misit
ad Iudam & ad fratres eius verbis paci-
ficis cum dolo, * dicens: Non sit pugna
inter me & vos: veniam cum viris pau-
cis, vt videam facies vestras cum pace.
* Et venit ad Iudam, & salutauerunt se
inuicem pacificè: & hostes parati erant
rapere Iudam. * Et innotuit sermo Iu-
dæ, quoniam cum dolo venerat ad eum:
& conterritus est ab eo, & amplius no-

luit videre faciem eius. *Et cognouit Ni-
canor quoniam denudatum est cõsilium
eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam
iuxta Capharsalama. *Et ceciderũt de Ni-
canoris exercitu ferè quinque millia viri,
& fugerunt in ciuitatem Dauid. *Et post
hæc verba ascendit Nicanor in montem
Sion: & exierunt de sacerdotibus popu-
li salutare eum in pace, & demonstrare ei
holocautomata, quæ offerebantur pro
rege. *Et irridens spreuit eos, & polluit
& locutus est superbè, * & iurauit cum
ira, dicens: Nisi traditus fuerit Iudas, &
exercitus eius in manus meas, continuò
cùm regressus fuero in pace, succendam
domum istam. Et exiit cum ira magna.
* & intrauerunt sacerdotes, & steterunt
ante faciem altaris & templi: & flentes
dixerunt: * Tu Domine elegisti domum
istam ad inuocandum nomen tuum in
ea, vt esset domus orationis & obsecra-
tionis populo tuo. * fac vindictam in
homine isto, & exercitu eius, & cadant
in gladio: memento blasphemias eo-
rum, & ne dederis eis vt permaneant.
*Et exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra
applicuit ad Bethoron: & occurrit illi
exercitus Syriæ. * Et Iudas applicuit in
Adarsa cum tribus millibus viris: & ora-
uit Iudas, & dixit: *" Qui missi erant à
rege Sennacherib, Domine, quia bla-
sphemauerunt te, exiit angelus, & per-
cussit ex eis centum octogintaquinque
millia: * sic contere exercitum istum in
conspectu nostro hodie: & sciant ceteri
quia malè locutus est super sancta tua: &
iudica illum secundùm malitiam illius.
* Et commiserunt exercitus prælium
tertiadecima die mensis Adar: & con-
trita sunt castra Nicanoris, & cecidit ip-
se primus in prælio. *Vt autem vidit ex-
ercitus eius quia cecidisset Nicanor, pro-
iecerunt arma sua, & fugerunt: * & per-
secuti sunt eos viam vnius diei, ab Ada-
zer vsquequo veniatur in Gazara, & tu-
bis cecinerunt post eos cum significatio-
nibus: * & exierunt de omnibus castel-
lis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos
cornibus, & conuertebantur iterum ad
eos, & ceciderunt omnes gladio, & non
est relictus ex eis nec vnus. * Et acce-
perunt spolia eorum in prædam: & ca-
put Nicanoris amputauerunt, & dexte-
ram eius, quam extenderat superbè, &
attulerunt & suspenderunt contra Ieru-
salem. * Et lætatus est populus valde,
& egerunt diem illam in lætitia magna.

*Et

* Et constituit agi omnibus annis diem
istam, tertiadecima die mensis Adar. *Et
siluit terra Iuda dies paucos.

CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romano-
rum, quia sunt potentes viribus, &
acquiescunt ad omnia, quæ postulantur
ab eis: & quicumque accesserunt ad eos,
statuerũt cum eis amicitias, & quia sunt
potentes viribus. * Et audierunt prælia
eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt
in Galatia, quia obtinuerunt eos, & du-
xerunt sub tributum: * & quanta fece-
runt in regione Hispaniæ, & quòd in
potestatem redegerunt metalla argenti
& auri, quæ illic sunt, & possederunt
omnem locum consilio suo, & patientia:
* locaque quæ longè erant valdè ab eis,
& Reges qui superuenerant eis ab ex-
tremis terræ, contriuerunt, & percusse-
runt eos plaga magna: ceteri autem dant
eis tributum omnibus annis. * & Philip-
pum & Persen Ceteorum regem, & ce-
teros qui aduersum eos arma tulerant,
contriuerũt in bello, & obtinuerunt eos:
* & Antiochum magnum regem Asiæ,
qui eis pugnam intulerat habẽs centum
viginti elephantos, & equitatum, & cur-
rus, & exercitum magnum valde, contri-
tum ab eis. * & quia ceperunt eũ viuum,
& statuerunt ei vt daret ipse, & qui re-
gnarent post ipsum, tributum magnum,
& daret obsides, & constitutum, * & re-
gionem Indorum, & Medos, & Lydos, de
optimis regionibus eorum: & acceptas
eas ab eis, dederũt Eumeni regi. * & quia
qui erant apud Helladam, voluerunt ire,
& tollere eos: & innotuit sermo his, *&
miserunt ad eos ducem vnum, & pugna-
uerunt contra illos, & ceciderunt ex eis
multi, & captiuas duxerunt vxores eo-
rum, & filios, & diripuerunt eos, & ter-
ram eorum possederunt, & destruxerunt
muros eorum, & in seruitutem illos re-
degerunt vsq; in hunc diem: * & residua
regna, & insulas, quæ aliquando resiste-
rant illis, exterminauerunt, & in potesta-
tem redegerunt. * Cum amicis autẽ suis,
& qui in ipsis requiem habebant, con-
seruauerunt amicitiam, & obtinuerunt
regna, quæ erant proxima, & quæ erant
longè: quia quicumque audiebant no-
men eorum, timebant eos. * quibus ve-
rò vellent auxilio esse vt regnarent, re-
gnabant: quos autem vellent, regno de-
turbabant: & exaltati sunt valde. * Et in

omnibus istis nemo portabat diadema,
nec induebatur purpura, vt magnificare-
tur in ea. *Et quia curiam fecerunt sibi, &
quotidie consulebant trecentos viginti,
consilium agentes semper de multitudi-
ne, vt quæ digna sunt, gerant: * & com-
mittunt vni homini magistratum suum
per singulos annos dominari vniuersæ
terræ suæ, & omnes obediunt vni, &
non est inuidia, neque zelus inter eos.
*Et elegit Iudas Eupolemum, filium Io-
annis, filij Iacob, & Iasonem, filium E-
leazari, & misit eos Romam constitue-
re cum illis amicitiam, & societatem: *&
vt auferrent ab eis iugũ Græcorum, quia
viderunt quòd in seruitutem premerent
regnũ Israel. *Et abierunt Romam viam
multam valde, & introierunt curiam, &
dixerunt: * Iudas Machabæus, & fratres
eius, & populus Iudæorum miserunt nos
ad vos statuere vobiscum societatem &
pacem, & conscribere nos socios & ami-
cos vestros. *Et placuit sermo in conspe-
ctu eorum. *Et hoc rescriptum est, quod
rescripserunt in tabulis æreis, & mise-
runt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi
memoriale pacis & societatis. * BENE
SIT ROMANIS, & genti Iudæorum,
in mari & in terra in æternum: gladiusq;
& hostis procul sit ab eis. *Quòd si insti-
terit bellum Romanis prius, aut omni-
bus sociis eorum in omni dominatione
eorum: *auxilium feret gens Iudæorum,
prout tempus dictauerit, corde pleno:
*& pręliantibus non dabunt, neque sub-
ministrabunt triticum, arma, pecuniam,
naues, sicut placuit Romanis: & custo-
dient mandata eorum, nihil ab eis acci-
pientes. * Similiter autem & si genti Iu-
dæorum prius acciderit bellum, adiuua-
bunt Romani ex animo, prout eis tem-
pus permiserit: * & adiuuantibus non
dabitur triticum, arma, pecunia, naues,
sicut placuit Romanis: & custodient
mandata eorum absque dolo. * secun-
dùm hæc verba constituerunt Romani
populo Iudæorum. * Quòd si post hæc
verba hi aut illi addere aut demere ad
hæc aliquid voluerint, facient ex propo-
sito suo: & quæcumque addiderint, vel
dempserint, rata erunt. * Sed & de ma-
lis, quæ Demetrius rex fecit in eos, scri-
psimus ei, dicentes: Quare grauasti iu-
gum tuum super amicos nostros, & so-
cios Iudæos? * Si ergo iterũ adierint nos,
aduersum te faciemus illis iudicium, &
pugnabimus tecum mari terraque.

CAP. IX.

1 INterea vt audiuit Demetrius, quia ce-
cidit Nicanor & exercitus eius in præ- A
lio, apposuit Bacchidem & Alcimum
rursum mittere in Iudæam, & dextrum
cornu cum illis. * Et abierunt viam, 2
quæ ducit in Galgala, & castra posue-
runt in Masaloth, quæ est in Arbellis:
& occupauerunt eam, & peremerunt
animas hominum multas. * In mense 3
primo anni centesimi & quinquagesimi
secundi, applicuerunt exercitum ad Ie-
rusalem: * & surrexerunt, & abierunt 4
in Beream viginti millia virorum, & duo
millia equitum. * Et Iudas posuerat ca-
stra in Laisa, & tria millia viri electi 5
cum eo: * & viderunt multitudinem ex-
ercitus quia multi sunt, & timuerunt
valde: & multi subtraxerunt se de ca-
stris, & non remanserunt ex eis nisi
octingenti viri. * Et vidit Iudas quòd 7
defluxit exercitus suus, & bellum per-
urgebat eum, & confractus est corde,
quia non habebat tempus congregandi
eos, & dissolutus est. * Et dixit his qui 8
residui erant: Surgamus, & eamus ad ad-
uersarios nostros, si poterimus pugnare
aduersus eos. * Et auertebant eum, di- 9
centes: Non poterimus, sed liberemus
animas nostras modò, & reuertamur ad
fratres nostros, & tunc pugnabimus ad-
uersus eos: nos autem pauci sumus. * Et 10
ait Iudas: Absit istam rem facere vt fu- B
giamus ab eis: & si appropiauit tempus
nostrum, moriamur in virtute propter
fratres nostros, & non inferamus cri-
men gloriæ nostræ. * Et mouit exercitus 11
de castris, & steterunt illis obuiam: & di-
uisi sunt equites in duas partes, & fun-
dibularij & sagittarij præibant exerci-
tum, & primi certaminis omnes poten-
tes. * Bacchides autem erat in dextro 12
cornu, & proximauit legio ex duabus
partibus, & clamabant tubis: * exclama- 13
uerunt autem & hi, qui erant ex parte
Iudæ, etiam ipsi, & commota est terra à
voce exercituum: & commissum est præ-
lium à manè vsque ad vesperam. * Et vi- 14
dit Iudas, quòd firmior est pars exerci-
tus Bacchidis in dextris, & conuenerunt
cum ipso omnes constantes corde: * & 15
contrita est dextera pars ab eis, & perse-
cutus est eos vsque ad montem Azoti
* Et qui in sinistro cornu erant, viderunt 16
quòd contritum est dextrum cornu, &
secuti sunt post Iudam, & eos qui cum
17 ipso erant, à tergo: * & ingrauatum est
prælium, & ceciderunt vulnerati multi
18 ex his & ex illis. * Et Iudas cecidit, & A
19 ceteri fugerunt. * Et Ionathas & Si- C
mon tulerunt Iudam fratrem suum, &
sepelierunt eum in sepulchro patrum
20 suorum in ciuitate Modin. * Et fleuerunt
eum omnis populus Israel planctu ma-
21 gno, & lugebant dies multos, * & dixe-
runt: Quomodo cecidit potens, qui sal-
22 uum faciebat populum Israel! * Et cete-
ra verba bellorum Iudæ, & virtutũ quas
fecit, & magnitudinis eius, non sunt de-
23 scripta: multa enim erant valdè. * Et fa-
ctum est: post obitum Iudæ emerserunt
iniqui in omnibus finibus Israel, & ex-
orti sunt omnes qui operabantur iniqui-
24 tatem. * In diebus illis facta est fames ma-
gna valdè, & tradidit se Bacchidi omnis
25 regio eorum cum ipsis. * Et elegit Bac-
chides viros impios, & constituit eos do-
26 minos regionis: * & exquirebant, & per-
scrutabantur amicos Iudæ, & adduce-
bant eos ad Bacchidem, & vindicabat
27 in illos, & illudebat. * Et facta est tri-
bulatio magna in Israel, qualis non fuit
ex die, qua non est visus propheta in Is-
28 rael. * Et congregati sunt omnes amici
29 Iudæ, & dixerunt Ionathæ: * Ex quo
frater tuus Iudas defunctus est, vir simi-
lis ei non est, qui exeat contra inimicos
nostros, Bacchidem, & eos qui inimici
30 sunt gentis nostræ. * Nunc itaq; te hodie
elegimus esse pro eo nobis in principem,
& ducem ad bellãdum bellum nostrum.
31 * Et suscepit Ionathas tempore illo prin-
cipatum, & surrexit loco Iudæ fratris
32 sui. * Et cognouit Bacchides, & quæ-
33 rebat eum occidere. * Et cognouit Io- D
nathas, & Simon frater eius, & omnes
qui cum eo erant: & fugerunt in deser-
tum Thecuæ, & consederunt ad aquam
34 lacus Asphar. * Et cognouit Bacchides,
& die sabbatorum venit ipse, & omnis
35 exercitus eius, trans Iordanem. * Et Io-
nathas misit fratrem suum ducem po-
puli, & rogauit Nabutheos amicos suos,
vt commodarent illis apparatum suum,
36 qui erat copiosus. * Et exierunt filij Iam-
bri ex Madaba, & comprehenderunt Io-
annem, & omnia quæ habebat, & abie-
37 runt habentes ea. * Post hæc verba, re-
nunciatum est Ionathæ, & Simoni fra-
tri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias
magnas, & ducunt sponsam ex Madaba,
filiam vnius de magnis principibus Cha-
38 naan, cum ambitione magna. * Et recor-

dati

dati sunt sanguinis Ioannis fratris sui: &
ascenderunt, & absconderunt se sub te-
gumento montis. * Et eleuauerunt ocu- 39
los suos, & viderunt: & ecce tumultus,
& apparatus multus: & sponsus pro-
cessit, & amici eius, & fratres eius, ob-
uiam illis cum tympanis & musicis, &
armis multis. * Et surrexerunt ad eos ex 40
insidijs, & occiderunt eos, & ceciderunt
vulnerati multi, & residui fugerunt in
montes: & acceperunt omnia spolia eo-
rum: * & conuersæ sunt nuptiæ in lu- 41
ctum, & vox musicorum ipsorum in la-
mentum. * Et vindicauerunt vindictam 42
sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad
ripam Iordanis. * Et audiuit Bacchides, 43
& venit die sabbatorum vsque ad oram E
Iordanis in virtute magna. * Et dixit ad 44
suos Ionathas: Surgamus, & pugnemus
contra inimicos nostros: non est enim
hodie sicut heri & nudiustertius. * ecce 45
enim bellum ex aduerso, aqua verò Ior-
danis hinc & inde, & ripæ, & paludes,
& saltus: & non est locus diuertendi.
1. Par. 20. 1. * "Nunc ergo clamate in cælum, vt libe- 46
remini de manu inimicorum vestrorum.
Et commissum est bellum. * Et extendit 47
Ionathas manum suam percutere Bac-
chidẽ, & diuertit ab eo retro: * & dissilijt 48
Ionathas, & qui cum eo erant, in Ior-
danem, & transnatauerunt ad eos Iorda-
nem. * & ceciderunt de parte Bacchidis 49
die illa mille viri. Et reuersi sunt in Ieru-
salem, * & ædificauerunt ciuitates muni- 50
tas in Iudæa, munitionem, quæ erat in
Iericho, & in Ammaum, & in Betho-
ron, & in Bethel, & Thamnata, & Pha-
ra, & Thopo muris excelsis, & portis, &
seris. * Et posuit custodiam in eis, vt ini- 51
micitias exercerent in Israel: * & muni- 52
uit ciuitatem Bethsuram, & Gazaram, &
arcem, & posuit in eis auxilia, & appa-
ratum escarum: * & accepit filios prin- 53
cipum regionis obsides, & posuit eos in
arce in Ierusalem in custodiam. * Et an- 54
no centesimo quinquagesimo tertio, F
mense secundo, præcepit Alcimus de-
strui muros domus sanctæ interioris, &
destrui opera prophetarum: & cœpit de-
struere. * In tẽpore illo percussus est Al- 55
cimus: & impedita sunt opera illius, &
occlusum est os eius, & dissolutus est pa-
ralysi, nec vltrà potuit loqui verbum, &
mandare de domo sua. * Et mortuus est 56
Alcimus in tempore illo cum tormento
magno. * Et vidit Bacchides quoniam 57
mortuus est Alcimus: & reuersus est ad
58 regem, & siluit terra annis duobus. * Et
cogitauerunt omnes iniqui dicentes: Ec-
ce Ionathas, & qui cum eo sunt, in silen-
tio habitant confidenter: nunc ergo ad-
ducamus Bacchidem, & comprehendet
59 eos omnes vna nocte. * Et abierunt, &
60 consilium ei dederũt. * Et surrexit vt ve-
niret cum exercitu multo: & misit occul-
tè epistolas socijs suis, qui erant in Iu-
dæa, vt comprehenderent Ionathan, &
eos qui cum eo erant: sed nõ potuerunt,
61 quia innotuit eis consilium eorum. * Et
apprehendit de viris regionis, qui princi-
pes erant malitiæ, quinquaginta viros, &
62 occidit eos: * & secessit Ionathas, & Si-
mon, & qui cum eo erant, in Bethbes-
sen, quæ est in deserto: & extruxit diru-
63 ta eius, & firmauerunt eam. * Et cogno- G
uit Bacchides, & congregauit vniuersam
multitudinem suam: & his, qui de Iudæa
64 erant, denunciauit. * Et venit, & castra
posuit desuper Bethbessen: & oppugna-
uit eam dies multos, & fecit machinas.
65 * Et reliquit Ionathas Simonem fratrem
suum in ciuitate, & exijt in regionem, &
66 venit cũ numero, * & percussit Odaren,
& fratres eius, & filios Phaseron in ta-
bernaculis ipsorum; & cœpit cædere, &
67 crescere in virtutibus. * Simon verò, &
qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate,
68 & succenderunt machinas, * & pugna-
uerunt contra Bacchidem, & contritus
est ab eis: & afflixerunt eum valde, quo-
niam consilium eius, & congressus eius
69 erat inanis. * Et iratus contra viros ini-
quos, qui ei consilium dederãt vt veniret
in regionem ipsorum, multos ex eis occi-
dit: ipse autem cogitauit cum reliquis
70 abire in regionẽ suam. * Et cognouit Io-
nathas, & misit ad eum legatos compo-
nere pacem cum ipso, & reddere ei ca-
71 ptiuitatem. * Et libenter accepit, & fecit
secundùm verba eius, & iurauit se nihil
facturum ei mali omnibus diebus vitæ
72 eius. * Et reddidit ei captiuitatem, quam
priùs erat prædatus de terra Iuda: & con-
uersus abijt in terram suam, & non ap-
73 posuit ampliùs venire in fines eius. * Et
cessauit gladius ex Israel: & habitauit Io-
nathas in Machmas, & cœpit Ionathas
ibi iudicare populum, & exterminauit
impios ex Israel.

CAP. X.

1 ET anno cẽtesimo sexagesimo ascen-
A dit Alexander Antiochi filius, qui
cognominatus est Nobilis: & occupauit

Ptolemaidam : & receperunt eum, & regnauit illic. * Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum valde, & exiuit obuiam illi in prælium. * Et misit Demetrius epistolam ad Ionathan verbis pacificis, vt magnificaret eum. * Dixit enim : Anticipemus facere pacem cum eo, priusquam faciat cum Alexandro aduersum nos. * recordabitur enim omnium malorum, quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius. * Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabrificare arma, & esse ipsum socium eius : & obsides, qui erant in arce, iussit tradi ei. * Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant. * Et timuerunt timore magno, quoniá audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. * Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis: * & habitauit Ionathas in Ierusalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem. * Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem : & ita fecerunt. * Et fugerunt alienigenæ, qui erant in munitionibus, quas Bachides ædificauerat : * & reliquit vnusquisque locum suum, & abiit in terram suam: * tantùm in Bethsura remanserunt aliqui, ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei. erat enim hæc eis ad refugium. * Et audiuit Alexander rex promissa, quæ promisit Demetrius Ionathæ : & narrauerunt ei prælia, & virtutes, quas ipse fecit, & fratres eius, & labores, quos laborauerunt. * & ait: Numquid inueniemus aliquem virum talem? & nunc faciemus eum amicum, & socium nostrum. * Et scripsit epistolam, & misit ei secundùm hæc verba, dicens : * REX Alexander fratri Ionathæ salutem. * Audiuimus de te, quòd vir potens sis viribus, & aptus es vt sis amicus noster : * & nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, & vt amicus voceris regis, (& misit ei purpuram, & coronam auream) & quæ nostra sunt sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos. * Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno cẽtesimo sexagesimo, in die sollemni scenopegiæ: & congregauit exercitum, & fecit arma copiosa. * Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis, & ait:

* Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen sui? * Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona : vt sint mecum in adiutorium. * Et scripsit eis in hæc verba : Rex Demetrius genti Iudæorum salutem : * Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi sumus. * Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscum : * & remittemus vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes. * Et nunc absoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis : * & dimidiam partem fructus ligni, quod est portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die, & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda, & à tribus ciuitatibus, quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die & in totum tempus : * & Ierusalem sit sancta, & libera cum finibus suis : & decimæ & tributa ipsius sint. * Remitto etiam potestatem arcis, quæ est in Ierusalem : & do eam summo sacerdoti, vt constituat in ea viros quoscumque ipse elegerit, qui custodiant eam. * Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberã gratis, vt omnes à tributis soluantur, etiam pecorum suorum. * Et omnes dies sollemnes, & sabbata, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem sollemnem, & tres dies post diem sollemnem, sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis, qui sunt in regno meo: * & nemo habebit potestatem agere aliquid, & mouere negotia aduersus aliquem illorum, in omni causa. * Et ascribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum : & dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni : * & ex his constituentur super negotia regni, quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. * Et tres ciuitates, quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur : vt sint sub vno, & non obediant alij potestati, nisi summi sacerdotis. * Ptolemaida, & confines eius, quas dedi do-

num

num sanctis, qui sunt in Ierusalem, ad necessarios sumptus sanctorum. * Et ego do singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt : * & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. * Et super hæc quinque millia siclorum argenti, quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos: & hæc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. * Et quicumque confugerint in templum, quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa, quæ sunt eis in regno meo, libera habeant. * Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum, sumptus dabuntur de ratione regis : * & ad extruendos muros Ierusalem, & communiendos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa. * Vt audiuit autem Ionathas & populus sermones istos, * non crediderunt eis, nec receperunt eos : quia recordati sunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. * Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. * Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. * Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos. * Et inualuit prælium nimis, donec occidit sol : & cecidit Demetrius in die illa. * Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secundùm hæc verba, dicens : * QVONIAM regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & possedi regionem nostram, * & commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse, & castra eius, à nobis; & sedimus in sede regni eius : * & nunc statuamus ad inuicem amicitiam : & da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi, digna te. * Et respondit rex Ptolemæus, dicens : FELIX dies, in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum. * Et nunc faciam tibi quod scripsisti : sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & spondeam tibi sicut dixisti. * Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipse, & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo. * Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam suam: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges, in magna gloria. * Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam sibi. * Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona : & inuenit gratiam in conspectu eorum. * Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum : & non intendit ad eos rex. * Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eum purpura : & ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum. * Dixitque principibus suis : Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate, vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. * Et factum est, vt viderunt qui interpellabant gloriam eius, quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes : * & magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem, & participem principatus. * Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum pace, & lætitia. * In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. * Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valdè, & reuersus est Antiochiam. * Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœlesyriæ : & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam : & misit ad Ionathan summum sacerdotem, * dicens: Tu solus resistis nobis : ego autẽ factus sum in derisum, & in opprobriũ, propterea quia tu potestatẽ aduersum nos exerces in montibus. * Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem : quia mecum est virtus bellorum. * Interroga, & disce quis sum ego, & ceteri, qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostram, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terra sua : * & nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo, vbi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi? * Vt audiuit autem Ionathas sermones Apol-

lonij, motus est animo: & elegit decem
millia virorum, & exiit ab Ierusalem, &
occurrit ei Simon frater eius in adiuto-
rium: *& applicuerunt castra in Ioppen, 76
& exclusit eum à ciuitate (quia custodia
Apollonij Ioppe erat) & oppugnauit
eam. * Et exterriti qui erant in ciuitate, 76
aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Iop-
pen. *Et audiuit Apollonius, & admouit 77
tria millia equitum, & exercitum mul- G
tum. * Et abiit Azotum tamquam iter 78
faciens, & statim exiit in campum, eò
quòd haberet multitudinem equitum, &
confideret in eis. Et insecutus est eum
Ionathas in Azotum, & commiserunt
prælium. * Et reliquit Apollonius in 79
castris mille equites post eos occultè. *Et 80
cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt
post se, & circuierunt castra eius, & ie-
cerunt iacula in populum à manè vsque
ad vesperam. * Populus autem stabat, 81
sicut præceperat Ionathas: & labora-
uerunt equi eorum. * Et eiecit Simon 82
exercitum suum, & commisit contra le-
gionem: equites enim fatigati erant: &
contriti sunt ab eo, & fugerunt. * Et qui 83
dispersi sunt per campum, fugerunt in
Azotum, & intrauerunt in Bethdagon
idolum suum, vt ibi se liberarent. * Et 84
succendit Ionathas Azotum, & ciuita-
tes, quæ erant in circuitu eius, & accepit
spolia eorum, & templum Dagon: &
omnes, qui fugerunt in illud, succendit
igni. * Et fuerunt qui ceciderunt gla- 85
dio, cum his qui succensi sunt, ferè octo
millia virorum. *Et mouit inde Ionathas 86
castra, & applicuit ea Ascalonem: &
exierunt de ciuitate obuiam illi in magna
gloria. *Et reuersus est Ionathas in Ieru- 87
salem cum suis, habentibus spolia multa.
* Et factum est: vt audiuit Alexander 88
rex sermones istos, addidit adhuc glorifi-
care Ionathan. * Et misit ei fibulam au- 89
ream, sicut consuetudo est dari cognatis
regum. Et dedit ei Accaron, & omnes
fines eius, in possessionem.

Cap. xi.

ET rex Ægypti cõgregauit exercitum, 1
sicut arena quæ est circa oram ma- A
ris, & naues multas: & quærebat obtine-
re regnum Alexandri dolo, & addere il-
lud regno suo. *Et exiit in Syriam verbis 2
pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & oc-
currebant ei: quia mandauerat Alexan-
der rex exire ei obuiam, eò quòd socer
suus esset. * Cùm autem introiret ciuita- 3

tem Ptolemæus, ponebat custodias mili-
tum in singulis ciuitatibus. * Et vt ap-
propiauit Azoto, ostenderunt ei tem- 4
plum Dagon succensum igni, & Azo-
tum & cetera eius demolita, & corpora
proiecta, & eorum qui cæsi erant in bel-
lo tumulos, quos fecerant secus viam.
* Et narrauerunt regi quia hæc fecit Io- 5
nathas, vt inuidiam facerent ei: & ta-
cuit rex. * Et occurrit Ionathas regi in G 6
Ioppen cum gloria, & inuicem se salu-
tauerunt, & dormierunt illic. * Et abiit 7
Ionathas cum rege vsque ad fluuium, qui
vocatur Eleutherus: & reuersus est in
Ierusalem. *Rex autem Ptolemæus ob- 8
tinuit dominium ciuitatum vsque Se-
leuciam maritimam, & cogitabat in A-
lexandrum consilia mala. * Et misit le- 9
gatos ad Demetrium, dicens: VENI, B
componamus inter nos pactum, & da-
bo tibi filiam meam, quam habet Ale-
xander, & regnabis in regno patris tui.
* pœnitet enim me quòd dederim illi fi- 10
liam meam: quæsiuit enim me occide-
re. *Et vituperauit eum, propterea quòd
concupierat regnum eius. * Et abstu- 12
lit filiam suam, & dedit eam Demetrio,
& alienauit se ab Alexandro, & mani-
festatæ sunt inimicitiæ eius. * Et intra- 13
uit Ptolomæus Antiochiam, & impo-
suit duo diademata capiti suo, Ægypti
& Asiæ. * Alexander autem rex erat in 14
Cilicia illis temporibus: quia rebellabant
qui erant in locis illis. * Et audiuit Ale- 15
xander, & venit ad eum in bellum: &
produxit Ptolemæus rex exercitum, &
occurrit ei in manu valida, & fugauit
eum. * Et fugit Alexander in Arabiam, 16
vt ibi protegeretur: Rex autẽ Ptolemæus
exaltatus est. *Et abstulit Zabdiel Arabs 17
caput Alexandri; & misit Ptolomæo.
* Et rex Ptolemæus mortuus est in die 18
tertia: & qui erant in munitionibus, per-
ierunt ab his qui erant intra castra. * Et 19
regnauit Demetrius anno centesimo
sexagesimo septimo. *In diebus illis con- 20
gregauit Ionathas eos qui erãt in Iudæa,
vt expugnarent arcem, quæ est in Ieru-
salem: & fecerunt contra eam machinas
multas. * Et abierunt quidam qui ode- 21
rant gentem suam viri iniqui ad regem
Demetrium, & renunciauerunt ei quòd
Ionathas obsideret arcem. * Et vt audi- 22
uit, iratus est: & statim venit ad Ptole-
maidam, & scripsit Ionathæ ne obside-
ret arcem, sed occurreret sibi ad collo- 23
quium festinatò. * Vt audiuit autem Io-

nathas,

nathas, iussit obsidere: & elegit de se- C
nioribus Israel, & de sacerdotibus, &
dedit se periculo. * Et accepit aurum, & 24
argentum, & vestem, & alia xenia mul-
ta, & abiit ad regem Ptolemaidam, &
inuenit gratiam in conspectu eius. * Et 25 E
interpellabãt aduersus eum quidam ini-
qui ex gente sua. * Et fecit ei rex, sicut 26
fecerant ei qui ante eum fuerant: & ex-
altauit eum in conspectu omnium ami-
corum suorum, * & statuit ei principa- 27
tum sacerdotij, & quæcumque alia ha-
buit priùs pretiosa, & fecit eum princi-
pem amicorum. * Et postulauit Iona- 28
thas à rege, vt immunem faceret Iu-
dæam, & tres toparchias, & Samariam,
& confines eius: & promisit ei talenta
trecenta. * Et consensit rex: & scripsit 29
Ionathæ epistolas de his omnibus, hunc
modum continentes: *REX Demetrius 30
fratri Ionathæ salutem, & genti Iudæo-
rum. * Exemplum epistolæ, quam scri- 31
psimus Lastheni parenti nostro de vo-
bis, misimus ad vos vt sciretis: *Rex De- 32
metrius Lastheni parenti salutem. *Gen- 33
ti Iudæorum, amicis nostris, & conser-
uantibus quæ iusta sunt apud nos, de-
creuimus benefacere, propter benigni-
tatem ipsorum, quam erga nos habent.
* Statuimus ergo illis omnes fines Iu- 34
dææ, & tres ciuitates, Lydan, & Rama- D
than, quæ additæ sunt Iudææ ex Sama-
ria, & omnes confines earum, sequestrari
omnibus sacrificantibus in Ierosolymis,
pro his quæ ab eis priùs accipiebat rex
per singulos annos, & pro fructibus ter-
ræ & pomorum. * Et alia quæ ad nos 35
pertinebant decimarum & tributorum,
ex hoc tempore remittimus eis: & areas
salinarum, & coronas quæ nobis dese-
rebantur, * omnia ipsis concedimus: & 36
nihil horum irritum erit ex hoc, & in
omne tempus. * Nunc ergo curate face- 37
re horum exemplum, & detur Ionathæ,
& ponatur in monte sancto, in loco ce-
lebri. * Et videns Demetrius rex quòd 38
siluit terra in conspectu suo, & nihil ei
resistit, dimisit totum exercitum suum,
vnumquemque in locum suum, excepto
peregrino exercitu, quem contraxit ab
insulis Gentium: & inimici erant ei om-
nes exercitus patrum eius. * Tryphon 39
autem erat quidam partium Alexandri
priùs: & vidit quoniam omnis exercitus
murmurabat contra Demetrium, & iuit
ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat
Antiochum filium Alexandri: * & assi- 40

debat ei, vt traderet eum ipsi, vt regnaret
loco patris sui: & enunciauit ei quanta
fecit Demetrius, & inimicitias exerci-
tuum eius aduersus illum. Et mansit ibi
diebus multis. * Et misit Ionathas ad 41 E
Demetrium regem, vt eiiceret eos, qui
in arce erant in Ierusalem, & qui in præ-
sidiis erant: quia impugnabant Israel.
* Et misit Demetrius ad Ionathan di- 42
cens: Non hæc tantùm faciam tibi, &
genti tuæ, sed gloria illustrabo te, & gen-
tem tuã, cùm fuerit opportunum. * Nũc 43
ergo rectè feceris, si miseris in auxilium
mihi viros: quia discessit omnis exercitus
meus. * Et misit ei Ionathas tria millia 44
virorum fortium Antiochiam: & vene-
rũt ad regem, & delectatus est rex in ad-
uentu eorum. * Et cõuenerunt qui erant 45
de ciuitate, centum viginti millia viro-
rum, & volebant interficere regem. * Et 46
fugit rex in aulam: & occupauerunt qui
erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœ-
perunt pugnare. * Et vocauit rex Iudæos 47
in auxilium, & conuenerunt omnes si-
mul ad eum, & dispersi sunt omnes per
ciuitatem: * & occiderunt in illa die cen- 48
tum millia hominum, & succenderunt
ciuitatem, & ceperunt spolia multa in
die illa, & liberauerunt regem. * Et vi- 49
derunt qui erant de ciuitate, quòd obti-
nuissent Iudæi ciuitatem sicut volebant:
& infirmati sunt mente sua, & clamaue-
runt ad regem cum precibus, dicentes:
* Da nobis dextras, & cessent Iudæi op- 50
pugnare nos & ciuitatem. *Et proiecerũt 51
arma sua, & fecerunt pacẽ, & glorificati F
sunt Iudæi in conspectu regis, & in con-
spectu omnium qui erant in regno eius, &
nominati sunt in regno: & regressi sunt
in Ierusalem habentes spolia multa. * Et 52
sedit Demetrius rex in sede regni sui: &
siluit terra in conspectu eius. *Et menti- 53
tus est omnia quæcumq; dixit, & abalie-
nauit se à Ionatha, & non retribuit ei se-
cundùm beneficia quæ sibi tribuerat, &
vexabat eum valde. * Post hæc autem re- 54
uersus est Tryphon, & Antiochus cũ eo
puer adolescens, & regnauit, & imposuit
sibi diadema. * Et cõgregati sunt ad eum 55
omnes exercitus, quos dispersérat De-
metrius, & pugnauerunt contra eum: &
fugit, & terga vertit. * Et accepit Try- 56
phon bestias, & obtinuit Antiochiam:
*& scripsit Antiochus adolescens Iona- 57
thæ, dicens: Constituo tibi sacerdotium,
& constituo te super quattuor ciuitates,
vt sis de amicis regis. * Et misit illi vasa 58

aurea

aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream : * & Simonem fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri vsque ad fines Ægypti. * Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates : & congregatus est ad eum omuis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè de ciuitate. * Et abiit inde Gazam: & concluserunt se qui erant Gazæ : & obsedit eam, & succendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus est ea. *Et rogauerunt Gazenses Ionathan, & dedit illis dexteram : & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem : & perambulauit regionem vsque Damascum. * Et audiuit Ionathas quòd præuaricati sunt principes Demetrij in Cades, quæ est in Galilæa, cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni : * & occurrit illis : fratrem autem suum Simonem reliquit intra prouinciam. * Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos. * Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis : & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea præsidium. * Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante lucem vigilauerũt in campo Asor. * & ecce castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus : ipse autem occurrit ex aduerso. * Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, & commiserunt prælium. * Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes, & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi, princeps militiæ exercitus. * Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. * Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt. * Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, & peruenerunt vsque illuc. * & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum : & reuersus est Ionathas in Ierusalem.

Cap. xii.

ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Romam, statuere & renouare cum eis amicitiam : * & ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas secundùm eandem formam. * Et abierunt Romam, & intrauerunt curiam, & dixerunt: Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiam & societatem secundùm pristinum. * Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace. *Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas Spartiatis: * IONATHAS summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus salutem. * Iam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut rescriptum continet, quod subiectum est. *Et suscepit Onias virum, qui missus fuerat, cum honore : & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate & amicitia. * Nos, cùm nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, * maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis : multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. * Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus sollemnibus, & ceteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est & decet meminisse fratrum. *Lætamur itaque de gloria vestra. * Nos autem circumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges, qui sunt in circuitu nostro. * Noluimus ergo vobis molesti esse, neque ceteris sociis & amicis nostris, in his præliis. * habuimus enim de cælo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. * Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & Antipatrem Iasonis filium, & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem pristinam. * Mandauimus itaque eis vt veniant etiam ad vos, & salutent vos : & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. * Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hæc. * Et hoc est rescriptum epistolarum, quod miserat Oniæ: *Arius, rex Spartiatarum, Oniæ sacerdoti magno salutem. *Inuentum est in scriptura de Spartiatis & Iudeis, quoniã sunt fratres, & quòd sunt de genere Abraham. * Et nunc ex quo hæc

cogno-

cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace vestra. * Sed & nos rescripsimus vobis : Pecora nostra, & possessiones nostræ, vestræ sunt; & vestræ, nostræ : mandauimus itaque hæc nunciari vobis. * Et audiuit Ionathas, quoniam regressi sunt principes Demetrij cum exercitu multo supra quàm priùs, pugnare aduersus eum. * & exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathitæ regione: non enim dederat eis spatium vt ingrederentur regionem eius. * Et misit speculatores in castra eorum : & reuersi renunciauerunt quòd constituunt superuenire illis nocte. * Cùm occidisset autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitum castrorum. *Et audierunt aduersarij quòd paratus est Ionathas cum suis in bello : & timuerunt, & formidauerunt in corde suo : & accenderunt focos in castris suis. * Ionathas autem, & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque manè: videbant autem luminaria ardentia : * & secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos : transierant enim flumen Eleutherum. * Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocantur Zabadæi, & percussit eos, & accepit spolia eorum. * Et iunxit, & venit Damascum, & perambulabat omnem regionẽ illam. *Simon autem exiit, & venit vsque ad Ascalonem, & ad proxima præsidia : & declinauit in Ioppen, & occupauit eam (* audiuit enim quòd vellent præsidium tradere partibus Demetrij) & posuit ibi custodes vt custodirent eam. * Et reuersus est Ionathas, & conuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa, * & ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudinem magnam inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt esset ipsa singulariter, & neque emant, neque vendant. * Et conuenerunt, vt ædificarent ciuitatem : & cecidit murus, qui erat super torrentem ab ortu solis, & reparauit eum, qui vocatur Caphetetha : * & Simon ædificauit Adiadà in Sephela, & muniuit eam, & imposuit portas & seras. * Et cùm cogitasset Tryphon regnare Asiæ, & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem : * timens ne fortè non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Bethsan. *Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit Bethsan. * Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exercitu multo vt extenderet in eum manus, timuit. * & excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obedirent ei, sicut sibi. * Et dixit Ionathæ : Vt quid vexasti vniuersum populum, cùm bellum nobis non sit? * Et nunc remitte eos in domos suas : elige autem tibi viros paucos, qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & exercitum, & vniuersos præpositos negotij, & conuersus abibo: propterea enim veni. *Et credidit ei, & fecit sicut dixit : & dimisit exercitum, & abierunt in terram Iuda. * Retinuit autem secum tria millia virorum : ex quibus remisit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cum eo. * Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserũt portas ciuitatis Ptolemenses : & comprehenderunt eum: & omnes, qui cum eo intrauerant, gladio interfecerunt. * Et misit Tryphon exercitum & equites in Galilæam, & in campum magnum, vt perderent omnes socios Ionathæ. * At illi cùm cognouissent quia comprehensus est Ionathas, & periit, & omnes qui cum eo erant, hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium. * Et videntes hi, qui insecuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt : * illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipso fuerant, valdè : & luxit Israel luctu magno. *Et quæsierunt omnes gentes, quæ erant in circuitu eorum, conterere eos. dixerunt enim : * Non habent principem, & adiuuantem : nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

Cap. xiii.

ET audiuit Simon quòd congregauit Tryphon exercitum copiosum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam. * Videns quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Ierusalem, & congregauit populum: * & adhortans dixit: Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei, fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia, & angustias quales

vidimus:

vidimus: * horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus. * Et nunc non mihi contingat parcere animæ meę in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. * Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, natos quoque nostros, & vxores: quia congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. * Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos: * & responderunt voce magna dicentes: Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui: * pugna prælium nostrum: & omnia, quæcumque dixeris nobis, faciemus. * Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit consummare vniuersos muros Ierusalem, & muniuit eam in gyro. * Et misit Ionathan filium Absalomi, & cum eo exercitum nouum, in Ioppen; & eiectis his, qui erant in ea, remansit illic ipse. * Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in custodia. * Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi. * Et vt cognouit Tryphon quia surrexit Simon loco fratris sui Ionathæ: & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos, * dicens: Pro argento, quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis, propter negotia quę habuit, detinuimus eum. * Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat à nobis, & remittemus eum. * Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur secum, iussit tamen dari argentum, & pueros: ne inimicitiam magnam sumeret ad populum Israel, dicentem: * Quia non misit ei argentum, & pueros, propterea perijt. * Et misit pueros, & centum talenta: & mentitus est, & non dimisit Ionathan. * Et post hæc venit Tryphon intra regionem, vt contereret eam: & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador: & Simon, & castra eius ambulabant in omnem locum quocumque ibant. * Qui autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos, vt festinaret venire per desertũ, & mitteret illis alimonias. * Et parauit Tryphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte: erat autem nix multa valde, & non venit in Galaaditim. * Et cum appropinquasset Bascaman, occidit Ionathan & filios eius illic. * Et cõuertit Tryphon, & abiit in terram suam. * Et misit Simon, & accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. * Et plãxerunt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. * Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorũ ædificium altũ visu, lapide polito retro & antè: * Et statuit septẽ pyramidas, vnam cõtra vnam patri & matri, & quattuor fratribus: * & his circumposuit columnas magnas; & super columnas arma, ad memoriam æternam; & iuxta arma naues sculptas, quæ viderẽtur ab omnibus nauigantibus mare. * hoc est sepulchrum, quod fecit in Modin, vsque in hunc diem. * Tryphon autem cùm iter faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum. * Et regnauit loco eius, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra. * Et ædificauit Simon præsidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis, & seris: & posuit alimenta in munitionibus. * Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni: quia actus omnes Tryphonis per directionem fuerant gesti. * Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit epistolam talem: * Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, & amico regum, & senioribus & genti Iudæorum, salutem. * Coronam auream, & bahem, quam misistis, suscepimus: & parati sumus facere vobiscum pacem magnam, & scribere præpositis regis remittere vobis quæ indulsimus. * Quæcumque enim constituimus, vobis constant. Munitiones, quas ædificastis, vobis sint. * remittimus quoque ignorantias, & peccata vsque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis: & si quid aliud erat tributarium in Ierusalem, iam non sit tributarium. * Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit inter nos pax. * Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum Gentium ab Israel. * Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis, anno primo sub Simone summo sacerdote, magno duce, & principe Iudæorum. * In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam castris, & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatẽ, & percussit turrem vnam, & comprehendit eam. * Et eruperant qui erant intra machinam in ciuitatem: & factus est motus magnus in ciuitate. * Et ascenderunt

derunt qui erant in ciuitate, cum vxoribus & filiis supra murum, scissis tunicis suis, & clamauerunt voce magna, postulantes à Simone dextras sibi dari, * & dixerunt: Non nobis reddas secundùm mãlitias nostras, sed secundùm misericordias tuas. * Et flexus Simon, non debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in quibus fuerant simulacra, & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum: * & eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legem facerent: & muniuit eam, & fecit sibi habitationem. * Qui autem erant in arce Ierusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere, ac vendere: & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt. * Et clamauerunt ad Simonem vt dextras acciperent: & dedit illis: & eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus: * & intrauerunt in eam tertia & vigesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude, & ramis palmarum, & cinyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel. * Et constituit vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. * Et muniuit montem templi, qui erat secus arcem, & habitauit ibi ipse, & qui cum eo erant. * Et vidit Simon Ioannem filium suum, quòd fortis prælij vir esset: & posuit eum ducem virtutum vniuersarum: & habitauit in Gazaris.

CAP. XIIII.

ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem. * Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum de principibus suis vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad se. * Et abiit, & percussit castra Demetrij: & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam. * Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæsiuit bona genti suæ: & placuit illis potestas eius, & gloria eius, omnibus diebus. * Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in insulis maris. * Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionem. * Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus est Gazaræ, & Bethsuræ, & arci: & abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resisteret ei. * Et vnusquisque colebat terram suam cum pace: & terra Iuda dabat fructus suos: & ligna eamporum fructum suum. * Seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant se gloriam & stolas belli. * Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & constituebat eas vt essent vasa munitionis, quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ. * Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna. * Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua: & non erat qui eos terreret. * Defecit impugnans eos super terram: reges contriti sunt in diebus illis. * Et confirmauit omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit, & abstulit omnem iniquum & malum: * sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum. * Et auditum est Romæ quia defunctus esset Ionathas, & vsque in Spartiatas: & contristati sunt valde. * Vt audierunt autem quòd Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obineret omnem regionem, & ciuitates in ea; * scripserunt ad eum in tabulis æreis, vt renouarẽt amicitias & societatem, quam fecerant cum Iuda, & cum Ionatha fratribus eius. * Et lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Ierusalem. Et hoc exemplum epistolarum, quas Spartiatæ miserunt: * SPARTIANORVM principes, & ciuitates, Simoni Sacerdoti magno, & senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum, fratribus, salutem. * Legati, qui missi sunt ad populum nostrum, nunciauerunt nobis de vestra gloria, & honore, ac lætitia: & gauisi sumus in introitu eorum. * Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in conciliis populi, sic: Numenius Antiochi, & Antipater Iasonis filius, legati Iudæorum, venerunt ad nos, renouantes nobiscum amicitiam pristinam. * Et placuit populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti. * Post hæc autem misit Simon Numenium Romam, habẽtem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem.

Cùm autem audisset populus Romanus
*sermones istos, dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni, & filijs
eius? *Restituit enim ipse fratres suos, &
expugnauit inimicos Israel ab eis: & statuerunt ei libertatem, & descripserunt in
tabulis æreis, & posuerunt in titulis in
monte Sion. *Et hoc est exemplum scripturæ: OCTAVA decima die mensis
Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in Asaramel, *in conuentu
magno sacerdotum, & populi, & principum gentis, & seniorum regionis, nota
facta sunt hæc: Quoniam frequenter facta sunt prælia in regione nostra. *Simon autem Mathathiæ filius ex filijs Iarib, & fratres eius dederunt se periculo,
& restiterunt aduersarijs gentis suæ, vt
starent sancta ipsorum, & lex: & gloria
magna glorificauerunt gentem suam.
*Et cõgregauit Ionathas gentem suam,
& factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suum. *Et voluerunt inimici eorum calcare, & atterere regionem ipsorum, & extendere manus in sancta eorum. *Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gente sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros
virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia: *& muniuit ciuitates Iudææ, &
Bethsurã, quæ erat in finibus Iudææ, vbi
erant arma hostium antea: & posuit illic præsidium viros Iudæos. *Et Ioppen
muniuit, quæ erat ad mare; & Gazaram,
quæ est in finibus Azoti, in qua hostes
antea habitabant, & collocauit illic Iudæos: & quæcumque apta erant ad correptionem eorum, posuit in eis. *Et
vidit populus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat facere genti suæ,
& posuerunt eum ducem suum, & principem sacerdotum, eò quòd ipse fecerat
hæc omnia, & iustitiam, & fidem, quam
conseruauit genti suæ, & exquisiuit omni modo exaltare populum suum. *Et
in diebus eius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione
ipsorum, & qui in ciuitate Dauid erãt in
Ierusalem, in arce, de qua procedebant,
& contaminabant omnia quæ in circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam
magnam castitati: *& collocauit in ea
viros Iudęos ad tutamentum regionis, &
ciuitatis, & exaltauit muros Ierusalem.
*Et rex Demetrius statuit illi summum
sacerdotium. *Secundùm hæc fecit eum

25 40 amicum suum, & glorificauit eum gloria
magna. *Audiuit enim quòd appellati
sunt Iudæi à Romanis amici, & socij, &
fratres, & quia susceperunt legatos Si
41 monis gloriosè: *& quia Iudæi, & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum, & summum sacerdotem in
æternum, donec surgat propheta fidelis:
42 *& vt sit super eos dux, & vt cura esset
G illi pro sanctis, & vt constitueret præpositos super opera eorum, & super regionem, & super arma, & super præsidia:
43 *& cura sit illi de sanctis: & vt audiatur
ab omnibus, & scribantur in nomine
eius omnes conscriptiones in regione:
44 & vt operiatur purpura, & auro: *& ne
liceat vlli ex populo, & ex sacerdotibus,
irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso:
& vestiri purpura, & vti fibula aurea.
45 *qui autem fecerit extra hæc, aut irri-
46 tum fecerit aliquid horum, reus erit. *Et
complacuit omni populo statuere Simonem, & facere secundùm verba ista.
47 *Et suscepit Simon, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur, & esset dux
& princeps gentis Iudæorum, & sacer-
48 dotum, & præesset omnibus. *Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis
æreis, & ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri: *exemplum autem
49 eorum ponere in ærario, vt habeat Simon, & filij eius.

CAP. XV.

1 A ET misit rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuersæ genti: *& erant continentes hunc modum: REX Antiochus
2 Simoni sacerdoti magno, & genti Iudęorum, salutem. *Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, volo autem vendicare regnum,
& restituere illud sicut erat antea: & electam feci multitudinem exercitus, & fe-
4 ci naues bellicas. *Volo autem procedere
per regionem, vt vlciscar in eos, qui corruperunt regionem nostram, & qui de-
5 solauerũt ciuitates multas in regno meo.
*Nũc ergo statuo tibi omnes oblationes,
quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcumque alia dona remiserunt
6 tibi: *& permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua:
7 *Ierusalem autem sanctam esse, & libe-

ram:

ram: & omnia arma quæ fabricata sunt, B
& præsidia quæ constituisti, quæ tenes,
maneant tibi. *Et omne debitum regis, 8
& quæ futura sunt regi, ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi. *Cùm 9
E autem obtinuerimus regnum nostrum,
glorificabimus te, & gentem tuam, &
templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra.
*Anno centesimo septuagesimo quarto 10
exiit Antiochus in terram patrum suorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum
Tryphone. *Et insecutus est eum An- 11
tiochus rex, & venit Doram fugiens per
maritimam. *sciebat enim quòd con- 12
gregata sunt mala in eum, & reliquit
eum exercitus. *Et applicuit Antiochus 13
super Doram cum centum viginti mil-
C libus virorum belligeratorum, & octo
millibus equitum: *& circuiuit ciuita- 14
tem, & naues à mari accesserunt: & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi. *Ve- 15
nit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epistolas
regibus & regionibus scriptas, in quibus
continebantur hæc: *LVCIVS con- 16
sul Romanorum, Ptolomæo regi salutem. *Legati Iudæorum venerunt ad 17
nos amici nostri, renouantes pristinam
amicitiam & societatem, missi à Simone
principe Sacerdotum, & populo Iudæorum. *Attulerunt autem & clypeum au- 18
reum mnarum mille. *Placuit itaque 19
nobis scribere regibus, & regionibus, vt
non inferant illis mala, neque impugnẽt
eos, & ciuitates eorum, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. *Visum autem est 20
G nobis accipere ab eis clypeum. *Si qui 21
ergo pestilentes refugerunt de regione
ipsorum ad vos, tradite eos Simoni prin- D
cipi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legẽ suam. *Hæc eadem scripta sunt 22
Demetrio regi, & Attalo, & Ariarathi, & Arsaci, *& in omnes regiones: & 23
Lampsaco, & Spartiatis, & in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam,
& in Lyciam, & in Alicarnassum, & in
Coo, & in Siden, & in Aradon, & in
Rhodum, & in Phaselidem, & in Gortynam, & Gnidum, & Cyprum, & Cyrenen. *Exemplum autem eorum scri- 24
pserunt Simoni principi sacerdotum, &
populo Iudæorum. *Antiochus autem 25

rex applicuit castra in Doram secundò,
admouens ei semper manus, & machinas faciens: & concluſit Tryphonem,
26 ne procederet. *& misit ad eum Simon
duo millia virorum electorum in auxi-
E lium, & argentum, & aurum, & vasa co-
27 piosa: *& noluit ea accipere, sed rupit
omnia, quæ pactus est cum eo antea, &
28 alienauit se ab eo. *Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens: Vos tenetis
Ioppen, & Gazaram, & arcem quæ est
29 in Ierusalem, ciuitates regni mei: *fines
earum desolastis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca
30 multa in regno meo. *Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupastis; & tributa locorũ, in quibus dominati estis extra fines
31 Iudææ. *sin autẽ, date pro illis quingenta talẽta argenti, & exterminij, quod exterminastis, & tributorũ ciuitatum alia
talenta quingenta: sin autem, veniemus,
32 & expugnabimus vos. *Et venit Athe-
F nobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in
auro & argento, & apparatum copio-
sum: & obstupuit: & retulit ei verba Re-
33 gis. *Et respondit ei Simon, & dixit ei:
Neque alienam terram sumpsimus, neque aliena detinemus: sed hereditatem
patrum nostrorum, quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa
34 est. *Nos verò tempus habentes, vindicamus hereditatem patrum nostrorum.
35 *Nam de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam
magnam, & in regione nostra: horum
damus talenta centum. Et non respon-
36 dit ei Athenobius verbum. *Reuersus
G autem cum ira ad regem, renunciauit ei
verba ista, & gloriam Simonis, & vniuersa quæ vidit: & iratus est rex ira mag-
37 na. *Tryphon autem fugit naui in Or-
38 thosiada. *Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum
39 peditum & equitum dedit illi. *Et mandauit illi mouere castra contra faciem
Iudææ: & mandauit ei ædificare Gedorẽ,
& obstruere portas ciuitatis, & debellare
populum. Rex autem persequebatur
40 Tryphonem. *Et peruenit Cendebæus
Iamniam, & cœpit irritare plebem, &
conculcare Iudæam, & captiuare popu-
lum, & interficere, & ędificare Gedorem.
41 *Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egressi perambularent viam Iudææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

ET ascendit Ioannes de Gazaris, & nunciauit Simoni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorum. * Et vocauit Simon duos filios seniores, Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego, & fratres mei, & domus patris mei, expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties. * Nunc autem senui, sed estote loco meo, & fratres mei, & egressi pugnate pro gente nostra: auxilium verò de cælo vobiscum sit. * Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites; & profecti sunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin. * Et surrexerunt manè, & abierunt in campum: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum, & equitum, & fluuius torrens erat inter medium ipsorum. * Et admouit castra contra faciem eorum ipse, & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus: & viderunt eum viri, & transierunt post eum. * Et diuisit populum, & equites in medio peditum: erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. * Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus, & Castra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerati: residui autem in munitionem fugerunt. * Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis: Ioannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem, quam ædificauit: * & fugerunt vsque ad turres, quæ erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuersus est in Iudæam in pace. * Et Ptolemæus filius Abobi cōstitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentum & aurum multum. * erat enim gener summi sacerdotis. * Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem, & filios eius, vt tolleret eos. * Simon autem, perambulans ciuitates, quę erant in regione Iudææ, & sollicitudinem gerens earum, descendit in Iericho ipse, & Mathathias filius eius, & Iudas, anno centesimo septuagesimo septimo, mense vndecimo: hic est mensis Sabath. * Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quę vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros. * Et cùm inebriatus esset Simon, & filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quosdā pueros eius. * & fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. * Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum, & tributa. * Et misit alios in Gazaram tollere Ioānem: & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, & dona. * Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi. * Et præcurrens quidam, nunciauit Ioanni in Gazara, quia periit pater eius, & fratres eius, & quia misit te quoque interfici. * Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros, qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognouit enim quia quærebant eum perdere. * Et cetera sermonum Ioannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum, quibus fortiter gessit, & ædificij murorum, quos extruxit, & rerum gestarum eius: * ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

LIBER

LIBER SECVNDVS MACHABAEORVM.

CAPVT PRIMVM.

FRatribvs, qui sunt per Ægyptum, Iudęis, salutem dicūt fratres, qui sunt in Ierosolymis, Iudæi, & qui in regione Iudęæ, & pacem bonam. * Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob, seruorū suorum fidelium: * & det vobis cor omnibus, vt colatis eū, & faciatis eius voluntatem, corde magno, & animo volenti. * Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. * Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. * Et nūc hīc sumus orantes pro vobis. * Regnāte Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus vobis in tribulatione, & impetu, qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra, & à regno. * Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem: & orauimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium, & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. * Et nunc frequentate dies scenopegiæ mensis Casleu. * Anno centesimo octogesimo octauo, populus, qui est Ierosolymis, & in Iudęa, Senatusque & Iudas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis, qui est de genere christorū sacerdotum, & his, qui in Ægypto sunt, Iudæis, salutem & sanitatem. * De magnis periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem regem dimicauimus. * Ipse enim ebullire fecit de Perside eos, qui pugnauerunt contra nos, & sanctam ciuitatem. * Nam cùm in Perside esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, cecidit in tēplo Nanææ, consilio deceptus sacerdotū Nanææ. * etenim cum ea habitaturus venit ad locū Antiochus, & amici eius, & vt acciperet pecunias multas dotis nomine. * Cumq. proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitū fani, clauserūt templū, * cùm intrasset Antiochus: apertoq. occulto aditu templi, mittētes lapides percusserunt ducē & eos qui cum eo erant, & diuiserunt mēbratim, & capitibus amputatis foras proieecerunt. * Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. * Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Casleu purificationē templi, necessariū duximus significare vobis: vt & vos quoque agatis diē scenopegiæ, & diem ignis qui datus est quando Nehemias ædificato tēplo & altari obtulit sacrificia. * Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri; sacerdotes, qui tūc cultores Dei erant, acceptum ignē de altari occultè absconderunt in valle, vbi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus. * Cùm autē prēteriissent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. * Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quę erāt superposita. * Vtque hoc factum est, & tempus affuit, quo sol refulsit, qui priùs erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. * Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum cōsummaretur sacrificium, Ionatha inchoante, ceteris autem respondentibus. * Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modū: DOMINE Deus omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, * solus præstās, solus iustus, & omnipotēs, & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos,

& sanctificasti eos:* accipe sacrificium 26
pro vniuerso populo tuo Israel, & custo-
di partem tuam, & sanctifica. * Con- 27
grega dispersionem nostram, libera eos
qui seruiunt Gentibus,& contemptos &
abominatos respice: vt sciant Gētes quia
tu es Deus noster. * Afflige opprimen- 28
tes nos, & contumeliam facientes in su-
perbiā. * Constitue populum tuum in 29
*Deut.30. a.3.5 Inf.2.d.18 loco sancto tuo, " sicut dixit Moyses.
* Sacerdotes autem psallebant hymnos, 30
vsquequo consumptum esset sacrificium.
* Cùm autem consumptū esset sacrificiū, 31
ex residua aqua Nehemias iussit lapides
maiores perfundi. * Quod vt factum est, 32
ex eis flamma accensa est: sed ex lumine,
quod refulsit ab altari, consumpta est.
* Vt verò manifestata est res, renuncia- 33
tum ést regi Persarum, quòd in loco, in
quo ignem absconderant hi qui translati
fuerant sacerdotes,aqua apparuit, de qua
Nehemias,& qui cum eo erant, purifica-
uerunt sacrificia. * Considerans autem 34
rex,& rem diligenter examinans, fecit ei
templum, vt probaret quod factum erat.
* & cùm probasset, sacerdotibus donauit 35
multa bona, & alia atque alia munera,&
accipiens manu sua,tribuebat eis. * Ap- 36
pellauit autem Nehemias hunc locum
Nephthar, quod interpretatur purifica-
tio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II.

INuenitur autē in descriptionibus Ie- 1
remiæ prophetæ,quòd iussit eos ignem
accipere qui transmigrabant: vt significatum est, & vt mandauit transmigratis.
* Et dedit illis legem ne obliuiscerentur 2
præcepta Domini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea & argentea, & ornamenta eorum.
* Et alia huiusmodi dicens, hortabatur 3
ne legem amouerent à corde suo. * Erat 4
autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum,
*Deut.34. a.1 vsquequo exiit in montem, " in quo
Moyses ascendit, & vidit Dei hereditatem. * Et veniens ibi Ieremias inuenit 5
locum spelunce: & tabernaculum,& arcam, & altare incensi intulit illuc, &
ostium obstruxit. * Et accesserunt qui- 6
dam simul, qui sequebantur, vt notarent sibi locum: & non potuerunt inuenire. * Vt autem cognouit Ieremias, cul- 7
pans illos, dixit: Quod ignotus erit locus,
donec congreget Deus congregationem
populi, & propitius fiat: * & tunc Do- 8
minus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit, sicut & Moysi
manifestabatur, & " sicut cùm Salomon
petiit vt locus sanctificaretur magno
Deo, manifestabat hæc. * Magnificè et- 9
nim sapientiam tractabat: & vt sapientiam habens, " obtulit sacrificium dedi-
cationis & consummationis templi. * Si- 10
cut & Moyses orabat ad Dominum, &
descendit ignis de cælo, & consumpsit
holocaustum, sic " & Salomon orauit,& 11
descendit ignis de cælo, & consumpsit
holocaustum. * Et dixit Moyses, " eò 12
quòd non sit comestum quod erat pro
peccato, consumptum est. * Similiter &
Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. * Inferebantur autem in de- 13
scriptionibus & commentariis Nehemiæ
hæc eadem: & vt construens bibliothecam congregauit de regionibus libros, &
Prophetarum, & Dauid, & epistolas
Regum,& de donariis. * Similiter autem 14
& Iudas ea, quæ deciderant per bellum,
quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. * Si ergo desi- 15
deratis hæc, mittite qui perferant vobis.
* Acturi itaque purificationem scripsi- 16
mus vobis: bene ergo facietis, si egeritis
hos dies. * Deus autem, qui liberauit po- 17
pulum suum, & reddidit hereditatē omnibus, & regnum, & sacerdotium, &
sanctificationē,* " sicut promisit in lege, 18
*Deut.30. a.3.5 speramus quòd citò nostri miserebitur,
& congregabit de sub cęlo in locum sanctum. * Eripuit enim nos de magnis pe- 19
riculis, & locum purgauit. * De Iuda 20
verò Machabæo, & fratribus eius, & de
templi magni purificatione, & de aræ 21
dedicatione; * sed & de præliis,quæ per-
tinent ad Antiochum Nobilem, & fi- 22
lium eius Eupatorem; * & de illumina-
tionibus quæ de cælo factæ sunt ad eos,
qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt
vniuersam regionem, cùm pauci essent,
vindicarent, & barbaram multitudinem
fugarent, * & famosissimum in toto orbe 23
templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant,
restituerentur, Domino cum omni tran-
quillitate propitio facto illis; * itemque 24
ab Iasone Cyrenæo quinque libris com-
prehensa, tentauimus nos vno volumine
breuiare. * Considerantes enim multitu- 25
dinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum
propter multitudinem rerum, * curaui- 26
mus volentibus quidem legere, vt esset
animi oblectatio: studiosis verò, vt faci-
liùs possint memoriæ commendare: om-
nibus autem legentibus vtilitas conferatur. * Et nobis quidē ipsis, qui hoc opus 27
breuiandi causa suscepimus,non facilem
laborem, immo verò negotium plenum
vigiliarum & sudoris assumpsimus. * Sic- 28
ut hi qui præparant conuiuium, & quæ-
runt aliorum voluntati parēre propter
multorum gratiam, libenter laborem
sustinemus. * Veritatē quidem de singu- 29
lis, auctoribus concedentes, ipsi autē se-
cundùm datam formam breuitati stu-
dentes. * Sicut enim nouæ domus archi- 30
tecto de vniuersa structura curandum
est: ei verò qui pingere curat, quæ apta
sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita
æstimandum est & in nobis. * Etenim 31
intellectū colligere, & ordinare sermonem,&curiosiùs partes singulas quasque
disquirere, historiæ congruit auctori:
* breuitatem verò dictionis sectari,& ex- 32
ecutiones rerum vitare,breuianti conce-
dendum est. * Hinc ergo narrationem 33
incipiemus: de præfatione tantùm dixis-
se sufficiat. stultum etenim est ante hi-
storiam effluere, in ipsa autem historia
succingi.

CAP. III.

IGitur cùm sancta ciuitas habitaretur 1
in omni pace, leges etiam adhuc opti-
mè custodirentur, propter Onię pontifi-
cis pietatē,& animos odio habentes ma-
la,*fiebat vt & ipsi reges & principes lo- 2
cum summo honore dignum ducerent,
& templū maximis muneribus illustra-
rent:* ita vt Seleucus Asiæ rex de reddi- 3
tibus suis præstaret omnes sumptus ad
ministerium sacrificiorum pertinentes.
* Simon autem de tribu Beniamin præ- 4
positus templi constitutus, contende-
bat, obsistente sibi principe sacerdotum,
iniquum aliquid in ciuitate moliri. * Sed 5
cùm vincere Oniam non posset, venit
ad Apollonium Tharsææ filium, qui eo
tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœ-
nicis: * & nunciauit ei, pecuniis innu- 6
merabilibus plenum esse ærarium Iero-
solymis, & communes copias immen-
sas esse, quæ non pertinent ad rationem
sacrificiorum: esse autem possibile sub
potestate regis cadere vniuersa. * Cum- 7
que retulisset ad regem Apollonius de
pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum
Heliodorum, qui erat super negotia
eius,misit cum mandatis, vt prædictam 8
pecuniam transportaret. * Statimque
Heliodorus iter est aggressus, specie qui-
dem quasi per Cœlesyriam & Phœni-
cen ciuitates esset peragraturus, re vera
autem regis propositū perfecturus.*Sed, 9
cùm venisset Ierosolymam, & benignè
à summo sacerdote in ciuitate esset ex-
ceptus,narrauit de dato indicio pecunia-
rum: &,cuius rei gratia adesset, aperuit:
interrogabat autem, si verè hæc ita es-
sent. * Tunc summus sacerdos ostendit 10
deposita esse hæc, & victualia viduarum
& pupillorum: * quædam verò esse Hir- 11
cani Tobiæ viri valde eminentis, in his
quæ detulerat impius Simon: vniuersa
autem argenti talenta esse quadringen-
ta, & auri ducenta. * decipi verò eos, 12
qui credidissent loco & templo, quod
per vniuersum mūdum honoratur, pro
sui veneratione & sanctitate omnino im-
possibile esse. * At ille pro his quæ ha- 13
bebat in mandatis à rege, dicebat omni
genere regi ea esse deferenda. * Consti- 14
tuta autem die intrabat de his Heliodo-
rus ordinaturus. Non modica verò per
vniuersam ciuitatē erat trepidatio. * Sa- 15
cerdotes autem ante altare cum stolis sa-
cerdotalibus iactauerunt se, & inuoca-
bant de cælo eum, qui de depositis le-
gem posuit, vt his, qui deposuerant ea,
salua custodiret. * Iam verò qui videbat 16
summi sacerdotis vultū,mente vulnera-
batur: facies enim & color immutatus,
declarabat internum animi doloré.* cir- 17
cumfusa enim erat mœstitia quędam vi-
ro,& horror corporis,per quem manife-
stus aspiciētibus dolor cordis eius efficie-
batur.* Alij etiam gregatim de domibus 18
confluebant, publica supplicatione ob-
secrantes, pro eo quòd in contemptum
locus esset venturus.* Accinctæque mu- 19
lieres ciliciis pectus, per plateas confluebant. sed & virgines, quę conclusę erant,
procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad
muros, quædam verò per fenestras aspi-
ciebant: * vniuersæ autem protendentes 20
manus in cælum, deprecabantur. * erat 21
enim misera commistæ multitudinis, &
magni sacerdotis in agone constituti ex-
pectatio. * Et hi quidē inuocabant om- 22
nipotentem Deum, vt credita sibi, his
qui crediderant,cū omni integritate cō-
seruarentur. * Heliodorus autem, quod 23
decreuerat, perficiebat eodem loco ipse
cum satellitibus circa ærarium præsens.
* Sed spiritus omnipotentis Dei ma- 24

gnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes, qui ausi fuerant parêre ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem conuerterentur. * Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimẽtis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. * Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosiq. amictu: qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. * Subitò autem Heliodorus cõcidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerũt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. * Et is, qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute: * & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. * Hi autem Dominum benediceb ant, quia magnificabat locum suum: & templum, quod paulò antè timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum est. * Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret Altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. * Considerans autem summus sacerdos, ne fortè rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. * Cumque summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit. * Tu autem à Deo flagellatus, nuncia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt. * Heliodorus autem, hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei, qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repedabat ad regem. * Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei. * Cùm autem rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, ait: * Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eò quòd in loco sit vtrè Dei quædam virtus. * Nam ipse, qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit. * Igitur de Heliodoro, & ærarij custodia, ita res se habet.

E 25 26 1 A 2 27 3 28 4 29 5 30 F 6 7 31 8 32 9 33 B 10 34 11 35 G 12 36 37 13 38 14 39 40

CAP. IIII.

SImon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tamquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorum: * prouisoremque ciuitatis, ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei, audebat insidiatorem regni dicere. * Sed, cùm inimicitiæ intantum procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent: *cõsiderans Onias periculum contentionis & Apollonium insanire, vtpote ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit, * nõ vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. * Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua. * Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium: * adito rege, promittens ei argẽti talenta trecẽta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta, * super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos, qui in Ierosolymis erant, Antiochenos scribere. * Quod cùm rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit. * & amotis his, quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciuium iura destituens, praua instituta sanciebat. * Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. * Erat autem hoc non initium, sed incremẽtum quoddam, & profectus gentilis & alienigenæ conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus: * ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci. * & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: * quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant. * In leges enim diuinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit. * Cùm autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset, * misit Iason facinorosus, ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis: quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificiis erogarentur, quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari. * Sed hæ oblatæ sunt quidem ab eo, qui miserat, in sacrificium Herculis: propter præsentes autem datę sunt in fabricam nauium triremium. * Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio, propter primates Ptolemęi Philometoris regis, cùm cognouisset Antiochus alienum se à negotiis regni effectum, propriis vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymam. * Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingressus est: & inde in Phœnicen exercitum conuertit. * Et post triennij tempus misit Iason Menelaum, supradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de negotiis necessariis respõsa perlaturum. * At ille commendatus regi, cùm magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti trecenta. * Acceptisque à rege mandatis, venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio; animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens. * Et Iason quidem, qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem. * Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecuniis verò regi promissis, nihil agebat, cùm exactionem faceret Sostratus, qui arci erat præpositus: * (nam ad hunc exactio vectigaliũ pertinebat) quam ob causam vtriq; ad regẽ sunt euocati. * Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cypriis. * Et cùm hæc agerentur, contigit, Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò quòd Antiochidi regis concubinę dono essent dati. * Festinanter itaque rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico. * Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quędam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. * Quod cùm certissimè cognouisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem. * Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quamuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non veritus iustitiam. * Ob quam causam non solùm Iudæi, sed aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. * Sed regressum regem de Ciliciæ locis, adierunt Iudæi apud Antiochiam, simul & Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ. * Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem, & modestiam. * accensisque animis, Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circũduci: & in eodẽ loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam. * Multis autem sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai cõsilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lysimachũ, multo iã auro exportato. * Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia prouecto. * Sed, vt intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuere: quidam verò cinerem in Lysimachum iecere. * Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati, omnes verò in fugam conuersi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt. * De his ergo cœpit iudiciũ aduersus Menelaum agitari. * Et cùm venisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri à senioribus. * Et cùm superaretur Menelaus, promisit Ptolemęo multas pecunias dare

tempto

30 E 31 32 C 33 34 35 36 37 F 38 39 D 40 41 42 43 44 45

ad suadendum regi. * Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia regem adiit, & deduxit à sententia: * & Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem, qui, etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. * Citò ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & sacris vasis, causam prosecuti sunt. * Quam ob rem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. * Menelaus autem, propter eorum, qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum. * Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aëra equites discurrentes, auratas stolas habẽtes, & hastis, quasi cohortes, armatos, * & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum. * Quapropter omnes rogabãt in bonum monstra conuerti. * Sed cùm falsus rumor exisset, tamquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minùs mille viris, repẽtè aggressus est ciuitatem: & ciuibus ad murum cõuolantibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: * Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophæa capturum. * Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionẽ accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten. * Ad vltimum, in exitium sui conclusus ab Areta Arabum tyranno, fugiẽs de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus, vt refuga legũ & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est: * & qui multos de patria sua expulerat, peregrè periit, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: * & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abijcitur, sepultura neque peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans. * His itaque gestis, suspicatus est rex societatem desertoros Iudæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit. * Iussit autem militibus interficere, nec parcere occurrentibus, & per domos ascendentes trucidare. * Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorum, & mulierum & natorũ exterminia, virginumq. & paruulorum neces. * Erant autẽ toto triduo octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minùs autem venundati. * Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patrię fuit proditor: * & scelestis manibus sumens sancta vasa, quæ ab aliis regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci, & gloriam, contrectabat indignè, & contaminabat. * Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat, quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio: * alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos, sicut Heliodorus, qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim aduenies flagellatus & repulsus vtique fuisset ab audacia. * Verùm non propter locum, gentem; sed propter gentem, locum Deus elegit. * Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius bonorum. & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini recõciliatione cum summa gloria exaltabitur. * Igitur Antiochus millẽ & octingentis ablatis de tẽplo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. * Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem: Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso, à quo constitutus est: * in Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui grauiùs quàm ceteri imminebant ciuibus. * Cumque appositus esset contra Iudæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. * Qui cùm venisset Ierosolymam, pacem

* Supr. 3. 25.27

cem simulans, quieuit vsque ad diem sanctum sabbati: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit. * Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit. * Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

CAP. VI.

SEd non post multum temporis, misit rex senem quendam Antiochenum, qui cõpelleret Iudæos, vt se transferrent à patriis & Dei legibus: * contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi, qui locum inhabitabãt, Iouis hospitalis. * Pessima autem & vniuersis grauis erat malorum incursio: * nam templum luxuria & comessationibus Gẽtium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant, intrò ferentes ea, quæ non licebat. * Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. * Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies sollemnes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur. * Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: & , cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. * Decretum autem exiit in proximas Gentilium ciuitates, suggerentibus Ptolemæis, vt pari modò & ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacrificarent: * eos autem, qui nollent transire ad instituta Gentium, interficerent: erat ergo videre miseriam. * Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse: quas, infantibus ad vbera suspensis, cùm publicè per ciuitatem circumduxissent, per muros præcipitauerunt. * Alij verò, ad proximas coëuntes speluncas, & latẽter sabbati diem cẽlebrantes, cùm indicati essent Philippo, flammis succensi sunt, eò quòd verebantur, propter religionem & obseruantiã, manu sibimet auxilium ferre. * Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent, ea quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. * Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. * Non enim, sicut in aliis nationibus, Dominus patienter expectat, vt eas, cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: * ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. * Propter quod numquã quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis, populum suum non derelinquit. * Sed hęc nobis ad commonitionem legentium dicta sint paucis. Iam autem veniendum est ad narrationem. * Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. * At ille glorioſissimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad supplicium. * Intuens autem, quemadmodum oporteret accedere; patienter sustinens, destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. * Hi autem qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter antiquam viri amicitiã, tollentes eum secretò rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, sicut rex imperauerat, de sacrificij carnibus: * vt, hoc facto, à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem. * At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus: & secundùm sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò, dicens, præmitti se velle in infernum. * Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere: vt multi adolescentium, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum: * & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur; & per hoc maculam, atque execrationem meę senecluti conquiram. * Nam, etsi in præsenti tempore supplicijs hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. * Quamobrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo: * adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto ani-

mo,ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis, confestim ad supplicium trahebatur. * Hi autem,qui eum ducebant, 29 G
& paulò antè fuerant mitiores, in iram 12 conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.* Sed, cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine, qui 30
habes sanctam scientiam, manifestè tu scis, quia, cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundùm animam verò propter timorẽ tuum libẽter hæc patior. * Et iste quidem hoc 31
modo vita decessit, non solùm iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriam mortis suę ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

CONtigit autem & septẽ fratres vnà 1 A
cum matre sua apprehensos, compelli à rege edere contra fas carnes porcinas,flagris & taureis cruciatos. * Vnus 2
autem ex illis, qui erat primus, sic ait: Quid quæris, & quid vis discere à nobis? parati sumus mori, magis quàm patrias Dei leges præuarieari. * Iratus itaque 3
rex, iussit sartagines & ollas æneas succendi: quibus statim succensis, * iussit, 4
ei qui prior fuerat locutus,amputari linguam: &,cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præscindi, ceteris eius fratribus & matre inspicientibus.* Et,cùm iam per omnia inutilis factus esset, iussit ignem admoueri, & ad- 5
huc spirantem torreri in sartagine: in B
qua cùm diu cruciaretur,ceteri vnà cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter, * dicentes: Dominus Deus aspi- 6
ciet veritatem, & consolabitur in nobis, *Deut.32. e.36
" quemadmodum in protestatione cantici declarauit Moyses: Et in seruis suis consolabitur. * Mortuo itaque illo primo,hoc modo,sequẽtem deducebant ad 7
illudendum: &,cute capitis eius cum capillis abstracta,interrogabant, si manducaret priùs, quàm toto corpore per mẽbra singula puniretur.* At ille,respõdens 8
patria voce,dixit: Non faciam. Propter quod & iste,sequẽti loco, primi tormenta suscepit: * & in vltimo spiritu constitutus,sic ait: Tu quidem scelestissime in 9
præsenti vita nos perdis: sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in ætẽrnę vitę resurrectione suscitabit.* Post 10
hunc tertius illuditur, & linguam postulatus citò protulit, & manus constanter 11
extẽdit: * & cum fiducia ait: E cælo ista C
possideo, sed propter Dei leges nunc hęc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero: * ita vt rex, & qui cum 12
ipso erant, mirarentur adolescentis animum, quòd tamquam nihilum duceret cruciatus.* Et hoc ita defuncto, quartũ 13
vexabant similiter torquentes.* Et,cùm 14
iam esset ad mortem,sic ait:Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo, iterum ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit. 15
* Et cùm admouissent quintum, vexabant eum. At ille respiciens in eum, 16
dixit: * Potestatem inter homines habens, cùm sis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus nostrum 17
à Deo esse derelictum. * tu autem pa- D
tienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te & semen 18
tuum torquebit. * Post hunc ducebant sextum, & is, mori incipiens, sic ait: Noli frustra errare: nos enim propter nosmetipsos hæc patimur, peccantes in Deum nostrum, & digna admiratione 19
facta sunt in nobis: * tu autem ne existimes tibi impunè futurum, quòd contra Deum pugnare tentaueris. * Supra 20
modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septẽ filios sub vnius diei tempore consp iciens, bono animo ferebat, propter 21
spem quam in Deum habebat: * singulos illorum hortabatur voce patria fortiter,repleta sapientia: &,femineæ cogitationi masculinum animum inserens, 22
* dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam, & singulorum membra non ego 23
ipsa compegi: * sed enim mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritũ vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. 24
* Antiochus autem, contemni se ar- E
bitratus, simul & exprobrantis voce despecta, cùm adhuc adolescentior superesset, non solùm verbis hortabatur, sed & cum iuramento affirmabat, 25
se diuitem & beatum facturum, & trãslatum à patriis legibus amicum habiturum, & res necessarias ei præbiturum. * Sed ad hæc cùm adolescens nequa- 26
quam inclinaretur,vocauit rex matrẽ,& suadebat ei vt adolescenti fieret in salutem. * Cùm autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suasuram se filio 27
suo. * Itaque inclinata ad illum,irridens crudelem tyrannum,ait patria voce: Fili mi, miserere mei,quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi & alui,& in ætatem istam perduxi. * Pe- 28
to, nate, vt aspicias ad cælum & terram, F
& ad omnia quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus,& hominum genus: * ita fiet, vt non timeas 29
carnificem istum; sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. * Cùm hæc illa adhuc di- 30
ceret, ait adolescens: Quem sustinetis? non obedio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis per Moysen. * Tu verò, qui inuentor omnis ma- 31
litiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. * Nos enim pro peccatis 32
nostris hæc patimur. * Et si nobis propter increpationẽ & correptionem Do- 33
minus Deus noster modicum iratus est: sed iterum reconciliabitur seruis suis. * Tu autem, ô sceleste, & omnium ho- 34
minum flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus in seruos eius inflammatus. * nondum enim omnipotentis 35
Dei, & omnia inspicientis, iudicium G
effugisti. * Nam fratres mei, modico 36
nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu verò iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. C
* Ego autem, sicut & fratres mei, ani- 37
mam & corpus meum trado pro patriis legibus: inuocans Deum maturiùs genti nostræ propitium fieri,teque cum tormentis & verberibus confiteri quòd ipse 38
est Deus solus. * In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superducta est. * Tunc rex accensus ira, in 39
hunc super omnes crudeliùs desæuit, indignè ferens se derisum. * Et hic itaque 40
mundus obiit, per omnia in Domino confidens. * Nouissimè autem post fi- 41
lios & mater consumpta est. * Igitur de 42
sacrificiis, & de nimiis crudelitatibus satis dictum est.

CAP. VIII.

IVdas verò Machabæus, & qui cum il- 1
lo erant, introibant latenter in castella: & conuocantes cognatos & amicos, A
& eos, qui permansserunt in Iudaismo, assumentes, eduxerunt ad se sex millia 2
virorum. * Et inuocabant Dominum, vt respiceret in populum, qui ab omnibus calcabatur: & misereretur templo,quod contaminabatur ab impiis: * misereretur 3
etiam exterminio ciuitatis, quæ esset illico complananda, & vocem sanguinis ad se clamantis audiret:* memoraretur quoque iniquissimas mortes paruulorum in- 4
nocẽtum, & blasphemias nomini suo illatas,& indignaretur super his. * At Ma- 5
chabæus, congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur: ira enim Domini in misericordiam conuersa est. 6
* Et superueniens castellis & ciuitatibus improuisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hostium strages dabat: * maximè autem noctibus 7
ad huiusmodi excursus ferebatur, & fama virtutis eius vbique diffundebatur. 8
* Videns autẽ Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentiùs res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit, vt 9
auxilium ferret regis negotiis. * At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permistis gentibus, armatis non minùs viginti millibus,vt vniuersum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientissimo. * Constituit autem Nicanor, vt re- 10
gi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum, de captiui- C
tate Iudæorum suppleret: * statimque ad 11
maritimas ciuitates misit, conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente 12
esset consecutura. * Iudas autem vbi comperit, indicauit his qui secum erant 13
Iudęis,Nicanoris aduentum.* Ex quibus quidam formidantes, & non credentes 14
Dei iustitiæ, in fugam vertebantur: * alij verò si quid ei supererat vẽdebant,simulque Dominum deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore,qui eos, priùs 15
quàm cominus veniret, vendiderat; * & D
si non propter eos,propter testamentum tamẽ quod erat ad patres eorum, & propter inuocationẽ sancti,& magnifici nomi- 16
nis eius super ipsos. *Conuocatis autem Machabæus septẽ millibus,qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarẽtur, neque metuerẽt iniquè venientium aduersum se hostium multitudinem,

nem, sed fortiter contenderent, * ante 17
oculos habentes contumeliam, quæ loco
sancto ab his iniustè esset illata, itemque
& ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, ad-
huc etiam veterum instituta conuulsa.
* Nam illi quidem armis confidunt, ait, 18
simul & audacia: nos autem in omnipo-
tentè Domino, qui potest & venientes
aduersum nos, & vniuersum mundũ vno
nutu delere, confidimus. * Admonuit 19
autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta E
* 4. Reg. 19 f. 35 sunt erga parentes: & * quòd sub Senna-
Tob. 1. d. 21 cherib centum octogintaquinque millia
Eccl. 48. d. 24 perierunt: * & de prælio, quod eis ad- 20
1. Mac. 7. f. 41 uersus Galatas fuit in Babylonia, vt om-
Isai. 37. g. 36 nes, vbi ad rem ventum est, Macedoni-
bus sociis hæsitantibus, ipsi sex millia so-
li peremerunt centũ viginti millia, pro-
pter auxilium illis datum de cælo, & be-
neficia pro his plurima consecuti sunt.
*His verbis constantes effecti sunt, & pro 21
legibus & patria mori parati. * Consti- 22
tuit itaq. fratres suos duces vtrique ordi-
ni, Simonem, & Ioseph um, & Ionathan,
subiectis vnicuique millenis & quingen-
tenis. * Ad hoc etiam ab Esdra lecto il- 23 1
lis sancto libro, & dato signo adiutorij 2
Dei, in prima acie ipse dux cõmisit cum A
Nicanore. * Et facto sibi adiutore Om- 24
nipotente, interfecerunt super nouem
millia hominum: maiorem autem par-
tem exercitus Nicanoris vulneribus de-
bilem factam fugere compulerunt. * Pe- 25 3
cuniis verò eorum, qui ad emptionem
ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsque F 4
quaque persecuti sunt, * sed reuersi sunt 26
hora concluſi: nam erat ante sabbatum:
quam ob causam non perseuerauerũt in-
sequentes. * Arma autẽ ipsorum & spo- 27
lia congregantes, sabbatum agebant: be-
nedicentes Dominum, qui liberauit eos
in isto die, misericordiæ initium stillans
in eos. * Post sabbatum verò, debilibus, 28 5
& orphanis, & viduis diuiserunt spolia:
& reſidua ipsi eum suis habuere. * His 29
itaque gestis, & communiter ab omnibus
facta obsecratione, misericordem Domi-
num postulabant, vt in finem seruis suis
reconciliaretur. * Et ex his, qui cum Ti- 30
motheo & Bacchide erant cõtra se con-
tendentes, super viginti millia interfece-
runt, & munitiones excelsas obtinuerũt: 7
& plures prædas diuiserunt, æquam por-
tionem debilibus, pupillis & viduis, sed
& senioribus facientes. * Et cùm arma 31
eorum diligenter collegissent, omnia
composuerunt in locis opportunis, resi- 8

dua verò spolia Ierosolymam detulerũt: 32
* & Philarchen, qui cum Timotheo erat, G
interfecerunt, virum scelestum, qui in 33
multis Iudæos afflixerat. * Et cùm epi-
nicia agerent Ierosolymis, eum, qui sa-
cras ianuas incenderat, id est, Callisthe-
nem, cùm in quoddam domicilium re-
fugisset, incenderunt, digna ei mercede
pro impietatibus suis reddita. * Facinoro- 34
sissimus autem Nicanor, qui mille nego-
tiantes ad Iudæorum venditionem ad-
duxerat, * humiliatus auxilio Domini, 35
ab his quos nullos existimauerat, depo-
sita veste gloriæ, per mediterranea fu-
giens, solus venit Antiochiam, summam
infelicitatem de interitu sui exercitus
consecutus. * Et qui promiserat Roma- 36
nis se tributum restituere de captiuita-
te Ierosolymorum, prædicabat nunc
protectorem Deum habere Iudæos, &
ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd
sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

EOdem tempore Antiochus inhone-
stè reuertebatur de Perside. * Intra-
uerat enim in eam, quæ dicitur Perse-
polis, & tentauit expoliare templum, & ci-
uitatem opprimere: sed multitudine ad
arma concurrente, in fugam versi sunt:
& ita contigit vt Antiochus post fugam
turpiter rediret. * Et cùm venisset circa
Ecbatanam, recognouit quæ erga Nica-
norem & Timotheum gesta sunt. * Ela-
tus autẽ in ira, arbitrabatur se, iniuriam
illorum qui se fugauerãt, posse in Iudæos
retorquere: ideoque iussit agitari currum
suum, sine intermissione agẽs iter, cæle-
sti eum iudicio perurgente, eò quòd ita
superbè locutus est se venturum Ieroso-
lymam, & congeriem sepulchri Iudæo-
rum eam facturum. * Sed qui vniuersa * 2. Mac. 16. d. 9
conspicit Dominus Deus Israel, percus-
sit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt
enim finiuit hunc ipsum sermonem, ap-
prehendit eum dolor dirus viscerum, &
amara internorum tormenta: * & qui-
dem satis iustè, quippe qui multis & no-
uis cruciatibus aliorum torserat viscera,
licet ille nullo modo à sua malitia cessa-
ret. * Super hoc autem superbia repleto, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. * Idque qui sibi videbatur etiam

fluctibus

fluctibus maris imperare, supra huma- B
num modum superbia repletus, & mon-
tium altitudines in statera appendere,
nunc humiliatus ad terram in gestatorio
portabatur, manifestam Dei virtutem
in semetipso contestans: * ita vt de cor- 9
pore impij vermes scaturirent, ac viuen-
tis in doloribus carnes eius effluerent,
odore etiam illius & fœtore exercitus
grauaretur. * & qui paulò antè sidera cæ- 10
li contingere se arbitrabatur, eum ne-
mo poterat propter intolerantiam fœ-
toris portare. * Hinc igitur cœpit ex 11
graui superbia deductus ad agnitionem
sui venire, diuina admonitus plaga,
per momenta singula doloribus suis au-
gmenta capientibus. * & cùm nec ipse 12
iam fœtorem suum ferre posset, ita ait:
Iustum est subditum esse Deo, & mor-
talem non paria Deo sentire. * Orabat 13
autem hic scelestus Dominum, à quo
non esset misericordiam consecuturus.
* Et ciuitatem, ad quam festinans venie- 14
bat vt eam ad solum deduceret, ac se-
pulchrum congestorum faceret, nunc
optat liberam reddere: * & Iudæos, 15
quos nec sepultura quidem se dignos ha- C
biturum, sed auibus ac feris diripiendos
traditurum, & cum paruulis externina-
turum dixerat, æquales nunc Athenien-
sibus facturum pollicetur: * templum 16
etiam sanctum, quod priùs expoliaue-
rat, optimis donis ornaturum, & sancta
vasa multiplicaturum, & pertinentes ad
sacrificia sumptus de redditibus suis præ-
staturum: * super hæc, & Iudæum se 17
futurum, & omnem locum terræ per-
ambulaturum, & prædicaturum Dei
potestatem. * Sed non cessantibus dolo- 18
ribus (superuenerat enim in eum iustum
Dei iudicium) desperans scripsit ad Iu-
dæos in modum deprecationis epistо-
lam hæc continentem:

* OPTIMIS ciuibus Iudæis pluri- 19
mam salutem, & bene valere, & esse feli-
ces, rex & princeps Antiochus. * Si bene 20 6
valetis, & filij vestri, & ex sententia vobis B
cũcta sunt, maximas agimus gratias. * Et 21
ego in infirmitate constitutus, vestri au-
tem memor benignè, reuersus de Persi-
dis locis, & infirmitate graui apprehẽsus,
necessarium duxi pro communi vtilitate
curam habere: * non desperans memet- 22
ipsum, sed spem multam habens effu-
giendi infirmitatem. * Respiciens autem 23
quòd & pater meus, quibus temporibus
in locis superioribus ducebat exercitum, D

ostendit qui post se susciperet principa- 24
tum: * vt si quid cõtrarium accideret, aut
difficile nunciaretur, scientes hi qui in
regionibus erant, cui esset rerum summa
derelicta, non turbarentur. * Ad hæc con- 25
siderans de proximo potentes quosque
& vicinos temporibus insidiantes, &
euentum expectantes, designaui filium
meum Antiochum regem, quem sæpe
recurrens in superiora regna multis ve-
strûm commendabam: & scripsi ad eum
quæ subiecta sunt. * Oro itaque vos & 26
peto, memores beneficiorum publicè &
priuatim, vt vnusquisque conseruet fi-
dem ad me & ad filium meum. * Confi- 27
do enim, eum modestè & humanè actu-
rum, & sequentẽ propositum meum, &
communem vobis fore. * Igitur homi- 28
cida & blasphemus pessimè percussus, &
vt ipse alios tractauerat, peregrè in mon-
tibus miserabili obitu vita functus est.
* Transferebat autem corpus Philippus 29
collactaneus eius, qui metuens filium
Antiochi, ad Ptolemæum Philometo-
rem in Ægyptum abiit.

CAP. X.

MAchabæus autem, & qui cum eo 1
erant, Domino se protegẽte, tem- A
plum quidem, & ciuitatem recepit: * aras 2
autem, quas alienigenæ per plateas ex-
truxerant, itemq; delubra demolitus est.
* & purgato templo, aliud altare fece- 3
runt: & de ignitis lapidibus igne concep-
to sacrificia obtulerunt post biennium,
& incensum, & lucernas, & panes pro-
positionis posuerunt. * Quibus gestis, ro- 4
gabant Dominum prostrati in terram,
ne amplius talibus malis inciderent: sed
&, si quando peccassent, vt ab ipso mi-
tiùs corriperentur, & non barbaris ac
blasphemis hominibus traderẽtur. * Qua 5
die autẽ templum ab alienigenis pollu-
tum fuerat, contigit eadem die purifica-
tionem fieri, vigesima quinta mensis, qui
fuit Casleu. * Et cum lætitia diebus octo 6
egerunt in modum tabernaculorum, re- B
cordantes quòd ante modicum tempo-
ris, diem sollemnem tabernaculorum in
mõtibus & in speluncis more bestiarum
egerant. * Propter quod Thyrsos, & ra- 7
mos virides, & palmas præferebant ei,
qui prosperauit mundari locum suum.
* Et decreuerunt communi præcepto & 8
decreto, vniuersæ genti Iudæorum, om-
nibus annis agere dies istos. * Et Antio- 9
chi quidem, qui appellatus est Nobilis,

vitæ

vitæ excessus ita se habuit.* Nunc autem 10
de Eupatore Antiochi impij filio, quæ
gesta sunt narrabimus, breuiantes mala,
quę in bellis gesta sunt.* Hic enim susce- 11
pto regno, cõstituit super negotia regni C
Lysiam quendam, Phœnicis & Syrię mi-
litiæ principẽ.* Nam Ptolemęus, qui di- 12
cebatur Macer, iusti tenax erga Iudæos
esse constituit, & præcipuè propter ini-
quitatem quæ facta erat in eos, & pacifi-
cè agere cum eis. * Sed ob hoc accusatus 13
ab amicis apud Eupatorẽ, cùm frequen-
ter proditor audiret, eò quòd Cyprũ cre-
ditam sibi à Philometore deseruisset, &
ad Antiochum Nobilem translatus etiã
ab eo recessisset, veneno vitam finiuit.
*Gorgias autem, cùm esset dux locorum, 14
assumptis aduenis frequẽter Iudæos de-
bellabat. * Iudæi verò, qui tenebant op- 15
portunas munitiones, fugatos ab Ieroso-
lymis suscipiebant, & bellare tentabant.
* Hi verò qui erant cum Machabæo, per 16
orationes Dominum rogãtes vt esset si- D
bi adiutor, impetum fecerunt in muni-
tiones Idumæorum: * multaque vi insi- 17 G
stentes, loca obtinuerunt, occurrẽtes in-
teremerunt, & omnes simul non minùs
viginti millibus trucidauerũt.* Quidam 18
autem, cùm confugissent in duas turres
valdè munitas, omnem apparatum ad
repugnandum habentes, * Machabæus 19
ad eorum expugnationem, relicto Simo-
ne, & Iosepho, itemque Zachæo, eisque
qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad
eas, quæ ampliùs perurgebant, pugnas
conuersus est. * Hi verò qui cum Simo- 20
ne erant, cupiditate ducti, à quibusdam
qui in turribus erant, suasi sunt pecunia:
& septuaginta millibus didrachmis ac- E
ceptis, dimiserunt quosdam effugere.
*Cùm autem Machabæo nunciatum 21
esset quod factum est, principibus popu-
li congregatis, accusauit, quòd pecunia
fratres vendidissent, aduersariis eorum
dimissis. * Hos igitur proditores factos 22
interfecit, & confestim duas turres occu-
pauit. * Armis autem ac manibus omnia 23
prosperè agẽdo, in duabus munitionibus
plus quàm viginti millia peremit. * Ac 24 A
Timotheus, qui priùs à Iudæis fuerat su-
peratus, conuocato exercitu peregrinæ
multitudinis, & congregato equitatu A-
siano, aduenit quasi armis Iudæam ca-
pturus. * Machabæus autem, & qui cum 25
ipso erant, appropinquante illo, depre-
cabantur Dominum, caput terra aspergentes, lumbosq; ciliciis præcincti, * ad 26

altaris crepidinem prouoluti, vt sibi pro-
pitius, inimicis autem eorum esset ini-
micus, & aduersariis aduersaretur, sicut
lex dicit. * Et ita post orationem, sump- 27 F
tis armis, longiùs de ciuitate proceden-
tes, & proximi hostibus effecti, resede-
runt. * Primo autem solis ortu vtrique 28
commiserunt: isti quidem victoriæ &
prosperitatis sponsorẽ cum virtute Do-
minum habentes: illi autem ducem bel-
li animum habebant. * Sed, cùm vehe- 29
mens pugna esset, apparuerunt aduersa-
riis de cælo viri quinque in equis, frenis
aureis decori, ducatum Iudæis præstan-
tes: * ex quibus duo Machabæum me- 30
dium habentes, armis suis circumseptum
incolumem conseruabant: in aduersa-
rios autem tela & fulmina iaciebant, ex
quo & cæcitate confusi, & repleti per- 31
turbatione cadebant. * Interfecti sunt
autem viginti millia quingenti, & equi-
tes sexcenti. * Timotheus verò confugit 32
in Gazaram præsidium munitum, cui
præerat Chæreas. * Machabæus autem, 33
& qui cum eo erant, lætantes obsederunt
præsidium diebus quattuor. * At hi qui 34
intus erant, loci firmitate confisi, supra
modum maledicebant, & sermones ne-
fandos iactabant. * Sed cùm dies quinta 35
illuxisset, viginti iuuenes ex his qui
cum Machabæo erant, accensi animis
propter blasphemiam, viriliter accesse-
runt ad murum, & feroci animo ince-
dentes ascendebant: * sed & alij similiter 36
ascendentes, turres portasque succen-
dere aggressi sunt, atque ipsos maledicos
viuos concremare. * Per continuum au- 37
tem biduum præsidio vastato, Timo-
theum occultantem se, in quodam re-
pertum loco peremerunt: & fratrem il-
lius Chæream & Apollophanem occi- 38
derunt. * Quibus gestis, in hymnis &
confessionibus benedicebant Dominum,
qui magna fecit in Israel, & victoriam
dedit illis.

CAP. XI.

SEd paruo pòst tempore, Lysias pro- 1 A
curator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his
quæ acciderant, * congregatis octoginta 2
millibus, & equitatu vniuerso, veniebat
aduersus Iudæos, existimans se ciuita-
tem quidem captam Gentibus habitacu-
lum facturum, * templum verò in pecu- 3
niæ quæstum, sicut cetera delubra Gen-
tium, habiturum, & per singulos annos

vænale sacerdotium: * nusquam recogi- 4 E
tans Dei potestatem, sed mente effrena-
tus, in multitudine peditum, & in milli-
bus equitum, & in octoginta elephantis
confidebat. * Ingressus autem Iudæam, 5
& appropians Bethsuræ, quæ erat in an-
gusto loco, ab Ierosolyma interuallo
quinque stadiorum, illud præsidium ex-
pugnabat.* Vt autem Machabęus, & qui 6
cum eo erant, cognouerunt expugnari B
præsidia, cum fletu & lacrymis rogabant
Dominum, & omnis turba simul, vt bo-
num angelum mitteret ad salutẽ Israel.
* Et ipse primus Machabæus, sumptis 7
armis, ceteros adhortatus est simul secũ
periculum subire, & ferre auxilium fra-
tribus suis. * Cumque pariter prompto 8
animo procederent, Ierosolymis appa-
ruit præcedens eos eques in veste candi-
da, armis aureis hastam vibrans. * Tunc 9
omnes simul benedixerũt misericordem
Dominum, & conualuerũt animis: non
solùm homines, sed & bestias ferocissi-
mas, & muros ferreos parati penetrare.
* Ibant igitur prompti, de cælo haben- 10
tes adiutorem, & miserantem super eos C
Dominum. * Leonum autem more im- 11
petu irruentes in hostes, prostrauerũt ex
eis vndecim millia peditum, & equitum
mille sexcentos: * vniuersos autem in 12
fugam verterunt, plures autẽ ex eis vul-
nerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias
turpiter fugiens euasit.* Et quia non in- 13
sensatus erat, secũ ipse reputans, factam
ergа se diminutionem, & intelligẽs inui-
ctos esse Hebræos, omnipotentis Dei au-
xilio innitentes, misit ad eos: * promi- 14
sitque se cõsensurum omnibus quæ iusta
sunt, & regẽ compulsurum amicũ fieri.
* Annuit autem Machabæus precibus 15
Lysiæ, in omnibus vtilitati consulens: &
quæcumque Machabæus scripsit Lysiæ
de Iudæis, ea rex concessit. * Nam erant 16
scriptæ Iudæis epistolæ à Lysia quidem
hunc modum continentes:

LYSIAS populo Iudæorum salutem.
* Ioannes & Abesalom, qui missi fuerãt 17 D
à vobis, tradentes scripta, postulabant vt
ea, quæ per illos significabantur, imple-
rem. * Quæcumque igitur regi potue- 18
runt perferri, exposui: & quę res permit-
tebat, concessit. * Si igitur in negotiis fi- 19
dem conseruaueritis, & deinceps bono-
rum vobis causa esse tentabo. * De ceteris 20
autẽ per singula verbo mandaui, & istis,
& his qui à me missi sunt, colloqui vo-
biscum. * Bene valete. Anno centesimo 21
quadragesimo octauo, mensis Dioscori
die vigesima & quarta.
* Regis autem epistola ista cõtinebat: 22
REX Antiochus Lysiæ fratri salutem.
* Patre nostro inter deos translato, nos 23
volentes eos, qui sunt in regno nostro,
sine tumultu agere, & rebus suis adhi-
bere diligentiam, * audiuimus Iudęos 24
non consensisse patri meo vt transfer-
rentur ad ritum Græcorum, sed tenere
velle suum institutum, ac propterea po-
stulare à nobis concedi sibi legitima sua.
* Volentes igitur hanc quoque gentem 25
quietam esse, statuentes iudicauimus,
templum restitui illis, vt agerent secun-
dùm suorum maiorum consuetudinem.
* Benè igitur feceris, si miseris ad eos, & 26
dexteram dederis: vt cognita nostra vo-
luntate, bono animo sint, & vtilitatibus
propriis deseruiant.
* Ad Iudæos verò regis epistola talis 27
F erat:
REX Antiochus senatui Iudæo-
rum, & ceteris Iudæis salutem. * Si vale- 28
tis, sic estis vt volumus: sed & ipsi benè
valemus. * Adiit nos Menelaus, dicens 29
velle vos descendere ad vestros, qui sunt
apud nos. * His igitur, qui commeant 30
vsque ad diem trigesimum mensis Xan-
thici, damus dextras securitatis,* vt Iu- 31
dæi vtantur cibis & legibus suis, sicut &
priùs: & nemo eorum vllo modo mole-
stiam patiatur de his quę per ignoran-
tiam gesta sunt.* Misimus autem & Me- 32
nelaum, qui vos alloquatur. * Valete.
Anno centesimo quadragesimo octauo,
Xanthici mensis quintadecima die.
* Miserunt autem etiam Romani epi- 34
stolam, ita se habentem:
QVINTVS Memmius & Titus Ma-
nilius, legati Romanorum, populo Iu-
dæorum salutem. * De his, quæ Lysias 35
G cognatus regis concessit vobis, & nos
concessimus. * De quibus autem ad re- 36
gem iudicauit referẽdum, confestim ali-
quem mittite, diligentiùs inter vos con-
ferentes, vt decernamus, sicut congruit
vobis: nos enim Antiochiam accedimus.
*Ideoq; festinate rescribere, vt nos quo- 37
que sciamus cuius estis volũtatis.* Bene 38
valete. Anno cẽtesimo quadragesimo-
octauo, quintadecima die mẽsis Xanthici.

CAP. XII.

HIs factis pactionibus, Lysias per- 1
A gebat ad regem, Iudæi autem a-
griculturæ operam dabant. * Sed hi 2

qui resederant, Timotheus, & Apollonius Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Demophon super hos, & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silentio agere, & quiete. * Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarunt: rogauerunt Iudæos, cum quibus habitabant, ascendere scaphas, quas parauerant, cum vxoribus & filiis, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacentibus. * Secundùm commune itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum habentibus: cùm in altum processissent, submerserunt non minùs ducentos. * Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris, qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice Deo, * venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem noctu succendit, scaphas exussit, eos autem, qui ab igne refugerant, gladio peremit. * Et cùm hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. * Sed cùm cognouisset & eos, qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Iudæis, * Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit: ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis à stadiis ducentis quadraginta. * Inde cùm iam abiissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes, quinque millia viri, & equites quingenti. * Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset, residui Arabes victi, petebant à Iuda dextram sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in ceteris profuturos. * Iudas autem, arbitratus verè in multis eos vtiles, promisit pacem: dextrisque acceptis, discesserè ad tabernacula sua. * Aggressus est autem & ciuitatem quandam firmam, pontibus murisque circumseptam, quæ à turbis habitabatur Gentium promiscuarum, cui nomen Casphin. * Hi verò qui intus erant, confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissiùs agebant, maledictis lacessentes Iudam, & blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est. * Machabæus autem, inuocato magno mundi Principe, qui sine arietibus & machinis * temporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: * & capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis, sanguine interfectorum fluere videretur. * Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur Tubianæi, Iudæos: * & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloq; negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio. * Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio, decem millia viros. * At Machabæus, ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timotheum processit, habentem secum centum viginti millia peditum, equitumque duo millia quingentos. * Cognito autem Iudæ aduentu, Timotheus præmisit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in præsidium, quod Carnion dicitur: erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias. * Cumque cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei, qui vniuersa conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. * Iudas autem vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum. * Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eò quòd multorum ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. * Et cùm fidem dedisset restituturum se eos secundùm constitutum, illæsum eum dimiserunt propter fratrum salutem. * Iudas autem egressus est ad Carnion, interfectis vigintiquinque millibus. * Post horum fugam, & necem, mouit exercitú ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarum gentium habitabat: & robusti iuuenes pro muris consistétes fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. * Sed, cùm omnipotentem inuocassent, qui potestate sua vires hostiú confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erát, vigintiquinque millia prostrauerunt. * Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat. * Contestantibus autem his, qui apud Scythopolitas erant, Iudęis, quòd benignè ab eis haberentur, etiá temporibus infelicitatis

quòd

quòd modestè secum egerint: * gratias agentes eis, & exhortati etiam de cetero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymá die sollemni septimanarum instante. * Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. * Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. * Quibus congressis, contigit paucos ruere Iudæorum. * Dositheus verò quidá de Baceneris eques, vir fortis, Gorgiá tenebat: &, cùm vellet illum capere viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumq; eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Maresa. * At illis, qui cum Esdrin erant, diutiùs pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominũ adiutorem & ducem belli fieri: * incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit. * Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: &, cùm septima dies superueniret, secundùm consuetudinem purificati, in eodem loco sabbatum egerunt. * Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. * Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, quę apud Iamniam fuerunt, * à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. * Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. * Atque ita ad preces conuersi, rogauerunt, vt id quod factum erat delictum obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. * Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, benè & religiosè de resurrectione cogitans. (* nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) * & quia considerabat quòd hi, qui cum pietate dormitionem acceperát, optimam haberent repositam gratiam. * Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur.

CAP. XIII.

ANno centesimo quadragesimonono, cognouit Iudas Antiochũ Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam, * & cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, secum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos. * Commiscuit autem se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ salute, sed sperans se cõstitui in principatum. * Sed Rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem: & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est consuetudo) apprehensum in eodẽ loco necari. * Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndique habens cineris: hęc prospectum habebat in præceps. * inde in cinerem deijci iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. * Et tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. * Et quidem satis iustè: nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus; ipse in cineris morte damnatus est. * Sed rex mente effrenatus veniebat, nequiorem se patre suo Iudæis ostensurus. * Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dominum inuocarent, quò, sicut semper, & nunc adiuuaret eos: * quippe qui lege, & patria, sanctoq; templo priuari verentur: ac populum, qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. * Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à Domino misericordiam, cum fletu & ieiunijs, per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præpararent. * Ipse verò cum senioribus cogitauit, priùs quàm rex admoueret exercitũ ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iudicio committere exitum rei. * Dans itaq; potestatem omnium Deo mundi creatori, & exhortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent, circa Modin exercitum constituit. * Et dato signo suis Dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quattuor millia, & maximum elephantorum cum his qui superpositi fuerant: * summoque metu ac perturbatione hostium castra replentes, rebus prosperè gestis, abierunt. * Hoc autem factum est die illucescente, adiuuante eum Domini protectione. * Sed

rex,accepto gustu audacię Iudęorum,arte difficultatem locorum tentabat : * & 19
Bethsuræ, quæ erat Iudæorũ præsidium F
munitum, castra admouebat : sed fugabatur, impingebat, minorabatur. * His 20
autem, qui intus erant, Iudas necessaria
mittebat. * Enunciauit autẽ mysteria hostibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehensus est, 21
& conclusus. * Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris : dex- 22
tram dedit: accepit: abijt. * commisit cum 23
Iuda : superatus est. Vt autem cognouit
rebellasse Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente consternatus, Iudæos deprecãs, subditusque eis, G
iurat de omnibus quibus iustũ visum est:
& reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templũ, & munera posuit: * Ma- 24
chabæum amplexatus est, & fecit eum à
Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem
& principem. * Vt autem venit Ptole- 25
maidam, grauiter ferebant Ptolemenses
amicitiæ conuentionem, indignantes ne
fortè fœdus irrumperent. * Tunc ascen- 26
dit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusque
est Antiochiam : & hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIIII.

SEd post triennij tempus, cognouit Iu- 1
das, & qui cum eo erant, Demetrium A
Seleuci, cum multitudine valida', & nauibus, per portum Tripolis ascendisse ad
loca opportuna, * & tenuisse regiones 2
aduersus Antiochum, & ducem eius Lysiam. * Alcimus autem quidam, qui sum- 3
mus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commistionis,
cõsiderans nullo modo sibi esse salutem,
neque accessum ad altare, * venit ad re- 4
gem Demetrium, centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & thallos,
qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit. * Tempus autem oppor- 5
tunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consilijs Iudæi niterentur, * respondit : Ipsi qui dicuntur 6
Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas
Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse
quietum. * nam & ego defraudatus pa- 7
rentum gloria (dico autem summo sacerdotio) huc veni : * primò quidem vti- 8
B litatibus regis fidem seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens : nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minimè vexatur. * Sed oro his 9
singulis, ô rex, cognitis, & regioni, & generi, secundùm humanitatem tuam perC uulgatam omnibus, prospice. * nam, 10
quamdiu supersest Iudas, impossibile est,
pacem esse negotijs. * Talibus autem ab 11
hoc dictis, & ceteri amici, hostiliter se
habentes aduersus Iudam, inflammauerunt Demetrium. * Qui statim Nicano- 12
rem præpositum elephantorum ducem
misit in Iudæam: * datis mandatis, vt ip- 13
sum quidem Iudam caperet; eos verò,
qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi sum- 14
mum sacerdotem. * Tunc gentes, quæ
de Iudæa fugerant Iudam, gregatim se
Nicanori miscebant; miserias & clades
Iudæorum, prosperitates rerum suarum
existimantes. * Audito itaque Iudæi Ni- 15
canoris aduentu, & conuentu natio- C
num, conspersi terra rogabant eum, qui
populum suum constituit, vt in æternum custodiret, quique suam portionem
signis euidentibus protegit. * Imperan- 16
te autem duce, statim inde mouerunt,
conueneruntque ad castellum Dessau. 17
* Simon verò frater Iudæ commiserat
cum Nicanore : sed conterritus est re- 18
pentino aduentu aduersariorum. * Nicanor tamen, audiens virtutem comitum
Iudæ, & animi magnitudinem, quam
pro patriæ certaminibus habebant, san- 19
guine iudicium facere metuebat. * Quam
ob rem præmisit Posidonium, & Theodotium, & Matthiam, vt darent dextras
atq; acciperent. * Et cùm diu de his con- 20
silium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium vna fuit sen- 21
tentia amicitijs annuere. * Itaque diem
constituerunt, qua secretò inter se age-
rent: & singulis sellæ prolatæ sunt, &
positæ. * Præcepit autem Iudas armatos 22
esse locis opportunis, ne fortè ab hosti-
bus repentè mali aliquid oriretur : & 23
congruum colloquium fecerunt. * Morabatur autem Nicanor Ierosolymis, ni- D
hilque iniquè agebat, gregesque turbarum, quæ congregatæ fuerant, dimisit. 24
* Habebat autem Iudam semper charum 25
ex animo, & erat viro inclinatus. * Rogauitque eum ducere vxorem, filiosq; procreare. Nuptias fecit : quietè egit, com- 26
muniterque viuebant. * Alcimus autem,
videns charitatem illorum adinuicem, &

conuentiones, venit ad Demetrium, & 43
dicebat, Nicanorem rebus alienis assentire, Iudamque regni insidiatorem successorem sibi destinasse. * Itaque rex exa- 7
speratus, & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens, 44
grauiter quidem se ferre de amicitię conuentione, iubere tamen Machabæum citiùs vinctũ mittere Antiochiam. * Qui- 28
bus cognitis, Nicanor consternabatur, & 45
grauiter ferebat, si ea, quæ conuenerant,
irrita faceret, nihil læsus à viro : * sed, 29
quia regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat, qua præceptum per- 46
ficeret. * At Machabæus, videns secum 30
austeriùs agere Nicanorem, & consuetum occursum ferociùs exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem
istam, paucis suorum congregatis, occul- E
tauit se à Nicanore. * Quod cùm ille co- 31
gnouit fortiter se à viro præuentum, ve- 1
nit ad maximum & sanctissimum tem- A
plum : & sacerdotibus solitas hostias of- 32
ferentibus, iussit sibi tradi virum. * qui- 2
bus cum iuramento dicentibus nescire se
vbi esset qui quærebatur, extendens ma- 33
num ad templum, * iurauit, dicens : Nisi 3
Iudam mihi vinctum tradideritis, istud
Dei fanum in planitiem deducam, & al- 4
tare effodiam, & templum hoc Libero
patri consecrabo. * Et his dictis: abijt. Sa- 34
cerdotes autem protendentes manus in 5
cælum, inuocabãt eum, qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes : * Tu Domine vniuersorum, qui 35
nullius indiges, voluisti templum habita- F
tionis tuæ fieri in nobis. * Et nunc san- 36 6
cte sanctorum omnium Domine, conserua in æternum impollutam domum
istam, quæ nuper mundata est. * Razias 37 7
autẽ quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ci- 8
uitatis, & bene audiens : qui pro affectu B
pater Iudęorum appellabatur. * Hic mul- 38
tis temporibus continentiæ propositum
tenuit in Iudaismo, corpusque & animam tradere contentus pro perseueran- 9
tia. * Volens autem Nicanor manifestare 39
odium, quod habebat in Iudæos, misit 10
milites quingentos, vt eum comprehenderent. * putabat enim, si illum decepis- 40
set, se cladem Iudæis maximam illaturum. * Turbis autem irruere in domum 41
eius, & ianuam disrumpere, atque ignem
admouere cupientibus, cùm iam comprehenderetur, gladio se petijt; * eligens 42 11
nobiliter mori potiùs, quàm subditus G
fieri peccatoribus, & contra natales suos
indignis iniurijs agi. * Sed, cùm per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitauit
semetipsum viriliter in turbas : * quibus
velociter locum dantibus casui eius, venit per mediam ceruicem : * & cùm adhuc spiraret, accensus animo, surrexit : &
cùm sanguis eius magno fluxu deflueret,
& grauissimis vulneribus esset saucius,
cursu turbam pertransijt : * & stans supra
quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus intestina sua,
vtrisque manibus proiecit super turbas,
inuocans dominatorem vitæ ac spiritus,
vt hæc illi iterum redderet : atque ita vita defunctus est.

CAP. XV.

NIcanor autem, vt comperit Iudam 1. Mach. 7. d. 26
esse in locis Samariæ, cogitauit cum A
omni impetu die sabbati committere
bellum. * Iudæis verò, qui illum per ne- 2
cessitatem sequebantur, dicentibus : Ne
ita ferociter, & barbarè feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, & honora eum, qui vniuersa conspicit : * ille infe- 3
lix interrogauit, si est potens in cælo, qui
imperauit agi diem sabbatorum. * Et 4
respondentibus illis, Est Dominus viuus
ipse in cælo potens, qui iussit agi septi- 5
mam diem. * At ille ait : Et ego potens
sum super terram, qui impero sumi armа, & negotia regis impleri. Tamen
non obtinuit vt consilium perficeret. 6
* Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat commune
trophæum statuere de Iuda. * Macha- 7
bęus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum. 8
* & hortabatur suos ne formidarent ad
aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo, &
nunc sperarent ab Omnipotente sibi af- 9
futuram victoriam. * Et allocutus eos de
lege & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant priùs, promptio- 10
res constituit eos : * & ita animis eorum
erectis, simul ostendebat Gentium fallaciam, & iuramentorũ præuaricationem.
* Singulos autem illorum armauit, non 11
clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, expositо digno fide somnio, per quod vniuer- 12
sos lętificauit. * Erat autem huiusce modi
visus : Oniam, qui fuerat summus sacer-

dos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestũ moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protẽdentem, orare pro omni populo Iudæorum: *Post hoc apparuisse & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum: * Respondentem verò Oniam dixisse: Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. *Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: * Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. *Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter, vt virtus de negotijs iudicaret; eò quòd ciuitas sancta & templum periclitarentur. *Erat enim pro vxoribus, & filijs, itemq; pro fratribus, & cognatis, minor solicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat tẽpli. *Sed & eos qui in ciuitate erant, nõ minima solicitudo habebat pro his qui congressuri erant. * Et, cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, hostesque adessent, atq; exercitus esset ordinatus, bestiæ equitesque opportuno in loco compositi, * considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non secundùm armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. * Dixit autem inuocans hoc modo: "Tu Domine, qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de castris Sennacherib centũ octogintaquinque millia: * & nunc dominator cælorum mitte angelum tuum bonũ ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachij tui, * vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. * Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. *Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt: *manu quidẽ pugnãtes, sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt nõ minus trigintaquinque millia, presentia Dei magnificè delectati. * Cumque cessassent, & cum gaudio redirẽt, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. *Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotẽtem Dominum benedicebant. *Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo moti pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri. * Quò cùm peruenisset, conuocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersijt & eos qui in arce erãt. *Et ostẽso capite Nicanoris, & manu nefaria, quam extendens contra domum sanctam omnipotẽtis Dei, magnificè gloriatus est: *Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi. *Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes: Benedictus, qui locum suum incontaminatum seruauit. * Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset & manifestum signum auxilij Dei. * Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire: *habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quod dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei. * Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis. *Et si quidem bene, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim: sin autem minùs dignè, concedendum est mihi. *Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est; alternis autem vti, delectabile: ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hîc ergo erit consummatus.

FINIS.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Iesu Christi filij "Dauid, filij Abraham.
*"Abraham genuit Isaac.
"Isaac autẽ genuit Iacob.
"Iacob autẽ genuit Iudã, & fratres eius.
*"Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.
*Phares autem genuit Esron.
Esron autem genuit Aram.
*Aram autem genuit Aminadab.
"Aminadab autem genuit Naasson.
Naasson autem genuit Salmon.
*Salmon autem genuit Booz de Rahab.
Booz autem genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Iesse.
"Iesse autem genuit Dauid regem.
*"Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.
*"Salomon autem genuit Roboam.
"Roboam autem genuit Abiam.
"Abias autem genuit Asa.
*Asa autem genuit Iosaphat.
Iosaphat autem genuit Ioram.
Ioram autem genuit Oziam.
*"Ozias autem genuit Ioatham.
"Ioatham autem genuit Achaz.
Achaz autem genuit Ezechiam.
*"Ezechias autem genuit Manassen.
"Manasses autem genuit Amon.
Amon autem genuit Iosiam.
*"Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in trãsmigratione Babylonis.
*Et post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel.
Salathiel autem genuit Zorobabel.
*Zorobabel autem genuit Abiud.
Abiud autem genuit Eliacim.
Eliacim autem genuit Azor.
*Azor autem genuit Sadoc.
Sadoc autem genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud.
*Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan.
Mathan autem genuit Iacob.
*Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.
*Omnes itaque generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quattuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quattuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quattuordecim.
*Christi autem generatio sic erat: "Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.
*Ioseph autem vir eius, cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cõiugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. *pariet autem filium: "& vocabis nomen eius IESVM: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. * Hoc autem totum factum est,

vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem : *" Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium : & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum Nobiscum Deus. * Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem suam. * Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum : & vocauit nomen eius Iesum.

Isa.7.c.14 23 16 24 17 25 18 D

Cap. II.

Cvm ergo natus esset Iesus in Bethlehé Iuda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, *dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. * Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. *Et congregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. * At illi dixerunt ei: In Bethlehé Iudæ: Sic enim scriptum est per Prophetam:*" Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. *Tunc Herodes clàm vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis : * & mittens illos in Bethlehem, dixit : Ite, & interrogate diligenter de puero : & cùm inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniés adorem eum. *Qui cùm audissent regem, abierunt. & ecce stella, quam viderant in oriéte, antecedebat eos, vsquedum veniens staret supra, vbi erat puer. * Vidétes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. *Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidétes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. * Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionē suam. * Qui cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. * Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum : * & erat ibi vsque ad obitum Herodis : vt adimpleretur quod dictū est à Domino per Prophetam dicentem: *" Ex Ægypto vocaui filium meum. * Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundùm tempus quod exquisierat à Magis. *Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem : *" Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. * Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, * dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel : defuncti sunt enim, qui quærebāt animam pueri. *Qui consurgens, accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel. *Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. * Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

Luc.2.a.7 1 A 2 3 22 4 5 *Mich.5.a.2 Ioan.7.f.42* 6 7 1 2 A 8 B 3 9 4 10 5 11 6 7 B 12 8 13 9 C 14 10 15 11 *Osee.11.a.1* *Mat.2.a.4 Luc.3.a.3* *Isa.40.a.3* *Mat.3.a.1 Luc.3.a.2* *Ier.31.d.15*

Cap. III.

In diebus autem illis venit Ioānes Baptista prædicans in deserto Iudææ, *& dicens: "Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. * Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: "Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos : esca autem eius erat locustæ, & mel siluestre. *" Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem; * & baptizabātur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. *Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarū, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? *Facite ergo fructum dignum pœnitētiæ. *Et ne velitis dicere intra vos: "Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *" Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam : qui autem post me venturus est, fortior

1 2 A 3 4 5 6 B 7 8 9 10 11 12 C 13 14 15 16 *Mat.3.a.4 Luc.3.a.3* *Isa.40.a.3* *Mat.3.c.8 Luc.3.d.16 Ioan.1.d.26 Act.1.b.5*

fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. * Cuius ventilabrum in manu sua: & permūdabit aream suam : & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *" Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. * Ioannes autem prohibebat eum, dicens : Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? *Respondens autem Iesus, dixit ei : Sine modò : sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tūc dimisit eum. * Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt ei cęli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. * " Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

C 12 *Mare.1.b.9 Luc.3.e.21* 13 14 D 15 16 *Lu.9.e.35 2.Pet.1.d.17*

Cap. IIII.

Tvnc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. *Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. * Qui respondens dixit : Scriptum est : " Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. * Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, * & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim : " Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. * Ait illi Iesus : Rursum scriptum est: "Non tentabis Dominum Deum tuum. *Iterū assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde : & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, * & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *Tunc dicit ei Iesus : Vade Satana : Scriptum est enim : "Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. *Tūc reliquit eum diabolus : & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. *Cùm audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, " secessit in Galilæam : *&, relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim: * vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam. * " Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem, Galilæa gentium, * populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. * " Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, "vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piscatores) * & ait illis : Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. * At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum. *Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua : & vocauit eos. *Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. * Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni : & sanans omnē languorem, & omnem infirmitatem in populo. * Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: * " & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

C 17 *Mar.1.b.15* 18 19 20 21 22 23 D 24 25 *Mar.3.d.7 Luc.6.c.17*

Cap. V.

Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, * & aperiens os suum docebat eos, dicens: * Beati pauperes spiritu : quoniam ipsorum est regnum cælorum. *" Beati mites : quoniam ipsi possidebunt terram. *Beati, qui lugent : quoniam ipsi consolabuntur. * " Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabūtur. *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. * " Beati mundo corde : quoniā ipsi Deum videbunt. * Beati pacifici : quoniā filij Dei vocabuntur. *" Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniā ipsorum est regnū cęlorum. * Beati estis cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduersum vos mentientes, propter me: *gaudete, & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cęlis. sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerūt ante vos. *Vos estis sal terræ. "Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilū valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab homi-

1 A 2 3 *Luc.6.d.20* 4 *Psal.36.a.11* 5 6 *Isa.61.a.3* 7 8 9 *Psal.23.a.4 1.Pet.2.d.20.& 3.c.14.& 4.d.14* 10 11 12 B 13 *Marc.9.f.50 Luc.14.f.34* 14 15 16

hominibus. * Vos estis lux mundi. Non 14
potest ciuitas abscondi supra montem
posita. *" neque accendunt lucernam, & 15
ponunt eam sub modio, sed super cande-
labrum, vt luceat omnibus qui in domo
sunt. *"Sic luceat lux vestra coram homi- 16
nibus, vt videant opera vestra bona, &
glorificent patrem vestrum, qui in cælis
est. *Nolite putare quoniam veni soluere 17
legem, aut prophetas: non veni soluere,
sed adimplere. *" Amen quippe dico vo- 18
bis, donec transeat cælum & terra, iota C
vnum, aut vnus apex non præteribit à le-
ge, donec omnia fiant. *" Qui ergo sol- 19
uerit vnum de mandatis istis minimis, &
docuerit sic homines, minimus vocabi-
tur in regno cælorum: qui autem fecerit
& docuerit, hic magnus vocabitur in re-
gno cælorum. * Dico enim vobis, quia nisi 20
abundauerit iustitia vestra " plus quàm
Scribarum, & Pharisæorum, non intra-
bitis in regnum cælorum. *Audistis quia 21
dictum est antiquis: " Non occides: qui
autem occiderit, reus erit iudicio. * Ego 22
autem dico vobis: quia omnis, qui iracs-
citur fratri suo, reus erit iudicio. Qui au-
tem dixerit fratri suo, raca: reus erit con-
cilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit
gehennæ ignis. * Si ergo offers munus 23
tuum ad altare, & ibi recordatus fueris D
quia frater tuus habet aliquid aduersum
te: *relinque ibi munus tuum ante altare, 24
& vade priùs reconciliari fratri tuo: &
tũc veniens offeres munus tuum. *" Esto 25
consentiens aduersario tuo citò dum es
in via cum eo: ne fortè tradat te aduersa-
rius iudici, & iudex tradat te ministro: &
in carcerẽ mittaris. * Amen dico tibi, non 26
exies inde, donec reddas nouissimũ qua-
drantem. * Audistis quia dictum est an- 27
tiquis: "Non mœchaberis. * Ego autem 28
dico vobis: quia omnis, qui viderit mulie-
rem ad concupiscendum eam, iam mœ-
chatus est eam in corde suo. *" Quòd si 29
oculus tuus dexter scandalizat te, erue
eam, & proijce abs te: expedit enim tibi E
vt pereat vnum membrorum tuorum,
quàm totum corpus tuum mittatur in
gehennã. * Et si dextra manus tua scan- 30
dalizat te, abscide eam, & proijce abs te:
expedit enim tibi vt pereat vnum mem-
brorum tuorum, quàm totum corpus
tuum eat in gehennam. * Dictum est au- 31
tem: " Quicumque dimiserit vxorem
suam, det ei libellũ repudij. * Ego autem 32
dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit
vxorem suam, excepta fornicationis cau-

sa, facit eam mœchari: & qui dimissam 33
duxerit, adulterat. *Iterum audistis quia
dictũ est antiquis: "Non periurabis: red-
des autem Domino iuramẽta tua. * Ego 34
autem dico vobis, non iurare omnino,
neque per cælum, quia thronus Dei est:
*neq; per terram, quia scabellum est pe- 35
dum eius: neque per Ierosolymam, quia F
ciuitas est magni regis: *neque per caput 36
tuum iuraueris, quia non potes vnum
capillum album facere, aut nigrum. *"Sit 37
autem sermo vester, est, est: non, non:
quod autem his abundantius est, à malo
est. *Audistis quia dictum est: "Oculum 38
pro oculo, & dentem pro dente. * Ego 39
autẽ dico vobis, non resistere malo: " sed
si quis te percusserit in dexterã maxillam
tuam, præbe illi & alteram: *" Et ei, qui 40
vult tecũ iudicio contendere, & tunicam
tuã tollere, dimitte ei & pallium. *& qui- 41
cumque te angariauerit mille passus, va-
de cum illo, & alia duo. * "Qui petit à te, 42
da ei: & volẽti mutuari à te, ne auertaris.
* Audistis quia dictum est: "Diliges pro- 43
ximum tuum, & odio habebis inimicum G
tuum. *Ego autem dico vobis: Diligite 44
inimicos vestros, benefacite his qui ode-
runt vos: *& orate pro persequentibus, &
calumniantibus vos: * vt sitis filij patris 45
vestri, qui in cælis est: qui solẽ suum oriri
facit super bonos & malos: & pluit super
iustos & iniustos. * Si enim diligitis eos 46
qui vos diligunt, quam mercedem habe-
bitis? nónne & publicani hoc faciunt?
*Et si salutaueritis fratres vestros tãtùm, 47
quid ampliùs facitis? nónne & Ethnici
hoc faciunt? * Estote ergo vos perfecti, 48
sicut & pater vester cęlestis perfectus est.

CAP. VI.

ATtendite ne iustitiam vestram facia- 1
tis coram hominibus, vt videamini A
ab eis: alioquin mercedem non habebitis
apud patrem vestrum, qui in cælis est.
* Cùm ergo facis eleemosynam, noli tu- 2
ba canere ante te, sicut hypocritæ fa-
ciunt in synagogis, & in vicis, vt honori-
ficentur ab hominibus. Amẽ dico vobis,
receperunt mercedem suam. * Te autem 3
faciente eleemosynam, nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua: * vt sit elee- 4
mosyna tua in abscondito, & pater tuus,
qui videt in abscondito, reddet tibi. * Et 5
cùm oratis, non eritis, sicut hypocritæ,
qui amãt in synagogis & in angulis pla-
tearum stãtes orare, vt videantur ab ho-
minibus: amen dico vobis, receperunt

merce-

mercedem suam. *Tu autem cùm oraue- 6
ris, intra in cubiculum tuum, & clau-
so ostio, ora patrem tuum in abscondito:
& pater tuus qui videt in abscondito,
reddet tibi. *Orantes autem, nolite mul- 7
tum loqui, sicut ethnici. putant enim B
quòd in multiloquio suo exaudiantur.
* Nolite ergo assimilari eis. scit enim pa- 8
ter vester, quid opus sit vobis, antequam
petatis eum. *Sic ergo vos orabitis: Pa- 9
ter noster, qui es in cælis: sanctificetur
nomen tuum. * Adueniat regnum tuum. 10
Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in ter-
ra. * Panem nostrum supersubstantialem 11
da nobis hodie. * Et dimitte nobis debita 12
nostra, sicut & nos dimittimus debitori-
bus nostris. * Et ne nos inducas in tenta- 13
tionẽ. Sed libera nos à malo. Amen. * Si 14
enim dimiseritis hominibus peccata eo-
rum: dimittet & vobis pater vester cele-
stis delicta vestra. *Si autem non dimise- 15
ritis hominibus: nec pater vester dimit-
tet vobis peccata vestra. *Cùm autem ie- 16
iunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tri-
stes: exterminant enim facies suas, vt ap-
pareant hominibus ieiunantes. Amẽ di-
co vobis, quia receperunt mercedẽ suam.
* Tu autem, cùm ieiunas, vnge caput 17
tuum, & faciem tuam laua, *ne videaris 18
hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est
in abscondito: & pater tuus, qui videt in
abscondito, reddet tibi. *Nolite thesau- 19
rizare vobis thesauros in terra: vbi æru- C
go, & tinea demolitur: & vbi fures effo-
diunt, & furantur. * " Thesaurizate au- 20
tem vobis thesauros in cælo: vbi neque
ærugo, neque tinea demolitur; & vbi fu-
res nõ effodiunt, nec furantur. *Vbi enim 21
est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.
* "Lucerna corporis tui est oculus tuus. 22
Si oculus tuus fuerit simplex: totum cor-
pus tuum lucidum erit. *Si autem oculus
tuus fuerit nequam: totum corpus tuum
tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in
te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quan-
tæ erunt? *"Nemo potest duobus domi- 24
nis seruire: aut enim vnum odio habebit,
& alterum diliget: aut vnum sustinebit,
& alterum cõtemnet. Non potestis Deo
seruire & mammonæ. * " Ideo dico vo- 25
bis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid
manducetis, neque corpori vestro quid
induamini. Nónne anima plus est quàm
esca: & corpus plus quàm vestimentum?
* Respicite volatilia cæli, quoniam non 26
serunt, neque metunt, neque congregant D
in horrea: & pater vester cælestis pascit

illa. Nónne vos magis pluris estis illis?
* Quis autem vestrùm cogitans potest 27
adijcere ad staturã suam cubitum vnum?
* Et de vestimẽto quid soliciti estis? Con- 28
siderate lilia agri quomodo crescunt: non
laborant, neque nent. * Dico autem vo- 29
bis, quoniam nec Salomon in omni glo-
ria sua coopertus est sicut vnum ex istis.
* Si autem fœnum agri, quod hodie est, 30
& cras in clibanum mittitur, Deus sic
vestit: quanto magis vos modicæ fidei?
* Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid 31
manducabimus, aut quid bibemus, aut
quo operiemur? * hæc enim omnia gen- 32
tes inquirunt. Scit enim pater vester, quia
his omnibus indigetis. * Quærite ergo 33
primùm regnum Dei, & iustitiam eius:
& hæc omnia adijcientur vobis. * Noli-
te ergo soliciti esse in crastinum. Crasti-
nus enim dies solicitus erit sibiipsi. suffi-
cit diei malitia sua.

CAP. VII.

NOlite iudicare, vt non iudicemini. 1
*In quo enim iudicio iudicaueritis, 2
iudicabimini: " & in qua mensura men- A
si fueritis, remetietur vobis. * Quid au- 3
tem vides festucam in oculo fratris tui:
& trabem in oculo tuo non vides? *Aut 4
quomodo dicis fratri tuo: Sine eijciam
festucam de oculo tuo: & ecce trabs est
in oculo tuo? *Hypocrita, eijce primùm 5
trabem de oculo tuo, & tunc videbis eij-
cere festucam de oculo fratris tui. *Noli-
te dare sanctum canibus, neque mittatis
margaritas vestras ante porcos, ne fortè
conculcent eas pedibus suis, & conuersi 6
dirumpant vos. * " Petite, & dabitur vo- 7
bis: quærite, & inuenietis: pulsate, & 8
aperietur vobis. * Omnis enim qui pe- B
tit, accipit: & qui quærit, inuenit: & 9
pulsanti aperietur. * Aut quis est ex vo-
bis homo, quem si petierit filius suus pa-
nem, numquid lapidem porriget ei? 10
* Aut si piscem petierit, numquid ser- 11
pentem porriget ei? * Si ergo vos, cùm
sitis mali, nostis bona data dare filijs ve-
stris: quanto magis pater vester, qui in
cęlis est, dabit bona petentibus se? *" Om- 12
nia erga quęcumque vultis vt faciant vo-
bis homines, & vos facite illis. Hæc est 13
enim lex, & Prophetæ. * " Intrate per
angustam portam: quia lata porta, &
spatiosa via est, quæ ducit ad perditio-
nem, & multi sunt qui intrant per eam.
* Quàm angusta porta, & arcta via est, 14
quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui

Dd 5 inue-

merce-

[a] *Luc. 6. g. 44*

inueniunt eam! [a] Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: * à fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? * Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. * Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere: * [a] Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur. * Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. * [a] Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. * Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & [a] in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? * Et tunc confitebor illis: Quia numquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem. * [a] Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, * & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. * Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: * & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. * Et factum est: cùm consummasset Iesus verba hęc, admirabantur turbæ super doctrina eius. * [a] Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.

[a] *Sup. 3. c. 10*

[a] *Inf. 25. a. 11*

[a] *Act. 19. c. 13*

[a] *Psal. 6. c. 9 Infr. 25. d. 41 Lu. 13. f. 27 Lu. 6. g. 48 Rom. 2. c. 13 Iac. 1. d. 22*

[a] *Mar. 1. f. 22 Luc. 4. f. 32*

15 C 16 17 18 19 20 21 22 23 24 D 25 26 27 28 29

CAP. VIII.

CVm autem descendisset de monte, sequutæ sunt eũ turbæ multæ: * & [a] ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. * Et extendens Iesus manũ, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. * Et ait illi Iesus: [a] Vide, nemini dixeris: sed vade, [a] ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. * Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, * & dicens: Domine, puer meus iacet in domo

[a] *Mar. 1. d. 40 Luc. 5. c. 12*

[a] *Leuit. 14. a. 2 Luc. 7. a. 1*

1 2 A 3 4 5 6

paralyticus, & malè torquetur. * Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. * Et respondens Centurio, ait: [a] Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. * Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & seruo meo, Fac hoc, & facit. * Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. * Dico autem vobis, quòd multi [a] ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: * filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. * Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. * Et cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem: * & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. * [a] Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habẽtes: & eijciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes curauit: * vt adimpleretur quod dictum est per [a] Isaiam prophetam, dicẽtem: Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit. * Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. * Et accedens vnus scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris. * Et dicit ei Iesus: [a] Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. * Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrẽ meum. * Iesus autẽ ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. * [a] Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: * & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. * Et accesserunt ad eum Discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. * Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperauit vẽtis & mari, & facta est tranquillitas magna. * Porrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? * [a] Et cùm venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita

[a] *Luc. 7. a.*

[a] *Mar. 5. a. 11 Luc. 8. d. 32*

[a] *Malch. 3. c. 11*

[a] *Mar. 5. b. 17 Luc. 8. e. 37*

[a] *Mar. 2. a. 3 Luc. 5. d. 18*

[a] *Mar. 1. d. 32*

[a] *Isa. 53. a. 4 1. Petr. 2. d. 24*

[a] *Mar. 1. a. 1 Luc. 8. d. 28*

7 8 B 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 C 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 D 29

vt nemo

vt nemo posset transire per viam illam. * Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei? Venisti huc ante tẽpus torquere nos? * [a] Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens. * Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. * Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierũt in porcos, & ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis. * Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant. * Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu: & [a] viso eo rogabant, vt transiret à finibus eorum.

29 30 31 32 C 33 34

CAP. IX.

ET ascendens in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. * Et ecce offerebãt ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. * Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. * Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? * Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, & ambula? * Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tũc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. * Et surrexit, & abijt in domum suam. * Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. * [a] Et, cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. * Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. * Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? * At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. * Euntes autem discite quid est: [a] Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, [a] sed peccatores. * Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: [a] Quare nos, & Pharisæi, ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? * Et ait illis Iesus: Numquid possunt filij sponsi lugere quamdiu

[a] *Mar. 2. b. 14 Luc. 5. f. 27*

[a] *Osee 6. c. 6 Infr. 12. a. 7*

[a] *1. Tim. 1. c. 27*

[a] *Mar. 2. c. 18 Luc. 5. f. 33*

1 A 2 3 4 5 6 7 8 B 9 10 11 12 13 14 15

cum illis est sponsus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. * Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. * Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur. * [a] Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. * Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. * [a] Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. * Dicebat enim intra se: Si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero. * At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. * Et cùm venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: * Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. * Et cùm eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius. Et surrexit puella. * Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam. * Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri, fili Dauid. * Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vtique, Domine. * Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem vestram fiat vobis. * Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. * Illi autem exeuntes, diffamauerũt eum in tota terra illa. * Egressis autem illis, [a] ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. * Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbę, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel. * Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmones. * [a] Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. * Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oues nõ habentes pastorem. * Tunc dicit

[a] *Mar. 5. b. 22 Luc. 8. f. 43*

[a] *Mar. 5. c. 24 Luc. 8. f. 43*

[a] *Inf. 12. b. 22 Luc. 11. b. 14*

[a] *Mar. 6. a. 6*

16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 D 29 30 31 32 33 34 35 36 37

discipulis

discipulis suis: "Messis quidem multa, operarij autem pauci. *Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

CAP. X.

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hęc. Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, *Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus, *Simon Chananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. * Hos duodecim misit Iesus; præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: *sed potiùs ite *ad oues, quę perierunt domus Israel. *Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis date. * Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: * non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo. * In quamcumque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. * Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. * Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. * Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. * Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. * "Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colũbæ. * Cauete autem ab hominibus. "Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: * & ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. * Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. * non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: * & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. * Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat Filius hominis. * "Nõ est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. * sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius; & seruo, sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? *Ne ergo timueritis eos. "Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur; & occultum, quod non scietur. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. * "Nónne duo passeres asse væneunt: & vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro? * Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. *Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. * "Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est: * qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. * Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. * "veni enim separare "hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: * & inimici hominis, domestici eius. * "Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. * "Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. * Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui "perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. * Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. * Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

* "Et

* "Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAP. XI.

ET factum est, cùm cõsummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transijt inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. * "Ioannes autẽ cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, * ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? *Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ auditis, & videtis. * "Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: * & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. * "Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? * Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. * Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm prophetam. * Hic est enim de quo scriptum est: "Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. * Amen dico vobis, nõ surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. * A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nũc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. * Omnes enim prophetæ & lex, vsque ad Ioannem, prophetauerunt: * & si vultis recipere, "ipse est Elias, qui venturus est. * Qui habet aures audiendi, audiat. * Cui autem similem estimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus *dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. * Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. * Venit filius hominis manducans & bibens, & dicũt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. * "Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia, si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. * Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. * Et tu Capharnaum, numquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes. quia, si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsq; in hanc diem. * Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. *In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. * Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. "Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. * "Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. * "Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. * "Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

CAP. XII.

IN illo tempore abijt Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. * Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. * At ille dixit eis: Non legistis "quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant: *quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui eum eo erant, "nisi solis sacerdotibus? * Aut non legistis in lege, "quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? *Dico autem vobis, quia templo maior est hic. *Si autem sciretis, quid est: "Misericordiam volo, & non sacrificium: numquam condemnassetis innocentes. *Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. * Et cùm inde transisset, venit in synagogam eorum. * Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum. * Ipse autem dixit illis: "Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nónne tenebit & leuabit eam? * Quanto magis melior est homo oue?

Itaque

Itaque licet sabbatis benefacere. * Tunc 13
ait homini: Extende manum tuam. Et
extendit, & restituta est sanitati sicut al-
tera. * Exeuntes autem Pharisæi, consi- 14
lium faciebant aduersus eum, quomodo B
perderent eum. * Iesus autem sciens re- 15
cessit inde: & secuti sunt eum multi, &
curauit eos omnes: * & præcepit eis ne 16
manifestum eum facerent. * Vt adimple- 17
" Isa. 42. a. 1 retur quod dictũ est per Isaiam Prophe-
tam, dicentem: * "Ecce puer meus, quem 18
elegi, dilectus meus, in quo bene compla-
cuit animæ meæ. Ponam spiritum meum
super eum, & iudicium gentibus nun-
ciabit. * Non contendet, neque clamabit, 19
neque audiet aliquis in plateis vocem
eius: * arundinem quassatam nõ confrin-
get, & linum fumigans non extinguet,
donec eijciat ad victoriã iudicium: * & in 20
nomine eius Gentes sperabunt. * Tunc 21
oblatus est ei dæmonium habens, cæcus,
& mutus, & curauit eum ita vt loquere-
tur, & videret. * Et stupebant omnes tur- 22
" Mar. 3. c. 22 Luc. 11. b. 14 Sup. 9. d. 34 bæ, & dicebant: Numquid hic est filius
Dauid? * "Pharisæi autem audientes, di- 23
xerunt: Hic non eijcit dæmones nisi in
Beelzebub principe dæmoniorum. * Ie- 24
" Luc. 11. b. 17 sus autem sciens cogitationes eorum, di-
xit eis: "Omne regnum diuisum contra
se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel do-
mus diuisa contra se, non stabit. * Et si 25 26
satanas satanam eijcit, aduersus se diui-
sus est: quomodo ergo stabit regnum
eius? * Et si ego in Beelzebub eijcio dæ- 27
mones, filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi
iudices vestri erunt. * Si autem ego in spi- 28
ritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit
in vos regnum Dei. * Aut quomodo po- 29
test quisquam intrare in domum fortis,
& vasa eius diripere, nisi priùs alligauerit
fortem? & tunc domum illius diripiet.
* Qui non est mecum, contra me est: 30
& qui non congregat mecum, spargit. C
" Mar. 3. d. 28 Luc. 11. b. 17 * "Ideo dico vobis: Omne peccatum & 31
blasphemia remittetur hominibus, spiri-
tus autem blasphemia non remittetur.
* Et quicumque dixerit verbum contra 32
filium hominis, remittetur ei: qui autem
dixerit contra Spiritum sanctum, non re-
mittetur ei, neque in hoc sæculo, neque
in futuro. * Aut facite arborem bonam, 33
& fructum eius bonum: aut facite arbo-
rem malam, & fructum eius malum: si-
quidẽ ex fructu arbor agnoscitur. * Pro- 34
" Luc. 6. g. 45 genies viperarum, quomodo potestis bo-
na loqui, cùm sitis mali? "ex abundantia
enim cordis os loquitur. * Bonus homo 35
de bono thesauro profert bona: & ma-
lus homo de malo thesauro profert ma-
la. * Dico autem vobis, quoniam omne 36
verbum otiosum, quod locuti fuerint
homines, reddent rationem de eo in die
iudicij. * Ex verbis enim tuis iustificabe- 37
ris, & ex verbis tuis condemnaberis.
* Tunc responderunt ei quidam de Scri- 38
bis & Pharisæis, dicentes: Magister, vo-
lumus à te signum videre. * Qui respon- 39
dens ait illis: " Generatio mala, & adul- " Inf. 16. a. 4 Luc. 11. c. 29 1. Cor. 1. d. 22
tera signum quærit: & signum non dabi-
tur ei, nisi signum "Ionæ Prophetæ. * Si- 40 " Ion. 2. a. 2
cut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus
diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius
hominis in corde terræ tribus diebus, &
tribus noctibus. * " Viri Niniuitæ sur- 41 " Ion. 3. b. 5
gent in iudicio cum generatione ista, &
D condemnabunt eam: quia pœnitentiam
egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce
plus quàm Ionas hic. * Regina austri sur- 42
get in iudicio cum generatione ista, &
condemnabit eam: "quia venit à finibus " 3. Reg. 10. a. 1 2. Par. 9. a. 1
terræ audire sapientiam Salomonis, &
ecce plus quàm Salomon hic. * "Cùm 43 " Luc. 11. c. 24
autem immundus spiritus exierit ab ho-
mine, ambulat per loca arida, quærens
requiem, & non inuenit. * Tunc dicit: 44
Reuertar in domum meam, vnde exiui.
Et veniens inuenit eam vacantem, scopis
mundatam, & ornatam. * Tunc vadit, 45
& assumit septem alios spiritus secum
nequiores se, & intrantes habitant ibi:
& fiunt nouissima hominis illius peiora " 1. Thess. d. 10
prioribus. Sic erit & generationi huic 46
pessimæ. * "Adhuc eo loquente ad tur- " Mar. 3. d. 31 Luc. 8. a. 19
bas, ecce mater eius & fratres stabant
foris, quærentes loqui ei. * Dixit au- 47
tem ei quidam: Ecce mater tua, & fra- 48
tres tui foris stant quærentes te. * At ipse
respondens dicenti sibi, ait: Quæ est ma- 49
ter mea, & qui sunt fratres mei? * Et ex-
tendens manum in discipulos suos, di-
xit: Ecce mater mea, & fratres mei. * Qui- 50
cumque enim fecerit voluntatem Patris
mei, qui in cælis est; ipse meus frater, &
soror, & mater est.

CAP. XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sede- 1
bat secus mare. * "Et congregatæ sunt 2 " Mar. 4.
A ad eum turbæ multæ, ita vt in nauicu- d. 1 Luc. 8. a. 4
lam ascendẽs sederet: & omnis turba sta-
bat in littore: * & locutus est eis multa in 3
parabolis, dicens: Ecce exijt qui seminat,
seminare. * Et dum seminat, quædã ecci- 4
derunt secus viam, & venerunt volucres

cæli,

cæli, & comederunt ea. * Alia autem ce- 5
ciderunt in petrosa, vbi non habebant
terram multam: & cõtinuò exorta sunt,
quia non habebant altitudinem terræ.
* sole autem orto æstuauerunt: & quia 6
non habebant radicem, aruerunt. * Alia 7
autem ceciderunt in spinas: & creuerunt
spinæ, & suffocauerunt ea. * Alia autem 8
ceciderunt in terram bonam: & dabant
fructum, aliud centesimum, aliud sexa-
gesimum, aliud trigesimum. * Qui ha- 9
bet aures audiendi, audiat. * Et acce- 10
dentes discipuli dixerunt ei: Quare in
parabolis loqueris eis? * Qui respondens, 11
ait illis: Quia vobis datum est nosse my- B
" Infr. 25. c. 29 steria regni cælorum: illis autem non
est datum. * "Qui enim habet, dabitur 12
ei, & abundabit: qui autem non habet,
& quod habet auferetur ab eo. * Ideo in 13
parabolis loquor eis: quia videntes non
vident, & audientes non audiunt, ne-
que intelligunt. * Et adimpletur in eis 14
" Isa. 6. c. 9 Mar. 4. b. 14 Luc. 8. b. 10 Io. 12. f. 40. Act. 28. f. 26 Ro. 11. b. 8. Luc. 8. b. 11 prophetia Isaiæ dicentis: "Auditu au-
dietis, & non intelligetis: & videntes vi-
debitis, & non videbitis. * Incrassatum 15
est enim cor populi huius, & auribus
grauiter audierunt, & oculos suos clau-
serunt: ne quando videant oculis, &
auribus audiant, & corde intelligant,
& conuertantur, & sanem eos. * Vestri 16
autem beati oculi quia vident, & aures
" Luc. 10. d. 24 vestræ quia audiunt. * "Amen quippe 17
dico vobis, quia multi prophetæ & iu- C
sti cupierunt videre quæ videtis, & non
viderunt; & audire quæ auditis, &
non audierunt. * Vos ergo audite para- 18
bolam seminantis. * Omnis qui audit 19
verbum regni, & non intelligit, venit
malus, & rapit quod seminatum est in
corde eius: hic est qui secus viam semi-
natus est. * Qui autem super petrosa se- 20
minatus est, hic est, qui verbum au-
dit, & continuò cum gaudio accipit il-
lud: * non habet autem in se radicem, 21
sed est temporalis. facta autem tribula-
tione & persecutione propter verbum,
continuò scandalizatur. * Qui autem se- 22
minatus est in spinis, hic est, qui verbum
audit, & solicitudo sæculi istius, & fal-
lacia diuitiarum, suffocat verbum, & si-
ne fructu efficitur. * Qui verò in terram 23
bonam seminatus est, hic est, qui audit
verbum, & intelligit, & fructum affert,
& facit aliud quidem centesimum, aliud
autem sexagesimum, aliud verò trige-
" Mar. 4. c. 26 simum. * "Aliam parabolam proposuit 24
illis, dicens: Simile factum est regnum
cælorum homini, qui seminauit bonum
semen in agro suo. * cùm autem dormi- 25
rent homines, venit inimicus eius, & su-
perseminauit zizania in medio tritici,
& abijt. * Cùm autem creuisset herba, 26
D & fructum fecisset, tunc apparuerunt &
zizania. * Accedentes autem serui pa- 27
tris familias, dixerunt ei: Domine, nón-
ne bonum semen seminasti in agro tuo?
Vnde ergo habet zizania? * Et ait illis: 28
Inimicus homo hoc fecit. Serui autem
dixerunt ei, Vis, imus, & colligimus ea?
* Et ait: Non: ne fortè colligentes zizā- 29
nia, eradicetis simul cum eis & triti-
cum. * Sinite vtraque crescere vsque ad 30
messem, & in tempore messis dicam
messoribus: Colligite primùm zizania,
& alligate ea in fasciculos ad comburen-
dum, triticum autem congregate in hor-
reum meum. * "Aliam parabolam pro- 31 " Mar. 4. d. 30 Luc. 13. c. 18
posuit eis dicens: Simile est regnum cæ-
lorum grano sinapis, quod accipiens ho-
mo seminauit in agro suo: * quod mi- 32
nimum quidem est omnibus seminibus:
E cùm autem creuerit, maius est omnibus
oleribus, & fit arbor, ita vt volucres
cæli veniant, & habitent in ramis eius.
* Aliam parabolam locutus est eis. "Si- 33 " Luc. 13. c. 21
mile est regnum cælorum fermẽto, quod
acceptum mulier abscondit in farinæ sa-
tis tribus, donec fermentatum est to-
tum. * Hæc omnia locutus est Iesus in 34
parabolis ad turbas: & sine parabolis
non loquebatur eis: * vt impleretur quod 35
dictum erat per Prophetam dicentem:
" Aperiam in parabolis os meum, eru- " Psal. 77. a. 2 Marc. 4. d. 32
ctabo abscondita à constitutione mundi.
* Tunc, dimissis turbis, venit in domum: 36
& accesserunt ad eum discipuli eius, di-
centes: Edissere nobis parabolam zizā-
niorum agri. * Qui respondens ait illis: 37
Qui seminat bonum semen, est Filius
hominis. * Ager autem, est mundus. 38
Bonum verò semen, hi sunt filij regni.
Zizania autem, filij sunt nequam. * Ini- 39
micus autem, qui seminauit ea, est dia-
bolus. "Messis verò, consummatio sæ- " Apoc. 14. c. 15
culi est. Messores autem, angeli sunt. * Si- 40
cut ergo colliguntur zizania, & igni
comburuntur: sic erit in consummatio- 41
ne sæculi. * mittet filius hominis angelos
F suos, & colligent de regno eius omnia
scandala, & eos qui faciunt iniquitatem:
* & mittent eos in caminum ignis. Ibi 42
erit fletus, & stridor dentium. * "Tunc iu- 43 " Sap. 3. b. 7 Dan. 12. a. 3
sti fulgebunt sicut sol in regno Patris eo-
rum. Qui habet aures audiendi, audiat.

* Simile

* Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuênit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. * Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. * Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. * Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. * quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. * Sic erit in consummatione sæculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, * & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. * Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. * Ait illis: Ideò omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. * Et factum est, cùm consummasset Iesus parabolas istas, transijt inde. * Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? * "Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria; & fratres eius, Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas? * & sorores eius, nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? * Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. * Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

* Mar. 6. a. 1 Luc. 4. c. 16 Ioan. 6. f. 42

44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58

CAP. XIIII.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famã Iesu: * & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo. * "Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorẽ fratris sui. * Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. * Et volens illum occidere, timuit populum: "quia sicut prophetam eum habebant. * Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. * Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcũque postulasset ab eo. * At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hîc in disco caput Ioannis Baptistæ. * Et cõtristatus est rex: propter iuramentum autem, & eos

* Mar. 6. b. 14 Luc. 9. a. 7

* Mar. 6. c. 17 Luc. 3. d. 19

* Iof. 22. c. 26

1 2 A 3 4 D 5 6 7 8 9

qui pariter recumbebant, iussit dari. * Misitque & decollauit Ioannem in carcere. * Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ. * Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: & venientes nunciauerunt Iesu. * "Quod cùm audisset Iesus, secessit inde in nauicula, in locum desertum seorsum: & cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. * Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum. * Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. * Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. * Responderunt ei: Non habemus hîc nisi quinque panes, & duos pisces. * Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. * Et cùm iussisset turbam discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. * Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. * Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. * "Et statim compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. * Et dimissa turba, "ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. * nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. * Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare. * Et videntes eum super mare ambulantẽ, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. * Statimque Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. * Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. * At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. * Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit dicens, Domine, saluum me fac. * Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? * Et cùm ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. * Qui autem in na-

* Luc. 9. b. 10 Mar. 6. d. 37 Ioan. 6. b.

* Mar. 6. f. 45 Ioan. 6. b. 17

* Isai. 6. b. 17

10 11 12 B 13 14 15 16 17 18 19 20 C 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33

uicula

uicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè Filius Dei es. * "Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesar. * Et cùm cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes: * & rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt, salui facti sunt.

* Mar. 6. f. 53

34 35 36

CAP. XV.

TVnc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ, & Pharisæi, dicentes: * Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas cùm panem mãducant. * Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: * "Honora patrem, & matrem; & "Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. * Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit: * & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem vestram. * Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: * "Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me. * Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. * Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite, & intelligite. * Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. * Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt? * At ille respondens ait: "Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. * Sinite illos: "cæci sunt, & duces cæcorum. cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. * Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. * At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? * Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? * Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: * de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. * hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat homi-

1 A 2 3 4 5 6 7 8 B 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 C 20

* Mar. 6. a. 1 Luc. 4. c. 16 Ioan. 6. f. 42

* Exod. 20. a. 12 Deut. 5. b. 16 Eph. 6. a. 2

* Exod. 21. c. 16 Leu. 20. b. 9 Prou. 20. a. 20

* Isai. 29. d. 13 Mar. 7. a. 6.

* Ioan. 15. a. 2

* Luc. 6. f. 39 Matt. 7. a. 17

nem. * Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. * "Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. * Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabãt eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. * Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi "ad oues, quæ perierunt domus Israel. * At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiua me. * Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. * At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. * Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. * Et cùm transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi. * "Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: * ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel. * "Iesus autem, conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habẽt quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. * Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? * Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos piscículos. * Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. * Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. * Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. * Erant autem qui manducauerunt, quattuor millia hominum, extra paruulos & mulieres. * Et, dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedan.

* Mar. 7. f. 25

* Sup. 10. a. 6 Ioan. 10. a. 3

21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39

CAP. XVI.

ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eum vt signum de cælo ostenderet eis. * At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum

* Mar. 8. f. 12 Luc. 12. f. 54

1 A 2

* Isa. 35. b. 5

* Mar. 8. a. 1

est enim cælum; * Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. * Faciem ergo cæli diudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? "Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abiit. * Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. * Qui dixit illis: Intuemini, & cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum. * At illi cogitabant intra se dicentes: Quia panes non accepimus. * Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis? * Nondum intelligitis, neq; recordamini "quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? *neque septem panum in quattuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? * Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum? * "Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? * At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. * Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? * Respondens Simon Petrus dixit: "Tu es Christus, filius Dei viui. * Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. * " Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. * " Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. * Tunc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus. * Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. * Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. * Qui conuersus, dixit Petro: "Vade post me

*Sup.12. §.39
"Ionæ 2.
*Mar.8. b.14 Luc.12.a.1
*Sup.14. c.17 Ioan.6.b.9
*Sup.15. d.34
*Mar.8. c.27 Luc.9.e.18
"Ioan.6. §.69
"Ioan.1. f.42
"Isa.22. §.24 Ioan.20. §.23
*Mar.8. d.33

5 4 24 25 5 26 7 27 9 28 B 10 1 A 12 2 13 3 4 14 C 15 5 16 17 6 18 7 8 19 9 B 20 10 21 11 1 12 A 2 13 3 4 14 C 15 5 16 17 6 18 7 8 19 9 B 20 10 21 11 22 12 D 23 13 24 14

satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. * Tunc Iesus dixit discipulis suis: "Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. * " Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animã suam propter me, inueniet eam. * Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? * Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cũ angelis suis: "& tunc reddet vnicuique secundùm opera eius. * Amen dico vobis, "sunt quidam de hîc stãntibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

*Sup.10. d.38 Luc.9. e.24 Ioan.12. d.25
*Mat.16. Luc.9.a.1
*Mar.9. a.11 Luc.9. e.27 *Infr.20. c.18

CAP. XVII.

ET post dies sex assumit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum: * & trãsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. * Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. * Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hîc esse: si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum. * Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. "Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. * Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. * Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere. * Leuantes autem oculos suos, nẽminem viderunt, nisi solum Iesum. * Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat. * Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: "Quid ergo Scribę dicunt quòd Eliam oporteat primum venire? * At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. * dico autem vobis, "quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, "sed fecerunt in eo quęcumque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. * Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. * " Et cùm venisset ad turbam, accessit ad

*Tit.2. d.17 Luc.3.d.
*Mat.17. Mar.9.a.1 Luc.9.a.
*Mat.11. b.13 Mal.4.b.
*Sup.11. b.14
*Sup. a.9
*Mat.9. c.17 Luc.9.a.1

eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam. * & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. * Respondens autẽ Iesus, ait: O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. * Et increpauit illũ Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. * Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum? * Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. "Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. * Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem, & ieiunium. * Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: "Filius hominis tradendus est in manus hominum: * & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. * Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? * Ait: Etiam. Et cùm intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? * Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. * Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum sumens, da eis pro me, & te.

*Luc.17. a.6
*Mar.9. a.11 Luc.9. a.44 *Infr.20. a.18
*Mar.9. f.22 Luc.17.a.1

1 A 2 3 4 C 5 6 7 B C 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 1 A 2 3 4 5 6 7

CAP. XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis, putas, maior est in regno cælorum? * Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, * & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. * Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. * Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. * " qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. * Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit. * "Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te; abscide eum, & proiice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignẽ æternum. * Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonũ tibi est cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. * Videte ne cõtemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, "quia angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei, qui in cælis est. * "Venit enim filius hominis saluare quod perierat. * Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit? * & si contigerit vt inueniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet super eã magis quam super nonagintanouem, quę non errauerunt. * Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. * "Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. * si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, "vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. * Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ. si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut "ethnicus & publicanus. * " Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. * Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. * Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. * Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: "Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? * Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies; sed vsque septuagies septies. * Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. * Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. * Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius vænundari, & vxorem eius, &

*Sup.5. c.30 Mar.9. §.43
"Psal.33. a.8
*Luc.19. b.10 Luc.15.a.4
*Luc.17. a.3 Leu.19. d.17 Eccli.19. b.13 Iac.5.d.19
"Deut.19. b.15 2.Cor.13. a.1 Heb.10. a.28 Ioan.8. c.17
"2.Thess.3. d.14 1.Cor.5. b.9
"Ioan.20. c.23
*Luc.17. a.4

filios, & omnia quæ habebat, & reddi. 26
* Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. * Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. * Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. * Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. * Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. * Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. * Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniã rogasti me: * nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? * Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. * Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

D 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

CAP. XIX.

ET factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & * venit in fines Iudææ trans Iordanem, * & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. * " Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam, quacumque ex causa? * Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia * "qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? & dixit: * " Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. * Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. * Dicunt illi: " Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere? * Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. * " Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. * Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. * Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. * Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt ennuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat. * Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. * Iesus verò ait eis: " Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum. * Et cùm imposuisset eis manus, abiit inde. * " Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? * Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. * Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: " Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: * Honora patrem tuum, & matrem tuam: &, Diliges proximum tuum sicut teipsum. * Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? * Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. * Cùm audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. * Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cælorum. * Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. * Auditis autè his, discipuli mirabantur valdè, dicẽtes: Quis ergo poterit saluus esse? * Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deũ autem omnia possibilia sunt. * Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? * Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. * Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. * " Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

1 2 A 3 4 D 5 6 7 8 B 9 10 11 12 C 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 D 26 27 28 29 30

Mar.10. d.1
Mar.10. d.2
Gen.1. d.27
Gen.2. d.21
Eph.5. g.31
1.Cor.6. d.16
Deut.24. a.1
Sup.5. e.32
Mar.10. b.11
Luc.16. d.18
1.Cor.7. b.18
Mar.10. f.13 Luc.18. c.15
Sup.18. d.3
Mar.10. f.17 Luc.18. d.18
Eccl.1. c.13
Sup.19. d.30 Mar.10. d.28 Luc.13. f.31
Mar.10. d.31 Luc.18. f.31
Mar.10. d.35
Isa.56. b.16 Mar.10. d.31 Luc.18. f.30

CAP. XX.

SImile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. * Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. * Et egressus circa horã tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, * & dixit illis: Ite & vos in vineã meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. * Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. * Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hìc statis tota die otiosi? * Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. * Cùm serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. * Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. * Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. * Et accipiẽtes murmurabant aduersus patrem familias, * dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei, & æstus. * At ille respondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nónne ex denario conuenisti mecum? * Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. * Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? * " Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: multi enim sunt vocati, pauci verò electi. * " Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: * Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, * & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigẽdum, & tertia die resurget. * " Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. * Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo. * Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. * Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sede re autem ad dexteram meam vel sinistra m, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. * Et audientes decem, indignati 24 sunt de duobus fratribus. * Iesus autem 25 vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in 26 eos. * Non ita erit inter vos: sed qui- D cumque voluerit in ter vos maior fieri, sit 27 vester minister: * & qui voluerit inter 28 vos primus esse, erit vester seruus. * sicut filius hominis non venit ministrati, sed ministrare, & dare animam suam, re- 29 demptionem pro multis. * Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum tur- 30 ba multa: * & ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerunt, dicentes: Domine miserere nostri, fili Dauid. * Turba autem 31 increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere 32 nostri, fili Dauid. * Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam 33 vobis? * Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. * Misertus autem eorum 34 Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

1 A 2 3 4 5 6 7 8 9 B 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 C 20 21 22 23 B

CAP. XXI.

ET cùm appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad 1 A Montem oliueti: tunc Iesus misit duos 2 discipulos, * dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: 3 soluite, & adducite mihi: * & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus 4 his opus habet: & confestim dimittet eos. * Hoc autem totum factum est, vt 5 adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: * " Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. * Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. * Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum 8 desuper sedere fecerũt. * Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via: * turbæ autem, quæ 9 præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: " Hosanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis. * Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa

Mar.11. d.1 Luc.19. c.10
Sup.21. d.5 Luc.22. c.25
Phil.2. d.7
Mar.10. g.46 Luc.18. f.35
Isai.62. d.11 Zach.9.b.9 Joan.12. b.15
Psal.117. d.26 Mar.11. b.9 Luc.19. g.38

ciuitas, dicens: Quis est hic? * Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. * Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo; & mensas numulariorum, & cathedras vendétium columbas euertit: * & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam spelunca latronum. * Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo: & sanauit eos. * Videntes autem principes sacerdotum, & Scribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid: indignati sunt, * & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique. numquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? * Et relictis illis, abiit foras extra Ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit. * Mane autem reuertens in Ciuitatem, esuriit. * Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantùm, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. * Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuò aruit? * Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet. * Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. * Et cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum, & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? * Respondens Iesus dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. * Baptismus Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: * Si dixerimus, è cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. * Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. * Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea. * Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, pœnitentia motus, abiit. * Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo, domine, & non iuit. * quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. * Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei. * Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. * Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. * Et agricolæ, apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. * Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. * Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebũtur filium meum. * Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatẽ eius. * Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. * Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? * Aiunt illi: Malos malè perdet; & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. * Dicit illis Iesus: Numquam legistis in Scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris? * Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. * Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. * Et cùm audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret. * Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: * Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. * Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. * Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. * Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam: * reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. * Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. * Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. * ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias. * Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. * Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. * Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. * Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. * Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. * Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent eum in sermone. * Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: * dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non? * Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? * ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. * Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio? * Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. * Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. * In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum, * dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. * Erant autem apud nos septem fratres: & primus, vxore ducta, defunctus est: & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter secundus, & tertius, vsq; ad septimum. * Nouissimè autẽ omnium & mulier defuncta est. * In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam. * Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. * In resurrectione enim, neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cælo. * De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis: * Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium. * Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. * Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum: * & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: * Magister, quod est mãdatum magnum in Lege? * Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. * Hoc est maximum, & primum mandatum. * Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. * In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. * Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, * dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. * Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: * Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum? * Si ergo Dauid vocat eũ Dominum, quomodo filius eius est? * Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

TVnc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, * dicens: Super cathedram Moysi sederunt * Scribæ, & Pharisæi. * Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. * * Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. * Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab hominibus: * dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. * Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, * & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. * * Vos autem nolite vocari Rabbi. vnus est enim Magister vester, omnes autem

vos fratres estis. * " Et patrem nolite vocare vobis super terram : vnus est enim Pater vester, qui in cælis est. * Nec vocemini magistri: quia Magister vester vnus est, Christus. * Qui maior est vestrũ, erit minister vester. * " Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. *Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines. vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. * Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: "quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. * Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridã, vt faciatis vnum proselytum : & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennę duplo quàm vos. * Væ vobis duces cæci, qui dicitis : Quicumque iurauerit per templum, nihil est : qui autem iurauerit in auro templi, debet. *Stulti, & cæci: Quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum ? * Et quicumque iurauerit in altari, nihil est : quicumque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet. * Cæci: Quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum ? * Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. * & quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso: * & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. * " Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quę grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere. *Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditia. *Pharisæe cæce, munda priùs quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id, quod deforis est, mundum. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. * sic & vos aforis quidem paretis hominibus iusti : intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. * Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, * & dicitis : Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. * itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. * Et vos implete mensuram patrum vestrorum. * " Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ ? * Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem : * vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, "à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. * Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? * Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. *Dico enim vobis, non me videbitis amodò, donec dicatis : Benedictus, qui venit in nomine Domini.

CAP. XXIIII.

ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. *Ipse autem respondens dixit illis : Videtis hæc omnia ? Amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui non destruatur. * "Sedente autẽ eo super Montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes : Dic nobis, quando hęc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi. * " Et respondens Iesus, dixit eis : Videte nequis vos seducat. * multi enim venient in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus: & multos seducent. * Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. * consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. *hæc autem omnia initia sunt dolorum. * " Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. *Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. * Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. * Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. *qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. * Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus : & tunc veniet consummatio. * Cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est "à Daniele propheta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat : * tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes : * & qui in tecto, nõ descendat tollere aliquid de domo sua: * & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. * Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. * Orate autem vt non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato. *erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiet. * Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro : sed propter electos breuiabuntur dies illi. * " Tunc si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. * Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ : & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducãtur (si fieri potest) etiam electi. * Ecce prædixi vobis. * Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. * Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem : ita erit & aduentus Filij hominis. * " Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. * " Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur : * & tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maiestate. * Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna : & congregabunt electos eius à quattuor vẽtis, à summis cælorum vsq; ad terminos eorum. * Ab arbore autem fici discite parabolam: cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas: * ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. * Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. * " Cælum, & terra trãsibunt, verba autem mea non præteribunt. * De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi solus pater. * " Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus Filij hominis. * sicut enim erãt in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, * & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes : ita erit & aduentus Filij hominis. *Tunc duo erunt in agro : vnus assumetur, & vnus relinquẽtur. *duæ molentes in mola : vna assumetur, & vna relinquetur. * Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. * Illud autem scitote, "quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. * Ideo & vos estote parati : quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est. *Quis, putas, est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore ? * " Beatus ille seruus, quem cùm venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. * amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. *Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire : * & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis : *veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat : * & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. * illic erit fletus, & stridor dentium.

CAP. XXV.

TVnc simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes : *sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum : * prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. * Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. * Media autẽ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. * Fatuæ autem sapientibus dixerunt : Date nobis de oleo vestro : quia lampades nostræ extinguuntur. *Responderunt prudentes, dicentes : Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. * Dum autem irent emere, venit sponsus : & quæ paratæ erant,

intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa
est ianua. * Nouissimè verò veniunt & 11
reliquæ virgines, dicentes: Domine, Do-
mine, aperi nobis. * At ille respondens 12
ait: Amen dico vobis, nescio vos. * " Vi- 13
gilate itaque, quia nescitis diem, neque
horam. * " Sicut enim homo peregrè 14
proficiscens, vocauit seruos suos, & tra-
didit illis bona sua. * Et vni dedit quin- 15
que talenta, alij autem duo, alij verò B
vnum, vnicuique secundùm propriam
virtutem, & profectus est statim. *Abiit 16
autem qui quinque talenta acceperat, &
operatus est in eis, & lucratus est alia
quinque. *Similiter & qui duo acceperat, 17
lucratus est alia duo. * Qui autem vnum 18
acceperat, abiens fodit in terram, & abs-
condit pecuniam domini sui. *Post mul- 19
tum verò temporis venit dominus ser-
uorum illorum, & posuit rationem cum
eis. *Et accedens qui quinque talenta ac- 20
ceperat, obtulit alia quinque talenta, di-
cens: Domine, quinque talenta tradidisti
mihi, ecce alia quinque superlucratus
sum. * Ait illi dominus eius: Euge serue 21
bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fi-
delis, super multa te constituam, intra in
gaudium domini tui. *Accessit autem & 22
qui duo talenta acceperat, & ait: Domi-
ne, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia
duo lucratus sum. * Ait illi dominus 23
eius: Euge serue bone, & fidelis, quia su-
per pauca fuisti fidelis, super multa te
constituam, intra in gaudium domini
tui. * Accedens autem & qui vnum ta- 24
lentum acceperat, ait: Domine, scio quia
homo durus es, metis vbi non seminasti,
& congregas vbi nō sparsisti: *& timens 25
abij, & abscondi talentum tuum in ter- C
ra: ecce habes quod tuum est. *Respon- 26
dens autem dominus eius, dixit ei: Serue
male, & piger, sciebas quia meto vbi
non semino, & congrego vbi non sparsi:
*oportuit ergo te committere pecuniam 27
meam numulariis, & veniens ego rece-
pissem vtique quod meum est cum vsu-
ra. *Tollite itaque ab eo talentum, & da- 28
te eì qui habet decem talenta. *" omni 29
enim habenti dabitur, & abundabit: ei
autem qui non habet, & quod videtur
habere, auferetur ab eo. * Et inutilē ser- 30
uum eiicite in tenebras exteriores: illic
erit fletus, & stridor dentium. *Cùm au- 31
tem venerit Filius hominis in maiestate
sua, & omnes angeli cum eo, tunc sede-
bit super sedē maiestatis suæ: *& congre- 32
gabuntur ante eum omnes gentes, & se-

*Mar. 13. d. 33
*Luc. 19. b. 12

parabit eos ab inuicem, sicut pastor se- 33
gregat oues ab hœdis: * & statuet oues
quidem à dextris suis, hœdos autem à si-
nistris. * Tunc dicet rex his, qui à dextris 34
eius erunt: Venite benedicti Patris mei,
possidete paratum vobis regnum à cōsti-
tutione mundi. *" esuriui enim, & dedi- 35
stis mihi manducare: sitiui, & dedistis
mihi bibere: hospes eram, & collegistis
me: * nudus, & cooperuistis me: infir-
mus, & visitastis me: in carcere eram, & 36
venistis ad me. *Tunc respōdebunt ei iu- 37
sti, dicentes: Domine, quando te vidimus
esurientem, & pauimus te: sitientem, & 38
dedimus tibi potum? * quando autem te
vidimus hospitem, & collegimus te: aut
nudum, & cooperuimus te? *aut quando 39
te vidimus infirmum, aut in carcere, &
venimus ad te? *Et respondens rex, dicet
illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis
vni ex his fratribus meis minimis, mihi
fecistis. *Tunc dicet & his, qui à sinistris 41
erūt: " Discedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus est diabolo, & an-
gelis eius. * esuriui enim, & non dedistis 42
mihi manducare: sitiui, & non dedistis
mihi potum: * hospes eram, & non col-
legistis me: nudus, & non cooperuistis
me: infirmus, & in carcere, & non visi-
tastis me. *Tunc respondebunt ei & ipsi, 44
dicentes: Domine, quando te vidimus
esurientem, aut sitientem, aut hospitem,
aut nudum, aut infirmum, aut in car-
cere, & non ministrauimus tibi? * Tunc 45
respondebit illis, dicens: Amen dico vo-
bis: Quamdiu non fecistis vni de mino-
ribus his, nec mihi fecistis. * " Et ibunt 46
hi in supplicium æternum; iusti autem
in vitam æternam.

*Sup. 15. b. 12
Mar. 4. c. 25
Luc. 8. c. 18 & 19. d. 26

*Psa. 58. b. 7
Ecclus. 18. b. 7
Eccli. 7. d. 38

*Ioan. 5. c. 29
Dan. 12. d. 2

*Psal. 5. c. 9
Sup. 7. d. 23
Luc. 13. f. 27

CAP. XXVI.

ET factum est: cùm consummasset 1
Iesus sermones hos omnes, dixit di- A
scipulis suis: *" Scitis quia post biduum 2
Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt
crucifigatur. *Tunc cōgregati sunt prin- 3
cipes sacerdotum, & seniores populi, in
atrium principis sacerdotum, qui dice-
batur Caiphas: * & consilium fecerunt 4
vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.
* Dicebant autem: Non in die festo, ne 5
fortè tumultus fieret in populo. *" Cùm 6
autem Iesus esset in Bethania in domo
Simonis leprosi, * accessit ad eum mulier 7
habens alabastrum vnguenti pretiosi, &
effudit super caput ipsius recumbentis.
* Videntes autem discipuli, indignati 8

sunt

*Psal. 9. c. 9
Sup. 7. d. 23
Luc. 13. f. 27

*Mar. 14. b. 17
Luc. 22. b. 14
Ioan. 13. b. 21

*Psal. 40. c. 10

*Ioan. 13. c. 18

*Mar. 14. c. 1 & 2. & 12. a. 1
Mar. 14. a. 8

*Mar. 14. c. 27
Ioan. 16. d. 32
Zach. 13. c. 7
Mar. 16. b. 7

sunt dicentes: Vt quid perditio hęc? *po- 9
tuit enim istud venundari multo, & dari
pauperibus. *Sciens autem Iesus, ait illis: 10
Quid molesti estis huic mulieri? opus
enim bonum operata est in me. * nam 11
semper pauperes habetis vobiscum: me
autem non semper habetis. * Mittens 12
enim hæc vnguentū hoc in corpus meū,
ad sepeliendum me fecit. * Amen dico 13
vobis, vbicumque prędicatum fuerit hoc
Euangelium in toto mundo, dicetur &
quòd hæc fecit in memoriā eius. *" Tunc 14
abiit vnus de duodecim, qui dicebatur B
Iudas Iscariotes, ad principes sacerdo-
tum: *& ait illis: Quid vultis mihi dare, 15
& ego vobis eum tradam? At illi consti-
tuerunt ei triginta argenteos. * Et exin- 16
de quærebat opportunitatem vt eum tra-
deret. * Prima autem die azymorum 17
accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes:
Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?
* At Iesus dixit: Ite in ciuitatē ad quem- 18
dam, & dicite ei: Magister dicit: Tem-
pus meum prope est, apud te facio Pa-
scha cum discipulis meis. * Et fecerunt 19
discipuli sicut constituit illis Iesus, & pa-
rauerunt Pascha. *" Vespere autem fac- 20
to, discumbebat cum duodecim disci-
pulis suis. * Et edētibus illis, dixit: Amen 21
dico vobis, quia vnus vestrūm me tradi-
turus est. *Et contristati valde, cœperunt
singuli dicere: Nūquid ego sum Domi-
ne? * At ipse respondens, ait: Qui intin- 23
git mecum manum in paropside, hic me
tradet. *Filius quidē hominis vadit, *sic- 24
ut scriptum est de illo: væ autem homi C
illi, per quē Filius hominis tradetur: bo-
num erat ei, si natus nō fuisset homo il-
le. *Respondens autem Iudas, qui tradi- 25
dit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi?
Ait illi: Tu dixisti. *" Cœnantibus autem 26
eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac
fregit, deditq. discipulis suis, & ait: Accī-
pite, & comedite: hoc est corpus meum.
* Et accipiens calicem gratias egit: & de- 27
dit illis, dicēs: Bibite ex hoc omnes. *Hic 28
est enim sanguis meus noui testamenti,
qui pro multis effundetur in remissio-
nem peccatorum. * Dico autem vobis: 29
non bibam amodo de hoc genimine vi-
tis, vsque in diem illum, cùm illud bibam
vobiscum nouum in regno Patris mei.
* Et hymno dicto, exierunt in Montem 30
oliueti. * Tunc dicit illis Iesus: " Omnes 31
vos scandalum patiemini in me, in ista
nocte. Scriptū est enim: Percutiam pasto-
rem, & dispergentur oues gregis. *Post- 32

*Mar. 14. b. 10
Luc. 22. a. 3

*Mar. 14. b. 12
Luc. 22. a. 7

*Mar. 14. c. 27
Ioan. 16. d. 32
Zach. 13. c. 7
Mar. 16. b. 7

quam autem resurrexero, præcedam vos
in Galilæam. * Respondens autem Pe- 33
trus, ait illi: Et si omnes scandalizati fue-
rint in te, ego numquam scandalizabor.
* Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in 34
hac nocte antequam gallus cantet, ter
me negabis. * Ait illi Petrus: " Etiamsi 35
oportuerit me mori tecum, non te ne-
gabo. Similiter & omnes discipuli dixe-
runt. * Tunc venit Iesus cum illis in 36
D villam, quæ dicitur Ge: hsemani, & dixit
discipulis suis: Sedete hīc, donec vadam
illuc, & orem. * Et assumpto Petro, & 37
duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari
& mæstus esse. * Tunc ait illis: Tristis 38
est anima mea vsque ad mortem: susti-
nete hīc, & vigilate mecum. * Et pro- 39
gressus pusillum, procidit in faciē suam,
orans, & dicens: Pater mi, si possibile
est, transeat à me calix iste. verumtamen
non sicut ego volo, sed sicut tu. * Et ve- 40
nit ad discipulos suos, & inuenit eos
dormientes, & dicit Petro: Sic non po-
tuistis vna hora vigilare mecum? * Vigi- 41
late, & orate vt non intretis in tentatio-
nem. Spiritus quidem promptus est, caro
autem infirma. * Iterum secundò abiit, 42
& orauit, dicens: Pater mi, si non potest
hic calix transire nisi bibam illum, fiat
voluntas tua. *Et venit iterum, & inue- 43
nit eos dormientes: erant enim oculi eo-
rum grauati. * Et relictis illis, iterum ab- 44
ijt, & orauit tertiò, eundem sermonem
dicens. * Tunc venit ad discipulos suos, 45
& dicit illis: Dormite iam, & requiesci-
te: ecce appropinquauit hora, & Filius
hominis tradetur in manus peccatorū.
* Surgite eamus: ecce appropinquauit 46
qui me tradet. *" Adhuc eo loquente, 47
E ecce Iudas vnus de duodecim venit, &
cum eo turba multa, cum gladiis & fu-
stibus, missi à principibus sacerdotum, &
senioribus populi. * Qui autem tradidit 48
eum, dedit illis signum, dicens: Quem-
cumque osculatus fuero, ipse est, tenete
eum. * Et confestim accedens ad Iesum, 49
dixit: Aue Rabbi. Et osculatus est eum.
* Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid ve- 50
nisti? Tunc accesserunt, & manus inie-
cerunt in Iesum, & tenuerunt eum. * Et 51
ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, ex-
tendens manum, exemit gladium suum,
& percutiens seruum principis sacerdo-
tum amputauit auriculā eius. * Tunc ait 52
illi Iesus: Cōuerte gladium tuum in lo-
cum suum. * omnes enim, qui acceperint
gladiū, gladio peribunt. * An putas, quia 53

non

*Mar. 14. c. 43
Luc. 22. c. 47
Ioan. 18. a. 3

*Gen. 9. a. 6
Apoc. 13. c. 13

non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? * Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? * In illa hora dixit Iesus turbis: Tãquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. * Hoc autem totum factũ est, vt adimplerentur Scripturę prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. * At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. * Petrus autem sequebatur eum à longè, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt videret finem. * Principes autem sacerdotum, & omne cõcilium, quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: * & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, * & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. * Et surgés princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? * Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. * Dicit illi Iesus: Tu dixisti. verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. * Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam: * quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. * Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, * dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? * Petrus verò sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. * At illè negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. * Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. * Et iterum negauit cum iuramento: Quia non noui hominem. * Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. * Tunc cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit. * Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quòd dixerat: Priùs quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

*Isa. 53. c. 10 — 54
*Thren. 4. d. 20 — 56 A
*Mar. 14. f. 53 Luc. 22. f. 54 Ioan. 18. c. 24 — 57
58
59
*Ioan. 2. d. 19 — 60
61
62 B
*Sup. 16. d. 27 1. Thess. 4. d. 14 Rom. 14. b. 10 — 63
64
65 G
66
67
*Isa. 50. c. 6 Mar. 14. g. 65 — 68
*Luc. 22. f. 55 Ioan. 18. c. 25 — 69
70
71
72
73
74

CAP. XXVII.

MAnè autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. * Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. * Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, * dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. * Et proiectis argenteis in templo, recessit: * & abiens laqueo se suspẽdit. * Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. * Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. * * Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. * Tunc impletum est quod dictũ est per Ieremiam prophetam, dicentem: * Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel: * & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. * Iesus autem stetit ante præsidem, * & interrogauit eum præses, dicens: * Tu es Rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. * Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respõdit. * Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? * Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. * Per diem autem sollemnem cõsueuerat præses populo dimittere vnum vinctum, quem voluissent. * habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. * Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittã vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? * Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. * Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. * * Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum

*Mar. 15. d. 1 Luc. 23. d. 1 Ioan. 18. c. 28 — 1
A
*Mar. 15. d. 16 Ioan. 19. d. 18 *Psal. 21. d. 17 — 2
3
4
5
*Act. 1. c. 18 — 6
7
8
B
*Act. 1. c. 19 — 9
*Zach. 11. c. 12 — 10
11
*Mar. 15. a. 2 *Luc. 23. a. 1 *Ioan. 18. f. 28 — 12
13
14
15
16
17
18
*Mar. 15. b. 11 Luc. 23. b. 18 Ioan. 18. g. 40 Act. 3. b. 14 — 19
20
C

sum verò perderent. * Respondens autem præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. * Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? * Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. * Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. * Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. * Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatũ tradidit eis vt crucifigeretur. * Tunc milites præsidis susципientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: * & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei; * & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. * Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. * Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. * Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. * Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. * Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cùm gustasset, noluit bibere. * Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem. * Et sedentes seruabant eum. * Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDÆORVM. * Tunc crucifixi sunt eum eo duo latrones; vnus à dextris, & vnus à sinistris. * Prætereuntes autẽ blasphemabant eum mouentes capita sua, * & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. * Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus dicebant: * Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc

*Mar. 15. b. 21 Luc. 23. d. 26 *Mar. 15. b. 21 Luc. 23. d. 26 Ioan. 19. d. 17 — 21
22
23
24
*Mar. 15. c. 24 Luc. 23. f. 34 Ioan. 19. d. 18 — 25
26
27
28
29
D
30
31
*Ioan. 2. d. 19 — 32
33
34
G
35
*Mar. 15. d. 27 Luc. 23. f. 33 Ioan. 19. f. 18 — 36
37
E
38
39
40
41
*Sap. 2. d. 18 — 42

de cruce, & credimus ei: * confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia filius Dei sum. * Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erãt cum eo, improperabant ei. * A sexta autem hora tenebręfactę sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. * Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamma sabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? * Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste. * Et continuò currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. * Ceteri verò dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberans eum. * Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. * Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum. & terra mota est, & petræ scissæ sunt, * & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. * Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. * Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè Filius Dei erat iste. * Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quę secutę erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: * inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. * Cùm autem serò factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. * hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. * Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. * Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. * Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. * Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum, * dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. * Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis. & erit nouissimus error peior priore.

*Psal. 21. 4. 9 — 43
44
45
46
*Psal. 21. a. 1 — 47
48
F
49
50
*2. Par. 3. d. 14 — 51
52
53
54
55
56
*Mar. 15. d. 42 Luc. 23. c. 50 Ioan. 19. f. 38 — 57
G
58
59
60
61
62
63
64

* Ait illis Pilatus : Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. * Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

CAP. XXVIII.

Marc.16. b.6 Ioan.20. c.11

VEspere autē sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulchrum. * Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: * erat autem aspectus eius sicut fulgur : & vestimentum eius sicut nix. * Præ timore autē eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. * Respondens autē angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos : scio enim, quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis: * non est hic : surrexit enim, sicut dixit. venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. * Et citò euntes dicite discipulis eius quia surrexit : & ecce præcedit vos in Galilæam : ibi eum videbitis. ecce prædixi vobis. * Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. * Et ecce Iesus occurrit illis, dicens : Auete. Illę autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. * Tunc ait illis Iesus : Nolite timere. ite, nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. * Quæ cùm abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. * Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, * dicentes : Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. * Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. * At illi, accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsq; in hodiernum diem. * Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem, vbi constituerat illis Iesus. * Et vidētes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. * Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. * " euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: * docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT PRIMVM.

Mat.3.a.1

INITIVM Euangelij Iesu Christi, Filij Dei. A

a Malach. 3.a.1 Isa.40.d.3 Ioan.1. c.15 Luc.3.a.4.

* Sicut scriptum est in Isaia propheta: " Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. * Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. * Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentię in remissionem peccatorum. * " Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. * " Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel silue-

a Mat.3. a.5

a Leu.11. c.22 Mat.3. c.11

stre

Luc.3.c.16 Ioan.1. d.27 Act.1.a.5. & 2.a.4. & 11.c.16. & 19.a.4

uestre edebat. Et prædicabat dicens: * Venit fortior me post me : cuius non sum dignus procumbens soluere corigiā calceamentorum eius. * Ego baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu sancto. * Et factum est : in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ : & baptizatus est à Ioanne in Iordane. * Et statim ascendens de aqua, vidit cęlos apertos, * & Spiritum tamquam columbam descendentem, & manentem in ipso. * Et vox facta est de cælis : Tu es filius meus dilectus, in te complacui. * " Et statim Spiritus expulit eum in desertum. * Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus : & tentabatur à satana: eratq; cū bestiis, & angeli ministrabant illi. * " Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, * & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. * " Et præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simonē, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare (erant enim piscatores) * & dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. * Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum. * Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui : * & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eum. * Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos. * " Et stupebant super doctrina eius: erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribę.

Luc.3. c.22 Ioan.1. d.32

Mat.4. a.1 Luc.4.a.1

Matt.4. b.12 Luc.4.c.14 Ioan.4. f.43.

Mat.4. c.18 Luc.5.a.2

Mat.4. b.13 Luc.4.c.31

Mat.7. d.28

Luc.4. c.32

* " Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immūdo: & exclamauit, * dicens: Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene: venisti perdere nos? scio qui sis, Sanctus Dei. * Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine. * Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exiit ab eo. * Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se dicentes : Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediūt ei. * Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. * " Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne. * Decumbebat autem socrus Simonis febricitans : & statim dicunt ei de illa. * Et accedens eleuauit eam, apprehensa manu eius : & continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis. * Vespere autem facto cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes: * & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. * Et curauit multos, qui vexabantur variis languoribus, " & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. * Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum, ibique orabat. * Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. * Et cùm inuenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. * Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem : ad hoc enim veni. * Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens. * " Et venit ad eum leprosus deprecans eum : & genu flexo dixit ei : Si vis, potes me mundare. * Iesus autem misertus eius, extendit manum suam : & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare. * Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. * Et comminatus est ei, statimque eiecit illum : * & dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, " quæ præcepit Moyses in testimonium illis. * At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conueniebant ad eum vndique.

a Luc.4. f.42

Mat.8. a.2 Luc.15. c.12

a Luc.14. a.3

CAP. II.

ET iterum intrauit Capharnaum post dies, * & auditum est quòd in domo esset, & conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. * Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quattuor portabatur. * Et cùm non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat : & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. * Cùm autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico : Fili, dimittuntur tibi peccata tua. * Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitātes in cordibus suis: * Quid hic sic loquitur? blasphemat. " Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus ? * Quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis : Quid ista cogitatis in cordibus vestris ? * Quid est facilius, dicere paralytico:

Mat.9.a.1 Luc.5.d.18

a Iob 14. a.4 Isa.43. d.25

lytico: Dimittuntur tibi peccata; an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? *Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) *tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. * Et statim surrexit ille: &, sublato grabato, abiit corã omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia numquam sic vidimus. * Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. *"Et cùm præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. *Et factum est, cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant eum Iesu, & discipulis eius: erant enim multi, qui & sequebantur eum. * Et Scribæ & Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit Magister vester? *" Hoc audito Iesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent: non enim veni vocare iustos, sed peccatores. * Et erant discipuli Ioannis & Pharisęi ieiunãtes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? * Et ait illis Iesus: Numquid possunt filij nuptiarũ, quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. *" Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. * Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. *Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt: sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. *" Et factum est iterum cùm Dominus sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt progredi, & vellere spicas. *Pharisæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt sabbatis quod non licet? *Et ait illis: Numquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurit ipse, & qui cum eo erant? * quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, "nisi sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? * Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. * Itaque Dominus est filius hominis, etiam sabbati.

*Mat.9. a.9 Luc.5.f.27
*Mat.9. b.15 Luc.5.f.35
*1.Tim.1. c.15
*Leuit.24. b.9

CAP. III.

ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam. * Et obseruabant eum, si sabbatis curaret, vt accusarent illum. *Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. * Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an malè? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. * Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi. * " Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent. *Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, * & ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. *Et dixit discipulis suis vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum. * multos enim sanabat, ita vt irruerent in eũ vt illum tangerent quotquot habebant plagas. * Et spiritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes: * Tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum. * " Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. *Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prędicare. *Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. * Et imposuit Simoni nomen Petrus: * & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitrui: * & Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum, *& Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum. *Et veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non possent neque panem manducare. * Et cùm audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam in furorem versus est. * Et Scribæ, qui ab Ierosolymis descenderant,

*Mat.12. a.9 Luc.6.f.16
*Mat.12. b.14

dice-

*Mar.9. d.34

dicebant: "Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia. *Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eijcere? * Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. * Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare. * Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet. * Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi priùs fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. * " Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerint: * qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctũ, non habebit remissionẽ in æternum, sed reus erit æterni delicti. * Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet. * Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum, *& sedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. *Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei? * Et circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. *Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

*Matt.12. c.31 Luc.12. b.10 Ioan.5. d.56
*Matt.12. d.46 Luc.8.c.19

CAP. IIII.

*Matth.13. a.1 Luc.8.a.4

ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendẽs sederet in mari, & omnis turba circa mare super terrã erat: *& docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: *Audite: ecce exijt seminans ad seminandum. *Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud. * Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ: * & quando exortus est sol, exæstuauit: & eò quòd non habebat radicem, exaruit. *Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructũ non dedit. *Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem, & crescentem; & afferebat vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. * Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. *Et cùm esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam. *Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autẽ, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: * " vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & nõ intelligant: nequãdo conuertantur, & dimittantur eis peccata. * Et ait illis: Nescitis parabolã hãc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? * Qui seminat, verbum seminat. * Hi autem sunt, qui circa viam, vbi seminatur verbum, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum. * Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur: qui cùm audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud: * & non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur. * " Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt, qui verbum audiunt, *& ærumnę seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua cõcupiscentiæ introeuntes suffocãt verbum, & sine fructu efficitur. * Et hi sunt, qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt & fructificãt, vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. * Et dicebat illis: Numquid venit lucerna vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nónne vt super candelabrum ponatur? * "Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed vt in palam veniat. * Si quis habet aures audiendi, audiat. * Et dicebat illis: Videte quid audiatis. "In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis. *" Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. * Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, *& dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. * Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. *Et cùm produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. *Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? * Sicut granum sinapis, quod cùm seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra: * & cùm seminatum fuerit, ascendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare. *Et talibus multis parabo-

*Isa.6.c.9 Matth.13. b.14 Ioan.12. f.40 Act.28. f.26 Rom.11. b.8
*1.Tim.6. c.17
*Matth.5. b.15 Lu.8.c.16. & 11.c.33
*Matt.10. c.26 Luc.8.c.17
*Matth.7. a.2 Luc.6.f.38
*Matt.13. b.12.& 25. c.29 Lu.8.c.18. & 19.d.26
*Matt.13. c.34

lis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: * sine parabola autem non loquebatur eis. seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. * Et ait illis in illa die, cùm serò esset factum: Transeamus contrà. * " Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. * Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. * Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus? * Et exurgẽs comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna. * Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

*Matth. 8. c. 23 Luc. 8. c. 22

CAP. V.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. * Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, * qui domicilium habebat in monumentis, & neq; catenis iam quisquam poterat eum ligare: * quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & cõpedes cõminuisset, & nemo poterat eum domare. * & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus. * Videns autem Iesum à longè, cucurrit, & adorauit eum: * & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi, Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas. * Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. * Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. * Et deprecabatur eum multùm, ne se expelleret extra regionem. * Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens. * Et deprecabantur eum spiritus, dicẽtes: Mitte nos in porcos vt in eos introeamus. * Et cõcessit eis statim Iesus. Et exeũtes spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. * Qui autẽ pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatẽ, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum: * & veniunt ad Iesum: & vident illum, qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. * Et narrauerunt illis, qui viderãt, qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. * Et rogare cœperũt eum vt discederet de finibus eorum. * Cumque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo: * & non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. * Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. * Et cùm transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. * " Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius, * & deprecabatur eũ multùm, dicens: Quoniam filia mea in extremis est, Veni, impone manum super eam, vt salua sit, & viuat. * Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. * Et mulier, quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, * & fuerat multa perpessa à compluribus medicis: & erogauerat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deterius habebat: * cùm audisset de Iesu, venit in turba retrò, & tetigit vestimentum eius: * dicebat enim: Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. * Et cõfestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga. * Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem, quæ exierat de illo, conuersus ad turbam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? * Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit? * Et circumspiciebat videre eam, quę hoc fecerat. * Mulier verò timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. * Ille autem dixit ei: " Filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. * Adhuc eo loquente, veniunt a archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas Magistrum? * Iesus autem audito verbo, quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede. * Et non admisit quemquam se sequi, nisi Petrũ, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. * Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultũ, & flentes, & eiulantes multùm. * Et ingressus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. * Et irridebant eum. Ipse verò, eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur vbi puella erat iacens. * Et tenens manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge. * & confestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno. * Et præcepit illis vehementer vt nemo id sciret: & dixit dari illi manducare.

Matth. 13. f. 14 Luc. 4. c. 16 Ioan. 4. f. 44 * Mar. c. 11. Luc. 8.

* Ioan. 6. c. 42

CAP. VI.

ET egressus inde, abijt in patriã suam: & sequebantur eum discipuli sui: * & facto sabbato cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi; & virtutus tales, quæ per manus eius efficiuntur. * " Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? nónne & sorores eius hîc nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. * Et dicebat illis Iesus: " Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. * Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: * & mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu docens. * " Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituum immundorum. * Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm; non peram, non panem, neque in zona æs, * " sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. * & dicebat eis: Quocumque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde: * & quicumque non receperint vos, nec audierint vos, " exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. * Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent: * & dæmonia multa eijciebant, * & vngebant oleo multos ægros, & sanabant. * " Et audiuit rex Herodes, (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. * Alij autem dicebant: Quia Elias est. Alij verò dicebant: Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. * Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. * " Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. * Dicebat enim Ioannes Herodi: " Non licet tibi habere vxorem fratris tui. * Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. * Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. * Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. * cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recũbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi: * & iurauit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. * Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. * Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. * Et contristatus est rex: propter iusiurandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare: * sed misso speculatore præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere, * & attulit caput eius in disco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. * Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. * Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renunciauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant. * Et ait illis: " Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant. * Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum. * Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos. * " Et exiens vidit turbã multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. * Et cùm iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes: Desertus est locus hic, & iam hora præterijt: * " dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos, quos manducent. * Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. * Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, &

Leu. 18. c. 16

Matt. 14. d. 11 Luc. 9. b. 10

Matth. 9. d. 36. & 14 c. 14

Luc. 9. b. 12 Ioan. 6. a. 9

ite, & videte. Et cùm cognouissent, dicunt: Quinque, & duos pisces. *Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes secũdùm cõtubernia super viride fœnũ. *Et discubuerunt in partes, per centenos & quinquagenos. *Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus. *Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. *Et sustulerunt reliquias, fragmentorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. *Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum. *Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. *Et cùm dimisisset eos, abijt in montem orare. *Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. *" Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus cõtrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat prætерire eos. *At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. *Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. *Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant: *non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. *" Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. *Cumque egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum: *& percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui se malè habebant, circumferre, vbi audiebant eum esse. *Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

*Matt. 14. c. 25

*Matt. 14. d. 34

CAP. VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Ierosolymis. *" Et cùm vidissent quosdam ex discipulis eius, communibus manibus, id est non lotis, manducare panes, vituperauerunt. *Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, nõ manducant, tenentes traditionem seniorum: *& à foro nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum: *& interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulãt iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? *At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: " Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. *in vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum. *Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominũ, baptismata vrceorum, & calicum: & alia similia his facitis multa. *Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis. *Moyses enim dixit: " Honora patrẽ tuum, & matrem tuam. Et: " Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. *Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban (quod est donum) quodcumque ex me, tibi profuerit: *& vltrà non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri, *rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis: & similia huiusmodi multa facitis. *" Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. *Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ communicant hominem. *Si quis habet aures audiendi, audiat. *Et cùm introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. *Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiẽs in hominem, non potest eum cõmunicare: *quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas? *Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem. *" Abintus enim de corde hominũ malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, *furta, auaritię, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. *Omnia hęc mala abintus procedunt, & communicant hominem. *" Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. *Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius. *Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eijceret de filia eius. *Qui dixit illi: Sine priùs saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. *At illa respondit, & dixit illi: Vtique Domine, nam & catelli comedũt sub mensa de micis puerorum. *Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exijt dæmonium à filia tua. *Et cùm abijsset domum suam, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exijsse. *Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. *" Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. *Et apprehendens eũ de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expués, tetigit linguam eius: *& suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. *Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. *Et prꝛecepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis prꝛecipiebat, tanto magis plus prædicabant: *& eo ampliùs admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

*Matth. 15. d. 32

*Matt. 16. a. 1 Luc. 11. f. 54

CAP. VIII.

IN diebus illis iterum cùm turba multa esset, nec haberẽt quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: *Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: *& si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt. *Et respondunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine? *Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. *Et prꝛecepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agẽs fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. *Et habebant piscículos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. *Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. *Erãt autem qui manducauerant, quasi quattuor millia: & dimisit eos. *Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. *" Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signũ de cælo, tentantes eum. *Et ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signũ. *Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abijt trans fretum. *" Et obliti sunt panes sumere: & nisi vnum panem non habebant secum in naui. *Et prꝛecipiebat eis, dicens: Videte, & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis. *Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus. *Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes nõ habetis? nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatũ habetis cor vestrum? *oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? " Nec recordamini, *quãdo quinque panes fregi in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. *Quando & septẽ panes in quattuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. *Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? *Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. *Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum si quid videret. *Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulãtes. *Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre. & restitutus est ita vt clarè videret omnia. *Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris. *" Et egressus est Iesus, & discipuli eius, in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis? " Quem me dicunt esse homines? *Qui responderunt illi, dicentes: Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij verò quasi vnum de prophetis. *Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus. *Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. *Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere. *Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. *Qui cõuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me Satana, quoniam nõ sapis quę Dei sunt, sed quę sunt hominum. *Et conuocata turba cum

*Matt. 15. a. 2

*Matt. 15. c. 24

*Matt. 16. b. 9 Prou. 20. c. 20

*Matt. 15. b. 10

*Matt. 16. 4. 5

*Matt. 16. b. 13

*Luc. 9. b. 18

*Sup. 6. f. 41 Ioan. 6. b. 11

*Exod. 20. c. 12 Deut. 5. b. 16 Ephes. 6. a. 2

*Exod. 21. c. 16 Leuit. 20. b. 9

*Matt. 15. b. 4

*Gen. 6. a. 5

discipulis suis, dixit eis: " Si quis vult me
sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. * Qui enim 35
voluerit animam suam saluam facere,
perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium,
saluam faciet eam. *Quid enim proderit 36
homini, si lucretur mundum totum: &
detrimentum animæ suæ faciat? * Aut 37
quid dabit homo commutationis pro
anima sua?* "Qui enim me confusus fuerit, & verba mea, in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis
confundetur eum, cùm venerit in gloria
patris sui cum angelis sanctis. * Et dice- 39
bat illis: " Amen dico vobis, quia sunt
quidam de hîc stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum
Dei veniens in virtute.

CAP. IX.

ET post dies sex assumit Iesus Petrũ, 1
& Iacobum, & Ioannem: & ducit A
illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. *Et 2
vestimenta eius facta sunt splendentia, &
candida nimis velut nix, qualia fullo
non potest super terram candida facere.
* Et apparuit illis Elias cum Moyse: & 3
erant loquentes cum Iesu. * Et respon- 4
dens Petrus, ait Iesu: Rabbi, bonum est
nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, Tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ
vnum. *Non enim sciebat quid diceret: 5
erant enim timore exterriti. * Et facta est 6
nubes obumbrans eos: & venit vox de B
nube, dicens: Hic est filius meus charissimus: audite illum. * Et statim circumspi- 7
cientes, neminem amplius viderunt, nisi
Iesum tantùm secum. * " Et descenden- 8
tibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrarent: nisi cùm
Filius hominis à mortuis resurrexerit.
* Et verbum continuerunt apud se, con- 9
quirentes quid esset: Cùm à mortuis resurrexerit. * Et interrogabant eum, di- 10
centes: " Quid ergo dicunt Pharisæi &
Scribæ, quia Eliam oportet venire primùm? * Qui respondens, ait illis: Elias 11
cùm venerit primò, restituet omnia: &
quo modo " scriptum est in Filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur. * Sed dico vobis quia & Elias venit 12
(& fecerunt illi quæcumque voluerunt) C
" sicut scriptum est de eo. * Et veniens ad 13
discipulos suos, vidit turbam magnam
circa eos, & Scribas conquirentes cũ illis. 14
* Et confestim omnis populus videns Ie-
sum, stupefactus est, & expauerunt, &
accurrentes salutabant eum. * Et inter- 15
rogauit eos: Quid inter vos conquiritis?
* " Et respondens vnus de turba, dixit: 16
Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: * qui vbicum- 17
que eum apprehenderit, allidit illum, &
spumat, & stridet dentibus, & arescit: &
dixi discipulis tuis vt eijcerent illum, &
non potuerunt. * Qui respondens eis, di- 18
xit: O generatio incredula, quãdiu apud
vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me. * Et attulerunt eum. Et cùm 19
vidisset eum, statim spiritus conturbauit
illum: & elisus in terram, volutabatur
spumans. * Et interrogauit patrem eius: 20
D Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia: * & fre- 21
quenter eum in ignem, & in aquas misit,
vt eum perderet. sed si quid potes, adiuua 22
nos, misertus nostri. * Iesus autem ait
illi: Si potes credere, omnia possibilia
sunt credenti. * Et continuò exclamans 23
pater pueri, cum lacrymis aiebat: Credo,
Domine: adiuua incredulitatem meam.
* Et cùm videret Iesus cõcurrentem tur- 24
bam, comminatus est spiritui immundo,
dicens illi: Surde & mute spiritus, ego
præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. * Et exclamans, & mul- 25
tum discerpens eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: Quia mortuus est. * Iesus autem te- 26
nens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. * Et cùm introisset in domum, di- 27
scipuli eius secretò interrogabant eum:
Quare nos non potuimus eijcere eum?
* Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest 28
exire, nisi in oratione, & ieiunio. * " Et 29
inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam scire.
* " Docebat autem discipulos suos, & di- 30
cebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident 31
E eum, & occisus tertia die resurget. * At
illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eũ. * Et venerũt Capharnaum. 32
Qui cùm domi essent, interrogabat eos: 33
Quid in via tractabatis? * At illi tacebãt,
siquidẽ in via inter se disputauerãt, " quis 34
eorum maior esset. * Et residens vocauit
duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omniũ nouissimus, & omnium 35
minister. * Et accipiens puerum, statuit
eum in medio eorum: quem cùm complexus esset, ait illis: * Quisquis vnum ex 36
huiusmodi pueris receperit in nomine F
meo, me recipit: & quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum, qui misit
me. * " Respõdit illi Ioannes, dicens: Ma- 37
gister, vidimus quendam in nomine tuo
eijcientẽ dæmonia, qui non sequitur nos,
& prohibuimus eum. * Iesus autem ait: 38
Nolite prohibere eũ. " nemo est enim qui
faciat virtutem in nomine meo, & possit
citò malè loqui de me. * qui enim non est 39
aduersum vos, pro vobis est. * " Quisquis 40
enim potum dederit vobis calicem aquæ
in nomine meo, quia Christi estis: amen
dico vobis, non perdet mercedem suam.
* " Et quisquis scandalizauerit vnum ex 41
his pusillis credentibus in me: bonum est
ei magis si circumdaretur mola asinaria
collo eius, & in mare mitteretur. * " Et 42
si scandalizauerit te manus tua, abscide G
illam: bonum est tibi debilem introire
in vitam, quàm duas manus habentem
ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: * vbi vermis eorum non moritur, & 43
ignis non extinguitur. * Et si pes tuus te 44
scandalizat, amputa illum: bonum est
tibi claudum introire in vitam æternam,
quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: * " vbi 45
vermis eorum non moritur, & ignis non
extinguitur. * Quòd si oculus tuus scan- 46
dalizat te, eijce eum: bonum est tibi luscum introire in regnũ Dei, quàm duos
oculos habentem mitti in gehennam
ignis: * vbi vermis eorum non moritur, & 47
ignis non extinguitur. * " Omnis enim 48
igne salietur, & omnis victima sale salietur. * " Bonum est sal: quod si sal insulsum 49
fuerit: in quo illud condietis? Habete in
vobis sal, & pacem habete inter vos.

CAP. X.

ET inde exurgens venit in fines Iu- 1
dææ vltra Iordanem: & conueniunt A
iterum turbæ ad eum: & sicut consueue- D
rat, iterum docebat illos. * Et accedentes 2
Pharisæi interrogabant eum: Si licet viro
vxorem dimittere: tentantes eum. * At 3
ille respõdens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses? * Qui dixerunt: " Moyses 4
permisit libellum repudij scribere, & dimittere. * Quibus respondens Iesus, ait: 5
Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis
præceptum istud. * ab initio autem creaturæ, " masculum & fœminam fecit eos 6
Deus. * Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad 7
vxorem suam: * & erunt duo in carne 8
vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna 9
caro. * Quod ergo Deus coniunxit, ho- 10
mo non separet. * Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt
eum. * Et ait illis: Quicumque dimiserit B
vxorem suam, & aliam duxerit, adulteriũ committit super eam. * Et si vxor di- 12
miserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. * Et offerebãt illi paruulos vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. * Quos cùm videret 14
Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis
eos: talium enim est regnũ Dei. * Amen 15
dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, nõ intrabit in
illud. * Et complexans eos, & imponens 16
manus super illos, benedicebat eos. * Et 17
cùm egressus esset in viam, procurrens
quidam genu flexo ante eum, rogabat
eum: " Magister bone, quid faciam vt vi- 18
tam æternã percipiam? * Iesus autem di- C
xit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bo- 19
nus, nisi vnus Deus. * " Præcepta nosti: Ne
adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem
feceris, Honora patrẽ tuum & matrem.
* At ille respondens, ait illi: Magister, hęc 20
omnia obseruaui à iuuentute mea. * Ie- 21
sus autem intuitus eum, dilexit eum, &
dixit ei: Vnum tibi deest: vade, quæcumque habes vẽde, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. * Qui contristatus in verbo, abijt 22
mœrens: erat enim habens multas possessiones. * Et circumspiciens Iesus, ait 23
discipulis suis: Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt!
* Discipuli autem obstupescebãt in ver- 24
bis eius. At Iesus rursus respondens ait
illis: Filioli, quàm difficile est, confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire! * Facilius est, camelum per foramen 25
D acus transire, quàm diuitem intrare in
regnum Dei. * Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis po- 26
test saluus fieri? * Et intuens illos Iesus, 27
ait: Apud homines impossibile est, sed
non apud Deum: omnia enim possibilia
sunt apud Deum. * " Et cœpit ei Petrus 28
dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. * Respõdens Iesus, ait: A- 29
men dico vobis: Nemo est, qui reliquerit
domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut filios, aut agros, propter me, & propter euãgelium, * qui non 30
accipiat cẽties tantum, nunc in tempore

hoc,

hoc, domos, & fratres,& sorores,& matres, & filios,& agros,cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam.
* Matt. 19. d. 30 * " Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. * Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. " Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei euentura. * Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum,& Scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus: *& illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die resurget.
* Luc. 18. f. 31
* " Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus, vt quodcumque petierimus, facias nobis. * At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? * Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam,& alius ad sinistram tuam, sedeamus in gloria tua. * Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem, quem ego bibo; aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? *At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini: *sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. * Et audientes decem, cœperunt indignari de Iacobo, & Ioanne. * Iesus autem vocans eos, ait illis: " Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum. * Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister: *& quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. * Nam & Filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. * " Et veniunt Iericho, & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. * Qui cùm audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei. * Et comminabantur ei multi vt taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. * Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei: Animæquior esto; surge, vocat te.
* Luc. 22. c. 25
* Matt. 20. d. 29 Luc. 18. f. 35
* Qui proiecto vestimento suo exiliens, venit ad eum. * Et respondens Iesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam. *Iesus autê ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit, & sequebatur eum in via.

CAP. XI.

ET cùm appropinquarent Ierosolymæ & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, * & ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. * Et si quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite, quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet huc. *Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum. * Et quidam de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? * Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis. * " Et duxerunt pullum ad Iesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. * Multi autem vestimenta sua strauerunt in via: alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via. * Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna: * " Benedictus qui venit in nomine Domini: Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis. * " Et introiuit Ierosolymam in templum: & circumspectis omnibus, cùm iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim. *Et alia die cùm exirent à Bethania, esurijt. * " Cumque vidisset à longè ficum habentem folia, venit si quid fortè inueniret in ea. & cùm venisset ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. * Et respondens, dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius. * Et veniũt Ierosolymam. Et cùm introisset in templum, cœpit eijcere vendentes & ementes in templo: & mensas numulariorũ, & cathedras vendentium columbas euertit. * & non sinebat vt quisquam transferret vas per templum: *& docebat, dicens eis: Nónne scriptum est: " Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. *Quo audito, principes sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo
Matth. 21. a. 1 Luc. 19. c. 29
* Matth. 7. a. 7. & 21. c. 22
* Luc. 21. b. 9 Matt. 6. b. 14. & 18. d. 35
* Luc. 20. a. 1
Ioan. 12. b. 14
Matt. 21. b. 9 Luc. 19. c. 38 Psal. 117. d. 25 Matt. 21. b. 10
Matt. 21. b. 19
Isa. 56. c. 7 Ier. 7. b. 11

eum perderent: timebant enim eum, quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. * Et cùm vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. * Et cùm manè transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus. * Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. * Et respondens Iesus ait illis: " Habete fidem Dei. * amen dico vobis, quia quicũque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. * Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. * " Et cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. * Quòd si vos non dimiseritis: nec Pater vester, qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. * " Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cùm ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & Scribæ, & seniores: *& dicunt ei: In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias? * Iesus autem respondens, ait illis: Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciam. *Baptismus Ioannis, de cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. * At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus, De cælo, dicet, Quare ergo non credidistis ei? *Si dixerimus, Ex hominibus, timemus populum. omnes enim habebant Ioannem quia verè propheta esset. * Et respondentes dicunt Iesu: Nescimus. Et respondens Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

CAP. XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam pastinauit homo, & circumdedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. * Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. * Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt vacuum. * Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulneraverunt, & contumelijs affecerunt. *Et rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios: quosdam cædentes, alios verò occidentes. * Adhuc ergo vnum habens filium charissimum: & illum misit ad eos nouissimum, dicens: Quia reuerebuntur filium meum. * Coloni autem dixerunt ad inuicem: Hic est heres: venite, occidamus eum: & nostra erit hereditas. * Et apprehendentes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vineam. * Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam alijs. * Nec scripturam hanc legistis: " Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: * A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? * Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam. cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. * " Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis, & Herodianis, vt eum caperent in verbo. * Qui venientes dicunt ei: Magister, scimus quia verax es, & non curas quemquam: nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces. licet dari tributum Cæsari, an non dabimus? * Qui sciens versutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam. *At illi attulerunt ei. Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. * Respondens autem Iesus dixit illis: " Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo. * " Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum dicentes: * Magister, Moyses nobis scripsit, " vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. *Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. * Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. * Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omniũ defuncta est & mulier. *In resurrectione ergo cùm resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem. *Et respondens Iesus, ait illis: Nónne ideo erratis, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei? *Cùm enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli in cælis. * De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens:
Matth. 21. d. 33 Luc. 20. b. 9 Isa. 5. a. 1 Ier. 2. d. 21
* Psal. 117. d. 22 Isa. 28. d. 16 Act. 4. b. 11 Ro. 9. f. 33 1. Pet. 2. a. 8 Matth. 21. d. 42
* Matt. 22. b. 15 Luc. 20. d. 20
* Rom. 13. c. 7
* Matt. 22. c. 23 Luc. 20. d. 27
* Deut. 25. b. 5

inquiens: "Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? * Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multùm erratis. * " Et accessit vnus 28
de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis respondisset, interrogauit eum quod esset primũ omnium mandatum. * Iesus autem respondit ei: Quia primum omnium mandatum est: "Audi Israel, Dominus Deus 29
tuus, Deus vnus est: * & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primũ mandatum. * "Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tamquam 31
teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. * Et ait illi Scriba: Bene Magister, 32
in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum. * Et vt diligatur 33
ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tamquam seipsum, maius est omnibus holocautomatibus, & sacrificijs. * Iesus autem videns quòd 34
sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. * Et respondens Ie- 35
sus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Christum filiũ esse Dauid? * Ipse enim Dauid dicit in Spiritu 36
sancto: " Dixit Dominus Domino meo, D
sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. * Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum, & 37
vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. * Et dicebat eis in do- 38
ctrina sua: "Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, * & 39
in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis: * qui deuorant domos viduarum sub obtentu pro- 40
lixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium. * " Et sedens Iesus contra gazo- 41
phylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylaciũ, & multi diuites iactabant multa. * Cùm venisset au- 42
tem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans, * & conuocans di- 43
scipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. * Omnes enim ex eo, quod abun- 44
dabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum.

CAP. XIII.

ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. 1
* Et respondens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. * Et cùm sederet in Monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas: * Dic nobis, quãdo ista fient? & quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari? 4
* Et respondens Iesus cœpit dicere illis: 5 6
"Videte ne quis vos seducat: * multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum: & multos seducent. * Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: sed nondum finis. * Exurget enim gens 8
contra gentem, & regnũ super regnum, B
& erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc. * Videte autem 9
vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in 10
testimonium illis. * Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium. 11
* "Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. non enim vos estis loquentes, sed 12
Spiritus sanctus. * Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filiũ: & consurgẽt filij in parentes, & morte afficient eos. * Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in fi- 13
nem, hic saluus erit. * "Cùm autem videritis abominationem desolationis, stãtem 14
vbi non debet: qui legit, intelligat: tunc qui in Iudea sunt, fugiant in montes: * & 15
qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua: * & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum. 16 C
* Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. * Orate verò vt hieme 17 18
non fiant. * Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio 19
creaturæ, quam condidit Deus, vsque nunc, neque fient. * Et nisi breuiasset Do- 20
minus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breuiauit 21
dies. * "Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hìc est Christus, ecce illic, ne credideritis. 22
* Exurgent enim pseudochristi, & pseu-

doprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. * Vos ergo videte: ecce prædixi 23
vobis omnia. * "Sed in illis diebus, post 24
tribulationem illam, sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum: 25
* & stellæ cæli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cælis sunt, mouebuntur. * Et 26
tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria. * "Et tunc mittet angelos suos, & 27 D
congregabit electos suos à quattuor ventis, a summo terræ, vsque ad summũ cœli. 28
* A ficu autem discite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas: * sic & vos cùm videritis hęc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostijs. 29
* Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hęc, donec omnia ista fiant. 30
* Cælum & terra transibunt, verba autem 31
mea non transibunt. * De die autem illo 32
vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater. * "Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus 33
sit. * Sicut homo, qui peregrè profectus 34
reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. * Vigilate ergo, 35
(nescitis enim quando dominus domus veniat: serò, an media nocte, an galli cantu, an manè) * ne cùm venerit repentè, 36
inueniat vos dormientes. * Quod autem 37
vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

CAP. XIIII.

ERat autem Pascha & Azyma post 1 A
biduum: & quærebant summi sacerdotes, & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. * Dicebant autem: 2
Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. * " Et cùm esset Bethaniæ 3
in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius. * Erant 4
autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista vnguenti facta est? * Poterat enim 5
vnguentum istud vænundari plus quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. * Iesus autem dixit: 6
Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. * semper 7
enim pauperes habetis vobiscum; & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. * Quod ha- 8
buit hæc, fecit: præuenit vngere corpus 9
meum in sepulturam. * Amen dico vobis: Vbicumque prædicatũ fuerit Euangelium istud in vniuerso mũdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. 10
* "Et Iudas Iscariotes vnus de duode- B
cim, abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. * Qui audientes gauisi 11
sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. * " Et primo die Azy- 12
morum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha? * Et mit- 13
tit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: 14
* & quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis 15
meis manducem? * Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis. * Et abierunt discipuli 16
eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha. * "Vespere autẽ facto, venit cum 17
duodecim. * Et discumbentibus eis, & 18
manducantibus, ait IESVS: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui 19
manducat mecũ. * At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Numquid 20
ego? * Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. 21 C
* Et Filius quidem hominis vadit, " sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi, per quẽ Filius hominis tradetur. bonum 22
erat ei, si non esset natus homo ille. * Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & 23
ait: Sumite, hoc est corpus meum. * Et accepto calice, gratias agens dedit eis: 24
& biberunt ex illo omnes. * Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur. * Amen dico vo- 25
bis, quia iam non bibam de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud 26
bibam nouum in regno Dei. * Et hymno dicto exierunt in Montem oliuarum. 27
* Et ait eis Iesus: " Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: "Percutiam pastorem, & dispergen- 28
tur oues. * Sed postquam resurrexero, 29
præcedam vos in Galilæam. * Petrus autem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego. * Et ait illi Iesus: 30
Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquã gallus vocẽ bis dederit, ter

* Exod. 3. b. 6 Matth. 22. d. 32
* Matt. 22. d. 34
* Deut. 6. a. 7
* Leu. 19. d. 18 Matt. 22. d. 39 Rom. 13. c. 9 Galat. 5. c. 14 Iac. 2. b. 8
* Matt. 22. d. 42 Luc. 20. g. 41 * Psal. 109. a. 1
* Matt. 23. a. 5 Lu. 11. f. 43 & 20. g. 46
* Luc. 21. a. 1
* Matt. 24. a. 1
* Matt. 24. b. 2 Luc. 21. b. 5
* Dan. 9. g. 27 Matth. 24. b. 16 Luc. 21. d. 21
* Ephes. 5. b. 6 2. Thes. 2. a. 3
* Matt. 10. b. 19 Luc. 12. b. 11. & 21. d. 14
* Matt. 24. b. 23 Luc. 21. b. 8
* Exec. 32. b. 7 Isai. 13. b. 10 Ioel. 2. b. 10
* Matt. 24. c. 31
Matth. 26. a. 2 Luc. 22. a. 1
* Matt. 26. a. 6 Ioan. 12. a. 1
* Matt. 26. b. 14
* Matt. 26. b. 16 Lu. 22. a. 6
* Matt 26. b. 20 Luc. 22. b. 14 Ioan. 13. c. 21
* Psal. 40. c. 10 Act. 1. c. 10
* Matt. 26. b. 24 1. Cor. 11. c. 24
* Ioan. 16. g. 42 * Zach. 13. c. 7

me es negaturus. * At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul cõmori tibi, non te negabo. Similiter autẽ & omnes dicebant. * "Et veniunt in prædiũ, cui nomẽ Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hîc donec orem. * Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum: & cœpit pauere, & tædere. * Et ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate. * Et cùm processisset paululum, procidit super terram: & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora: * & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu. * Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare? * Vigilate, & orate vt non intretis in tẽtationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma. * Et iterum abiens orauit, eumdem sermonem dicens. * Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. * Et venit tertiò, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. * Surgite, eamus. ecce qui me tradet, propè est. * Et, adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & "cum eo turba multa, cum gladijs & lignis, à summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus. * Dederat autem traditor eius signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè. * Et cùm veniisset, statim accedens ad eum, ait: Aue Rabbi: & osculatus est eum. * At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt eum. * Vnus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. * Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me? * quotidie eram apud vos in templo docens, & nõ me tenuistis. Sed vt impleantur Scripturæ. * "Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. * Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. * At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. * "Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores. * Petrus autem à longè secutus est eum, vsque intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. * "Summi verò sacerdotes, & omne cõcilium, quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. * Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eũ: & conuenientia testimonia non erant. * Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: * Quoniam nos audiuimus eum dicentem: "Ego dissoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo. * Et non erat conueniens testimonium illorum. * Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his? * Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti? * Iesus autem dixit illi: Ego sum: "& videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. * Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? * Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. * Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eũ cædere, & dicere ei: Prophetiza: & ministri alapis eum cædebant. * "Et cùm esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: * & cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciẽs illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. * At ille negauit, dicẽs: Neque scio, neque noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. * "Rursus autem cùm vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. * At ille iterum negauit. "Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Verè ex illis es: nam & Galilæus es. * Ille autem cœpit anathematizare, & iurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis. * Et statim gallus iterum cantauit. "Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Priùs quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

CAP. XV.

ET confestim manè consilium facientes summi sacerdotes, cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. * Et interrogauit eum Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. * "Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. * Pilatus autẽ rursum interrogauit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant. * Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. * Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petissent. * Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. * Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. * Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? * Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. * Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. * "Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? * "At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. * Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. * Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. * "Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, * & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam. * Et cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum. * Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. * Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum vt crucifigerent eum. * "Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum, venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. * Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Caluariæ locus. * Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. * "Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. * Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. * Et erat titulus causæ eius inscriptus: REX IVDÆORVM. * Et cum eo crucifigunt duos latrones; vnum à dextris, & alium à sinistris eius. * "Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. * Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: "Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: * saluum fac temetipsum descendens de cruce. * Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. * Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. * Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsque in horam nonam. * Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: "Eloi, eloi, lamma sabacthâni? quod est interpretatũ: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? * Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat. * Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendũ eum. * Iesus autem emissa voce magna expirauit. * Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. * Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat. * "Erant autẽ & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome: * & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, "& ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymã. * "Et cùm iam serò esset factum (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) * venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. * Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. * Et cùm cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph. * Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. * Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph, aspiciebant vbi poneretur.

CAP. XVI.

ET cùm transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. * Et valde manè vna sabbatorum,

batorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole. * Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? * Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. * " Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. * Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus vbi posuerunt eum. * Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ' sicut dixit vobis. * At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quidquam dixerunt: timebant enim. * Surgens autem manè, " prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia. * Illa vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. * Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. * " Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam: * & illi euntes nunciauerunt ceteris: nec illis crediderunt. * Nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis; quia ijs, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. * Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. * Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. * Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: ' In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: * serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. * Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, " assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. * Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Matt. 28. a. 5 Luc. 24. a. 4 Ioan. 20. c. 12

Sup. 14. c. 28

Ioan. 20. d. 16

Luc. 24. b. 13

Act. 16. d. 18. & 1. a. 4. & 10. c. 46 Act. 28. a. 5. 8

Luc. 24. g. 51.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAPVT PRIMVM.

QVONIAM quidé multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum: * sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: * visum est & mihi, assecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile, * vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. * Fuit in diebus Herodis, regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, " de vice Abia, & vxor illis de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. * Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, * & non erat illis filius, eò quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. * Factum est autem, cùm sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, * secundùm consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum Domini: * & " omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. * Apparuit autem illi Angelus

1. Par. 24. a. 10

Exod. 30. c. 7 Leu. 16. d. 17

Domini,

Domini, stans à dextris altaris incensi. * Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. * Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: * & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt: * erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: * & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum: * & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: " vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. * Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. * Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. * Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, vsq; in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis, quę implebuntur in tempore suo. * Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabâtur quòd tardaret ipse in templo. * Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerũt quòd visionẽ vidisset in tẽplo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. * Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam: * post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: * Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meũ inter homines. * In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, * ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. * Et ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. * Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. * Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: * " ecce cõcipies in vtero, & paries filium, & ' vocabis nomẽ eius IESVM. * hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius: * & regnabit in domo Iacob in æternum, * & regni eius non erit finis. * Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? * Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. * Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mẽsis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: * quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. * Dixit autẽ Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbũ tuum. Et discessit ab illa Angelus. * Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum festinatione, in ciuitatẽ Iuda: * Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. * Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: * & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. * Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? * Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. * & beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. * Et ait Maria:

Magnificat anima mea Dominum: * & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

* Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

* Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

* Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.

* Fecit potentiam in " brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

* Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

* " Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

* Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

* Sicut locutus est ad patres nostros, " Abraham, & semini eius in sæcula.

* Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam. * Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. * Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. * Et factum est in die octauo, venerunt

Isai. 7. c. 14 Isai. 2. c. 22

Dan. 7. d. 14. & 27 Mich. 4. c. 7

Psal. 33. a. 11 1. Reg. 2. b. 5

Isai. 41. b. 8 Psal. 131. c. 11 Gen. 17. c. 9. & 22. c. 16

Isai. 51. b. 9 Psal. 32. b. 10

circum-

circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. * Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. * Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. * Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. * Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. * Apertum est autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. * Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc: * & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. * Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens:

* " Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ:

* Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

* " Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt, prophetarum eius:

* Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos:

* Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

* " Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis:

* Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi;

* In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

* Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

* " Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum:

* Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos, " oriens ex alto:

* Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

* Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAP. II.

FActum est autem in diebus illis, exijt edictum à Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. * Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino: * & ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. * Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur ' Bethlehem: eò quòd esset de domo & familia Dauid, * vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. * Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. * Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eũ inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio. * Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. * Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. * Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: * quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. * Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. * Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium: * Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. * Et factũ est, vt discesserunt ab eis Angeli in cælum: pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. * Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. * Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. * Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his, quę dicta erant à pastoribus ad ipsos. * Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. * Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. * " Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum est nomen eius " Iesus, quod vocatum est ab Angelo priùs quàm in vtero concipereretur. * Et postquam impleti sunt dies purgationis eius " secundùm legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, * sicut scriptum est in lege Domini: " Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. * & vt darent hostiam secundùm

quod dictum est " in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

* Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. * Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini. * Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundùm consuetudinem legis pro eo: * & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

* Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace:

* Quia viderunt oculi mei salutare tuum,

* Quod parasti ante faciem omnium populorum;

* Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

* Et erat pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. * Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: " Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel; & in signum, cui contradicetur: * & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. * Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. * Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quattuor: quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. * Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. * Et vt perfecerũt omnia secundùm legem Domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. * Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. * Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, " in die solemni Paschæ. * Et cùm factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundùm consuetudinem diei festi, * consummatisque diebus, cùm redirẽt, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. * Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebát eum inter cognatos, & notos. * Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. * Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. * Stupebant autem omnes, qui eum audiebãt, super prudentia & responsis eius. * Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. * Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? * Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. * Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. * Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

CAP. III.

ANno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, * " sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariæ filium, in deserto. * " Et venit in omnem regionem Iordanis, prędicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, * sicut scriptum est in Libro sermonum Isaiæ prophetæ: " Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius: * omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas: * & videbit omnis caro salutare Dei. * Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso: " Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? * Facite ergo fructus dignos pœnitentię, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. * Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. * Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? * Respondens autem dicebat illis: " Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. * Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Ma-

gister, quid faciemus ? * At ille dixit ad 13
eos : Nihil amplius, quàm quod constitutum est vobis, faciatis. * Interrogabant autem eum & milites, dicentes: 14
Quid faciemus & nos ? Et ait illis : Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis : & contenti estote stipendiis vestris. * Existimante autem populo, & 15
cogitantibus omnibus in cordibus suis D
de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus :
* respondit Ioannes, dicens omnibus : 16
*Matt. 3. e.11 Mar.1.b.8 Ioan. 1. d.26 " Ego quidem aqua baptizo vos : veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corigiam calceamentorum eius :
*Act.1.a.5 & 11.c.16. & 19.a.4 Matt.3. c.12 " ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni : * cuius ventilabrum in manu 17
eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.
*Matt. 14. a. 3 Mar.6. c.17 * Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. * " Herodes autem 18 19
tetrarcha, cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus
malis quæ fecit Herodes, *adiecit & hoc 20
super omnia, & inclusit Ioannem in carcere. * " Factum est autem cùm baptiza- 21
*Matt. 3. d.13 Mar.1.b.9 Ioan. 1. c.32 retur omnis populus, & Iesu baptizato, E
& orante, apertũ est cælum : * & descen- 22
dit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum : & vox de cælo facta
*Matt.3 d.17.& 17 a.5 Infr.9. f.35 2.Pet.1. d.19 est: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. *Et ipse Iesus erat incipiens 23
quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, * qui fuit Leui, qui fuit Melchi, 24
qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, * qui 25
fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit F
Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, * qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, 26
qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, * qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, 27
qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, * qui fuit Melchi, qui fuit 28
Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, C
qui fuit Her, * qui fuit Iesu, qui fuit E- 29
liezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, * qui fuit Simeon, qui fuit 30
Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, * qui fuit Melea, qui fuit 31
Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit G
Nathan, qui fuit Dauid, * qui fuit Ies- 32
se, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, * qui fuit 33
Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, * qui 34
fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, * qui 35
fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, * qui 36
fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit
Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, * qui 37
fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
* qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit 38
Adam, qui fuit Dei.

CAP. IIII.

IEsus autem plenus Spiritu sancto re- 1 *Matt.4. a.1 Mar.1. b.12
gressus est à Iordane : & agebatur à A
Spiritu in desertum * diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil 2
manducauit in diebus illis : & consummatis illis esuriit. * Dixit autem illi diabolus : 3
Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis
fiat. * Et respondit ad illum Iesus : Scri- 4
ptum est : "Quia non in solo pane viuit *Deut.8. c.3 Matt.4. a.4
homo, sed in omni verbo Dei. * Et du- 5
xit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in
momento temporis, * & ait illi : Tibi 6
dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum : quia mihi tradita sunt;
& cui volo do illa. * Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. * Et re- 7 8
spondens Iesus, dixit illi : Scriptum est: *Deut.10. c.13.& 6. d.20 B
Dominum Deum tuum adorabis, & illi
soli seruies. * Et duxit illum in Ierusalem, 9
& statuit eum super pinnam templi, &
dixit illi : Si filius Dei es, mitte te hinc *Psal.90. c.11
deorsum. * " Scriptum est enim quòd 10 11
Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: *& quia in manibus tollẽt te, ne
fortè offendas ad lapidem pedem tuum. 12
* Et respondens Iesus, ait illi : Dictum *Deut.6. c.16
est : " Non tentabis Dominum Deum 13
tuum. * Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, vsq; ad tem- *Matt.4. b.13 Mar.1. c.14
pus. * " Et regressus est Iesus in virtute 14
Spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. * Et ipse do- 15
cebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. * " Et venit Nazareth, 16 *Matth.13. c.54 Mar.6. a.1
vbi erat nutritus, & intrauit secundùm
cõsuetudinem suam die sabbati in syna- 17
gogam, & surrexit legere. * Et traditus est illi Liber Isaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum
erat : * " Spiritus Domini super me: pro- 18 *Isai.61. a.1
pter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde,
* prædicare captiuis remissionem, & cecis 19
visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acce-
ptum, & diem retributionis. * Et cùm 20

plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant D 21
intendentes in eum. * Cœpit autem dicere ad illos : Quia hodie impleta est hæc
scriptura in auribus vestris. * Et omnes 22
testimonium illi dabant : & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore
ipsius, & dicebant : Nónne hic est filius 23
Ioseph? * Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem : Medice cura teip-
sum: quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hîc in patria tua. * Ait autem: 24
Amen dico vobis, quia nemo propheta
acceptus est in patria sua. * In veritate di- 25
co vobis, " multæ viduæ erant in diebus *3.Reg.17. c.9
Eliæ in Israel, quando clausum est cælum
annis tribus, & mensibus sex, cùm facta 26
esset fames magna in omni terra : * & ad
nullam illarũ missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.
* " Et multi leprosi erant in Israel sub E- 27 *4.Reg.5. d.14 E
lisæo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. * Et repleti 28
sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. * Et surrexerunt, & eiecerunt illum 29
extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. * Ipse autem transiens per me- 30
dium illorum, ibat. * " Et descendit in 31 *Matt.4. b.13 Mar.1. c.21
Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. * Et stupebant in 32 *Matt.7. d.28
doctrina eius, quia in potestate erat ser- *Mar.1. c.25
mo ipsius. * " Et in synagoga erat homo 33
habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, * dicens: Sine, quid 34
nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti per- F
dere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei.
* Et increpauit illum Iesus, dicens : Ob- 35
mutesce, & exi ab eo. Et cùm proiecisset
illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. * Et factus est 36
pauor in omnibus, & colloquebantur ad
inuicem, dicentes: Quod est hoc verbum, C
quia in potestate & virtute imperat im-
mundis spiritibus, & exeunt? * Et di- 37
uulgabatur fama de illo in omnẽ locum
regionis. * Surgens autem Iesus de syna- 38
*Matt.8. b.14 Mar.1. c.30 goga, introiuit in domum Simonis. * So- G
crus autem Simonis tenebatur magnis
febribus: & rogauerunt illum pro ea. * Et 39
stans super illam, imperauit febri : & dimisit illam. Et continuò surgens minis-
trabat illis. * Cùm autem sol occidisset, 40
omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille
singulis manus imponens, curabat eos. 41

* " Exibant autem dæmonia à multis, cla- 41 *Mar.1. d.34
mantia & dicentia: Quia tu es filius Dei:
& increpans non sinebat ea loqui, quia
sciebant ipsum esse Christum. * Facta 42
autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum : & detinebant
illum ne discederet ab eis. * Quibus ille 43
ait : Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei : quia ideo
missus sum. * Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

CAP. V.

FActum est autem, cùm turbæ irruerent in eum, vt audirẽt verbum Dei, 1
& ipse stabat secus stagnum Genesareth. A
* " Et vidit duas naues stantes secus sta- 2 *Matt.4. c.18 Mar.1. c.26
gnum : piscatores autem descenderant,
& lauabant retia. * Ascendens autem in 3
vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit
eum à terra reducere pusillum. Et sedens
docebat de nauicula turbas. * Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem : Duc 4
in altum, & laxate retia vestra in capturam. * Et respondens Simon, dixit illi: 5
Præceptor, per totam noctem laborãtes, nihil cepimus : in verbo autem tuo laxabo rete. * Et cùm hoc fecissent, conclusе- 6
runt piscium multitudinem copiosam, B
rumpebatur autem rete eorum. * Et an- 7
nuerunt sociis, qui erant in alia naui, vt
venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt,
& impleuerunt ambas nauiculas, ita vt
penè mergerentur. * Quod cùm videret 8
Simon Petrus, procidit ad genua Iesu,
dicens : Exi à me, quia homo peccator
sum, Domine. * Stupor enim circumde- 9
derat eum, & omnes qui cum illo erant,
in captura piscium, quam ceperant: * Si- 10
militer autem Iacobum & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.
Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex
hoc iam homines eris capiens. * Et sub- 11
ductis ad terram nauibus, relictis omni- C
bus secuti sunt eum. * " Et factum est, 12 *Matt.8. a.2 Mar.1. d.40
cùm esset in vna ciuitatum, & ecce vir
plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem, rogauit eum, dicens: Do-
mine, si vis, potes me mũdare. * Et exten- 13
dens manum, tetigit eum dicens : Volo:
Mundare. Et confestim lepra discessit ab
illo. * & ipse præcepit illi vt nemini dice- 14
ret : sed, Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, " sicut præce- *Leu.14. a.4
pit Moyses, in testimonium illis. * Per- 15
ambulabat autem magis sermo de illo :

& conueniebant turbæ multæ vt audirent,& curarentur ab infirmitatibus suis.
16 * Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. * Et factum est in vna dierum,
17 & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi D
sedentes, & legis doctores, qui venerant
ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sa-
*Mat. 9. a. 2 Mar. 2. a. 3 nandum eos. *" Et ecce viri portantes in
18 lecto hominem, qui erat paralyticus: &
quærebant eum inferre, & ponere ante
eum. *Et non inuenientes qua parte illum
19 inferrent præ turba, ascenderunt supra
tectum,& per tegulas summiserunt eum
cum lecto in medium ante Iesum. *Quo-
20 rum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. * Et cœperunt
21 cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes: E
Quis est hic, qui loquitur blasphemias?
Quis potest dimittere peccata, nisi solus
Deus? *Vt cognouit autem Iesus cogita-
22 tiones eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris?
23 * Quid est facilius dicere: Dimittuntur
tibi peccata;an dicere: Surge,& ambula?
24 * Vt autem sciatis quia Filius hominis
habet potestatem in terra dimittẽdi peccata,(ait paralytico) Tibi dico,surge,tolle lectum tuum, & vade in domũ tuam.
25 * Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abiit in
26 domum suam, magnificans Deum. * Et
stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore,dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.
*Matt. 9. a. 9 Mar. 2. c. 14 *" Et post hæc exiit, & vidit publicanum
27 nomine Leui,sedentem ad Telonium, &
28 ait illi: Sequere me. *Et relictis omnibus,
29 surgens secutus est eum. * Et fecit ei
conuiuium magnum Leui in domo sua: F
& erat turba multa publicanorum, &
aliorum, qui cum illis erant discumbentes. *" Et murmurabant Pharisæi & Scri-
*Mar. 2. c. 18 30 bæ eorum, dicentes ad discipulos eius:
Quare cum publicanis & peccatoribus
31 manducatis & bibitis? * Et respondens
Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.
32 * Non veni vocare iustos, sed peccatores
33 ad pœnitentiam. * At illi dixerunt ad
eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant
frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum:tui autem edunt
34 & bibunt? * Quibus ipse ait: Numquid
potestis filios sponsi, dum cum illis est
35 sponsus, facere ieiunare? * Venient au-
tem dies: cùm ablatus fuerit ab illis G

sponsus, tunc ieiunabunt in illis die-
36 bus. * Dicebat autem & similitudinem
ad illos: Quia nemo commissuram à
nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit,
37 & veteri non conuenit commissura à
nouo. * Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet
vinum nouum vtres, & ipsum effunde-
38 tur, & vtres peribunt. * sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, &
39 vtraque conseruantur. * Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit
enim: Vetus melius est.

CAP. VI.

1 A FActum est autem in sabbato secun- *Matt.12. a. 1 Mar.2. d.23
do,primo,cùm transiret per sata,vel-
lebant discipuli eius spicas, & manduca-
2 bant confricantes manibus. * Quidam
autem Pharisæorum,dicebant illis: Quid
3 facitis quod non licet in sabbatis? * Et
respondens Iesus ad eos, dixit: Nec hoc
legistis quod fecit Dauid, cùm esuriisset
4 ipse, & qui cum illo erant: *" quomodo *1.Reg.21. b.6
intrauit in domum Dei,& panes propositionis sumpsit,& manducauit, & dedit
his qui cum ipso erant: quos non licet
manducare " nisi tantùm sacerdotibus? *Leuit.24. b.9
5 * Et dicebat illis: Quia Dominus est Fi- Exod.34. c.32
6 lius hominis,etiam sabbati. * Factum est
autem & in alio sabbato, vt intraret in
synagogam, & doceret. " Et erat ibi ho- *Matt.12. b.10
mo, & manus eius dextra erat arida.
7 *Obseruabant autem Scribę,& Pharisæi, Marc.3.a.2
B
8 si in sabbato curaret: vt inuenirent vnde
accusarent eum. *Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini,qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. * Ait autem ad
illos Iesus: Interrogo vos,si licet sabbatis
benefacere, an malè; animam saluam facere,an perdere? * Et circumspectis om-
10 nibus dixit homini: Extende manum
tuam. Et extendit: & restituta est manus
11 eius. * Ipsi autem repleti sunt insipientia,& colloquebantur ad inuicem,quid-
12 nam facerent Iesu. *Factum est autem in
illis diebus, exiit in montem orare, &
13 erat pernoctans in oratione Dei. *" Et *Matt.10. a.1 Mar.3. b.13
cùm dies factus esset, vocauit discipulos
14 suos: & elegit duodecim ex ipsis(quos & *Apostolos nominauit) *Simonem,quem
cognominauit Petrum,& Andream fratrem eius,Iacobum, & Ioannem,Philip-
15 pum,& Bartholomæum,*Matthæum,& C
Thomam, Iacobum Alphæi, & Simo-

nem,

nem,qui vocatur Zelotes, * & Iudam Ia-
16 cobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit pro-
17 ditor. *Et descendens cum illis, stetit in
loco campestri, & turba discipulorum
eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, &
Tyri, & Sidonis, * qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus
suis. Et qui vexabantur a spiritibus im-
19 mundis, curabantur. * Et omnis turba
quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat,& sanabat omnes. *" Et ipse elea- *Matt.5. a.2
20 uatis oculis in discipulos suos, dicebat:
Beati pauperes:quia vestrum est regnum
Dei. *" Beati,qui nunc esuritis:quia satu- *Matt.5. a.11
21 rabimini. Beati,qui nunc fletis: quia ri-
debitis. * Beati eritis cùm vos oderint
22 homines,& cùm separauerint vos,& exprobrauerint,& eiecerint nomẽ vestrum
tamquam malum,propter Filium homi-
23 nis. *Gaudete in illa die,& exultate: ec-
ce enim merces vestra multa est in cælo: D
secundum hæc enim faciebant Prophe-
24 tis patres eorum. * Verumtamen væ vo- *Am. 6. a. 1 Eccl. 31. a. 8 Isai. 65. c. 12
bis diuitibus, quia habetis consolatio-
25 nem vestram. *" Væ vobis, qui saturati
estis: quia esurietis. Væ vobis, qui ride-
tis nunc: quia lugebitis & flebitis. * Væ
26 cùm benedixerint vobis homines: se-
cundùm hæc enim faciebant pseudopro-
phetis patres eorum. *Sed vobis dico,qui
27 auditis: Diligite inimicos vestros,bene-
facite his qui oderunt vos. * Benedicite
28 maledicentibus vobis, & orate pro ca-
lumniantibus vos. *" Et qui te percutit *Matt.5. c.44 *1.Cor.6. b.7 Matt.7. b.12
29 in maxillam, præbe & alteram. " Et ab
eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam
tunicam noli prohibere. * Omni autem
30 petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua
31 sunt, ne repetas. *" Et prout vultis vt *Tob.4. c.16
faciant vobis homines, & vos facite illis
32 similiter. *"Et si diligitis eos,qui vos di- *Matt.5. g.46
ligunt, quæ vobis est gratia? nam & pec-
33 catores diligentes se diligunt. * Et si be-
nefeceritis his, qui vobis benefaciunt; E
34 quæ vobis est gratia? siquidem & pecca- *Matt.5. g.42 Deut.15. b.8
tores hoc faciunt. *" Et si mutuum de-
35 deritis his,à quibus speratis recipere; quę
gratia est vobis? nam & peccatores pec-
catoribus fœnerantur, vt recipiant æ-
qualia. * Verumtamen diligite inimicos
36 vestros: benefacite,& mutuum date, ni-
hil inde sperantes: & erit merces vestra
multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse
benignus est super ingratos & malos.
37 * Estote ergo misericordes, sicut & Pa-
ter vester misericors est. *Nolite iudicare,

& non iudicabimini:nolite condemnare,
& nõ condemnabimini. Dimittite,& di-
38 mittemini. *Date,& dabitur vobis:men-
surã bonam, & confertam, & coagi-
tatam, & superefluentem dabunt in si-
num vestrum. 'Eadem quippe mensura, *Matt. 7. a. 2 Mar. 4. c. 24
39 qua mẽsi fueritis,remetietur vobis. *Di-
cebat autẽ illis & similitudinem: Num-
quid potest cæcus cæcum ducere? nónne
40 ambo in foueam cadunt? *" Non est di- *Matt. 10. c. 24 Ioan. 13. 6. 16
F scipulus super magistrum: perfectus au-
tem omnis erit, si sit sicut magister eius.
41 *" Quid autem vides festucam in oculo *Matt. 7. a. 3
fratris tui, trabem autem, quæ in oculo
42 tuo est,non consideras? * Aut quomodo
potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita,
eijce primùm trabem de oculo tuo: &
tunc perspicies vt educas festucã de oculo fratris tui. *" Non est enim arbor bona, *Matt. 7. c. 16. & 12. c. 33
43 quę facit fructus malos:neque arbor ma-
44 la,faciens fructum bonum. *Vnaquęque
enim arbor de fructu suo cognoscitur.
Neque enim de spinis colligunt ficus:ne-
que de rubo vindemiant vuam. *Bonus
45 G homo de bono thesauro cordis sui pro-
fert bonũ: & malus homo de malo the-
sauro profert malum. Ex abundantia
46 enim cordis os loquitur. *Quid autẽ vo-
catis me Domine,Domine:& non faci- *Matt. 7. d. 21 Rom. 2. b. 13 Iac. 1. b. 12
47 tis,quæ dico? *Omnis qui venit ad me,&
audit sermones meos,& facit eos: osten-
48 dam vobis cui similis sit: * similis est ho-
mini ædificanti domum, qui fodit in al-
tum, & posuit fundamentum super pe-
tram. inundatione autem facta, illisum
est flumen domui illi, & non potuit eam
mouere: fundata enim erat super pe-
49 tram. * Qui autem audit, & non facit: si-
milis est homini ędificanti domum suam
super terram sine fundamento: in quam
illisus est fluuius, & continuò cecidit: &
facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

1 CVm autem implesset omnia verba *Mar. 8. a. 3
A sua in aures plebis, intrauit Ca-
2 pharnaum. *Centurionis autẽ cuiusdam
seruus malè habens,erat moriturus: qui
illi erat pretiosus. *Et cùm audisset de Ie-
3 su, misit ad eum seniores Iudæorum, ro-
gans eum vt veniret, & saluaret seruum
4 eius. *At illi cùm venissent ad Iesum, ro-
gabant eum solicitè, dicentes ei: Quia
5 dignus est vt hoc illi præstes. * diligit
enim gentem nostram: & synagogam

ipſe ædificauit nobis. * Ieſus autem ibat cum illis. Et cùm iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens: "Domine noli vexari: Non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres. * propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. * nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit; & alij veni, & venit; & ſeruo meo, fac hoc, & facit. * Quo audito Ieſus miratus eſt: & conuerſus ſequentibus ſe turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidē inueni. * Et reuerſi, qui miſſi fuerant, domum, inuenerūt ſeruum, qui languerat, ſanum. * Et factum eſt: deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. * Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. * Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere. * Et acceſſit & tetigit loculum. (Hi autem, qui portabant, ſteterunt) Et ait: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. * Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. * Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deū, dicentes: "Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam. * Et exijt hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & in omnem circà regionem. * Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his. ** Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum, dicēs: Tu es qui vēturus es, an alium expectamus? * Cùm autem veniſſent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptiſta miſit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? * (in ipſa autem hora multos curauit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum.) * Et reſpondens, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis: "Quia cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur: * & beatus eſt quicumque nō fuerit ſcandalizatus in me. * Et cùm diſceſſiſſent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? * Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & delicijs, in domibus regum ſunt. * Sed quid exiſtis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & pluſquam Prophetam: * " hic eſt, de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. * Dico enim vobis: Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt. qui autem minor eſt in regno Dei, maior eſt illo. * Et omnis populus audiens & publicani iuſtificauerūt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis. * Phariſæi autem, & legis periti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo. * Ait autem Dominus: "Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt? * Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non ploraſtis. * "Venit enim Ioannes Baptiſta, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet. * Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum; amicus publicanorum, & peccatorum. * Et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis. * Rogabat autem illum quidam de Phariſæis vt mānducaret cum illo. Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit. * " Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti: * & ſtans retro ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. * Videns autem Phariſæus, qui vocauerat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. * Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter, dic. * Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. * Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque. Quis ergo eum plus diligit? * Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicaſti. * Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lacrymis

crymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. * Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. * Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. * Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. * Dixit autem ad illam: " Remittuntur tibi peccata. * Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? * Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

CAP. VIII.

ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, * & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, * & Ioanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & alię multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. * Cùm autem turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem: * " Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. * Et aliud cecidit ſupra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. * Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. * Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. * Interrogabant autem eum diſcipuli eius, quę eſſet hæc parabola. * Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: "vt videntes non videant, & audientes non intelligant. * Eſt autem hęc parabola: Semen eſt verbum Dei. * Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt; deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. * Nam qui ſupra petram: qui cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tēptationis recedunt. * Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum. * Quod autem in bonam terram: hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. * " Nemo autem lucernam accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. * "Non eſt enim occultum, quod non manifeſtetur: nec abſconditum, quod non cognoſcatur, & in palam veniat. * " Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque nōn habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. * " Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. * Et nunciatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtant foris, volentes te videre. * Qui reſpondens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. * Factum eſt autem in vna dierum: & ipſe aſcendit in nauiculā, & diſcipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans ſtagnum. Et aſcenderunt. * Et nauigantibus illis, obdormiuit, & deſcendit procella venti in ſtagnum, & complebantur, & periclitabantur. * Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille ſurgens, increpauit ventum, & tempeſtatem aquæ, & ceſſauit: & facta eſt tranquillitas. * Dixit autē illis: Vbi eſt fides veſtra? Qui timentes, mirati ſunt ad inuicem, dicentes: Quis putas hic eſt, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? * Et nauigauerunt ad regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Galilæam. * Et cùm egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmoniū iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis. * Is, vt vidit Ieſum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi eſt Ieſu Fili Dei Altiſſimi? obſecro te, ne me torqueas. * Præcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis & compedibus cuſtoditus. & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta. * Interrogauit autem illum Ieſus, dicens: Quod tibi nomen eſt? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dęmonia multa in eum. * Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyſſum irent. * Erat autem ibi

grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. * Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas. * Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes eius, & timuerunt. * Nunciauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione: *& rogauerunt illũ omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. * Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: * Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. *Factum est autem cùm rediisset Iesus, excepit illum turba. erant enim omnes expectates eum. **Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius, * quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur. *Et mulier quædã erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substãtiam suam, nec ab vllo potuit curari: *accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. *Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? * Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. nam ego noui virtutem de me exiisse. *Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. *At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluum te fecit: vade in pace. * Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. * Iesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit. * Et cùm venisset domum, nõ permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. * Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. * Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset. * Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella, surge. *Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò. Et iussit illi dari manducare. * Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

COnuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. * Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. * Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. *Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. * Et quicumque non receperint vos: "exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. *Egressi autem circuibant per castella, euangelizantes & curantes vbique. *" Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quę fiebant ab eo, & hęsitabat eò quòd diceretur *à quibusdam: Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia propheta vnus de antiquis surrexit. *Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: Quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum. *Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcumque fecerunt: & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. * Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat. *Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi: "Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque quę circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hîc in loco deserto sumus. *Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: " Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces: nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. * Erant autem ferè

viri

viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per cõuiuia quinquagenos. *Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. * Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante turbas. * Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim. *" Et factum est, cùm solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? *At illi responderunt, & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus propheta de prioribus surrexit. *Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei. *At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, * dicẽs: "Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. * Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã quotidie, & sequatur me. * Qui enim voluerit animã suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. * quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? *" Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. *" Dico autem vobis verè: sunt aliqui hîc stantes, qui non gustabunt morte donec videant regnum Dei. *" Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. * Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & refulgens. * Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses & Elias, *visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. *Petrus verò, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo. * Et factum est cùm discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, vnum Tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nescies quid diceret. * Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. * Et vox facta est de nube, dicens: "Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. * Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant. *"Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. *Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi: * & ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum: * & rogaui discipulos tuos vt eicerent illum, & non potuerunt. * Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis, & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum. *Et cùm accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. * Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. *Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. * At illi ignorabant verbum istud, & erat velatũ ante eos vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. *" Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. *At Iesus vidés cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, * & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. *Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. * Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suã firmauit vt iret in Ierusalem. *Et misit nuncios ante conspectũ suum: & euntes intrauerũt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi. *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. * Cùm vidissent autem discipuli

eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? * Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. * "Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. * Factum est autem: ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris. * Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. * Ait autem ad alterum: Sequere me. ille autem dixit: Domine permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum. * Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. * Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primùm renunciare his quæ domi sunt. * Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

*Matt.8. c.19 Ioan.3.a.1

CAP. X.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. * Et dicebat illis: "Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. * Ite: "ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. * "Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, "& neminem per viam salutaueritis. * In quamcumque domũ intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui: * & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos reuertetur. * In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quę apud illos sunt: "dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. * Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: * & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. * In quamcumq; autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: * "Etiã puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnũ Dei. * Dico vobis, quòd Sodomis in die illa remissius erit,

*Matt.9. d.37

*Matt.10. a.10 *Mar.6. a.8 *4.Reg.4. c.29

*Matt.10. a.10 Deut.24. c.14 1.Tim.5. c.18

*Act.13. §.51

quàm illi ciuitati. * "Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. * Verumtamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis. * Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergêris. * "Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. * Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciũtur nobis in nomine tuo. * Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. * Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. * Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. * "In ipsa hora exultauit Spiritu sancto, & dixit: Cõfiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te. * Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater; & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. * Et conuersus ad discipulos suos, dixit: "Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. * Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. * "Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister quid faciendo vitam æternam possidebo? * At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? * Ille respondens dixit: "Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. * Dixitque illi: Rectè respondisti: hoc fac & viues. * Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? * Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. * Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriuit. * Similiter & Leuita,

*Matt.11. c.16

*Matt.10. d.40 Ioan.13. c.20

*Matt.11. d.25

*Matt.13. b.16

*Matt.22. d.35 Mar.12. c.28

*Deut.6. a.5

cùm esset secus locum, & videret eum, pertransiit. * Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. * Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. * Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcumque supererogaueris, ego cùm rediero reddã tibi. * Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? * At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illũ. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. * Factum est autem, dum irẽt, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam: * & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. * Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. * Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. * Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

ET factum est: cùm esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eũ: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos. * Et ait illis: Cùm oratis, dicite: "Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. * Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. * Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. * Et ait ad illos: Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, * quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, * & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iã ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. * Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. * "Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. * Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. * "Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? * Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionẽ? * Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? * "Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. * Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. * Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. * Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. * Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. * Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. * Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. * Cùm fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt ea quæ possidet. * Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. * Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. * Cùm immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærẽs requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. * Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. * Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. * Factum est autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit; & vbera, quæ suxisti. * At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. * Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: "Generatio hæc, generatio nequã est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetæ. * "Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis gene-

*Matt.7.a.7. & 21.c.22

*Mar.11.c.24 Ioan.14.b.13 Iac.1.a.5 *Matt.7.b.9 *Matt.9.d.32. & 12.b.22 Mar.3.c.22

*Matt.12.c.39 *Ion.2.a.2

rationi isti.* Regina Austri surget in iu- 31
dicio cum viris generationis huius, &
condemnabit illos : quia venit à finibus
terræ audire sapiẽtiam Salomonis: & ecce
plus quàm Salomon hic.* Viri Niniui- 32
tæ surgent in iudicio cum generatione
hac, & condemnabunt illam: quia pœ-
nitẽtiam egerunt ad prædicationem Io-
næ,& ecce plus quàm Ionas hic. * " Ne- 33
mo lucernam accendit, & in abscondito E
ponit,neque sub modio:sed supra cande-
labrum, vt qui ingrediuntur, lumen vi-
deant. * " Lucerna corporis tui, est ocu- 34
lus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex,
totum corpus tuum lucidum erit. si au-
tem nequam fuerit, etiam corpus tuum
tenebrosum erit. * Vide ergo ne lumen, 35
quod in te est,tenebræ sint. *Si ergo cor- 36
pus tuum totum lucidum fuerit, non
habens aliquam partem tenebrarum,erit
lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris
illuminabit te. * Et cùm loqueretur,ro- 37
gauit illũ quidam Pharisæus vt prande-
ret apud se.Et ingressus recubuit. * Pha- 38
risæus autem cœpit intra se reputans di-
cere,quare nõ baptizatus esset ante pran-
dium. *Et ait Dominus ad illum: Nunc 39
vos Pharisæi, quod déforis est calicis &
catini, mundatis : quod autem intus est
vestrum, plenum est rapina, & iniquita-
te. * Stulti,nónne qui fecit quod déforis 40
est,etiam id,quod deintus est,fecit?*Ve- 41
rumtamen quod superest, date eleemo- F
synam: & ecce omnia munda sunt vobis.
* Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis 42
menthã, & rutam, & omne olus,& præ-
teritis iudicium & charitatem Dei: hæc
autem oportuit facere, & illa non omit-
tere. * Væ vobis Pharisæis,quia diligitis 43
primas cathedras in synagogis,& salutа-
tiones in foro. * Væ vobis, quia estis vt 44
monumenta quæ non apparent, & ho-
mines ambulantes suprà,nesciunt. *Re- 45
spondẽs autem quidam ex Legisperitis,
ait illi : Magister, hæc dicens etiam con-
tumeliam nobis facis. *At ille ait:Et vo- 46
bis Legisperitis væ : " quia oneratis ho-
mines operibus, quæ portare non pos-
sunt, & ipsi vno digito vestro non tangi-
tis sarcinas.*Vę vobis,qui ædificatis mo- 47
numenta Prophetarum : patres autem
vestri occiderunt illos. *Profectò testifi- 48
camini quòd consentitis operibus pa- G
trum vestrorum : quoniam ipsi quidem
eos occiderunt, vos autem ædificatis eo-
rum sepulchra. * Propterea & sapientia 49
Dei dixit : Mittam ad illos Prophetas,&

*3. Reg. 10. a.1
2. Par. 9. a.1
*Ion. 3. b.5
*Matt. 5. b.15
Mar. 4. c.21
*Matt. 6. c.22
*Matt. 23. c.25
*Infr. 20. §.45
Mar. 12. d.38
Matt. 23. a.6
*Matt. 23 a.4

Apostolos, & ex illis occident, & per- 50
sequentur: * vt inquiratur sanguis om-
niũ Prophetarum, qui effusus est à con- 51
stitutione mundi à generatione ista, *" à
sanguine Abel, vsque ad sanguinem Za-
chariæ, qui perijt inter altare & ædem.
Ita dico vobis, requiretur ab hac gene- 52
ratione. * Væ vobis Legisperitis, quia
tulistis clauem scientiæ, ipsi non intro-
istis, & eos, qui introibant, prohibuistis.
*Cùm autem hæc ad illos diceret, cœpe- 53
runt Pharisæi & Legisperiti grauiter in-
sistere, & os eius opprimere de multis,
* insidiantes ei, & quærentes aliquid ca-
pere de ore eius, vt accusarent eum.

*Gen. 4. §.8
2. Par. 24. §.22

CAP. XII.

MVltis autem turbis circumstanti- 1
bus, ita vt se inuicem conculcarẽt, A
cœpit dicere ad discipulos suos : Atten-
dite à fermento Pharisæorum, quod est
hypocrisis. * " Nihil autem opertum est, 2
quod non reueletur : neque absconditum,quod non sciatur. * Quoniam quæ 3
in tenebris dixistis, in lumine dicentur:
& quod in aurem locuti estis in cubicu-
lis, prædicabitur in tectis. * Dico au- 4
tem vobis amicis meis : Ne terreamini ab
his qui occidunt corpus,& post hæc non
habent amplius quid faciant. * Osten- 5
dam autem vobis quem timeatis : time-
te eum, qui, postquam occiderit, habet
potestatem mittere in gehennam. ita di-
co vobis,hunc timete. * Nónne quinque 6
passeres væneunt dipondio, & vnus ex
illis non est in obliuione coram Deo?
* Sed & capilli capitis vestri omnes nu- 7
merati sunt. Nolite ergo timere : multis B
passeribus pluris estis vos. * " Dico au- 8
tem vobis : Omnis quicumque confessus
fuerit me coram hominibus, & Filius
hominis confitebitur illum coram An-
gelis Dei : * qui autem negauerit me co- 9
ram hominibus,negabitur coram Ange-
lis Dei. * " Et omnis qui dicit verbum 10
in Filium hominis,remittetur illi : ei au-
tem, qui in Spiritum sanctum blasphe-
mauerit, non remittetur. * Cùm autem 11
inducent vos in synagogas, & ad magi-
stratus & potestates, nolite soliciti esse
qualiter aut quid respondeatis, aut quid
dicatis. * Spiritus enim sanctus docebit 12
vos in ipsa hora, quid oporteat vos dice-
re. *Ait autem ei quidam de turba: Ma- 13
gister, dic fratri meo vt diuidat mecum
hereditatẽ.* At ille dixit illi: Homo,quis 14
me constituit iudicem aut diuisorem

*Matt. 10. c.26 Mar. 4. c.22
*Matt. 10. c.33 Mar. 3. b.28
*Matt. 12. d.32 Mar. 8. d.38 1. Tim. 1. b.12
*Matt. 12. c.31 Mar. 3. b.28

super vos?*Dixitq; ad illos: Videte,& ca- 15 C
uete ab omni auaritia: quia non in abun-
dãtia cuiusquam vita eius est, ex his quæ
possidet. * Dixit autem similitudinem ad 16
illos,dicens : *Hominis cuiusdam diuitis
*Eccli. 11. a.19 vberes fructus ager attulit: *& cogitabat 17
intra se dicens : Quid faciam, quia non
habeo quò congregem fructus meos?
*Et dixit: Hoc faciam:Destruam horrea 18
mea,& maiora faciam:& illuc congrega-
bo omnia quæ nata sunt mihi, & bona
mea, * & dicam animæ meæ : Anima, 19
habes multa bona posita in annos plurimos : requiesce, comede, bibe, epulare.
* Dixit autem illi Deus: Stulte, hac no- 20
cte animam tuam repetunt à te: quæ au-
tem parasti,cuius erunt? * Sic est qui si-
bi thesaurizat,& non est in Deum diues.
*Psal. 54. d.25 Matt. 6. c.25 1. Pet. 5. b.7 * Dixitque ad discipulos suos : Ideo dico 22
vobis : Nolite soliciti esse animæ vestræ
quid manducetis,neque corpori quid in-
duamini. * Anima plus est quàm esca, 23
& corpus plus quàm vestimẽtum.*Con- 24
siderate coruos, quia non seminant ne-
que metunt, quibus non est cellariũ ne-
que horreũ, & Deus pascit illos. Quan-
to magis vos pluris estis illis? * Quis au- 25
tem vestrûm cogitando potest adijcere D
ad staturam suam cubitum vnum? * Si 26
ergo neque quod minimum est potestis,
quid de ceteris soliciti estis? * Conside- 27
rate lilia quomodo crescunt: non labo-
rant, neque nent: dico autem vobis,nec
Salomon in omni gloria sua vestiebatur
sicut vnum ex istis. * Si autem fœnum, 28
quod hodie est in agro, & cras in clibа-
num mittitur, Deus sic vestit : quanto
magis vos pusillæ fidei? * Et vos nolite 29
quærere quid manducetis,aut quid biba-
tis: & nolite in sublime tolli : *hæc enim 30 G
omnia gentes mundi quærunt. Pater au-
tem vester scit quoniam his indigetis.
*Verumtamen quærite primùm regnum 31
Dei,& iustitiam eius: & hæc omnia adij-
cientur vobis. * Nolite timere pusillus 32
grex, quia complacuit patri vestro dare
vobis regnum. *" Vendite quæ possidе- 33
*Matt. 6. c.20. & 19. c.21 tis, & date eleemosynam. Facite vobis
sacculos qui non veterascunt,thesaurum E
non deficientem in cælis : quò fur non
appropiat,neque tinea corrumpit. * Vbi 34
enim thesaurus vester est, ibi & cor ve-
strum erit. *Sint lumbi vestri præcincti, 35
& lucernæ ardentes in manibus vestris,
* & vos similes hominibus expectanti- 36
bus dominum suum quando reuertatur
à nuptiis : vt, cùm venerit,& pulsauerit,
confestim aperiant ei. * Beati serui illi, 37
quos cùm venerit dominus, inuenerit
vigilantes : amen dico vobis, quòd præ-
cinget se, & faciet illos discumbere, &
transiens ministrabit illis. * Et si venerit 38
in secunda vigilia, & si in tertia vigilia
venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui
illi. * " Hoc autem scitote,quoniam si sci- 39 *Mat. 24. d.43
ret paterfamilias, qua hora fur veniret,
vigilaret vtique, & non sineret perfodi
domum suam.*Et vos estote parati: quia 40
qua hora non putatis,Filius hominis ve-
niet. * Ait autem ei Petrus: Domine,ad 41
nos dicis hanc parabolam, an & ad om- F
nes? *Dixit autem Dominus: "Quis,pu- 42 *Apoc. 16. c.15
tas, est fidelis dispensator, & prudens,
quem constituit Dominus supra fami-
liam suam, vt det illis in tempore tritici
mensuram? *Beatus ille seruus,quẽ cùm 43
venerit dominus, inuenerit ita facien-
tem. * Verè dico vobis, quoniam supra 44
omnia quæ possidet, constituet illum.
* Quòd si dixerit seruus ille in corde suo: 45
Moram facit dominus meus venire : &
cœperit percutere seruos & ancillas, &
edere,& bibere,& inebriari: * veniet do- 46
minus serui illius, in die qua non sperat,
& hora qua nescit, & diuidet eum, par-
temque eius cum infidelibus ponet. *Ille 47
autem seruus, qui cognouit voluntatem
domini sui, & non præparauit, & non
fecit secundùm voluntatem eius, vapu-
labit multis : * qui autem non cognouit, 48
& fecit digna plagis, vapulabit paucis.
Omni autem cui multum datũ est, mul-
tum quæretur ab eo : & cui commenda-
uerunt multũ,plus petent ab eo.*Ignem 49
veni mittere in terram, & quid volo nisi
vt accendatur? * Baptismo autem habeo 50 G
baptizari : & quomodo coarctor vsque-
dum perficiatur? *" Putatis quia pacem 51 *Mat. 10. d.34
veni dare in terram? Non, dico vobis,
sed separationem : * erunt enim ex hoc 52
quinque in domo vna diuisi,tres in duos,
& duo in tres * diuidentur : pater in fi- 53
lium, & filius in patrem suum, mater in
filiam, & filia in matrem, socrus in nu-
rum suam, & nurus in socrum suam.
* " Dicebat autem & ad turbas : Cùm vi- 54 *Mat. 16. a.2
deritis nubem orientem ab occasu,statim
dicitis: Nimbus venit: & ita fit. *& cùm 55
austrum flantem, dicitis : Quia æstus
erit: & fit. * Hypocritæ, faciem cæli & 56
terræ nostis probare: hoc autem tempus
quo modo non probatis? * Quid autem 57
& à vobis ipsis non iudicatis quod iu- *Matt. 5. d.25
stum est? * " Cùm autem vadis cum ad- 58

uersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. * Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

CAP. XIII.

ADerant autem quidam ipso in tempore, nunciãtes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. *Et respondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? *Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. * Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem? * Non, dico vobis: sed si pœnitentiam nõ egeritis, omnes similiter peribitis. *Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & nõ inuenit. *Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærẽs fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? *At ille respondens, dicit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: *& siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. * Erat autem docens in synagoga eorũ sabbatis. *Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. * Quam cùm videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. *Et imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorificabat Deum. * Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. * Respondẽs autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrûm sabbato non soluit bouem suũ aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? * Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? *Et cùm hæc diceret, erubescebãt omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo.

18 *" Dicebat ergo: Cui simile est regnum *Matt. 13.
19 Dei, & cui simile æstimabo illud? *Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortũ suum, & creuit, & factum est in arborem magnam: & volucres cæli requieuerunt in ramis eius. *Et *Mar. 4. c. 30
20 iterũ dixit: Cui simile æstimabo regnum *Matt. 13.
21 Dei? * Simile est fermento, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. *Et ibat per
22 ciuitates & castella, docens, & iter faciens in Ierusalem. * Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: *" Con- *Mat. 7. b. 13
24 tendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare,
25 & non poterunt. *" Cùm autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, in- *Matt. 25. a. 10
cipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis: *Prou. 25. a. 7 Matt. 23. b. 12 *Ioel. 18. c. 14
26 * tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris
27 docuisti. *Et dicet vobis: "Nescio vos vnde sitis: "discedite à me omnes operarij *Matt. 7. c. 23. & 25. d. 41 *Psal. 6. c. 9
28 iniquitatis. *Ibi erit fletus, & stridor dentium: cùm videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno
29 Dei, vos autem expelli foras. * Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno
30 Dei. *" Et ecce sunt nouissimi qui erunt *Matt. 19. d. 30. & 20. b. 16
primi, & sunt primi qui erunt nouissimi. *In ipsa die accesserunt quidam Phari- Mar. 10. d. 31
31 sæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. *Et ait il-
32 lis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. * Verum-
33 tamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. *" Ieru- *Matt. 23. d. 37
34 salem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub
35 pennis, & noluisti? * Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cùm dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

CAP. XIIII.

ET factum est cùm intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi

ipsi obseruabant eum. * Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. *Et respondẽs Iesus dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? *At illi tacuerũt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. *Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? *Et non poterãt ad hæc respondere illi. * Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: * Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus a illo; *" & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. * sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt, cùm venerit qui te inuitauit, dicat tibi: "Amice, ascende superiùs. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: *" quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. * Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio. *sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: * & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. * Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. * At ipse dixit ei: "Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. * Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. * Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum. * Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. * Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. * Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. * Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. * Et ait dominus seruo: Exi in vias, & sepes: & compelle intra-

*Matt. 22. a. 2 Apoc. 19. b. 9

24 re, vt impleatur domus mea. * Dico au-
tem vobis, quòd nemo virorum illorum
qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.
25 * Ibant autem turbæ multæ cum eo:
26 & conuersus dixit ad illos: *" Si quis *Matt. 10. d. 37
venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.
27 * Et qui non baiulat crucem suam, & *Matt. 10. d. 38. & 16. d. 24 Mar. 8. d. 34
venit post me, non potest meus esse di-
28 scipulus. * Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum; * ne, posteaquàm
29 posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant
30 illudere ei, * dicentes: Quia hic homo
31 cœpit ædificare, & non potuit consummare? * Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti
32 millibus venit ad se? *alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens,
33 rogat ea quæ pacis sunt. * Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. * " Bonum est sal. Si autem sal *Matt. 5. b. 15 Mar. 9. c. 50
34 euanuerit, in quo condietur? *Neque in
35 terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

1 ERant autem appropinquantes ei
A publicani, & peccatores, vt audirent
2 illum. * Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. * Et ait
3 ad illos parabolam istam dicens: *" Quis *Matt. 18. b. 12
4 ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec in-
5 ueniat eam? *Et cùm inuenerit eam, im-
6 ponit in humeros suos gaudens: * & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat?
7 * Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam, & euerrit domum,

& quærit diligenter,donec inueniat? *Et cùm inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram? *Ita dico vobis,gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. *Ait autem:Homo quidam habuit duos filios:* & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. * Et non post multos dies, congregatis omnibus,adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substãtiam suam viuendo luxuriosè. *Et postquam omnia consummasset,facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. * Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. * Et cupiebat implere ventrẽ suum de siliquis,quas porci manducabant: & nemo illi dabat. * In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo! * Surgam, & ibo ad patrem meum,& dicam ei: Pater, peccaui in cælum,& coram te: * iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. * Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. * Dixitque ei filius:Pater, peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. * Dixit autem pater ad seruos suos:Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: * & adducite vitulum saginatum, & occidite,& manducemus, & epulemur: * quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. * Erat autem filius eius senior in agro: & cùm veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: * & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. *Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum,quia saluum illum recepit. *Indignatus est autẽ,& nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. *At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui, & numquam dedisti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: * sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit,occidisti illi vitulum saginatum. *At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: * epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est.

Cap. xvi.

DIcebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicũ: & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. * Et vocauit illum,& ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. *Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo,mendicare erubesco. * Scio quid faciam, vt,cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. * Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? * At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: & sede citò, scribe quinquaginta. * Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. * Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. * Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. * Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. *Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis? * Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? * Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet: non potestis Deo seruire & mammonæ. *Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari: & deridebant illum. * Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. * Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem:

* Matt. 6. c. 24

* Matt. 11. b. 12

ex eo regnum Dei euangelizatur,& omnis in illud vim facit. * Facilius est autem cælum & terram præterire,quàm de Lege vnum apicem cadere. * Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. * Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byssо: & epulabatur quotidie splendidè. * Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, * cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. * Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno * Eleuans autem oculos suos, cùm esset in tormentis,vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius: * & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarũ, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma. * Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. * & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnũ firmatum est: vt hi,qui volũt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. * Et ait: Rogo ergo te pater vt mittas eum in domũ patris mei. * habeo enim quinque fratres, vt testetur illis,ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. * Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & prophetas: audiant illos. * At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiam agẽt. * Ait autẽ illi: Si Moysen & prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Cap. xvii.

ET ait ad discipulos suos: Impossibile est vt non veniant scandala: væ autem illi, per quem veniunt. * Vtilius est illi,si lapis molaris impouatur circa collũ eius, & proijciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. * Attendite vobis: * Si peccauerit in te frater tuus,increpa illum: & si pœnitẽtiam egerit, dimitte illi. * Et si septies in die peccauerit in te,& septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi. * Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. * Dixit autem Dominus:Si habueritis fidem,sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplãtare in mare: & obediet vobis. * Quis autem vestrùm habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe: * & non dicat ei: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? * Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? * Non puto. Sic & vos,cùm feceritis omnia quę præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. * Et factum est,dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. * Et cùm ingrederetur quoddam castellum,occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè: * & leuauerunt vocem,dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. * Quos vt vidit, dixit: * Ite,ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent,mundati sunt. * Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificãs Deum, * & cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agens: & hic erat Samaritanus. * Respõdens autem Iesus, dixit: Nónne decẽ mundati sunt? & nouem vbi sunt? * Non est inuentus qui rediret,& daret gloriã Deo, nisi hic alienigena. * Et ait illi:Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. * Interrogatus autẽ à Pharisæis: Quando venit regnum Dei? respondens eis,dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione: * neque dicent: Ecce hîc, aut ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos est. * Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis videre vnum diem Filij hominis, & nõ videbitis. * Et dicent vobis: Ecce hîc, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. * nam, sicut fulgur coruscans de sub cælo,in ea quæ sub cælo sunt,fulget: ita erit Filius hominis in die sua. * Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. * Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis. * Edebant, & bibebant: vxores ducebant, & dabantur ad nuptias,vsque in diem, qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. * Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant,& bibebant: emebant,& vendebant: plantabant, & ædificabant:

* Matt. 5. c. 32
* Mar. 10. c. 11
1. Cor. 7. c. 10
Matt. 18. c. 7
Mar. 9. f. 41
* Matt. 18. b. 21
Leuit. 19. d. 17
Eccli. 19. b. 23
* Matt. 17. c. 20
* Leuit. 14. c. 2
* Mat. 24. b. 25
Mar. 13. c. 21
* Matt. 24. d. 37
Gen. 7. b. 4
* Gen. 19. c. 25

ficabant: * qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit: * secundùm hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur. * In illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa; & qui in agro, similiter non redeat retrò. * Memores estote vxoris Lot. * Quicumque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam. * Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno; vnus assumetur, & alter relinquetur: * duæ erunt molentes in vnum; vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro; vnus assumetur, & alter relinquetur. * Respondentes dicunt illi: Vbi Domine? * Qui dixit illis: Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

29 30 31 G 32 33 34 35 36 37

* Sup. 9. c. 24 Mat. 10. d. 39 Mar. 8. d. 35 Ioan. 12. d. 25 * Mat. 24. d. 40 1. Thess. 4. d. 17

CAP. XVIII.

DIcebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere, * dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. * Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. * Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: * tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens fugillet me. * Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit: * Deus autem non faciet vindictam electorũ suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? * Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? * Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquá iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: * Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus. * Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus. * ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo. * Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicẽs: Deus propitius esto mihi peccatori. * Dico vobis, descendit hic iustificatus in * omum suam ab illo:

1 A 2 3 4 5 6 7 8 B 9 10 11 C 12 13 14

Eccli. 18. c. 21 1. Thess. 5. d. 17

quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. * Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cùm viderent discipuli, increpabant illos. * Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos. talium est enim regnum Dei. * Amen dico vobis: Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, nõ intrabit in illud. * Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? * Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. * Mandata nosti: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem. * Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. * Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc vnũ tibi deest: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. * His ille auditis, contristatus est: quia dives erat valde. * Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit: Quàm difficilè, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. * Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnũ Dei. * Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? * Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. * Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. * Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorẽ, aut filios, propter regnum Dei, * & non recipiat multo plura in hoc tẽpore, & in sæculo venturo vitam æternam. * Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis. * tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: * & postquam flagellauerint, occident eũ, & tertia die resurget. * Et ipsi nihil horũ intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. * Factum est autem, cùm appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. * Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. * Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. * Et clamauit,

15 16 17 18 D 19 20 21 22 23 24 E 25 26 27 28 29 F 30 31 32 33 34 35 36 37 38

* Sup. 14. c. 11 Matt. 23. b. 13 * Mar. 9. b. 13 Mar. 10. b. 13 * Exod. 20. c. 13 * Mat. 16. b. 16 * Mat. 16. b. 17 Mar. 10. b. 32 * Matt. 20. d. 29 Mar. 10. g. 46

mauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. * Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. * Stans autem Iesus iussit illũ adduci ad se. Et cùm appropinquasset, interrogauit illum, * dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. * Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. * Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

38 G 39 40 41 D 42 43

CAP. XIX.

ET ingressus perambulabat Iericho. * Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues: * & quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. * Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. * Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. * Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. * Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. * Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. * Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abrahæ. * Venit enim Filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. * Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eò quòd esset prope Ierusalem: & quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur. * Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. * Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. * Cives autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. * Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset. * Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. * Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ci-

1 2 A 3 4 5 6 7 8 B 9 10 11 12 F 13 14 C 15 16 17

* Matt. 18. b. 11 * Matt. 25. b. 15

uitates. * Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. * Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. * Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario: * timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. * Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam. sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: * & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? * Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. * Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. * Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. * Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. * Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam. * Et factum est, cùm appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, * dicens: Ite in castellum, quod contra est: in quod introeuntes, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vmquam hominum sedit: soluite illum, & adducite. * Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat. * Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. * Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? * At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet. * Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerũt Iesum. * Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. * Et cùm appropinquaret iam ad descensum Montis oliueti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus, * dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis. * Et quidam Pharisæorum de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. * Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. * Et vt appropinquauit, videns ciuitatem fleuit super illam, dicens:

18 19 20 21 D 22 23 24 25 26 27 E 28 29 30 31 32 33 34 35 F 36 37 38 39 40 41

* Sup. 8. c. 18 Mat. 13. b. 12. & 25. c. 29 Mar. 4. c. 25 * Matt. 21. a. 1 Mar. 11. a. 1 * Ioan. 12. b. 14

* Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. 42
* Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustabunt te vndique: 43
* & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, " & non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. 44
* " Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes, * dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. * Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illũ perdere: * & non inueniebant quid facerẽt illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. 45 46 47 48

CAP. XX.

ET factum est in vna dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus, * & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut: Quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? * Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi: * Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? * At illi cogitabãt intra se, dicẽtes: Quia si dixerimus, De cælo, dicet, Quare ergo nõ credidistis illi? * Si autẽ dixerimus, Ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim, Ioannem prophetam esse. * Et respondẽrũt se nescire vnde esset. * Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. * Cœpit autẽ dicere ad plebem parabolam hanc: " Homo plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus. * Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. * Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. * Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt. * Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan, cùm hunc viderint, verebuntur. * Quem cùm vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est heres, occidamus illum, vt nostra fiat hereditas. * Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? * veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit. * Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est: " Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? * Omnis qui ciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ciderit, cõminuet illum. * Et quærebant principes sacerdotum, & Scribę, mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc. * " Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui & potestati præsidis. * Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: * licet nobis tributum dare Cæsari, an non? * Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? * Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginẽ & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris. * Et ait illis: " Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. * Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt. * " Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerũt eum, * dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: " Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorẽ, & suscitet semen fratri suo. * Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. * Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. * Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. * Nouissimè omnium mortua est & mulier. * In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? siquidem septem habuerunt eam vxorem. * Et ait illis Iesus: Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: * illi verò, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores: * neque enim vltrà mori poterunt: æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei cùm sint filij resurrectionis. * Quia verò resurgant mortui,

mortui, & Moyses ostendit secus rubum, " sicut dicit Dominũ, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. * Deus autem nõ est mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei. * Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, benè dixisti. * Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. * Dixit autem ad illos: Quomodo dicũt Christum, filium esse Dauid? * & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum: " Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, * donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? * Dauid ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius est? * Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: * " Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis: * qui deuorant domos viduarum, simulantes lõgam orationem. Hi accipient damnationem maiorem. 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47

CAP. XXI.

RESpiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, diuites. * Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittẽtem æra minuta duo. * Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes misit. * Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victũ suum quem habuit, misit. * Et quibusdam dicẽtibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit: * Hæc quæ videtis, " venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. * Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cùm fieri incipiẽt? * Qui dixit: Videte ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquauit: nolite ergo ire post eos. * Cùm autem audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hęc fieri, sed nondum statim finis. * Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentẽ, & regnum aduersus regnũ. * Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cælo, & signa magna erũt. * Sed ante hæc omnia injiciẽt vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides, propter nomen meum: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

* continget autem vobis in testimonium. 13
* Ponite ergo in cordibus vestris, nõ præmeditari quemadmodum respondeatis. 14
* ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. 15
* Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis: * & eritis odio omnibus propter nomen meum: * & capillus de capite vestro non peribit. * In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. * " Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius: * tunc qui in Iudęa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam. * quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. 16 17 18 19 20 21 22
* Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. 23
* Et cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes Gentes, & Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora nationum. * " Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura Gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum: * arescẽtibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur: * & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. 24 25 26 27
* His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: " quoniam appropinquat redemptio vestra. * Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores: * cùm producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. * Ita & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. * Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiãt. 28 29 30 31 32
* Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. * Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa: * tamquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. * Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quę futura sunt, & stare ante Filium hominis. * Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur 33 34 35 36 37

Matt. 21. c. 23 Mar. 11. d. 27
Matt. 24. a. 2 Marc. 13. a. 2 Infr. 21. b. 6
Matt. 21. b. 12 Marc. 11. b. 17 Isa. 56. c. 7 Ierem. 7. b. 11
Matt. 23. d. 33 Mar. 12. a. 11 Isa. 5. a. 1 Ierem. 2. d. 21
Psal. 117. d. 22 Act. 4. b. 11 Rom. 9. g. 33 1. Pet. 2. a. 8 Isai. 8. d. 16
Mat. 22. b. 15 Mar. 12. b. 13
Rom. 13. c. 7
Mat. 22. c. 23 Mar. 12. b. 18
Deut. 25. b. 5
Exod. 3. b. 6
Matt. 22. d. 44 Mar. 12. d. 36 Psal. 109. a. 1
Matt. 23. a. 6 Mar. 12. d. 36 Sup. 11. f. 43
Mar. 12. d. 42
Matt. 24. a. 1 Mar. 13. a. 1 Sup. 19. g. 44
Matt. 24. b. 15 Mar. 13. b. 14 Dan. 9. g. 27
Mat. 24. c. 29 Mar. 13. c. 24 Isai. 13. b. 10 Ezech. 32. b. 7 Ioel. 3. c. 15
Rom. 8. d. 23

Oliueti. * Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. 38

CAP. XXII.

Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: 1 A
* & quærebant principes sacerdotum, & 2
Scribæ, quomodo Iesum interficerent: timebant verò plebem. * " Intrauit autem 3
satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim. * & 4
abijt, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. * Et gauisi sunt, 5
& pacti sunt pecuniam illi dare. * Et spopondit. Et quærebat oppo rtunitatem vt 6
traderet illum sine turbis. * Venit autem 7
dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. * Et misit Petrum & Ioannem, dicēs: Euntes parate nobis pascha, 8
vt manducemus. * At illi dixerunt: Vbi 9
vis paremus? * Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret 10 B
vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in 11
quam intrat, * & dicetis patrifamilias domus: dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? * Et ipse ostendet vobis cœ- 12
naculum magnum stratum, & ibi parate. * Euntes autem inuenerūt sicut dixit 13
illis, & parauerunt pascha. * " Et cùm 14
facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. * & ait illis: Desiderio 15
desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. * Dico enim vo- 16
bis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. * Et ac- 17
cepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. * dico enim 18
vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. * " Et 19
accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, C
quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. * Similiter 20
& calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 21
* " Verūtamen ecce manus tradentis me, 22
mecum est in mensa. * Et quidem Filius hominis, " secundùm quod definitum est, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur. * Et ipsi cœ- 23
perunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. * Facta est 24
autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. * Dixit autem 25
eis: * Reges Gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super 26
eos, benefici vocantur. * Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut 27
ministrator. * Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nónne qui recumbit? Ego autem in medio ve- 28
strûm sum, sicut qui ministrat. * Vos autem estis, qui permansistis mecum in 29
tentationibus meis: * Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus 30
regnum, * vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. * Ait autem Dominus: Si- 31
mon, Simon, ecce satanas expetiuit vos 32
vt cribraret sicut triticum: * ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & D
tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. * Qui dixit ei: Domine, te- 33
cum paratus sum & in carcerem & in 34
mortem ire. * " At ille dixit: Dico tibi Petre, nón cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: 35
* " Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? * At illi dixerunt: Nihil. 36
Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat; similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & 37
emat gladiū. * Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: " Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, 38
finem habent. * At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis: Satis est. * " Et egressus ibat 39
secundùm consuetudinem in Montem oliuarum. Secuti sunt autem illum 40
& discipuli. * Et cùm peruenisset ad locū, dixit illis: Orate ne intretis in tenta- 41 E
tionē. * " Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positis genibus 42
orabat, * dicens: Pater si vis, transfer calicem istum à me: Verumtamen non 43
mea voluntas, sed tua fiat. * Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixiùs ora- 44
bat. * Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. * Et 45
cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes 46
præ tristitia. * Et ait illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentatio- 47
nem. * " Adhuc eo loquente, ecce turba:

Mat. 26. a.2 Mar. 14. a.1
* Matt. 26 b.14 Mar. 14. b.10
* Matt. 20 b.25 Mar. 10. f.42
* Isa. 53. d.12
* 1. Cor. 11. c.24
* Matt. 26 b.21 Mar. 14. b.20 Ioan. 13. c.18 * Psal. 40 c.10

& qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. * Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo Filium hominis tradis? * Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? * Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. * Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum. * Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? * Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. * " Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur à longè. * " Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. * Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. * At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. * Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo non sum. * " Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat: nam & Galilęus est. * Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente cantauit gallus. * Et cōuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: " Quia priùs quā gallus cantet, ter me negabis: * Et egressus foras Petrus fleuit amarè. * Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. * Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est, qui te percussit? * Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. * " Et vt factus est dies, conuenerūt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. * Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: * si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. * Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. * Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. * At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius. 71

CAP. XXIII.

Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. * Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, " & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. * " Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. * Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. * At illi inualescebant, dicentes: Commouet populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. * Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. * Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. * Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. * Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. * Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. * Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. * Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem. * Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotū, & magistratibus, & plebe, * dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, " nullam causam inueni in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. * Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. * Emendatum ergo illum dimittam. * Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. * Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. * qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. * Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum.

* Matt. 26. f.57 Mar. 14. f.43 Ioan. 18. a.24
* Matt. 26. f.69 Mar. 14. f.30 * Matt. 26. f.34 Mar. 14. f.30 Ioan. 18. a.25
* Ioan. 18. f.26
* Matt. 27. a.1 Mar. 15. a.1 Ioan. 18. a.28
* Matt. 26. f.47 Mar. 14. f.43 Ioan. 18. a.3
* Matt. 22. b.21 Mar. 12. b.17 * Matt. 27. b.11 Mar. 15. a.2 Ioan. 18. f.33
* Ioan. 18. f.38. & 19 a.4

* At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. * Ille autem tertiò dixit ad illos: ^ Quid enim mali fecit iste? nullã causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam. * At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. * Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem corũ. * Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebãt: Iesum verò tradidit voluntati eorũ. * ^ Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. * Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quę plangebant, & lamentabantur eum. * Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filię Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. * Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quę non lactauerunt. * Tunc incipient dicere montibus: ^ Cadite super nos; & collibus: Operite nos. * Quia si in viridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? * Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. * ^ Et postquã venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. * Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. * Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. * Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, * & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. * Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. * Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. * Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deũ, quòd in eadem damnatione es. * Et nos quidẽ iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. * Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. * Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. * Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. * Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. * Et clamans voce magna Iesus ait: ^ Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. * Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. * Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. * Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. * ^ Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus: * hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnũ Dei. * hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: * & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. * Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. * Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. * Et reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta: & sabbato quidem siluerunt secundùm mandatum.

CAP. XXIIII.

VNa autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes, quæ parauerant, aromata: * & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. * Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu. * Et factum est, dũ mente consternatę essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. * Cùm timerent autẽ, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem cum mortuis? * non est hîc, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, * dicens: ^ Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. * Et recordatæ sunt verborum eius. * Et regressæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & ceteris omnibus. * Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ quæ cum eis erant, quæ dicebãt ad Apostolos hæc. * Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum, verba ista: & non crediderunt illis. * Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. * ^ Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. * Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderãt. * Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: * oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. * Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos cõfertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? * Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? * Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potẽs in opere & sermone, coram Deo & omni populo: * Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. * nos autem sperabamus quia ipse esset redẽpturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. * Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, * &, non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. * Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò nõ inuenerunt. * Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credẽdum, in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ! * Nónne hęc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? * Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. * Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longiùs ire. * Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. * Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. * Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. * Et dixerunt ad inuicem: Nónne cor nostrum ardẽs erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? * Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, * dicentes: Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. * Et ipsi narrabant quę gesta erant in via: & quomodo cognouerũt eum in fractione panis. * ^ Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. * Conturbati verò, & conterriti, existimabant se spiritum videre. * Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? * Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. * Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. * Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hîc aliquid, quod manducetur? * At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. * Et cùm manducasset corã eis, sumens reliquias dedit eis. * Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quę locutus sum ad vos, cũ adhuc essem vobiscum, quoniã necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. * Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas. * & dixit eis: * Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: * & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. * ^ Vos autem testes estis horum. * ^ Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. * Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. * ^ Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. * Et ipsi adorãtes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: * & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT PRIMVM.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. * Hoc erat in principio apud Deum. * Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factū est, * in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: * & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderūt. * ¶ Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. * Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. * non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. * ¶ Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. * In mundo erat, ¶ & mundus per ipsum factus est, & mūdus eum non cognouit. * In propria venit, & sui eum non receperunt. * Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: * qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. * ¶ Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. * Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicēs: Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. * ¶ Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. * quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. * ¶ Deum ne no vidit vmquam: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. * Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? * Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus. * Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non. sum. Propheta es tu? Et respōdit: Non. * Dixerūt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de teipso? * Ait: ¶ Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. * Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. * Et interrogauerunt eū, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? * Respondit eis Ioannes, dicens: ¶ Ego baptizo in aqua: medius autem vestrūm stetit, quem vos nescitis. * ¶ Ipse est, qui post me vēturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corigiā calceamenti. * Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. * Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. * Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. * & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. * Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: ¶ Quia vidi Spiritum descendētem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. * Et ego nesciebam eum: sed qui misit me bapti-

Matt.3.a.2 Mar.1.a.2

Infr.3.c.19

Heb.11.a.3

Matt.1.c.16 Luc.2.b.7

1.Tim.6.d.17 1.Ioan.4.c.12.

1.Ioan.4.c.12

Ioan.1.c.15

Isa.40.a.3 Matt.3.a.3 Mar.1.a.3 Luc.3.a.4

Matt.3.b.11 Mar.1.b.7 Luc.3.c.16 Actor.13.5.& 19.16.& 19.a.4

Mat.3.d.16 Mar.1.b.10 Luc.3.d.22

zare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. * Et ego vidi: & testimoniū perhibui quia hic est Filius Dei. * Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. * Et respiciens Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei. * Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. * Conuersus autem Iesus, & vidēs eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitas? * Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. * Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. * Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam. (quod est interpretatum Christus.) * Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas. quod interpretatur Petrus. * In crastinum voluit exire in Galilęam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. * Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. * Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit ¶ Moyses in lege, & ¶ Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. * Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. * Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. * Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. * Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. * Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. * Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.

Gen.49.b.10 Deut.18.c.18

Isa.40.c.10.& 45.b.8 Ierem.23.a.5 Ezec.34.f.23.& 37.f.24 Dan.9.f.24.25

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. * Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius, ad nuptias. * Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. * Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. * Dicit mater eius ministris: Quodcūque dixerit vobis, facite. * Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundùm purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. * Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. * Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. * Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, * & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. * Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. * Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi mansērunt non multis diebus. * Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: * & inuenit in templo vendentes, boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes. * Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. * Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. * Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptum est: ¶ Zelus domus tuæ comedit me. * Respondērunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? * Respondit Iesus, & dixit eis: ¶ Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. * Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? * Ille autem dicebat de templo corporis sui. * Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & ¶ crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. * Cùm autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. * Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, * & quia opus ei

Psal.68.b.10

Matt.26.f.21.& 27.c.40 Mar.14.f.58.& 15.c.29

Psal.3.b.6.& 56.c.9

non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. * Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. * Respõdit Iesus, & dixit ei: Amen, amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei. * Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci? * Respondit Iesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. * Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. * Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuò. * Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, " sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu. * Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? * Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? * Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. * Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis? * Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. * " Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: * vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. * " Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. * Non enim misit Deus Filium suum in mundũ, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. * Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. * Hoc est autẽ iudicium: " quia lux venit in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera. * Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius:

* Psal. 134. a. 8

* Num. 21. c. 9

* 1. Ioan. 4. b. 9

* qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. * Post hæc venit Iesus, & discipuli eius, in terram Iudæam: & illic demorabatur cum eis, " & baptizabat. * Erat autem & Ioannes baptizans in Aennon, iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. * Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. * Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de Purificatione. * Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, " cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. * Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. * Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, " quòd dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. * Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. * Illum oportet crescere, me autem minui. * Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. * Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. * Qui accepit eius testimonium, " signauit quia Deus verax est. * Quẽ enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum. * Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. * " Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

* Infr. 4. a. 1

* Sup. 1. d. 19

* Sup. 1. c. 20

* Rom. 3. d. 4

CAP. IIII.

VT ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, " & baptizat, quàm Ioannes * (quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) * reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. * oportebat autem eum transire per Samariam. * Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, " quod dedit Iacob Ioseph filio suo. * Erat autẽ ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. * Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus:

* Sup. 3. c. 22

* Gen. 33. d. 19. & 48. d. 22. Ios. 24. g. 32

Da mihi bibere. (* Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.) * Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutũntur Iudæi Samaritanis. * Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. * Dicit ei mulier: Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? * Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? * Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: * sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. * Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. * Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. * Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: * quinque enim viros habuisti; & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti. * Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. * Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, " quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet. * Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quãdo neque in mõte hoc, neq; in Ierosolymis adorabitis Patrem. * " Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. * Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. * " Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. * Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit (qui dicitur Christus) cùm ergo venerit ille, nobis annũciabit omnia. * Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecũ. * Et continuò venerũt discipuli eius: & mirabantur quia cũ muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? * Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus: * Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus? * Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. * Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. * Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. * Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? * Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiã opus eius. * Nónne vos dicitis, quòd adhuc quattuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, " quia albæ sunt iam ad messem. * Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. * In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius qui metit. * Ego misi vos metere quod vos non laboraitis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. * Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcũque feci. * Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eũ vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. * Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. * Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est verè Saluator mundi. * Post duos autem dies exijt inde: & abiit in Galilæam. * " Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem nõ habet. * " Cùm ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. * Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. * Hic cùm audisset quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. * Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. * Dicit ad eum regulus: Domine, descende priùs quàm moriatur filius meus. * Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. * Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. * Interrogabat ergo horã ab eis, in qua meliùs habuerit. Et dixerunt

* Deut. 12. a. 6

* 4. Reg. 17. g. 41

* 1. Cor. 3. d. 17

* Mat. 9. f. 37 Luc. 10. a. 2

* Mat. 13. g. 57 Mar. 6. a. 4 Luc. 4. c. 24

* Matt. 4. b. 12 Mar. 1. b. 14 Luc. 4. c. 14 Sup. 2. a. 9

ei: Quia heri hora septima reliquit eum
febris. * Cognouit ergo pater, quia illa 53
hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius
tuus viuit: & credidit ipse, & domus
eius tota. * Hoc iterum secundum si- 54
gnum fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa
in Galilæam.

CAP. V.

Leuit. 23. c.5 aDeut. 16. a.1

POst hæc erat festus dies Iudæorum, 1
& ascendit Iesus Ierosolymam. * Est 2
autem Ierosolymis Probatica piscina, A
quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida,
quinque porticus habens. *In his iacebat 3
multitudo magna languentium, cæco-
rum, claudorum, aridorũ, expectantium
aquæ motum. * Angelus autem Domi- 4
ni descendebat secundùm tempus in pi-
scinam: & mouebatur aqua. Et qui prior
descendisset in piscinam post motionem
aquæ, sanus fiebat à quacumque detine-
batur infirmitate. * Erat autem quidam 5
homo ibi, triginta & octo annos habens
in infirmitate sua. * Hunc cùm vidisset 6
Iesus iacentem, & cognouisset quia iam B
multum tempus haberet, dicit ei: Vis
sanus fieri? * Respõdit ei languidus: Do- 7
mine, hominem non habeo, vt cùm tur-
bata fuerit aqua, mittat me in piscinam:
dum venio enim ego, alius ante me de-
scendit. * Dicit ei Iesus: Surge, tolle gra- 8
batum tuum, & ambula. * Et statim sa- 9
nus factus est homo ille: & sustulit gra-
batum suum, & ambulabat. Erat autem
sabbatum in die illo. * Dicebant ergo 10
Iudæi illi qui sanatus fuerat: [a]Sabbatum
est, non licet tibi tollere grabatum tuum.
Exod. 20. b.11 Ier. 17. c.24
* Respondit eis: Qui me sanum fecit, 11
ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum,
& ambula. *Interrogauerunt ergo eum: 12
Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle
grabatum tuum, & ambula? * Is autem, 13
qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis
esset. Iesus enim declinauit à turba con-
stituta in loco. * Postea inuenit eum Ie- 14
sus in templo, & dixit illi: Ecce sanus fa- C
ctus es: iam noli peccare, ne deterius ti-
bi aliquid contingat. * Abijt ille homo, 15
& nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui
fecit eum sanum. * Propterea perseque- 16
batur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat
in sabbato. * Iesus autem respondit eis: 17
Pater meus vsque modò operatur, & ego
operor. * Propterea ergo magis quære- 18
bant eum Iudæi interficere: quia non
solùm soluebat sabbatum, sed & patrem
suum dicebat Deum, æqualem se fa-

ciens Deo. Respondit itaque Iesus, & di- 19
xit eis: * Amen, amen dico vobis: non
potest Filius à se facere quidquam, nisi
quod viderit Patrem facientem: quæ-
cumque enim ille fecerit, hæc & Filius
similiter facit. * Pater enim diligit Fi- 20
lium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse D
facit: & maiora his demonstrabit ei ope-
ra, vt vos miremini. * Sicut enim Pater 21
suscitat mortuos, & viuificat: sic & Fi-
lius, quos vult, viuificat. * Neque enim 22
Pater iudicat quemquam: sed omne iu-
dicium dedit Filio, * vt omnes honorifi- 23
cent Filium, sicut honorificant Patrem.
qui non honorificat Filium, non hono-
rificat Patrem, qui misit illum. * Amen, 24
amen dico vobis, quia qui verbum meum
audit, & credit ei qui misit me, habet
vitam æternam, & in iudicium non
venit, sed transijt à morte in vitam.
* Amen, amen dico vobis, quia venit ho- 25
ra, & nunc est, quando mortui audient
vocem Filij Dei: & qui audierint, vi-
uent. * Sicut enim Pater habet vitam in 26
E semetipso: sic dedit & Filio habere vi-
tam in semetipso: * & potestatem dedit 27
ei iudicium facere, quia Filius hominis
est. * Nolite mirari hoc, quia venit ho- 28
ra, in qua omnes, qui in monumentis
sunt, audient vocem Filij Dei: * " & 29
procedent qui bona fecerunt, in resurre-
ctionem vitæ: qui verò mala egerunt, in
resurrectionem iudicij. * Non possum 30
ego à meipso facere quidquam. Sicut au-
dio, iudico: & iudicium meum iustum
est: quia non quæro voluntatem meam,
sed voluntatem eius, qui misit me. *Si 31
ego testimonium perhibeo de meipso,
testimonium meum non est verum.
* " Alius est, qui testimonium perhibet 32
de me: & scio quia verũ est testimonium,
F quod perhibet de me. * Vos misistis ad 33
Ioannem: & testimonium perhibuit ve-
ritati. * Ego autem non ab homine te- 34
stimonium accipio: sed hæc dico vt vos
salui sitis. * Ille erat lucerna ardens, & 35
lucens. Vos autem voluistis ad horam
exultare in luce eius. * Ego autem ha- 36
beo testimonium maius Ioanne. Opera
enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam
ea; ipsa opera, quæ ego facio, testimo-
nium perhibent de me, quia Pater misit
me: * & qui misit me Pater, " ipse testi- 37
monium perhibuit de me: neque vocem
eius vmquam audistis, [a]neque speciem
eius vidistis. * & verbum eius non habe- 38
tis in vobis manẽs: quia quem misit ille,

Matt. 24. d.46
Matt. 4. d.17. & 11. a.5 aDeut. 4. b.12

huic

huic vos non creditis. * Scrutamini Scri- 39
pturas, quia vos putatis in ipsis vitam G
æternam habere: & illæ sunt, quæ testi-
monium perhibent de me: * & non vul- 40
tis venire ad me vt vitam habeatis. * Cla- 41
ritatem ab hominibus non accipio. * Sed 42
cognoui vos, quia dilectionem Dei non
habetis in vobis. * Ego veni in nomine 43
Patris mei, & non accipitis me: si alius
venerit in nomine suo, illum accipietis.
*Quomodo vos potestis credere, qui glo- 44
1. Cor. 4. a.3 riam ab inuicem accipitis; " & gloriam,
quæ à solo Deo est, non quæritis? * No- 45
lite putare quia ego accusaturus sim vos
apud Patrem: est qui accusat vos Moy-
ses, in quo vos speratis. * Si enim crede- 46
Gen. 3. a.15. 22. d. 18. 49. b. 30 Deut. 18. a.15 retis Moysi, crederetis forsitan & mihi:
" de me enim ille scripsit. * Si autem il- 47
Mat. 14. b.13 Mar. 6. a.32 Luc. 9. b.10 lius litteris non creditis: quomodo ver-
bis meis credetis?

CAP. VI.

POst hæc abiit Iesus trans mare Gali- 1
lææ, quod est Tiberiadis: * & seque- 2
batur eum multitudo magna, quia vide- A
bant signa, quæ faciebat super his qui
infirmabantur. * Subiit ergo in montem 3
Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.
* Erat autem proximum Pascha, dies fe- 4
stus Iudæorum. * Cùm subleuasset ergo 5
oculos Iesus, & vidisset quia multitudo
maxima venit ad eum, dixit ad Philip-
pum: Vnde ememus panes, vt manduce-
nt hi? * Hoc autem dicebat tentans 6
eum: ipse enim sciebat quid esset factu-
rus. * Respondit ei Philippus: Ducento- 7
rum denariorũ panes non sufficiunt eis,
vt vnusquisque modicum quid accipiat.
* Dicit ei vnus ex discipulis eius, An- 8
dreas frater Simonis Petri: * Est puer v- 9
nus hîc, qui habet quinque panes ordea-
ceos, & duos pisces: sed hæc quid inter
tantos? * Dixit ergo Iesus: Facite homi- 10
nes discumbere. Erat autem fœnũ mul- B
tum in loco. Discubuerunt ergo viri, nu-
mero quasi quinque millia. * Accepit er- 11
go Iesus panes: & cùm gratias egisset, dis-
tribuit discumbentibus: similiter & ex
piscibus quantum volebant. * Vt autem 12
impleti sunt, dixit discipulis suis: Colli-
gite quæ superauerunt fragmẽta, ne per-
eant. * Collegerunt ergo, & impleuerũt 13
duodecim cophinos fragmentorum, ex
quinque panibus ordeaceis, quæ super-
fuerunt his qui manducauerãt. * Illi er- 14
go homines cùm vidissent quòd Iesus fe-
cerat signũ, dicebant: Quia hic est verè

propheta, qui venturus est in mundum.
* Iesus ergo cùm cognouisset, quia ven- 15
turi essent vt raperent eum, & facerent
eum regem, [a]fugit iterum in montem
ipse solus. * Vt autem serò factum est, 16
descenderũt discipuli eius ad mare. * Et 17
cùm ascendissent nauim, venerunt trans
mare in Capharnaum: & tenebræ iam
factæ erant: & non venerat ad eos Iesus.
18 * Mare autem, vento magno flante, ex-
urgebat. * Cùm remigassent ergo quasi 19
C stadia viginti quinque aut triginta, vidẽt
Iesum ambulantem supra mare, & pro-
20 ximum naui fieri, & timuerunt. * Ille au-
21 tẽ dicit eis: Ego sum, nolite timere. * Vo-
luerunt ergo accipere eum in nauim: &
statim nauis fuit ad terram, in quã ibant.
22 * Altera die, turba quæ stabat trans ma-
re, vidit quia nauicula alia non erat ibi
nisi vna, & quia non introisset cum di-
scipulis suis Iesus in nauim, sed soli disci-
puli eius abijssent: * aliæ verò superue- 23
nerunt naues à Tiberiade, iuxta locum
vbi manducauerãt panem, gratias agente
24 Domino. * Cùm ergo vidisset turba quia
Iesus non esset ibi, neque discipuli eius,
ascenderunt in nauiculas, & venerunt
25 Capharnaum quærẽtes Iesum. * Et cùm
inuenissent eum trans mare, dixerunt ei:
26 Rabbi, quando huc venisti? * Respondit
ei Iesus, & dixit: Amen, amen dico vo-
bis: quæritis me, non quia vidistis signa,
sed quia manducastis ex panibus, & sa-
27 turati estis. * Operamini non cibum qui
D perit, sed qui permanet in vitã ęternam,
quem Filius hominis dabit vobis. [a]Hunc
28 enim Pater signauit Deus. * Dixerũt er-
go ad eum: Quid faciemus vt operemur
29 opera Dei? * Respõdit Iesus, & dixit eis:
[a]Hoc est opus Dei, vt credatis in eum
30 quẽ misit ille. * Dixerunt ergo ei: Quod
ergo tu facis signũ vt videamus, & cre-
damus tibi? quid operaris? * Patres nostri
manducauerunt manna in deserto, sicut
scriptum est: [a]Panem de cælo dedit eis
32 manducare. * Dixit ergo eis Iesus: Amen,
amen dico vobis: Non Moyses dedit vo-
bis panem de cælo, sed Pater meus dat
33 vobis panem de cęlo verum. * Panis enim
Dei est, qui de cælo descendit, & dat
34 vitam mundo. * Dixerunt ergo ad eum:
Domine, semper da nobis panem hunc.
35 * Dixit autem ei Iesus: Ego sum pa-
nis vitæ: [a]qui venit ad me, non esuriet:
& qui credit in me, non sitiet vmquam.
36 * Sed dixi vobis, quia & vidistis me, &
37 non creditis. * Omne, quod dat mihi

Matt. 14. c.23 Mar. 6. f.46
Sup. 1. c.32 Matt. 3. d.17. & 17. a.5
Ioan. 3. d.23
Exod. 16. c.14 Num. 11. b.7 Psal. 77. c.24 Sap. 16. c.20
Eccli. 24. c.29

Pater,

Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non eijciam foras: * quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. *Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. *Hęc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitã æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, *& dicebant: "Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo descendi? * Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem: * nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. * Est scriptum in Prophetis: "Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. *Non quia Patrẽ vidit quisquam, "nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem. * Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. *Ego sum panis vitæ. * "Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. * Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. *Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. *Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? * Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. * "Caro enim mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus. *qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. * Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. *Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. *Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum. * Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? * Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? *Si ergo videritis "Filium hominis ascendentem vbi erat priùs? * Spiritus est, qui viuificat: caro non prodest quidquam. verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. * Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. * Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. * Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant. * Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? * Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. * "& nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. * Respondit eis Iesus: Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? * Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cùm esset vnus ex duodecim.

Matt. 13. f. 53.
Isa. 54. c. 13
Matt. 11. d. 27
Exod. 16. c. 13
1. Cor. 11. f. 27
Sup. 3. f. 13
Matt. 16. c. 16 Mar. 8. c. 29 Luc. 9. b. 20

CAP. VII.

POst hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenopegia. * Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. * Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo. *Neque enim fratres eius credebant in eum. *Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. * Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt. * Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. *Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilęa. * Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum nõ manifestè, sed quasi in occulto. * Iudæi ergo quærebant

Lev. 23. f. 32

eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? * Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. * Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. * Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. *Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cùm nõ didicerit? *Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. * Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. * Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. * "Nónne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? * Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? *Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. *Propterea "Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem. * Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt nõ soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? * "Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate. * Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis: Nónne hic est, quẽ quærunt interficere? * Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid verè cognouerũt principes quia hic est Christus? *Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit. *Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. * Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. * Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. *De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cùm venerit, numquid plura signa faciet quàm quæ hic facit? *Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum. *Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit. * "Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. * Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? numquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? *Quis est hic sermo, quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? * In nouissimo autem "die magno festiuitatis, stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. * "Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. *Ex illa ergo turba, cùm audissent hos sermones eius, dicebãt: Hic est verè propheta. * Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid à Galilæa venit Christus? * "Nónne Scriptura dicit: Quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus? * Dissensio itaque facta est in turba propter eum. *Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. *Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos. Et dixerunt eis illi: Quare nõ adduxistis illum? *Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. * Respondérunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis? * Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? * sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. * Dixit Nicodemus ad eos, "ille qui venit ad eũ nocte, qui vnus erat ex ipsis: * Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi priùs audierit ab ipso, *& cognouerit quid faciat? *Respondérunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa propheta non surgit. * Et reuersi sunt vnusquisque in domũ suam.

Exod. 24. c. 3 Sap. 5. c. 18
Leu. 12. d. 3
Gen. 17. f. 10
Deut. 1. c. 16
Inf. 13. d. 35
Leu. 23. f. 27
Deut. 18. c. 15 Ioel. 2. g. 28 Act. 2. c. 17
Mich. 5. c. 2 Mat. 2. d. 6
Sup. 3. a. 2
Deut. 17. c. 8. & 19. b. 15

CAP. VIII.

IEsus autem perrexit in montem Oliueti: *& diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. * Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi, mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, * & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. * "In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? * Hoc autem dicebant tentantes

Leu. 20. c. 10

eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. * Cùm ergo perseuerarent 7
interrogantes eum, erexit se, & dixit eis:
*Deut. 17. b. 17 "Qui sine peccato est vestrûm, primus in 8
illam lapidem mittat. * Et iterum se inclinans, scribebat in terra. * Audientes autem vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, 9
& mulier in medio stans. * Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, qui 10
te accusabant? nemo te condemnauit?
*Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: Va- 11 B
de, & iam amplius noli peccare. * Iterum 12
*1. Ioan. 1. b. 5 ergo locutus est eis Iesus, dicens: "Ego sum lux mundi: qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę.
* Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te 13
ipso testimoniũ perhibes: testimonium tuum non est verum. * Respondit Iesus, 14
& dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. * Vos secundùm carnem iudicatis: 15
ego non iudico quemquam: * & si iudi- 16
co ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, Pater. * Et in lege vestra scriptum est, 17
*Deut. 17. b. 6. & 19. e. 15 "quia duorum hominum testimonium verum est. * Ego sum, qui testimonium 18
Matth. 18. b. 16 2. Cor. 13. a. 1 Heb. 10. c. 20 perhibeo de me ipso: & testimoniũ perhibet de me, qui misit me, Pater. * Dice- 19
bant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. * Hæc verba locutus est 20
Iesus in gazophylacio, docens in templo: C
& nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. * Dixit ergo iterum 21
eis Iesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. * Dicebant 22
ergo Iudæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quò ego vado, vos non potestis venire? * Et dicebat eis: Vos 23
de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. * Dixi ergo vobis, quia 24
moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. * Dicebant ergo ei: 25
Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis. * Multa habeo de 26
vobis loqui, & iudicare. sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc
27 loquor in mundo. * Et non cognouerunt
28 quia Patrem eius dicebat Deum. * Dixit ergo eis Iesus: Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, " sed sicut *Rõ. 5. a. 2
29 docuit me Pater, hæc loquor: * & qui me D
misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego, quæ placita sunt ei, facio
30 semper. * Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. * Dicebat ergo Iesus ad
31 eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: * & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. * Respon-
32 33 derunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vmquam: quomodo tu
34 dicis: Liberi eritis? * Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis: " quia omnis *Rom. 6. c. 15 2. Pet. 2. d. 19 qui facit peccatum, seruus est peccati.
35 * seruus autem non manet in domo in
36 æternum: filius autem manet in æter-
37 num. * si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. * Scio quia filij Abrahæ estis: E
38 sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. * Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ
39 vidistis apud patrẽ vestrum, facitis. * Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abrahã est. Dicit eis Iesus: Si filij Abra-
40 hæ estis, opera Abrahæ facite. * Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non
41 fecit. * Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus
42 Deum. * Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset: diligeretis vtique me. ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit.
43 * Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem
44 meum. * " Vos ex patre diabolo estis: & *1. Ioan. 3. b. 8 desideria patris vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate
F non stetit: quia non est veritas in eo. cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. * Ego
45 autem si veritatem dico, non creditis mi-
46 hi. * Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non
47 creditis mihi? * " Qui ex Deo est, verba *1. Ioan. 4. a. 6 Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. * Responderunt
48 ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &
49 dæmonium habes? * Respondit Iesus:

Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me. * Ego autem non quæro gloriam 50
meam: est qui quærat, & iudicet. * Amen, 51
amen dico vobis: si quis sermonẽ meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. * Dixerunt ergo Iudæi: Nunc co- 52 G
gnouimus quia dęmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.
* Numquid tu maior es patre nostro A- 53
braham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? * Re- 54
spondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est, * & non cognouistis eum: ego 55
autem noui eum: Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.
* Abraham pater vester exultauit vt vi- 56
deret diem meum: vidit, & gauisus est.
* Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quin- 57
quaginta annos nõdum habes, & Abraham vidisti? * Dixit eis Iesus: Amen, 58
amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. * Tulerunt ergo lapides, 59
vt iácerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

CAP. IX.

ET præteriens Iesus vidit hominem 1
cæcum à natiuitate: * & interroga- 2
uerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæ- A
cus nasceretur? * Respondit Iesus: Neque 3
hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. * Me o- 4
portet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. * quãdiu sum in mundo, 5
lux sum mũdi. * Hęc cùm dixisset, expuit 6
in terrã, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, * & dixit ei: 7
Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Missus.) Abijt ergo, & lauit, B
& venit videns. * Itaque vicini, & qui vi- 8
derant eum priùs quia mendicus erat, dicebant: Nónne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est.
* Alij autem: Nequaquam, sed similis est 9
ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum. * Di- 10
cebãt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? * Respõdit: Ille homo, qui dicitur 11
Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe,
12 & laua. Et abij, laui, & video. * Et dixe-
13 runt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. * Adduc-
14 unt eum ad Pharisæos, qui cęcus fuerat.
15 * Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. * Ite- C
rum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui,
16 & video. * Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter
17 eos. * Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille
18 autem dixit: Quia propheta est. * Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt
19 parentes eius, qui viderat: * & interroga- D
uerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus
20 est? Quomodo ergo nunc videt? * Respondérunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, &
21 quia cæcus natus est: * quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate: ętatem habet, ipse de se loqua-
22 tur. * Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum cõfiteretur esse Christũ, extra synagogam fie-
23 ret. * Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.
24 * Vocauerũt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. nos scimus quia hic homo pecca-
25 tor est. * Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cùm
26 essem, modò video. * Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit ti-
27 bi oculos? * Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli eius
28 fieri? * Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: F
Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. * Nos scimus quia
29 Moysi locutus est Deus: hũc autem nescimus vnde sit. * Respõdit ille homo, &
30 dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos o-
31 culos: * scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc ex-
32 audit. * A sæculo non est auditum, quia
33 quis aperuit oculos cæci nati. * Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.

* Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eum foras. * Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cùm inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? * Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? * Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. * At ille ait: Credo Domine. Et procidens adorauit eum. * Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. * Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus? * Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

Cap. x.

AMen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. * Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. * Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. * Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. * Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. * Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. * Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostiũ ouium. * Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oues. * Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. * Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.

* Isa. 40. c. 11 Ezech. 34. c. 23. & 37. f. 24 * Ego sum pastor bonus. " Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. * Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientẽ, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues: * mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. * Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. * " Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animã meam pono pro ouibus meis. * Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. * Propterea me diligit Pater: " quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. * Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso, & potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam: Hoc mandatum accepi à Patre meo. * Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. * Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? * Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? * Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis: & hiems erat. * Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. * Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palàm. * Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me: * sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. * Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: * & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. * Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. * Ego & Pater vnum sumus. * Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. * Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? * Responderũt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. * Respondit eis Iesus: Nónne scriptum est in lege vestra: " quia Ego dixi, dij estis? * Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: * quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? * Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. * Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. * Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum. * Et abijt iterum trans Iordanem, in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primùm: & mansit illic. * Et multi venerunt ad eum, &

* Psalm. 81. v. 6

* Matt. 11. d. 27 Luc. 10. d. 22

dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. * Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Cap. xi.

ERat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis eius. * (Maria autem erat, " quæ vnxit Dominum vnguẽto, & exterfit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) * Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur. * Audiẽs autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. * Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. * Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. * deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum. * Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? * Respondit Iesus: Nónne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: * si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. * Hæc ait, & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum. * Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. * Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. * Tũc ergo Iesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est: * & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. sed eamus ad eum. * Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. * Venit itaque Iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. * (Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim.) * Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt cõsolarentur eas de fratre suo. * Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. * Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus: * Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. * Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. * Dicit ei Martha: Scio quia resurget " in resurrectione in nouissimo die. * Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio, & vita: " qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: * & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? * Ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. * Et cùm hæc dixisset, abijt, & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. * Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad eum: * nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. * Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cùm vidissent Mariam quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. * Maria ergo, cùm venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hîc, nõ esset mortuus frater meus. * Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, * & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. * Et lacrymatus est Iesus. * Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. * Quidam autem ex ipsis dixerunt: " Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? * Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. * Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iã fœtet, quatriduanus est enim. * Dicit ei Iesus: Nónne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriã Dei? * Tulerunt ergo lapidem: Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. * ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi: vt credant quia tu me misisti. * Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. * Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. * Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. * Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. * Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa fa-

* Matt. 26. a. 7 Marc. 14. a. 3 Luc. 7. f. 37

* Sup. 5. c. 29 Luc. 14. c. 14

* Sup. 6. d. 33

* Sup. 9. a. 6

cit? *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. * Vnus autē ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, * nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. * Hoc autem à semetipso nō dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro gēte, * & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. * Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerēt eum. * Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionē iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. * Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. * Quærebant ergo Iesum: & colloquebātur ad inuicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices & Pharisęi mādatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

Inf. 18. c. 14

CAP. XII.

Matth. 26. a. 6 *Mar.* 14. a. 3

IEsus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. * Fecerunt autem ei cœnā ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. * Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. * Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: * Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis? * Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eū, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. * Dixit ergo Iesus: Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. * Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. * Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerūt, non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarū viderent, quē suscitauit à mortuis. * Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: *, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. * In crastinum autem, turba multa, quæ venerat ad diem festū, cùm audissent quia venit Iesus Ierosolymam: * acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. * Et inuenit Iesus asellū, & sedit super eum, sicut scrip tū est: * Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. * Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hęc fecerūt ei. * Testimonium ergo perhibebat turba, quę erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eū à mortuis. * Propterea & obuiā venit ei turba: quia audierūt eum fecisse hoc signum. * Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. * Erant autem quidam Gentiles, ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. * Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Betsaida Galilææ, & rogabant eum, dicētes: Domine, volumus Iesum videre. * Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. * Iesus autem respōdit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis. * Amē, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; * ipsum solum manet. si autem mortuū fuerit, multum fructum affert. * Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. * Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. * Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. * Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. * Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. * Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. * Nūc iudicium est mūdi: nunc princeps huius mūdi eiicietur foras. * Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipsum. * (hoc autē dicebat, significās qua morte esset moriturus.) * Respōdit ei turba: Nos audiuimus * ex lege, quia Christus manet

Matt. 21. d. 9. & 11. d. 8 *Mar.* 11. a. 7 *Luc.* 19. a. 35 *Ioan.* 12. a. 12

Matt. 26. d. 39. & 42. d. 53 *Mar.* 8. d. 35 *Luc.* 9. a. 24 & 17. d. 33

Psal. 109. b. 4. & 131. a. 2

in æter-

Isa. 40. a. 6 *Ezech.* 37. f. 25

in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? * Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicū, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. * Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abijt, & abscondit se ab eis. * Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: * vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: " Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? * Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: * " Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. * Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. * Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eijcerentur. * dilexerunt enim gloriā hominum magis, quàm gloriā Dei. * Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. * Et qui videt me, videt eum, qui misit me. * Ego lux in mundum veni: vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. * Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum. non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. * Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. " sermo, quē locutus sum, ille iudicabit eū in nouissimo die. * Quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatū dedit quid dicā, & quid loquar. * Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quę ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Isa. 53. a. 1 *Rom.* 10. d. 16

Isa. 6. c. 19 *Rom.* 11. b. 8 *Matth.* 13. b. 14 *Mar.* 4. b. 12 *Luc.* 8. b. 10 *Act.* 28. f. 27

Mar. 16. b. 16

CAP. XIII.

Matth. 26. a. 2 *Mar.* 14. a. 1 *Luc.* 22. a. 1

ANte diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. * Et cœna facta, cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ: * sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: * surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se. * Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. * Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? * Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. * Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. * Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. * Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. * Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. * Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cùm recubuisset iterū, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? * Vos vocatis me Magister, & Domine: & benedicitis: sum etenim. * Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. * Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. * " Amen, amen dico vobis: Nō est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo, qui misit illum. * Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. * Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur Scriptura: " Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. * Amodo dico vobis, priusquàm fiat: vt cùm factum fuerit, credatis quia ego sum. * " Amen, amen dico vobis: Qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. * Cùm hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: " Amen, amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet me. * Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. * " Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. * Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei: Quis est, de quo dicit? * Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? * Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. * Et post buccellam, introiuit in eum satanas. Et dixit ei Iesus: Quod facis, fac citiùs. * Hoc autem nemo scit quid discumbentium ad quid dixerit ei. * Quidam enim putabant, quia loculos

Inf. 15. c. 20 *Matth.* 10. c. 24 *Luc.* 6. f. 40

Psal. 40. c. 10

Matt. 10. d. 40 *Luc.* 10. c. 16

Matt. 26. b. 13 *Mar.* 14. a. 1 *Luc.* 22. a. 4 *Luc.* 22. b. 21

habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. *Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit cõtinuò. Erat autem nox. *Cùm ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. *Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum. * Filioli, adhuc modicũ vobiscũ sum. *Quæretis me: & sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò. * "Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. *Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Iesus: Quò ego vado, non potes me modò sequi: sequêris autem postea. * Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam. *Respondit ei Iesus: "Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges.

*Sup. 7. e. 34 Leu. 19. d. 18
*Matt. 22. d. 39 Inf. 15. b. 12
*Matt. 26. d. 35 Mar. 14. c. 29 Luc. 22. c. 33

D 13 horum faciet: quia ego ad Patrem vado.
14 * " Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. * Si quid petieritis me in
15 nomine meo, hoc faciam. * Si diligitis
16 me, mandata mea seruate. * Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum,
17 * Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. vos autem cognoscetis eum; quia apud vos manebit, & in vobis erit.
18 * Non relinquam vos orphanos: veniam
19 ad vos. * Adhuc modicum: & mundus
C me iam non videt. Vos autem videtis me:
20 quia ego viuo, & vos viuetis. *In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre
21 meo, & vos in me, & ego in vobis. * Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, dilige-
22 tur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. *Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis
23 teipsum, & non mundo? *Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus dili-
24 get eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: *qui nõ diligit
D me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed
25 eius, qui misit me, Patris. * Hæc locutus
26 sum vobis, apud vos manens. *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcumque dixero vobis. * Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur
28 cor vestrum, neque formidet. * Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior
29 me est. * Et nunc dixi vobis priùs quàm
30 fiat: vt cùm factum fuerit, credatis. *Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. * Sed vt cognoscat mun-
31 dus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

*Ioh. 16. c. 23 Matt. 7. d. & 21. b. & Mar. 11. c. 24
*Act. 2. d. 22

CAP. XIIII.

1 NOn turbetur cor vestrum. Creditis
2 in Deum, & in me credite. *In do-
A mo Patris mei mansiones multæ sunt. si
3 quò minus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. *Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, &
4 accipiã vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. *Et quò ego vado scitis, &
5 viam scitis. *Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? *Dicit ei Iesus: Ego sum
6 via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrem, nisi per me. * Si cognouissetis me,
7 & Patrem meum vtique cognouissetis: & amodò cognoscetis eum, & vidistis eũ. *Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. *Dicit
8 ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum: & non cognouistis me? Philippe, qui vi-
9 det me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? * Non cre-
10 ditis, quia ego in Patre, & Pater in me
B est? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. *Non creditis, quia
11 ego in Patre, & Pater in me est? * Alioquin propter opera ipsa credite. Amen,
12 amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora

1 Sos sum vitis vera: & Pater meus a-
2 gricola est. * Omnem palmitem in
A me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit

eum,

*Sup. 13. b. 10

eum, vt fructum plus afferat. * "Iam vos
3 mundi estis propter sermonem, quem
4 locutus sum vobis. * Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.
5 * Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum: quia sine me nihil potestis facere.
6 * Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & aresćet, & colligent
7 eum, & in ignem mittent, & ardet. * Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. *In hoc clarificatus est
8 Pater meus, vt fructum plurimum affe-
B 9 ratis, & efficiamini mei discipuli. * Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. *Si præcepta mea
10 seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. *Hæc
11 locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

*Sup. 13. d. 34 Eph. 5. a. 9 1. Thess. 4. b. 9

12 * "Hoc est præceptum meum, vt diligatis
13 inuicem, sicut dilexi vos. * Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã suam
14 ponat quis pro amicis suis. * Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio
15 vobis. * Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autẽ dixi amicos: quia omnia quæ-
C 16 cũque audiui à Patre meo, nota feci vobis. * Non vos me elegistis: sed ego elegi
B vos, & posui vos "vt eatis, & fructũ affe-

*Matt. 28. d. 19

ratis; & fructus vester maneat: vt quodcumque petieritis Patrem in nomine
17 meo, det vobis. * "Hæc mando vobis, vt
18 diligatis inuicem. * Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. *Si de mũdo fuissetis, mundus quod
19 suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. * Memen-
20 tote sermonis mei, quem ego dixi vobis:

*Sup. 13. b. 16 Matth. 10. c. 24 Matth. 24. a. 9

Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & ve-
21 strum seruabunt. * Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia
22 nesciunt eum, qui misit me. * Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum
D 23 non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. * Qui
24 me odit: & Patrem meum odit. * Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc au-

25 tem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. *Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: " Quia
26 odio habuerunt me gratis. *Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit
27 de me: * & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

*Psal. 24. c. 19 Luc. 24. g. 49

CAP. XVI.

1 HÆc locutus sum vobis, vt nõ scan-
2 dalizemini. *Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui
A interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. *& hæc facient vobis, quia
3 non nouerunt Patrem, neque me. * Sed hæc locutus sum vobis: vt cùm venerit
4 hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. * Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: Et nunc vado
5 ad eum, qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? * Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit
6 cor vestrum. * Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadã: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos:
7 si autem abiero, mittam eum ad vos. *Et cùm venerit ille, arguet mundum de
8 peccato, & de iustitia, & de iudicio. de peccato quidem, quia non crediderunt
9 in me: *de iustitia verò, quia ad Patrem
10 vado, & iam non videbitis me: * de iu-
B 11 dicio autem, quia princeps huius mundi
12 iam iudicatus est. * Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare
13 modò. * Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso: sed quæcumque audiet loquetur, & quæ
14 ventura sunt annunciabit vobis. *Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & an-
15 nunciabit vobis. * Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annunciabit vo-
16 bis. *Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia
17 vado ad Patrem. * Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis
18 me, & quia vado ad Patrem? * Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modi-
19 cum? nescimus quid loquitur. *Cognouit
C 20 autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis

me: & iterum modicum, & videbitis me.
* Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. * Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. * Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. * Et in illo die me non rogabitis quidquam. " Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. * Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. * Hæc in proverbijs locutus sum vobis. Venit hora, cùm iam non in proverbijs loquar vobis, sed palàm de Patre annunciabo vobis. * in illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis: * ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui. * Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. * Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & proverbium nullum dicis. * nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi. * Respondit eis Iesus: Modò creditis? * " Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. * Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

*Sup. 14. b. 13 Matt. 7. a. 7 & 21. c. 22 Mar. 11. e. 24 Luc. 11. b. 9 Iac. 1. a. 5

*Matt. 26. c. 31 Mar. 14. c. 31

CAP. XVII.

HÆc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: * " Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. * Hæc est autem vita æterna: Vt cognoscant te, solũ Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. * Ego te clarificaui super terram: opus cõsummaui, quod dedisti mihi vt faciam: * & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui priùs, quàm mundus esset, apud te. * Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. * Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: * quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. * Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: * & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. * Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. * Cùm essem cum eis, ego seruabã eos in nomine tuo. " Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, " vt Scriptura impleatur. * Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. * Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia nõ sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. * Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. * De mundo non sunt, sicut & ego nõ sum de mundo. * Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. * Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. * Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. * Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: * vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. * Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. * Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. * Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. * Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti. * Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

*Inf. 18. c. 9 Psal. 108. b. 8

Matth. 26. c. 36 Mar. 14. c. 32 Luc. 22. f. 39 2. Reg. 15. b. 23

CAP. XVIII.

HÆc cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. * Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. * " Iudas ergo cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. * Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem quæritis? * Respondерunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eũ, cum ipsis. * Vt ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. * Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. * Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire. * Vt impleretur sermo, quem dixit: " Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. * Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit pontificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. * Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, nõ bibam illum? * Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: * Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. * Erat autem Caiphas, " qui consilium dederat Iudæis: Quia expedit, vnum hominem mori pro populo. * Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium põtificis. * Petrus autem stabat ad ostium foris. " Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. * Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. * Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. * Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. * Respondit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. * Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. * Hæc autem cùm dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respõdes pontifici? * Respondit ei Iesus: * Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? * Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. * Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. " Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum. * Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: Nónne ego te vidi in horto cum illo? * Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. * Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè: & ipsi non introierunt in prætorium, " vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. * Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hũc? * Respondерunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. * Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundùm legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. * " Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. * " Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? * Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? * Respondit Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid feciti? * Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. * Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. * Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. * " Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? * Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

*Matt. 26. f. 47 Mar. 14. f. 42 Luc. 22. f. 47

*Sup. 11. f. 49

*Matt. 26. f. 58 Mar. 14. f. 54 Luc. 22. f. 54

*Matt. 26. f. 57 Mar. 14. f. 53 Luc. 22. f. 54 *Matt. 26. g. 69 Mar. 14. g. 67 Luc. 22. f. 56

*Matt. 27. a. 2 Mar. 15. a. 1 Luc. 23. a. 1 Act. 10. c. 28. & 11. a. 3

*Matt. 20. c. 19 *Matt. 27. b. 11 Mar. 15. a. 2 Luc. 23. a. 4

*Matt. 27. c. 15 Mar. 15. b. 6 Luc. 23. b. 17

CAP. XIX.

Matth. 27. c. 27 Mar. 15. b. 16

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. * Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. * Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas. *Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. (* Exiuit ergo Iesus portans coronã spineam, & purpureum vestimentum.) Et dicit eis: Ecce homo. * Cùm ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. * Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundùm legem debet mori, quia filium Dei se fecit. * Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. * Et ingressus est prætorium iterum: & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. *Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? * Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. * Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. *Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóstrotos, Hebraicè autem Gabbatha. *Erat autem Parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex vester. * Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem. * Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. " Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. * Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraicè autem Golgotha: * vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum. *Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. * Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. *Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. *Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. * Milites ergo cùm crucifixissent eum, " acceperunt vestimenta eius, (& fecerunt quattuor partes: vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. * Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt Scriptura impleretur, dicens: " Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. * Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. * Cùm vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. * Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. * Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, " vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. * Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenã aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. *Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. *Iudæi ergo, (quoniam parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. *Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. * Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: * sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua. *Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. * Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur: " Os non comminuetis ex eo. *Et iterum alia Scriptura dicit: "Videbunt in quẽ transfixerunt. * "Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, (eò quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorũ) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. * Venit autẽ & Nicodemus,

" qui

* Sup. 3. a. 1

* qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. *Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. * Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. * Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

Matth. 28. a. 1 Mar. 16. a. 2 Luc. 24. a. 1

VNa autem sabbati, Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. *Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eũ. * Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerũt ad monumentum. *Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum. * Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. * Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, * & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. * Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit: *nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. * Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. * Maria autem stabat ad monumentũ foris, plorãs. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: *& vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positũ fuerat corpus Iesu. *Dicũt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum; & nescio vbi posuerunt eum. * Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. *Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimãs quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum; & ego eum tollam. *Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister.) * Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrẽ meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum. * Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. * " Cùm ergo serò esset die illo, vnâ sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. *Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino. *Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. * Hæc cùm dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: * " quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. *Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. *Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manũ meam in latus eius, non credam. * Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus; & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. *Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. * Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. * Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. * "Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. * Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

POstea mãifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: * Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. * Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. * Manè autẽ facto stetit Iesus in littore:

non

non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. * Dixit ergo eis Iesus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. * Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete; & inuenietis. Miserunt ergo; & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. *Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cùm audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. * Alij autem discipuli nauigio venerunt, (nõ enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. * Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. *Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, non est scissum rete. *Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est. * Et venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. * Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis. * Cùm ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. * Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. * Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oues meas. * "Amen, amen dico tibi: cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. * Hoc autem dixit, significãs qua morte clarificaturus esset Deum. Et cùm hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. * Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, "qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine quis est qui tradet te? * Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? *Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. * Exijt ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur; sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? * Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium eius. * "Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

ACTVS APOSTOLORVM

CAPVT PRIMVM.

PRIMVM quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere, * vsque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctũ, quos elegit, assumptus est: * quibus & præbuit seipsum viuum post passionẽ suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. * Et conuescens, "præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarẽt promissionem Patris, *quã audistis (inquit) per os meum: * quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini Spiritu sancto nõ post multos hos dies. * Igitur qui conuenerant, interrogabãt eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? *Dixit autẽ eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater

Luc. 24. f. 49 Ioan. 14. f. 26
Matth. 3. f. 11 Mar. 1. b. 8 Luc. 3. f. 16 Ioan. 1. f. 26

posuit

Inf. 2. a. 2 Luc. 24. f. 48
posuit in sua potestate: * "sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. * Et cùm hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. *Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, * qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. * Tunc reuersi sunt Ierosolymam, à monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, sabbati habens iter. * Et cùm introissent in cœnaculum, ascenderunt vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. * hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. * In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autẽ turba hominum simul, ferè centum viginti.) * Viri fratres, oportet impleri
Psal. 40. f. 9
Scripturam, *quã prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, "qui fuit dux
Ioan. 13. b. 18
eorum, qui comprehenderunt Iesum: *qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. * "Et
Matt. 27. a. 7
hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. * Et notũ factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldama, hoc est, ager sanguinis. * Scriptum est enim in libro
Psal. 68. f. 26
Psalmorum: "Fiat commoratio eorũ deserta, & non sit qui inhabitet in ea: "&
Psal. 108. b. 8
episcopatum eius accipiat alter. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, * incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. * Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. * Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus vnum, * accipere locum ministerij huius, & apostolatus, de quo preuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum. * Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

CAP. II.

Matth. 3. f. 11
ET cùm complerentur "dies Pentecostes, erãt omnes pariter in eodem loco: * "& factus est repentè de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. * Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum: * & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. * Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente cõfusa est, quoniã audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. *Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nónne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt, *& quomodo nos audiuimus vnusquisque linguã nostram, in qua nati sumus? *Parthi, & Medi, & Ælamitę, & qui habitant Mesopotamiã, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, * Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, *Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. * Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes: Quídnam vult hoc esse? * Alij autem irridentes dicebãt: Quia musto pleni sunt isti. *Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalẽ vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. * Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia: *sed hoc est, quod dictum est per prophetã Ioel: * "Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnẽ: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. * Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: * & dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat

Ioel. 2. f. 28 Isa. 44. a. 3.

dies

dies Domini magnus & manifestus.
21 *Rom.10. c.13 * "Et erit: omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. * Viri Israelitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis: *hunc definito consilio
23 & præscientia Dei traditum, per manus iniquorũ affigentes interemistis: *quem
24 Deus suscitauit, solutis doloribus infer- D
ni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. * Dauid enim dicit in eum:
25 *Psal.15. b.8 "Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear: * Propter hoc lætatum
26 est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe:
27 *Quoniam nõ derelinques animã meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum vi-
28 dere corruptionem. * Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis me iucunditate cum facie tua. *Viri fratres, liceat audenter di-
29 cere ad vos de patriarcha Dauid, "quo- 1
niam defunctus est, & sepultus: & sepul- A
chrum eius est apud nos vsq; in hodier- 2
num diem. * Propheta igitur cùm esset,
30 *Psal.131. c.11 & sciret quia iureiurando "iurasset illi E
Deus de fructu lumbi eius sedere super
31 sedem eius: * prouidens locutus est de 3
3 *Psal.15. c.10 Inf.13.c.25 resurrectione Christi, quia *neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit
32 corruptionem. * Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus. 4
33 * Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, 5
effudit hunc, quem vos videtis, & auditis. 6
34 * Non enim Dauid ascendit in cælum:
*Psal.109. a.1 dixit autem ipse: "Dixit Dominus Do-
35 mino meo, sede à dextris meis, *donec 7
ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. * Certissimè sciat ergo omnis domus
36 Israel, quia & Dominum eum, & Chri- 8
stum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos
37 crucifixistis. *His autẽ auditis, compun- 9
cti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & F
38 ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, 10
viri fratres? *Petrus verò ad illos: Pœni- B
tentiã (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Iesu Christi,
39 in remissionem peccatorum vestrorum: 11
& accipietis donum Spiritus sancti. *Vobis enim est repromissio, & filijs vestris,
40 & omnibus qui longè sunt, quoscumque 12
aduocauerit Dominus Deus noster. *A-
41 lijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Saluamini à generatione ista praua. * Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animę circiter tria millia. * Erant autem perseuerantes
42 in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.
43 *Fiebat autem omni animę timor: multa
G quoque prodigia & signa per Apostolos
44 in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia
45 communia. * Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. * Quotidie quo-
46 que perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, * collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

CAP. III.

PEtrus autem & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam. * Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. *Is cùm vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. *Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. * At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis. *Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. * Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatę sunt bases eius & plantę. *Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templũ ambulãs, & exiliens, & laudans Deum. * Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum. *Cognoscebant autẽ illum, quòd ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi, in eo quod contigerat illi. *Cùm teneret autem Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos, ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes. *Videns autem Petrus, respõdit ad populum: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate

fecerimus hunc ambulare? *Deus Abra- 13
ham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudi-
14 *Matt.27. c.20 Mar.15. b.11 Luc.23. c.18 Ioan.18. g.40 cante illo dimitti. **Vos autem sanctum
& iustum negastis, & petistis virum ho- 15
micidam donari vobis: * auctorem verò
vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à
16 mortuis, cuius nos testes sumus. * Et in C
fide nominis eius, hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmauit nomen eius:
& fides, quæ per eum est, dedit integram
sanitatem istam in conspectu omnium
17 vestrûm. * Et nunc fratres scio quia
per ignorantiam fecistis, sicut & princi-
18 pes vestri. *Deus autem, quæ prænunciauit per os omnium prophetarum, pati
Christum suum, sic impleuit. * Pœnite-
19 mini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: * vt cùm venerint
20 tempora refrigerij à conspectu Domini, C
& miserit eum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum, * quem oportet
21 quidem cælum suscipere vsque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à
22 sæculo prophetarum. * Moyses quidem
*Deut.18. c.15 dixit: "Quoniam Prophetam suscitabit D
vobis Dominus Deus vester de fratribus
vestris, tamquam me, ipsum audietis iuxta omnia quæcumque locutus fuerit
23 vobis. * Erit autem: omnis anima, quæ
non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. * Et omnes prophetæ
24 à Samuel, & deinceps, qui locuti sunt,
25 annunciauerunt dies istos. *Vos estis filij prophetarum, & testamẽti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad
*Gen.12. a.3 Abraham: *Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. * Vobis primùm Deus suscitans Filium suum, misit
26 eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua.

CAP. IIII.

LOquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes, & 1
magistratus templi, & Sadducæi, *dolen- A
2 tes quòd docerent populum, & annunciarent in Iesu resurrectionem ex mortuis: * & iniecerunt in eos manus, & po- 3
suerunt eos in custodiam in crastinum:
erat enim iam vespera. * Multi autem 4
eorum, qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum
5 quinque millia. * Factum est autem in crastinum, vt congregarentur principes eorum, & seniores, & Scribæ in Ierusalem; * & Annas princeps sacerdo-
6 tum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexan- B
der, & quotquot erant de genere sacerdotali. * Et statuentes eos in medio, in-
7 terrogabant: In qua virtute, aut in quo
8 nomine fecistis hoc vos? *Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: * Si nos
9 hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est,
10 * notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quẽ vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis,
11 in hoc iste astat coram vobis sanus. *"Hic *Psal.117. d.22 Mat.21. d.42 Mar.12. d.10 Luc.20. c.17 Isai.28. d.16 1.Pet.2. a.7 Rom.9. g.33 est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput an-
12 guli: * & non est in alio aliquo salus. Nec C
enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos
13 fieri. *Videtes autem Petri constãtiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine litteris, & idiotæ, admirabantur, &
14 cognoscebãt eos quoniam cum Iesu fuerant: * hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil
15 poterant contradicere. *Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere: &
16 conferebant ad inuicem, *dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non possumus negare.
17 *Sed ne ampliùs diuulgetur in populum, comminemur eis, ne vltrà loquantur in
18 nomine hoc vlli hominũ. * Et vocantes D
eos, denunciauerunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.
19 * Petrus verò & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum,
20 iudicate: * non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. * At illi
21 comminantes dimiserunt eos: non inuenientes quomodo punirent eos, propter populum, quia omnes clarificabant
22 id quod factum fuerat in eo quod acciderat. * Annorum enim erat amplius E
23 quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis. * Dimissi autem venerunt ad suos: & annunciauerunt eis, quanta ad eos principes sacer-
24 dotum & seniores dixissent. * Qui cùm audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es

qui fecisti cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: * qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid, pueri tui, dixisti: "Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? * Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius? * conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populis Israel, * facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. * Et nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, * in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates, & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. * Et cùm orassent, motus est locus, in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.
* Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. * Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. * Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, * & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat.
* Ioseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum Filius consolationis) Leuites, Cyprius genere, * cùm haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

a Psal. 2. a. 1

CAP. V.

VIr autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore sua, vendidit agrum, * & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem quamdã, ad pedes Apostolorum posuit. * Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit satanas cor tuum, métiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? * Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo. * Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt. * Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. * Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciés quod factum fuerat, introiuit. * Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. * Petrus autem ad eam: Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium; & efferent te. * Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam, & extulerunt, & sepelierũt ad virum suum.
* Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc.
* Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. * Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. * Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum, * ita vt in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. * Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.
* Exurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quę est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo:
* & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. * Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit: * Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. * Qui cùm audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem vt adducerentur. * Cùm autem veniissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos, reuersi nunciauerunt, * dicentes: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem neminem intus inuenimus.
* Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi, & principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. * Adueniens autem quidam nunciauit eis: Quia ecce viri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum. * Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi: timebant enim populum ne lapidarentur. * Et cùm adduxissent illos, statuerunt in concilio: Et interrogauit eos princeps sacerdotum, * dicens: Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra: & vultis inducere super nos sanguinẽ hominis istius. * Respondens autem Petrus, & Apostoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. * Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. * Hunc principem & saluatorem Deus exaltauit dextra sua, ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum. * & nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. * Hæc cùm audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos. * Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi, iussit foras ad breue homines fieri.
* dixitque ad illos: Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. * Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est: & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. * Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse periit: & omnes, quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. * Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus cõsilium hoc, aut opus, dissoluetur: * si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Consenserunt autem illi. * Et conuocantes Apostolos, cæsis denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. * Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. * Omni autem die non cessabant, in templo & circa domos docentes, & euangelizantes Christum Iesum.

tum,

CAP. VI.

IN diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduę eorum. * Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. * Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. * Nos verò orationi, & ministerio verbi instantes erimus. * Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. * Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus.
* Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. * Stephanus autẽ plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.
* Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano: * & non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur. * Tunc summiserunt viros, qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen, & in Deum.
* Commouerunt itaque plebem, & seniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium,
* & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locũ sanctum, & legem. * audiuimus enim eum dicentem: Quoniam Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. * Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli.

CAP. VII.

DIxit autem princeps sacerdotum: Si hæc ita se habẽt? * Qui ait: Viri fratres, & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cùm esset in Mesopotamia, priùs quàm moraretur

in Charan, * & dixit ad illum : "Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam mõstrauero tibi. *Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. *Et non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cùm non haberet filium. * Locutus est autem ei Deus : " Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis: *& gentem cui seruierint, iudicabo ego, dixit Dominus. & post hęc exibunt, & seruient mihi in loco isto. * Et dedit illi testamentum circumcisionis : " & sic genuit Isaac, & circumcidit eum die octauo : & "Isaac, Iacob : & Iacob, duodecim Patriarchas. *Et Patriarchæ æmulantes, "Ioseph vendiderunt in Ægyptum. & erat Deus cum eo: *& eripuit eũ ex omnibus tribulationibus eius: & "dedit ei gratiam & sapientiã in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum prępositum super Ægyptum, & super omnem domum suam. * Venit autem fames in vniuersam Ægyptum & Chanaan, & tribulatio magna: & nõ inueniebant cibos patres nostri. * " Cùm audisset autem Iacob esse frumentum in Ægypto : misit patres nostros primùm : * " & in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius. * Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuagintaquinque. * " Et descendit Iacob in Ægyptum, & " defunctus est ipse, & patres nostri. * Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, " quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem. * Cùm autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, "creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto, * quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Ioseph. * Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos ne viuificarentur. * " Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. *Expósito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium. * Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis. *Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel. * " Et cùm vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum : & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percusso Ægyptio. * Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt. * Sequenti verò die apparuit illis litigantibus : & reconciliabat eos in pace, dicens : Viri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum ? * Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens : Quis te constituit principem & iudicem super nos ? * numquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium ? * Fugit autem Moyses in verbo isto : & factus est aduena in terra Madian, vbi generauit filios duos. * Et expletis annis quadraginta, "apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi. *Moyses autem videns, admiratus est visum. & accedente illo vt consideraret, facta est ad eum vox Domini, dicens : * Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare. * Dixit autem illi Dominus : Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. * Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum. * Hunc Moysen, quem negauerunt, dicentes : Quis te constituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem misit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo. * " Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. * Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel: "Prophetã suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tamquam me, ipsum audietis. * " Hic est, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris : qui accepit verba vitæ dare nobis. *Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum, * dicentes ad Aaron: "Fac nobis deos, qui præcedant nos : Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei. * Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum. *Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut scriptum est in Libro Prophetarum : "Numquid victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel ? * Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham, figuras, quas fecistis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem. *Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, "loquens ad Moysen, vt faceret illud secundùm formam quam viderat. * " Quod & induxerunt, susципientes patres nostri cum Iesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, vsque in diebus Dauid, * " qui inuenit gratiam ante Deum, " & petiit vt inueniret tabernaculum Deo Iacob. * " Salomon autem ædificauit illi domum. * "Sed non excelsus in manufactis habitat, sicut Propheta dicit : * " Cælum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus ? aut quis locus requietionis meæ est ? * Nónne manus mea fecit hæc omnia ? * Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos. *Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri ? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu Iusti, cuius vos nũc proditores & homicidæ fuistis: * quia accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. *Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. *Cùm autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait : Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei. * Exclamantes autem voce magna cõtinuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. * Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant : & testes deposuerunt vestimenta sua, secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. * Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem : Domine Iesu suscipe spiritum meum. *Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens : Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius.

CAP. VIII.

FActa est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. *Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. * Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. * Igitur qui dispersi erant pertransibant, euangelizantes verbum Dei. * Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. *Intendebant autẽ turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat. * Multi enim eorum, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna exibant. * Multi autem paralytici & claudi curati sunt. * Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum: *cui ausultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes : Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. * Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magiis suis dementasset eos. * Cùm verò credidissent Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. * Tunc Simon & ipse credidit : & cùm baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur. * Cùm autem audissent Apostoli, qui erant Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. * Qui cùm venissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent Spiritum sanctum: *Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Iesu. * Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. * Cùm vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, * dicens : Date & mihi hanc potestatem, vt cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum : * Pecunia tua tecum sit in perditionem : quoniam do-

num Dei existimasti pecunia possideri.
* Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. cor enim tuum non est rectum coram Deo. * Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. * In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. * Respondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis. * Et illi quidem testificati & locuti verbum Domini, redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. * Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridianum, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta. * Et surgens abiit. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, potens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem: * & reuertebatur sedēs super currum suum, legensq; Isaiam prophetam. * Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. * Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentē Isaiam Prophetam, & dixit: Putasne intelligis quæ legis? * Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum vt ascenderet, & sederet secum. * Locus autem Scripturæ, quam legebat, erat hic:
* Tamquam ouis ad occisionē ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. * In humilitate iudicium eius sublatū est. Generationē eius quis enarrabit, quoniam tolletur de terra vita eius? * Respondens autem eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? * Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à Scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. * Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? * Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Iesum Christum. * Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum. * Cùm autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & ampliùs non vidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. * Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

*Isa. 53. 8.7

CAP. IX.

SAulus autem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principē sacerdotum, * & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. * Et cùm iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subitò circumfulsit eum lux de cælo. * Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? * Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. * Et tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? * Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. * Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. * Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit. * Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. * Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: ecce enim orat. (* Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus vt visum recipiat.) * Respondit autem Ananias: Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem: * & hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. * Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. * Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. * Et abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu sancto. * Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamæ, & visum recepit: &

Gal. 1.13.

* Inf. 22. 4.6 1. Cor. 15. 8 2. Cor. 11. 4.1

surgens

surgens baptizatus est. * Et cùm accepisset cibum, confortatus est. Fuit autē cum discipulis, qui erāt Damasci, per dies aliquot. * Et continuò in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei. * Stupebāt autem omnes qui audiebant, & dicebant: Nónne hic est, qui expugnabat in Ierusalem eos, qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? * Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. * Cùm autem implerentur dies multi, consiliū fecerunt in vnum Iudæi vt eum interficerent. * Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. * Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent. * Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittētes in sporta. * Cùm autem venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. * Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. * Et erat cùm illis intrans & exiens in Ierusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini. * Loquebatur quoque Gentibus, & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum. * Quod cùm cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tarsum. * Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam, habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur. * Factum est autem, vt Petrus dum pertransiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ. * Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Æneam, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. * Et ait illi Petrus: Ænea, sanat te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit. * Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum. * In Ioppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat. * Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cùm lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. * Cùm autem propè esset Lydda ad Ioppen, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris venire vsque ad nos. * Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cùm aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas. * Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro, resedit. * Dans autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocasset sanctos, & viduas, assignauit eam viuam. * Notum autem factum est per vniuersam Ioppen: & crediderunt multi in Domino. * Factum est autem, vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.

* 2. Cor. 11. 1.32

CAP. X.

VIr autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica, * religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper: * is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli. * At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quid est, Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriā in conspectu Dei. * Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendā, qui cognominatur Petrus: * hic hospitatur apud Simonem quendā coriarium, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere. * Et cùm discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militē metuentem Dominum, ex his qui illi parebant. * Quibus cùm narrasset omnia, misit illos in Ioppen. * Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora vt oraret circa horā sextam. * Et cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mētis excessus: * & vidit cælum apertum, & descēdens vas quoddam, velut linteum magnum, quattuor initiis submitti de cælo in terram, * in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli. * Et facta

est vox ad eum : Surge Petre, occide, & manduca. * Ait autem Petrus : Absit 14
Domine, quia numquã manducaui om-
ne commune & immundum. * Et vox 15
iterum secundò ad eum : Quod Deus
purificauit, tu cõmune ne dixeris. * Hoc 16
autem factum est per ter : & statim rece-
ptum est vas in cælum. * Et dum intra 17
se hæsitaret Petrus, quidnam esset visio,
quam vidisset : ecce viri, qui missi erant C
à Cornelio, inquirentes domum Simo-
nis, astiterunt ad ianuam. * Et cùm vo- 18
cassent, interrogabant, si Simon, qui co-
gnominatur Petrus, illic haberet hospi-
tium. * Petro autem cogitante de visio- 19
ne, dixit Spiritus ei : Ecce viri tres quæ-
runt te. * Surge itaque, descende, & va- 20
de cum eis nihil dubitans : quia ego misi
illos. * Descendens autem Petrus ad vi- 21
ros, dixit : Ecce ego sum, quem quæri-
tis : quæ causa est, propter quam veni-
stis ? * Qui dixerunt : Cornelius Centu- 22
rio, vir iustus, & timens Deum, & testi-
monium habens ab vniuersa gente Iu-
dæorum, responsum accepit ab Angelo
sancto, accersire te in domum suam, &
audire verba abs te. * Introducens ergo 23
eos, recepit hospitio. Sequenti autem
die surgẽs profectus est cum illis : & qui- D
dam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt
eum. * Altera autem die introiuit Cæ- 24
saream. Cornelius verò expectabat illos,
conuocatis cognatis suis, & necessariis
amicis. * Et factum est cùm introisset 25
Petrus, obuius venit ei Cornelius, &
procidens ad pedes eius adorauit. * Pe- 26
trus verò eleuauit eum, dicens : Surge, &
ego ipse homo sum. * Et loquens cum 27
illo intrauit, & inuenit multos qui con-
uenerant : * dixitque ad illos : Vos scitis 28
quomodo abominatum sit viro Iudæo,
coniungi aut accedere ad alienigenam :
sed mihi ostendit Deus, neminem com-
munem aut immundum dicere homi-
nem. * Propter quod sine dubitatione 29
veni accersitus. Interrogo ergo, quam ob
causam accersistis me? * Et Cornelius ait: 30
A nudiusquarta die vsq; ad hanc horam, E
orans eram hora nona in domo mea, &
ecce vir stetit ante me in veste candida, 1
& ait : * Corneli, exaudita est oratio tua, 31 A
& eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt 2
in conspectu Dei. * Mitte ergo in Iop- 32
pen, & accersi Simonem, qui cognomi-
natur Petrus : hic hospitatur in domo 3
Simonis coriarij iuxta mare. * Confestim 33 4
ergo misi ad te : & tu benefecisti venien-
do. Nunc ergo omnes nos in conspectu
tuo adsumus, audire omnia quæcumque
tibi præcepta sunt à Domino. * Ape- 34
riens autem Petrus os suum, dixit : In
veritate comperi, [a] quia non est personarum acceptor Deus : * sed in omni gen- 35 F
te, qui timet eum, & operatur iustitiam,
acceptus est illi. * Verbum misit Deus fi- 36
liis Israel, annuncians pacem per Iesum
Christum : (hic est omnium Dominus.)
* Vos scitis quod factum est verbum per 37
vniuersam Iudæam : incipiens enim à
[b] Galilæa, post baptismum quod prædi-
cauit Ioannes, * Iesum à Nazareth : quo- 38
modo vnxit eum Deus Spiritu sancto,
& virtute, qui pertransiit benefaciendo
& sanando omnes oppressos à diabolo,
quoniam Deus erat cum illo. * Et nos 39
testes sumus omnium, quæ fecit in re-
gione Iudæorum, & Ierusalem, quem
occiderunt suspendẽtes in ligno. * Hunc 40
Deus suscitauit tertia die, & dedit eum
manifestum fieri, * non omni populo, sed 41
testibus præordinatis à Deo ; nobis, qui
mãducauimus & bibimus cum illo, post-
quam resurrexit à mortuis. * Et præce- 42 G
pit nobis prædicare populo, & testificari,
quia ipse est, qui constitutus est à Deo
iudex viuorum & mortuorum. * [c] Huic 43
omnes Prophetæ testimoniũ perhibent,
remissionem peccatorum accipere per
nomen eius omnes, qui credunt in eum.
* Adhuc loquente Petro verba hæc, ce- 44
cidit Spiritus sanctus super omnes qui
audiebant verbum. * Et obstupuerunt 45
ex circumcisione fideles, qui venerant
cum Petro : quia & in nationes gratia
Spiritus sancti effusa est. * Audiebant 46
enim illos loquentes linguis, & magnifi-
cantes Deum. * Tunc respondit Petrus: 47
Num quid aquam quis prohibere potest,
vt non baptizentur hi, qui Spiritum san-
ctum acceperunt sicut & nos ? * Et iussit 48
eos baptizari in nomine Domini Iesu
Christi. Tunc rogauerunt eum vt ma-
neret apud eos aliquot diebus.

[a] *Deut. 10. d. 17. 2. Par. 19. v. 7. Iob 34. d. 19. Sap. 6. d. 8. Eccli. 35. v. 16. Rom. 2. v. 11. Gal. 2. d. 6. Eph. 6. d. 9. Col. 3. d. 25. 1. Pet. 1. c. 17.*

[b] *Luc. 4. v. 14.*

[c] *Ier. 31. f. 34. Mich. 7. d. 18.*

CAP. XI.

AVdierunt autem Apostoli, & fra- 1 A
tres, qui erant in Iudæa : quoniam &
Gentes receperunt verbum Dei. * Cùm 2
autem ascendisset Petrus Ierosolymam,
disceptabant aduersus illum, qui erant 3
ex circumcisione, * dicentes : Quare in-
troisti ad viros præputium habentes, & 4
manducasti cum illis? * Incipiens autem
Petrus exponebat illis ordinem, dicens:

* Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & 5
vidi in excessu mentis visionem, descen-
dens vas quoddam velut linteum ma-
gnum quattuor initiis summitti de cælo,
& venit vsque ad me. * In quod intuens 6
considerabam, & vidi quadrupedia ter-
ræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cæ-
li. * Audiui autem & vocem dicentem 7
mihi : Surge Petre, occide, & manduca.
* Dixi autem : Nequaquam Domine. quia 8
commune aut immũdum numquam in-
troiuit in os meum. * Respondit autem 9
vox secundò de cælo : Quæ Deus mun- B
dauit, tu ne commune dixeris. * Hoc 10
autem factum est per ter : & recepta sunt
omnia rursum in cælum. * Et ecce viri 11
tres confestim astiterunt in domo, in qua
eram, missi à Cæsarea ad me. * Dixit au- 12
tem Spiritus mihi, vt irem cum illis, ni-
hil hæsitans. Venerunt autem mecum &
sex fratres isti, & ingressi sumus in do-
mum viri. * Narrauit autem nobis, quo- 13
modo vidisset Angelum in domo sua,
stantem & dicentem sibi : Mitte in Iop-
pen, & accersi Simonem, qui cognomi-
natur Petrus, * qui loquetur tibi verba, 14
in quibus saluus eris tu, & vniuersa do-
mus tua. * Cùm autem cœpissem loqui, 15
cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut &
in nos in initio. * Recordatus sum autem 16
verbi Domini, sicut dicebat : [a] Ioannes
quidẽ baptizauit aqua, vos autem bapti-
zabimini Spiritu sancto. * Si ergo ean- 17
dem gratiam dedit illis Deus, sicut & no-
bis, qui credidimus in Dominum Iesum
Christum : ego quis eram, qui possem
prohibere Deum ? * His auditis, tacue- 18
runt : & glorificauerunt Deum, dicen- C
tes : Ergo & Gentibus pœnitẽtiam dedit
Deus ad vitam. * Et illi quidem, qui di- 19
sperſi fuerant à tribulatione, quæ facta
fuerat sub Stephano, perambulauerunt
vsque Phœnicen, & Cyprum, & Antio-
chiam, nemini loquentes verbum, nisi
solis Iudæis. * Erant autem quidam ex 20
eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cùm in-
troissent Antiochiam, loquebantur & ad
Græcos, annũciantes Dominum Iesum.
* Et erat manus Domini cum eis : mul- 21
tusque numerus credentium conuersus
est ad Dominum. * Peruenit autem ser- 22
mo ad aures ecclesiæ, quæ erat Ieroso-
mis, super istis : & miserunt Barnabam
vsque ad Antiochiam. * Qui cùm perue- 23
nisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus D
est : & hortabatur omnes in proposito
cordis permanere in Domino : * quia erat 24
vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fi-
de. Et apposita est multa turba Domino.
* Profectus est autem Barnabas Tarsum, 25
vt quæreret Saulum : quem cùm inuenis-
set, perduxit Antiochiam. * Et annum 26
totum conuersati sunt ibi in Ecclesia : &
docuerãt turbam multam, ita vt cogno-
minarentur primùm Antiochiæ disci-
puli, Christiani. * In his autem diebus 27
superuenerunt ab Ierosolymis prophe-
tæ Antiochiam : * & surgens vnus ex eis 28
nomine Agabus, significabat per spiri-
tum famem magnã futuram in vniuerso
orbe terrarum, quę facta est sub Claudio.
* Discipuli autem, prout quis habebat, 29
proposuerunt singuli in ministerium
mittere habitantibus in Iudæa fratribus:
* quod & fecerunt, mittentes ad seniores 30
per manus Barnabæ & Sauli.

[a] *Sup. 1. d. 5. Matt. 3. c. 11. Mar. 1. b. 8. Luc. 3. c. 16. Ioan. 1. d. 26. Inf. 19. a. 4.*

CAP. XII.

EOdem autem tempore misit Hero- 1 A
des rex manus, vt affligeret quos-
dam de Ecclesia. * Occidit autẽ Iacobum 2
fratrem Ioannis gladio. * Videns autem 3
quia placeret Iudæis, apposuit vt appre-
henderet & Petrum. Erat autem dies A-
zymorum. * Quem cùm apprehendisset, 4
misit in carcerem, tradens quattuor qua-
ternionibus militum custodiendum, vo-
lens post Pascha producere eum populo.
* Et Petrus quidẽ seruabatur in carcere. 5
Oratio autẽ fiebat sine intermissione ab
Ecclesia ad Deum pro eo. * Cùm autem 6
producturus eum esset Herodes, in ipsa
nocte erat Petrus dormiens inter duos
milites, vinctus catenis duabus : & custo-
des ante ostium custodiebant carcerem.
* Et ecce Angelus Domini astitit : & lu- 7
men refulsit in habitaculo : percussoque
latere Petri, excitauit eum, dicens : Surge
velociter. Et ceciderunt catenæ de mani- B
bus eius. * Dixit autem Angelus ad eum: 8
Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et
fecit sic. Et dixit illi : Circumda tibi ve-
stimentum tuum, & sequere me. * Et exi- 9
ens sequebatur eum, & nesciebat quia
verum est, quod fiebat per Angelum : ex-
istimabat autem se visum videre. * Trans- 10
euntes autem primam & secundam cu-
stodiam, venerunt ad portam ferream,
quæ ducit ad ciuitatem : quæ vltrò aper-
ta est eis. Et exeuntes processerũt vicum
vnum : & continuò discessit Angelus ab
eo. * Et Petrus ad se reuersus, dixit : Nunc 11
scio verè, quia misit Dominus Ange-
lum suum, & eripuit me de manu He-

rodis, & de omni expectatione plebis
Iudæorum. *Consideranśq; venit ad do- 12
mum Mariæ matris Ioannis, qui cogno-
minatus est Marcus, vbi erãt multi con-
gregati, & orantes. * Pulsante autem eo 13 B
ostium ianuæ, processit puella ad audien- C
dum, nomine Rhode. * Et vt cognouit 14
vocem Petri, præ gaudio non aperuit
ianuam, sed intrò currens nunciauit sta-
re Petrum ante ianuam. * At illi dixe- 15
runt ad eam: Insanis. Illa autem affirma-
bat sic se habere. Illi autem dicebant: An-
gelus eius est. * Petrus autem perseuera- 16
bat pulsans. Cùm autem aperuissent, vi-
derunt eum, & obstupuerunt. * Annuens 17
autem eis manu vt tacerent, narrauit
quomodo Dominus eduxisset eũ de car-
cere, dixitque: Nunciate Iacobo, & fra-
tribus hæc. Et egressus abijt in alium lo-
cum. * Facta autem die, erat non parua 18
turbatio inter milites, quídnam factum
esset de Petro. * Herodes autem cùm re- 19
quisisset eum, & non inuenisset, inquisi- D
tione facta de custodibus, iussit eos duci:
descendensque à Iudæa in Cæsaream, ibi
commoratus est * Erat autem iratus Ty- 20
ris, & Sidonijs. At illi vnanimes venerunt
ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super
cubiculum regis, postulabant pacem, eò
quòd alerentur regiones eorum ab illo.
* Statuto autem die, Herodes vestitus 21
veste regia, sedit pro tribunali, & con-
cionabatur ad eos. * Populus autem ac- 22
clamabat: Dei voces, & non hominis.
* Confestim autem percussit eum Ange- 23
lus Domini, eò quòd non dedisset hono-
rem Deo: & consumptus à vermibus, ex-
pirauit. * Verbum autem Domini cresce- 24
bat, & multiplicabatur. * Barnabas autem 25
& Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis
*Sup. 11. d. 29 "expleto ministerio, assumpto Ioanne,
qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

ERant autem in Ecclesia, quæ erat 1
Antiochiæ, prophetę, & doctores, in A
quibus Barnabas, & Simon, qui vocaba-
tur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Ma-
nahen, qui erat Herodis Tetrarchæ colla-
ctaneus, & Saulus. * Ministrantibus au- 2
tem illis Domino, & ieiunantibus, dixit
illis Spiritus sanctus: Segregate mihi
Saulum & Barnabam, in opus ad quod
assumpsi eos. * Tunc ieiunantes, & oran- 3
tes, imponentesque eis manus, dimise-
runt illos. * Et ipsi quidem missi à Spiritu 4
sancto abierunt Seleuciam; & inde naui-
gauerunt Cyprum. * Et cùm venissent 5
Salaminam, prædicabant verbum Dei in
synagogis Iudæorum. Habebant autem
& Ioannem in ministerio. * Et cùm per- 6 B
ambulassent vniuersam insulã vsque Pa-
phum, inuenerunt quemdam virum ma-
gum pseudoprophetam, Iudęum, cui no-
men erat Bariesu, * qui erat cum Procon- 7
sule Sergio Paulo viro prudente. Hic, ac-
cersitis Barnaba & Saulo, desiderabat au-
dire verbum Dei. * Resistebat autem il- 8
lis Elymas magus, (sic enim interpreta-
tur nomen eius) quærens auertere Pro-
consulem à fide. * Saulus autem, qui & 9
Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens
in eum, * dixit: O plene omni dolo, & 10
omni fallacia, fili diaboli, inimice om-
nis iustitiæ, non desinis subuertere vias
Domini rectas. * Et nunc ecce manus 11
Domini super te, & eris cæcus, non vi-
dens solem vsque ad tempus. Et confe-
stim cecidit in eum caligo, & tenebræ, &
circuiens quærebat qui ei manum daret.
* Tunc Proconsul cùm vidisset factum, 12
credidit admirans super doctrina Domi-
ni. * Et cùm à Papho nauigassent Paulus 13
& qui cum eo erant, venerunt Pergen
Pamphyliæ. Ioannes autem discedens ab
eis, reuersus est Ierosolymam. * Illi verò 14
pertranseuntes Pergen, venerunt Antio- C
chiam Pisidiæ: & ingressi synagogam die
sabbatorum, sederunt. * Post lectionem 15
autem legis, & Prophetarum, miserunt
principes synagogæ ad eos, dicentes: Viri
fratres, si quis est in vobis sermo exhor-
tationis ad plebem, dicite. * Surgens au- 16
tem Paulus, & manu silentium indicens,
ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deum,
audite: * Deus plebis Israel elegit pa- 17
tres nostros, & plebem exaltauit cùm es-
sent incolæ "in terra Ægypti, "& in bra- *Exo. 1. d. 1
chio excelso eduxit eos ex ea, * " & per *Exo. 13. d. 21. 22. & 16. a. 3
quadraginta annorum tempus mores 18
eorũ sustinuit in deserto. * Et destruens 19 *Ios. 14. a. 1
gentes septem in terra Chanaan, " sorte
distribuit eis terram eorum, * quasi post 20
quadringentos & quinquaginta annos:
" & post hæc dedit iudices vsque ad Sa- *Iud. 3. b. 9
muel Prophetam. * Et exinde " postula- 21 *1. Reg. 8. a. 5. & 9. c. 16. & 10. a. 1
uerunt regem: & dedit illis Deus Saul
filium Cis, virum de tribu Beniamin, 22 *1. Reg. 16. c. 13
annis quadraginta. * & amoto illo, "sus- D *Psal. 88. b. 21
citauit illis Dauid regem: cui testimo-
nium perhibens, dixit: " Inueni Dauid
filium Iesse, virum secundùm cor meum,
qui faciet omnes voluntates meas. * Hu- 23 *Isa. 11. a. 1
ius Deus ex semine " secundùm promis-

sionem

sionem eduxit Israel saluatorem Iesum,
*Matt. 3. a. 1 *Mar. 1. a. 2 Luc. 3. a. 3 * prædicãte Ioanne ante faciem aduen- 24
tus eius baptismum pœnitentiæ omni
populo Israel. * Cùm impleret autem Io- 25
*Ioan. 1. c. 20 Mar. 1. d. 7 Matt. 3. b. 11 annes cursum suum, dicebat: Quem me
arbitramini esse, "non sum ego, sed ecce
venit post me, cuius non sum dignus cal-
ceamenta pedum soluere. * Viri fratres, 26
filij generis Abraham, & qui in vobis ti-
ment Deum, vobis verbum salutis huius
missum est. * Qui enim habitabant Ieru- 27
salem, & principes eius, hunc ignorantes,
& voces prophetarum, quæ per omne
sabbatum leguntur, iudicantes impleue-
runt: * & nullam causam mortis inue- 28
*Matt. 27. c. 20. 22 Mar. 15. b. 13 Luc. 23. c. 21. 23 Ioan. 19. c. 16 nientes in eo, "petierunt à Pilato, vt in- E
terficerent eum. * Cumque consummas- 29
sent omnia, quæ de eo scripta erant, de-
ponentes eum de ligno, posuerunt eum
in monumento. * " Deus verò suscitauit 30
*Matt. 28 Mar. 16 Luc. 24 Ioan. 20 eum à mortuis tertia die: qui visus est per
dies multos his, * qui simul ascenderant 31
cum eo de Galilæa in Ierusalem: qui vs-
que nunc sunt testes eius ad plebem. * Et 32
nos vobis annunciamus eam, quæ ad pa-
tres nostros repromissio facta est: * quo- 33
niam hanc Deus adimpleuit filiis nostris,
resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo se-
cundo scriptum est: " Filius meus es tu, *Psal. 2. b. 7
ego hodie genui te. * Quòd autem susci- 34
tauit eum a mortuis, ampliùs iam non
reuersurum in corruptionem, ita dixit:
*Isa. 55. a. 3 "Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia.
* Ideoque & aliàs dicit: "Non dabis San- 35
*Psal. 15. b. 10 ctum tuum videre corruptionem. * Da- 36
uid enim in sua generatione cùm admi-
nistrasset, voluntati Dei "dormiuit: &
*2. Reg. 2. b. 10 appositus est ad patres suos, & vidit cor-
ruptionem. * Quem verò Deus suscita- 37
uit à mortuis, non vidit corruptionem.
* Notum igitur sit vobis viri fratres, quia 38
per hunc vobis remissio peccatorum an- F
nunciatur, & ab omnibus, quibus non
potuistis in lege Moysi iustificari, * in 39
hoc omnis, qui credit, iustificatur. * Vi- 40
dete ergo ne superueniat vobis quod di-
*Abac. 1. b. 5 ctum est in Prophetis: * "Videte contem- 41 B
ptores, & admiramini, & disperdimini:
quia opus operor ego in diebus vestris,
opus quod non credetis, siquis enarraue-
rit vobis. * Exeuntibus autem illis, ro- 42
gabant vt sequenti sabbato loquerentur
sibi verba hæc. * Cumque dimissa esset 43
synagoga, secuti sunt multi Iudæorum,
& colentium aduenarum, Paulum &
Barnabam: qui loquentes suadebant eis
vt permanerent in gratia Dei. * Sequenti 44
verò sabbato penè vniuersa ciuitas con-
uenit audire verbum Dei. * Videntes au- 45
tem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & G
contradicebãt his, quæ à Paulo dicebã-
tur, blasphemantes. * Tunc constanter 46
Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis
oportebat primùm loqui verbum Dei:
sed quoniam repellitis illud, & indignos
vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuer-
timur ad Gentes. * sic enim præcepit no- 47
bis Dominus: "Posui te in lumen Gen- *Isa. 49. b. 6
tium, vt sis in salutem vsq; ad extremum
terræ. * Audientes autem Gentes gauisæ 48
sunt, & glorificabant verbum Domini:
& crediderunt quotquot erant præordi-
nati ad vitam æternam. * Disseminaba- 49
tur autem verbum Domini per vniuer-
sam regionem. * Iudæi autem concitaue- 50
runt mulieres religiosas, & honestas, &
primos ciuitatis, & excitauerunt perse-
cutionem in Paulum & Barnabam: &
eiecerunt eos de finibus suis. * " At illi, 51 *Mar. 6. b. 11 Mat. 10. b. 14 Luc. 9. a. 5
excusso puluere pedum in eos, venerunt
Iconium. * Discipuli quoque replebã- 52
tur gaudio, & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

FActum est autem Iconij, vt simul in- 1 A
troirent in synagogam Iudæorum,
& loquerentur, ita vt crederet Iudęorum
& Græcorum copiosa multitudo. * Qui 2
verò increduli fuerunt Iudæi, suscitaue-
runt, & ad iracundiam concitauerunt
animas Gentium aduersus fratres. * Mul- 3
to igitur tempore demorati sunt, fidu-
cialiter agẽtes in Domino, testimonium
perhibente verbo gratiæ suæ, dante si-
gna & prodigia fieri per manus eorum.
* Diuisa est autem multitudo ciuitatis: 4
& quidam quidem erant cum Iudæis,
quidam verò cum Apostolis. * Cùm au- 5
tem factus esset impetus Gentilium &
Iudæorum cum principibus suis, vt
contumeliis afficerent, & lapidarent eos,
* intelligentes confugerunt ad ciuitates 6
Lycaoniæ, Lystram & Derben, & vni-
uersam in circuitu regionem, & ibi
euangelizantes erant. * Et quidam vir 7 B
Lystris infirmus pedibus sedebat, clau-
dus ex vtero matris suæ, qui numquam
ambulauerat. * Hic audiuit Paulum lo- 8
quentem. Qui intuitus eum, & videns
quia fidem haberet vt saluus fieret, * dixit
magna voce: Surge super pedes tuos
rectus. Et exiliuit, & ambulabat. * Turbæ 9 10
autem cùm vidissent quod fecerat Pau-
lus, leuauerunt vocem suam, Lycaonicè

dicen-

dicentes : Dij ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos. * Et vocabant Barnabá Iouem, Paulum verò Mercurium : quoniam ipſe erat dux verbi. * Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat ſacrificare. * Quod vbi audierũt Apoſtoli, Barnabas & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, clamantes * & dicentes : Viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, * qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt : * qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. * Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra. * Et hæc dicentes, vix ſedauerunt turbas ne ſibi immolarent. * Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi : & perſuaſis turbis, lapidanteſque Paulum, traxerunt extra ciuitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe. * Circumdantibus autem eum diſcipulis, ſurgens intrauit ciuitatem, & poſtera die profectus eſt cum Barnaba in Derben. * Cumque euangelizaſſent ciuitati illi, & docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam, * confirmantes animas diſcipulorum, exhortanteſque vt permanerent in fide : & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. * Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias presbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. * Tranſeunteſque Piſidiam, venerunt in Pamphyliam, * & loquentes verbum Domini in Perge, deſcenderunt in Attaliam : * " & inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei, in opus quod compleuerunt. * Cùm autem veniſſent, & congregaſſent Eccleſiam, retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei. * Morati ſunt autem tempus non modicum cum diſcipulis,

*Pſal.145. a.6 Apoc.14. b.7

*Sup.13. a.1

CAP. XV.

ET quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres : " Quia niſi circumcidamini ſecundùm morem Moyſi, non poteſtis ſaluari. * Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos, ſtatuerunt vt aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs, ad Apoſtolos & presbyteros in Ieruſalem, ſuper hac quæſtione. * Illi ergo deducti ab Eccleſia, pertranſibant Phœnicem & Samariam, narrantes conuerſionem Gentium : & faciebant gaudium magnũ omnibus fratribus. * Cùm autem veniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis, & ſenioribus, annunciantes quanta Deus feciſſet cum illis. * Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt, dicentes : Quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque ſeruare legem Moyſi. * Conueneruntque Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc. * Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos : " Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. * Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, * dans illis Spiritum ſanctum, ſicut & nobis, * & nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. * Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? * Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi. * Tacuit autem omnis multitudo : & audiebant Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus feciſſet ſigna & prodigia in Gentibus per eos. * Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens : Viri fratres, audite me. * Simon narrauit quemadmodum primùm Deus viſitauit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo. * Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt : * " Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit : & diruta eius reædificabo, & erigam illud : * vt requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes, ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. * Notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum. * Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum, * ſed ſcribere ad eos vt abſtineãt ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. * Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eum

*Sup.10. b.20

*Sup.10. 8.43

*Amos. 9.11

*Gal.5.a.2

prædi-

prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbatum legitur. * Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus, * ſcribentes per manus eorum. APOSTOLI & ſeniores fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus, ſalutem.

* Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertẽtes animas veſtras, quibus non mandauimus : * placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos, cum chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo, * hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. * Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem. * Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria : * vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione ; à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete. * Illi ergo dimiſſi, deſcenderunt Antiochiam : & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam. * Quam cùm legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione. * Iudas autem & Silas, & ipſi cùm eſſent Prophetæ, verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmauerunt. * Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus, ad eos qui miſerant illos. * Viſum eſt autem Silæ ibi remanere : Iudas autem ſolus abiit Ieruſalem. * Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & euangelizantes cum alijs pluribus verbũ Domini. * Poſt aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus : Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, in quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo ſe habeant. * Barnabas autem volebat ſecum aſſumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus. * Paulus autem rogabat eum (vt qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debere recipi. * Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco nauigaret Cyprum. * Paulus verò electo Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. * Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias : præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum.

CAP. XVI.

PEruenit autem Derben, & Lyſtram. Et ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gentili. * Huic teſtimonium bonum reddebant, qui in Lyſtris erant & Iconio fratres. * Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci : & aſſumens circumcidit eum, propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater eius erat Gentilis. * Cùm autem pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant Ieroſolymis. * Et Eccleſiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. * Tranſeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia. * Cùm veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam : & non permiſit eos Spiritus Ieſu. * Cùm autem pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem : * & viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt : Vir Macedo quidam erat ſtans, & deprecans eum, & dicens : Tranſiens in Macedoniam, adiuua nos. * Vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quòd vocaſſet nos Deus euangelizare eis. * Nauigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim ; * & inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in hac Vrbe diebus aliquot, conferentes. * Die autem ſabbatorum egreſſi ſumus foras portam iuxtà flumen, vbi videbatur oratio eſſe : & ſedentes loquebamur mulieribus, quę conuenerant. * Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit : cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. * Cùm autem baptizata eſſet, & domus eius, deprecata eſt dicens : Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete. Et coëgit nos. * Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis diuinãdo. * Hæc ſubſecuta Paulum, & nos, clamabat dicens : Iſti homines ſerui Dei excelſi

ſunt,

sunt, qui annunciant vobis viam salutis. 18
*Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. *Videntes autem domini eius quia exiuit spes quæstus eorũ, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes: * & offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cùm sint Iudæi: * & annunciant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani. * Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus, scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi. *Et cùm multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi vt diligenter custodiret eos. * Qui cùm tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. * Media autem nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deum: & audiebant eos, qui in custodia erant. * Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorum vincula soluta sunt. * Expergefactus autem custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos. *Clamauit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: vniuersi enim hîc sumus. *Petitoque lumine, introgressus est: & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes: * & producens eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere, vt saluus fiam? *At illi dixerũt: Crede in Dominum Iesum: & saluus eris tu, & domus tua. * Et locuti sunt ei verbum Domini, cum omnibus qui erant in domo eius. *Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuò. * Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua credens Deo. *Et cùm dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos. * Nunciauit autem custos carceris verba hæc Paulo: Quia miserunt magistratus vt dimittamini: nunc igitur exeuntes, ite in pace. *Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerẽ, & nunc occultè nos eiiciunt? Non ita: sed veniant, * & ipsi nos eiiciant. Nunciauerunt autem magistratibus lictores verba hęc. Timuerunt-

*2. Cor. 12. f. 25
1. Thess. 2. a. 2
Phil. 1. b. 13

que audito quòd Romani essent: *& venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de Vrbe. * Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

CVm autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum. * Secundùm consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis de Scripturis, * adaperiens & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis. * Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & de colentibus Gentilibusque multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. * Zelantes autem Iudæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iasonis quærebant eos producere in populum. * Et cùm non inuenissent eos, trahebant Iasonem & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Quoniam hi, qui Vrbem concitant, & huc venerunt, * quos suscepit Iason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum. * Concitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audientes hęc. * Et accepta satisfactione à Iasone, & à ceteris, dimiserunt eos. * Fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Berœam. Qui cùm venissent, in Synagogam Iudæorum introierunt. * Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. *Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci. * Cùm autem cognouissent in Thessalonica Iudęi, quia & Berœæ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commouentes & turbantes multitudinem. *Statimq; tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsque ad mare: Silas autem & Timotheus remanserunt ibi. * Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam

& Ti-

& Timotheum, vt quàm celeriter venirent ad illum, profecti sunt. * Paulus autem cùm Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. * Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies, ad eos qui aderant. * Quidam autem Epicurei, & Stoici philosophi disserebant cum eo, & quidam dicebant: Quid vult seminiuerbius hic, dicere? Alij verò: Nouorum dęmoniorum videtur annunciator esse: quia Iesum, & resurrectionem annunciabat eis. * Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes: Possumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? * noua enim quędam infers auribus nostris: Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. (*Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui.) * Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosiores vos video. *Præteriens enim, & videns simulachra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. *"Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cùm sit Dominus, 'non in manufactis templis habitat, * nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia: * fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum, * quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrûm. * In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: sicut & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. *Genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare, auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum esse simile. * Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annunciat hominibus vt omnes vbique pœnitẽtiam agant, * eò quòd statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. * Cùm audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. * Sic Paulus exiuit de medio eorum. * Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

*Gen. 1. a. 1
*Sup. 7. f. 48

CAP. XVIII.

POst hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum: *& inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, (eò quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma) accessit ad eos. * Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur: (erant autem scenofactoriæ artis.) * Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponẽs nomen Domini Iesu, suadebatq; Iudæis, & Gręcis. * Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum. * Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. * Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagogæ. * Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. *Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas: * propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi vt noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. * Sedit autem ibi annum & sex menses, docẽs apud eos verbum Dei. * Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, * dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. * Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Iudæi, rectè vos sustinerem. * Si verò quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: Iudex ego horum nolo esse. * Et minauit eos à tribunali. * Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.

* Paulus

*Paulus verò cùm adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, nauigauit in Syriam, (& cum eo Priscilla, & Aquila) qui sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. *Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus synagogam, disputabat cum Iudæis. * Rogantibus autem eis vt ampliori tempore maneret, non consensit, * sed valefaciens, & dicens, Iterum reuertar ad vos Deo volente, profectus est ab Epheso. * Et descendens Cæsaream, ascendit, & salutauit Ecclesiam, & descendit Antiochiam. * Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. * Iudæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis. * Hic erat edoctus viam Domini: & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantùm baptisma Ioannis. * Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quem cùm audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentiùs exposuerunt ei viam Domini. * Cùm autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperent eum. Qui cùm venisset, contulit multum his qui crediderant. *Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per Scripturas, esse Christum Iesum.

*Num. 6. c. 18 Inf. 21. d. 24

CAP. XIX.

FActum est autem, cùm Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos: *dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. *Ille verò ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptismate. * Dixit autem Paulus: "Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum. * His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu. * Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. * Erant autem omnes viri ferè duodecim. * Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei. * Cùm autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. * Hoc autem factum est per biennium, ita vt omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Iudæi atque Gentiles. * Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: * ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. *Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes: Adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat. * Erant autem quidam Iudæi Sceuæ principis sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant. *Respondens autem spiritus nequam dixit eis: Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis? * Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. * Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis, atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu. * Multique credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus suos. * Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus: & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. * Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confirmabatur. * His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaia ire Ierosolymam, dicens: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre. *Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. * Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. * Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum: * quos conuocans, & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: * & videtis, & auditis, quia non solùm Ephesi, sed penè totius

*Matt. 3. c. 11 Mar. 1. a. 8 Luc. 3. c. 16 Ioan. 1. d. 26 Sup. 1. a. 5. & 11. c. 16

Asiæ,

Asiæ, Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dij, qui manibus fiunt. * Non solùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia, & orbis colit. * His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. * Et impleta est ciuitas confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. *Paulo autè volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. * Quidam autem & de Asiæ principibus, qui erant amici eius, miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum: * alij autem aliud clamabant. Erat enim Ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. * De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationē populo. * Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omniū, quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum. * Et cùm sedasset scriba turbas, dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominū, qui nesciat Ephesiorū ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisque prolis? * Cùm ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temerè agere. * Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deā vestram. * Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquē causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. * Si quid autem alterius rei quæritis: in legitima Ecclesia poterit absolui. * Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cùm nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cùm hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.

CAP. XX.

POstquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in Macedoniam. * Cùm autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciā: * vbi cùm fecisset menses tres, factę sunt illi insidię à Iudæis nauigaturo in Syriā: habuitque consilium vt reuerteretur per Macedoniam. * Comitatus est autē eum Sopater Pyrrhi Bercœnsis, Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbeus, & Timotheus: Asiani verò Tychicus & Trophimus. *Hi cùm præcessissent, sustinuerunt nos Troiade: * nos verò nauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troiadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem. * Vna autem Sabbati cùm conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitque sermonem vsque in mediam noctem. * Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, vbi eramus congregati. * Sedens autem quidam adolescēs nomine Eutychus super fenestram, cùm mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. * Ad quem cùm descendisset Paulus, incubuit super eum: & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est. * Ascendens autem, frangensq; panem, & gustans, satisque allocutus vsque in lucem, sic profectus est. * Adduxerunt autem puerum viuentem, & consolati sunt non minimè. * Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum: sic enim disposuerat ipse per terrā iter facturus. * Cùm autem conuenisset nos in Asson, assumpto eo, venimus Mitylenen. * Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & sequenti die venimus Miletum. * proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, nequa mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecostes faceret Ierosolymis. * A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit Maiores natu Ecclesiæ. * Qui cùm venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis, à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, * seruiēs Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum: * quomodo nihil subtraxerim vtilium, quo minùs annunciarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos, * testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiā, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. * Et nunc ecce alliga-

tus ego ſpiritu, vado in Ieruſalem; quæ E
in ea ventura ſint mihi, ignorans:* niſi 23
quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent. * Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dūmodo conſummem curſum meū, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei.* Et nūc ecce ego ſcio, quia ampliùs 25
non videbitis faciem meam vos omnes, per quos tranſiui prædicās regnum Dei.
* Quapropter conteſtor vos hodierna 26
die, quia mundus ſum à ſanguine omnium.* Non enim ſubterfugi, quò minùs 27
annunciarem omne cōſilium Dei vobis.
* Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in 28 F
quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. * Ego ſcio quoniam 29
intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. * Et 30
ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.
* Propter quod vigilate, memoria reti- 31
nentes, quoniam per triennium nocte & die non ceſſaui, cum lacrymis monens vnumquemque veſtrūm. * Et nūc com- 32
mendo vos Deo, & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ędificare, & dare hereditatem in ſanctificatis omnibus.* Argētum 33
& aurum, aut veſtem nullius concupiui,
ſicut * ipſi ſcitis: " quoniam ad ea, quæ 34
1. Cor. 4. c. 12. 2. Theſſ. 3. b. 8
mihi opus erāt, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. * Omnia 35 G
oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quàm accipere. * Et cùm hæc dixiſſet, poſitis geni- 36
bus ſuis orauit cum omnibus illis.* Magnus autem fletus factus eſt omnium: 37
& procumbentes ſuper collum Pauli, oſculabantur eum, * dolentes maximè 38
in verbo, quod dixerat, quoniam ampliùs faciem eius non eſſent viſuri. Et deducebant eum ad nauem.

CAP. XXI.

CVm autem factum eſſet vt nauigaremus abſtracti ab eis, recto curſu 1 A
venimus Coum, & ſequenti die Rhodum, & inde Pataram. * Et cùm inue- 2
niſſemus nauem tranſfretātem in Phœnicen, aſcendentes nauigauimus.* Cùm 3
apparuiſſemus autē Cypro, relinquentes
eam ad ſiniſtram, nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim nauis expoſitura erat onus. * Inuentis autem 4
diſcipulis, manſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebant per Spiritum ne aſcenderet Ieroſolymam. * Et expletis 5
diebus profecti ibamus, deducētibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vſque foras ciuitatem: & poſitis genibus in littore, orauimus. * Et cùm valefeciſſemus 6 B
inuicem, aſcendimus nauem: illi autem redierunt in ſua.* Nos verò nauigatione 7
expleta à Tyro deſcendimus Ptolemaidem: & ſalutatis fratribus, manſimus die vna apud illos.* Alia autem die profecti, 8
venimus Cæſaream. Et intrantes domū Philippi euangeliſtæ, ' qui erat vnus de *Sup. 6. 5.
ſeptem, manſimus apud eum.* Huic au- 9
tem erant quattuor filiæ virgines prophetantes.* Et cùm moraremur per dies 10 F
aliquot, ſuperuenit quidam à Iudæa propheta, nomine Agabus.* Is cùm ve- 11
niſſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans ſibi pedes & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus ſanctus: Virum, cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Ieruſalem Iu- 12 C
dæi, & tradent in manus Gentiū.* Quod cùm audiſſemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne aſcenderet Ieroſolymam.* Tunc reſpondit Paulus, & dixit: 13
Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum, propter nomen Domini Ieſu. * Et cùm ei 14
ſuadere non poſſemus, quieuimus, dicentes: Domini voluntas fiat.* Poſt dies 15
autem iſtos præparati, aſcendebamus in Ieruſalem.* Venerunt autem & ex diſci- 16
pulis à Cæſarea nobiſcum, adducentes ſecum apud quem hoſpitaremur Mnaſonem quemdam Cyprium, antiquum diſcipulum. * Et cùm veniſſemus Iero- 17 D
ſolymam, libenter exceperunt nos fratres. * Sequēti autem die introibat Pau- 18
lus nobiſcum ad Iacobum, omnesq. collecti ſunt ſeniores. * Quos cùm ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quę Deus feciſſet in Gentibus per miniſterium ipſius. 19
* At illi cùm audiſſent, magnificabant 20
Deum, dixeruntq; ei: Vides frater, quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. * Audie- 21
runt autem de te, quia diſceſſionem doceas à Moyſe eorū, qui per Gentes ſunt, Iudæorum: dicens non debere eos circumcidere filios ſuos, neque ſecundùm 22
conſuetudinem ingredi.* Quid ergo eſt,

vtique

vtique oportet cōuenire multitudinem: audient enim te ſuperueniſſe.* Hoc ergo 23 40
fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quattuor, votum habentes ſuper ſe.* His 24
aſſumptis, ſanctifica te cum illis: & impende in illis " vt radant capita: & ſcient
Num. 6. c. 18 Sup. 18. c. 8
omnes quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem.* De his autem, qui crediderunt ex 25 1
Sup. 15. d. 20. c. 29
Gentibus, ' nos ſcripſimus, iudicantes 2 E
vt abſtineant ſe ab idolis, immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.
* Tūc Paulus, aſſumptis viris, poſtera die 26 3
purificatus cum illis intrauit in templū, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. * Dum autem ſe- 27 4
ptem dies conſummarentur, hi qui de Aſia erant Iudæi, cùm vidiſſent eum in templo, concitauerunt omnē populum, & iniecerunt ei manus, clamantes: * Viri 28 5
Iſraelitæ, adiuuate: hic eſt homo, qui aduerſus populum, & legem, & locum hunc, omnes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violauit ſanctum locum iſtum. * Viderant enim 29 B
Trophimum Epheſium in ciuitate cum ipſo, quem æſtimauerunt quoniam in templum introduxiſſet Paulus. * Commotaq; eſt ciuitas tota, & facta eſt con- 30
curſio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & ſtatim clauſæ ſunt ianuæ.* Quærentibus 31 9
autem eum occidere, nunciatum eſt tribuno cohortis: Quia tota confunditur Ieruſalem. * Qui ſtatim aſſumptis mili- 32 C
tibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cùm vidiſſent tribunum, & milites, ceſſauerunt percutere Paulum. * Tunc 33
accedens tribunus apprehendit eum, & iuſſit eum alligari catēnis duabus: & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet.* Alij 34 G
autem aliud clamabant in turba. Et cùm non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit duci eum in caſtra. * Et 35
cùm veniſſet ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi.
* Sequebatur enim multitudo populi, 36
clamans: Tolle eum. * Et cùm cœpiſſet 37
induci in caſtra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græcè noſti? * Nónne tu es Ægyptius, 38
qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quattuor millia virorum ſicariorum? * Et dixit ad eum 39
Paulus: Ego homo ſum quidem Iudæus à Tarſo Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis
municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. * Et cùm ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno ſilentio facto, allocutus eſt lingua Hebræa, dicens:

CAP. XXII.

VIri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.* Cùm 1
audiſſent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſilentium.* Et dicit: Ego ſum vir Iudęus, 2 A
natus in Tarſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta ciuitate, ſecus pedes Gamaliel eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, ſicut & vos omnes eſtis 3
hodie: * ' qui hanc viam perſecutus ſum *Sup. 8. a. 3
vſque ad mortem, alligans & tradens in cuſtodias viros ac mulieres,* ſicut princeps ſacerdotum mihi teſtimonium red- 4 B
dit, & omnes maiores natu, ' à quibus & *Sup. 9. a. 2
epiſtolas accipiens, ad fratres Damaſcum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ieruſalem vt punirentur. * Factum eſt 6
autem, eunte me, & appropinquante Damaſco media die, ſubitò de cælo circumfulſit me lux copioſa:* & decidens 7
in terram, audiui vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me perſequeris?* Ego 8
autem reſpondi: Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris.* Et qui mecum e- 9 C
rant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum. * Et dixi: Quid faciam, Do- 10
mine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damaſcum: & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ te oporteat facere.* Et 11
cùm non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damaſcum. * Ananias autem quidam, vir ſecundùm legem teſtimonium 12
habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis,* veniens ad me, & aſtans dixit mihi: Saule frater reſpice. Et ego eadem 13 D
hora reſpexi in eum.* At ille dixit: Deus patrum noſtrorum præordinauit te, vt cognoſceres voluntatem eius, & videres iuſtum, & audires vocem ex ore eius: 14
* quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quę vidiſti & audiſti.* Et nūc 15 16
quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipſius. * Factum eſt autem reuertēti mihi 17
in Ieruſalē, & oranti in tēplo, fieri me in ſtupore mentis, * & videre illū dicentem
mihi:

mihi: Festina, & exi velociter ex Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me. * Et ego dixi: Domine ipsi sciunt " quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per synagogas eos qui credebant in te: * & cùm funderetur sanguis Stephani testis tui, " ego astabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum. * Et dixit ad me: Vade: quoniam ego in nationes longè mittam te. * Audiebant autem eum vsque ad hoc verbũ, & leuauerunt vocem suam dicentes: Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere. * Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aërem, * iussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, vt sciret propter quã causam sic acclamarent ei. * Et cùm astrinxissent eum loris: dicit astanti sibi Centurioni Paulus: Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare? * Quo audito, Centurio accessit ad tribunũ, & nunciauit ei, dicens: Quid acturus es? hic enim homo, ciuis Romanus est. * Accedens autem tribunus, dixit illi: Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. * Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuilitatẽ hanc consecutus sum. Et Paulus ait: Ego autem & natus sum. * Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit postquam resciuit, quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum. * Postera autem die volens scire diligentiùs, qua ex causa accusaretur à Iudeis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire, & omne concilium, & producens Paulum, statuit inter illos.

Sup. 8. a. 3

Sup. 7. g. 58

Exod. 22. d. 28

CAP. XXIII.

INtendens autem in concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum vsque in hodiernum diem. * Princeps autem sacerdotũ Ananias præcepit astantibus sibi percutere os eius. * Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundùm legem, & contra legem iubes me percuti? * Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis? * Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: " Principem populi tui

E 16 non maledices. * Sciens autem Paulus, quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorũ, exclamauit in concilio: Viri fratres, " ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectione 19 mortuorum ego iudicor. * Et cùm hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos, & soluta est multi- 8 tudo. * " Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, ne- 21 que Spiritum: Pharisæi autem vtraque confitentur. * Factus est autem cla- 9 mor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum, pugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto: quid si 10 Spiritus locutus est ei, aut Angelus? * Et C cùm magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eũ de medio eorum, ac deducere eum in castra. * Sequenti autem nocte assistens ei 11 Dominus, ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. * Facta autem die collegerunt se quidam ex 12 Iudæis, & deuouerunt se dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum. * Erant autem D plus quàm quadraginta viri, qui hanc 14 coniurationem fecerant: * qui accesserunt ad principes sacerdotum, & seniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occidamus 15 Paulum. * Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio, vt producat illum ad vos, tamquam aliquid certius cognituri de eo. Nos verò priùs quàm appropiet, parati sumus interficere illum. 16 * Quod cùm audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intrauit in castra, nunciauitque Paulo. * Vocans autem Pau- 17 lus ad se vnum ex Centurionibus, ait: Adolescentẽ hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi. * Et ille 18 quidem assumens eum duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. * Apprehen- 19 E dens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogauit illũ: Quid est, quod habes indicare mihi? 20 * Ille autem dixit: Iudæis conuenit rogare te, vt crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inqui- 21 siturus sint de illo: * tu verò ne credideris illis, insidiantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta, qui se deuouerunt

Phil. 3. c. 5

Matth. 22. c. 32

runt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt, expectantes promissum tuum. * Tribunus igitur dimisit adolescentem, 22 præcipiens ne cui loqueretur quoniam F hæc nota sibi fecisset. * Et vocatis duo- 23 bus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: * & 24 iumenta præparate, vt imponentes Paulum, saluum perducerent ad Felicem præsidem. * (Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse 25 postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam) * scribens epi- 26 stolam continentem hæc: CLAVDIVS Lysias optimo præsidi, Felici, salutem. * Virum hunc comprehensum à Iudæis, 27 & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est: * Volensque scire cau- 28 sam, quam obiiciebant illi, deduxi eum G in concilium eorum. * Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil verò dignum morte aut vinculis habentem criminis. * Et cùm mi- 30 hi perlatum esset de insidiis, quas parauerant illi, misi eum ad te, denuncians & accusatoribus vt dicant apud te. Vale. * Milites ergo secundùm præceptum si- 31 bi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem. * Et postera die 32 dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra. * Qui cùm venissent 33 Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. * Cùm legisset autem, & interrogasset de 34 qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia, * Audiam te, inquit, cùm ac- 35 cusatores tui venerint. Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

CAP. XXIIII.

POst quinque autem dies descendit 1 princeps sacerdotum, Ananias, cum A senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum. * Et citato Paulo cœpit 2 accusare Tertullus, dicens: Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam; * semper & 3 vbique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. * Ne diutiùs 4 autem te protraham, oro, breuiter audias nos pro tua clementia. * Inuenimus 5

B hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & auctorem seditionis sectæ 6 Nazarenorum: * qui etiam templum violare conatus est, quem & apprehensum voluimus secundùm legem nostram iudicare. * Superueniens autem tribu- 7 nus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, * iubens accusatores 8 eius ad te venire: à quo poteris ipse iudicãs, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. * Adiecerunt 9 autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. * Respondit autem Paulus, (annuente sibi Præside dicere:) Ex multis 10 annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. * Potes enim cognoscere, quia non plus sunt 11 mihi dies, quàm duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem: * & neque in 12 D templo inuenerunt me cum aliquo disputantem, aut cõcursum facientem turbæ, neque in synagogis, * neque in ciui- 13 tate: neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. * Confiteor au- 14 tem hoc tibi, quòd secundùm sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri & Deo meo, credens omnibus, quæ in Lege & Prophetis scripta sunt: * spem 15 habens in Deum, quam & hi ipsi expectãt, resurrectionem futuram iustorum, & iniquorum. * In hoc & ipse studeo si- 16 ne offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper. * Post 17 E annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota. * " In quibus inuenerunt me 18 purificatum in templo; non cum turba, neque cum tumultu. * Quidam autem 19 ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare siquid haberent aduersum me: * aut hi ipsi dicant siquid 20 inuenerunt in me iniquitatis, cùm stem in concilio, * nisi de vna hac solummo- 21 F do voce, qua clamaui inter eos stans: " Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis. * Distulit au- 22 tem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicẽs: Cùm tribunus Lysias descenderit, audiam vos. * Iussitque Centurio- 23 ni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. * Post aliquot autem dies veniens Fe- 24 lix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum. * Disputante autẽ illo de iustitia, & castitate, 25 G

Sup. 21. c. 26

Sup. 23. b. 6

& de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te. * simul & sperans, quòd pecunia ei daretur à Paulo; propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. * Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

FEstus ergo cùm venisset in prouinciam, post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarea. * Adieruntque eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum, aduersus Paulum: & rogabant eum, * postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias tendentes vt interficerent eum in via. * Festus autem respondit, seruari Paulum in Cæsarea: se autem maturiùs profecturum. * Qui ergo in vobis (ait) potentes sunt, descendentes simul, siquod est in viro crimen, accusent eum. * Demoratus autem inter eos dies non ampliùs quàm octo, aut decem, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali, & iussit Paulum adduci. * Qui cùm perductus esset, circumsteterunt eum, qui ab Ierosolyma descenderãt Iudæi, multas & graues causas obiicientes, quas non poterant probare, * Paulo rationem reddente: Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cęsarem quidquam peccaui. * Festus autem volens gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Ierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me? * Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari. Iudæis non nocui, sicut tu meliùs nosti. * Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuso mori: si verò nihil est eorum, quę hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. * Tunc Festus cum concilio locutus, respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. * Et cùm dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cęsaream ad salutãdum Festum. * Et cùm dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus à Felice vinctus, * de quo cùm essem Ierosolymis, adierunt me principes sacerdotum, & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem. * Ad quos respondi: Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priùs quàm is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluẽda crimina. * Cùm ergo huc conuenissent sine vlla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virum. * De quo, cùm stetissent accusatores, nullam causam deferebãt, de quibus ego suspicabar malum: * Quæstiones verò quasdã de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quẽ affirmabat Paulus viuere. * Hæsitans autem ego de huiusmodi quęstione, dicebam si vellet ire Ierosolymam, & ibi iudicari de istis. * Paulo autem appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem, iussi seruari eum, donec mittã eum ad Cæsarem. * Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. * Altera autem die, cùm venisset Agrippa, & Bernice, cũ multa ambitione, & introissent in auditorium cũ tribunis, & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo, adductus est Paulus. * Et dicit Festus: Agrippa rex, & omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis, petentes & acclamantes non oportere eum viuere ampliùs. * Ego verò comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicaui mittere. * De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eũ ad vos, & maximè ad te rex Agrippa, vt interrogatione facta habeam quid scribã. * Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & causas eius non significare.

CAP. XXVI.

AGrippa verò ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere. * De omnibus, quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cùm sim defensurus me hodie, * maximè te sciente omnia, & quæ apud Iudęos sunt consuetudines, & quæstiones: propter quod obsecro patienter me audias. * Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerũt omnes Iudæi: * præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundùm certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus. * Et nunc in spe, quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo, sto iudicio subiectus: * in quam duodecim tribus nostræ, nocte ac die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudæis, rex. * Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat? * Et ego quidem existimaueram, me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere. * " quod & feci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotum potestate accepta: & cùm occiderentur, detuli sententiam. * Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & ampliùs insaniens in eos, persequebar vsque in exteras ciuitates. * In quibus " dum irem Damascum cum potestate & permissu principum sacerdotum, * die media in via, vidi, rex, de cælo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant. * Omnesque nos cùm decidissemus in terram, audiui vocẽ loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. * Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. * Sed exurge, & sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, vt constituam te ministrum, & testem eorum quæ vidisti, & eorum quibus apparebo tibi, * eripiens te de populo, & gentibus, in quas nunc ego mitto te, * aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos, per fidem quæ est in me. * Vnde rex Agrippa, non fui incredulus cælesti visioni: * " sed his, qui sunt Damasci primùm, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annunciabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. * Hac ex causa me Iudæi, cùm essem in templo, * comprehensum tentabant interficere. * Auxilio autem adiutus Dei, vsque in hodiernum diem sto, testificans minori atque maiori, nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses, * si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annunciaturus est populo, & Gentibus. * Hæc loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit: Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam conuertunt. * Et Paulus: Non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor. * Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quidquam horũ gestum est. * Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. * Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri. * Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno, nõ tantùm te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. * Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis. * Et cùm secessissent, loquebantur ad inuicem, dicentes: Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste. * Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cũ reliquis custodiis centurioni nomine Iulio cohortis Augustæ, * " ascendentes nauem Adrumetinam, incipientes nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. * Sequenti autem die deuenimus Sidonem. Humanè autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere. * Et inde cùm sustulissemus, subnauigauimus Cyprum, propterea quòd essent venti contrarij. * Et pelagus Ciliciæ & Pamphylię nauigantes, venimus Lystram, quę est Lyciæ: * & ibi inueniens centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam. * Et cùm multis diebus tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ, iuxta Salmónem: * & vix iuxta nauigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa. * Multo autem tempore peracto, & cùm iam non esset tuta nauigatio, eò quòd & ieiuniũ iam præterijsset, consolabatur eos Paulus, * dicens eis: Viri, video quoniam cum iniuria &

multo damno, non solùm onetis & nauis, sed etiam animarum nostrarum, incipit esse nauigatio. * Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur. * Et cùm aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium nauigare inde, si quomodo possent, deuenientes Phœnicen, hiemare, portũ Cretæ respicientem ad Africum, & ad Corum. * Aspirante autem Austro, æstimantes propositũ se tenere, cùm sustulissent de Asson, legebant Cretam. * Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. * Cumque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, ferebamur. * In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham. * Qua sublata, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur. * Valida autem nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt: * & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. * Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. * Et cùm mula ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidem, ô viri, audito me, non tollere à Creta, lucrique facere iniuriam hãc & iacturam. * Et nunc suadeo vobis bono animo esse. amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquàm nauis. * Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, & cui deseruio, * dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. * Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. * In insulam autem quandam oportet nos deuenire. * Sed posteaquàm quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. * Qui & summittentes bolidem, inuenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim. * Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quattuor, optabant diem fieri. * Nautis verò quærentibus fugere de naui, cùm misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere, * dixit Paulus Centurioni, & militibus: Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis. * Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. * Et cùm lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipiẽtes. * Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrũm capillus de capite peribit. * Et cùm hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & cùm fregisset, cœpit manducare. * Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. * Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. * Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. * Cùm autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quemdam considerabant habentem litt us, in quem cogitabant, si possent, eijcere nauem. * Et cùm anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone secundùm auræ flatum tẽdebant ad littus. * Et cùm incidissemus in locum dithalassum, impegerunt nauem: & prora quidem fixa manebat immobilis, puppis verò soluebatur à vi maris. * Militum autem consilium fuit vt custodias occiderent: nequis cùm enatasset, effugeret. * Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussitque eos, qui possent natare, emittere se primos, & euadere, & ad terram exire: * & ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea, quæ de naui erant. Et sic factum est, vt omnes animæ euaderent ad terram.

CAP. XXVIII.

ET cùm euasissemus, tunc cognouimus quia Melita insula vocabatur. Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis. * Accensa enim pyra, reficiebant nos omnes, propter imbrem, qui imminebat, & frigus. * Cùm congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cùm processisset, inuasit manum eius. * Vt verò viderunt Barbari pendentem bestiam

bestiam de manu eius, ad inuicem dicebant: Vtique homicida est homo hic, qui cùm euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere. * Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. * At illi existimabant eum in tumorem conuertendum, & subitò casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant eũ esse Deum. * In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos susciens, triduo benignè exhibuit. * Contigit autem, patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cùm orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. * Quo facto, omnes, qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur: * qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant. * Post menses autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hiemauerat, cui erat insigne Castorum. * Et cùm venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo. * Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & post vnum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos; * vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam. * Et inde cùm audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appij forum, ac tres Tabernas. Quos cùm vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam. * Cùm autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite. * Post tertium autem diem cõuocauit primos Iudæorum. Cumque conuenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil aduersus plebem faciẽs, aut morem paternum, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum: * qui cùm interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò quòd nulla esset causa mortis in me. * Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. * Propter hanc igitur causam rogaui vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum. * At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nunciauit, aut locutus est quid de te malum. * Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia vbique ei contradicitur. * Cùm constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex Lege Moysi & Prophetis, à manè vsque ad vesperam. * Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam verò non credebant. * Cumque inuicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo vnum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros, * dicens:

"Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. * Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. * Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. * Et cùm hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. * Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, * prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

* *Isa. 6. c. 9 Mat. 13. b. 14 Mar. 14. b. 12 Luc. 8. b. 10 Ioan. 12. f. 40 Rom. 11. b. 8*

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, * segregatus in Euangeliũ Dei, * quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis * de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem, * qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri: * per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius, * in quibus estis & vos vocati Iesu Christi: * omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. * Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. * Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri facio * semper in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. * Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos: * id est, simul consolari in vobis, per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam. * Nolo autem vos ignorare fratres: quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc) vt aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in ceteris gentibus.

* Act. 13. a. 2

* Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum: * ita (quod in me) promptum est & vobis, qui Romæ estis, euangelizare. * Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primùm, & Græco. * Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: " Iustus autem ex fide viuit.

* Heb. 2. a. 4. Heb. 10. c. 38. Gal. 3. b. 11

* Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iustitia detinent: * quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. * Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. * " Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: * dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. * Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, * in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. * Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: * qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & seruierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. * Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutauerunt

* Ephes. 4. c. 17

uerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturã. * Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu feminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. * Et sicut non probauerũt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, * repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, * detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parẽtibus non obedientes, * insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. * Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: & non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

CAP. II.

PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas. * In quo enim iudicas alterum, teipsum cõdemnas: eadẽ enim agis quæ iudicas. * Scimus enim quoniam iudicium Dei est secũdùm veritatem in eos qui talia agunt. * Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? * An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? * Secũdùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, * " qui reddet vnicuique secundùm opera eius: * iis quidẽ, qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: * iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. * Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm, & Græci: * gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, & Græco: * " non enim est acceptio personarum apud Deum. * Quicumq; enim sine lege peccauerũt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. * " Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. * Cùm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: * qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, * in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum, secundùm Euangelium meum, per Iesum Christum. * Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, * & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem, * confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, * eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. * Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: * qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: * qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis Deum inhonoras. * (" Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.) * Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. * Si igitur præputiũ iustitias legis custodiat: nónne præputium illius in circumcisionem reputabitur? " & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per litteram & circumcisionem præuaricator legis es? * Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: * sed qui in abscõdito, Iudæus est: & circumcisio cordis in spiritu, nõ littera: cuius laus nõ ex hominibus, sed ex Deo est.

* Mat. 7. a. 2

* Matt. 16. d. 27

* Deut. 16. d. 17. 2. Par. 19. c. 7. Iob 34. b. 19. Act. 10. c. 34. Mar. 7. d. 21

* Iac. 1. d. 22

* Isa. 52. b. 5. Ezech. 36. c. 20

CAP. III.

QVid ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas circumcisionis? * Multum per omnẽ modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. * quid enim si quidam illorum non crediderunt? " Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Absit. * " Est autem Deus verax: omnis autẽ homo mendax, sicut scriptum est: " Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cùm iudicaris. * Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram?

* 2. Tim. 2. c. 13. * Ioan. 3. d. 33. Psal. 115. a. 11. * Psal. 50. a. 6

* (secun-

*(secundùm hominem dico.) Absit. 6
alioquin quomodo iudicabit Deus hunc
mundum? * Si enim veritas Dei in meo 7
mendacio abundauit in gloriam ipsius:
quid adhuc & ego tamquam peccator
iudicor? * & non (sicut blasphemamur, 8
& sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala vt veniant bona: quorum damnatio iusta est. * Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. * Causati enim 9
sumus, Iudæos & Græcos omnes sub
peccato esse, * sicut scriptum est: * Quia 10
non est iustus quisquam: * non est intelligens, non est requirens Deum. * Omnes 11
declinauerunt, simul inutiles facti 12
sunt, non est qui faciat bonum, non est
vsque ad vnum. * * Sepulchrum patens 13
est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: * Venenũ aspidum sub labiis eorum: * * Quorũ os maledictione, & amaritudine plenum est: * * Veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem: * Contritio, & infelicitas in viis eorum: * & 17
viam pacis non cognouerunt: * * Non est 18
timor Dei ante oculos eorum. * * Scimus autem, quoniam quæcumq; lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur: vt
omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: * quia ex operibus le- 20
gis non iustificabitur omnis caro coram
illo. Per legem enim cognitio peccati.
* Nunc autem sine lege iustitia Dei ma- 21
nifestata est; testificata à lege & Prophetis. * Iustitia autem Dei per fidem Iesu 22
Christi, in omnes & super omnes qui
credunt in eum: non enim est distinctio: * Omnes enim peccauerunt, & 23
egent gloria Dei. * Iustificati gratis per 24
gratiam ipsius, per redemptionem, quæ
est in Christo Iesu, * quem proposuit 25
Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suæ,
propter remissionem præcedentium delictorum * in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt 26
sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est
ex fide Iesu Christi. * Vbi est ergo glo- 27
riatio tua? Exclusa est. Per quam legem? D
Factorum? Non: sed per legẽ fidei. * Ar- 28
bitramur enim iustificari hominem per
fidem sine operibus legis. * An Iudæo- 29
rum Deus tantùm? nonne & Gentium?
Immo & Gentium. * quoniam quidem 30
vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.
* Legem ergo destruimus per fidem? Ab- 31
sit: sed legem statuimus.

Gal.5. d.22

Psal.13. a.4

Psalm.5. c.11

Psalm. 139.a.4

Psalm. 9. b.7

Isa.59. b.7

Prou.1. b.16

Psal.35. a.2

Gal.2. d.16

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundùm
carnem? * Si enim Abraham ex operibus 2
iustificatus est, habet gloriam, sed non
apud Deum. * Quid enim dicit Scriptura? * Credidit Abraham Deo: & repu- 3
tatum est illi ad iustitiam. * Ei autem qui 4
operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum. * Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, 5
reputatur fides eius ad iustitiam secundùm propositum gratiæ Dei. * Sicut & 6
Dauid dicit beatitudinem hominis, cui
Deus accepto fert iustitiã sine operibus:
* * Beati, quorũ remissæ sunt iniquitates, 7
& quorũ tecta sunt peccata. * Beatus vir, 8
cui non imputauit Dominus peccatum.
* Beatitudo ergo hęc in circũcisione tan- 9
tùm manet, an etiã in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiã. * Quomodo ergo reputa- 10
ta est? in circũcisione, an in præputio? Nõ
in circũcisione, sed in præputio. * * Et sĩ- 11
gnum accepit circũcisionis, signaculũ iustitiæ fidei, quæ est in præputio: vt sit pater omnium credẽtium per præputium,
vt reputetur & illis ad iustitiam: * & sit 12
pater circumcisionis, non iis tantùm qui
sunt ex circũcisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. * Non enim per le- 13
gem promissio Abrahæ, aut semini eius,
vt heres esset mundi: sed per iustitiam fidei. * Si enim qui ex lege, heredes sunt: 14
exinanita est fides, abolita est promissio.
* Lex enim iram operatur. Vbi enim nõ 15
est lex; nec præuaricatio. * Ideo ex fide, 16
vt secundùm gratiam firma sit promissio
omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui
pater est omnium nostrũm (* sicut scriptum est: * Quia patrem multarum 17
gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea
quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt.
* qui contra spem in spem credidit, vt fie- 18
ret pater multarum gentium, secundùm
quod dictũ est ei: * Sic erit semen tuum. 19
* Et non infirmatus est fide, nec consi- D
derauit corpus suum emortuum cùm iam
ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. * In repromissione 20
etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed
confortatus est fide, dans gloriam Deo:

Gen. 15. b.6 Gal.3.a.6 Iac.2.d.23

Psal.31. a.1

Gen.17. b.10.11

Gen.17. a.4

Gen.15. b.5

* plenissi-

*plenissimè sciens quia quęcumque pro- 21
misit, potens est & facere. * Ideo & repu- 22
tatum est illi ad iustitiam. * Non est au- 23
tem scriptum tantùm propter ipsum,
quia reputatum est illi ad iustitiam: * sed 24
& propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum
Christum Dominum nostrum à mortuis; * qui traditus est propter delicta 25
nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAP. V.

IVstificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominũ nostrum 1
Iesum Christum: * * per quem & habe- A
mus accessum per fidẽ in gratiam istam, 2
in qua stamus, & gloriamur in spe glorię
filiorum Dei. * Non solùm autem, sed & 3
gloriamur in tribulationibus: * scientes
quòd tribulatio patientiam operatur:
* patientia autem probationem, proba- 4
tio verò spem, * spes autem non confun- 5
dit: * quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui
datus est nobis. * Vt quid enim Christus, 6
cùm adhuc infirmi essemus, secundùm B
tempus pro impiis mortuus est? * Vix 7
enim pro iusto quis moritur: nam pro
bono forsitan quis audeat mori. * Com- 8
mendat autem charitatem suam Deus
in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus * Chri- 9
stus pro nobis mortuus est: multò igitur magis nunc iustificati in sanguine
ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. * Si 10
enim cùm inimici essemus, reconciliati B
sumus Deo per mortem filij eius: multo
magis reconciliati, salui erimus in vita
ipsius. * Non solùm autem: sed & glo- 11
riamur in Deo per Dominum nostrum C
Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. * Propterea sicut 12
per vnum hominem peccatum in hunc
mũdum intrauit, & per peccatum mors,
& ita in omnes homines mors pertrãsiit,
in quo omnes peccauerunt. * Vsque ad 13
legem enim peccatũ erat in mundo: peccatum autem nõ imputabatur, cùm lex
nõ esset. * Sed regnauit mors ab Adam 14
vsque ad Moysem etiam in eos, qui non
peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. * Sed 15
nõ sicut delictum, ita & donum. si enim
vnius delicto multi mortui sunt: multo
magis gratia Dei & donũ in gratia vnius
hominis Iesu Christi in plures abũdauit.

Eph.2. d.18

Iac.1.a.3

Heb.9. d.14 1.Tet.3. a.18

*Et non sicut per vnum peccatum, ita & 16
D donum. nam iudicium quidem ex vno in
condemnationem: gratia autem ex mul-
tis delictis in iustificationem. * Si enim 17
vnius delicto mors regnauit per vnum:
multo magis abundantiam gratię, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita
regnabunt per vnum Iesum Christum.
* Igitur sicut per vnius delictum in om- 18
nes homines in condemnationem: sic
& per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. * Sicut enim 19
per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per
vnius obeditionem, iusti constituentur
multi. * Lex autem subintrauit vt abun- 20
daret delictum. Vbi autem abundauit
delictum, superabundauit gratia. * vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & 21
gratia regnet per iustitiam in vitam
æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

CAP. VI.

QVid ergo dicemus? perma nebimus 1
in peccato vt gratia abundet? * Ab- 2
sit. Qui enim mortui sumus peccato, A
quomodo adhuc viuemus in illo? * An 3
ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? * * Consepulti enim su- 4
mus cum illo per baptismũ in mortem:
vt quomodo Christus surrexit à mortuis
per gloriam Patris, * ita & nos in nouita- 5
te vitæ ambulemus. * Si enim complan- B
tati facti sumus similitudini mortis eius: 6
simul & resurrectionis erimus. * Hoc
scientes, quia vetus homo noster simul
crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltrà nõ seruiamus peccato. * Qui 7
enim mortuus est, iustificatus est à peccato. * Si autem mortui sumus cũ CHRI- 8
STO: credimus quia simul etiã viuemus
cum Christo: * scientes quòd Christus 9
resurgens ex mortuis iam non moritur,
mors illi vltrà non dominabitur. * Quod 10
enim mortuus est peccato, mortuus est
semel: quod autem viuit, viuit Deo. * Ita 11
& vos existimate, vos mortuos quidem
esse peccato, viuentes autẽ Deo, in Christo Iesu Domino nostro. * Non ergo re- 12
gnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscẽtiis eius. * Sed 13
neque exhibeatis membra vestra arma
iniquitatis peccato: sed exhibete vos
Deo, tamquam ex mortuis viuentes:
& membra vestra arma iustitiæ Deo.

Gal.3. b.17 Col.2.b.12

Eph.4. c.23 Heb.12.a.1 1.Pet.2. a.1

*Pecca-

* Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia. * Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. * Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? * Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. * Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. * Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. * Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. * Quem ergo fructū habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. * Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. * Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

14 C 15 16 17 18 19 D 20 21 22 23

* *Ioan.8. d.34 2.Pet.2. d.19*

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quàto tempore viuit? * Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. * Igitur, viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. * Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo. * Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. * nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litteræ. * Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. * Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. * Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cùm venisset mandatum, peccatum reuixit. * Ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. * Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. * " Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. * Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. * Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. * Quod enim operor, non intelligo. non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. * Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est. * Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. * Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle, adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. * Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. * Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. * Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: * condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem: * video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. * Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? * Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei; carne autem, legi peccati.

1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 9 10 C 11 12 13 14 15 D 16 17 18 19 20 21 22 23 1 A 2 3 4 5

* *Exod.20. c.17 Deu.5. c.19*

CAP. VIII.

NIHIL ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundùm carnem ambulant. * Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. * Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, * vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum. * Qui enim secundùm carnem sunt: quæ carnis sunt, sapiunt. qui verò secundùm spiritum sunt: quæ sunt spiritus, sentiunt. * Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. * quoniā sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest. * Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. * Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. * Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. * Quòd si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. * Ergo fratres debitores sumus nō carni, vt secundùm carnem viuamus. * Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. * Quicumque enim spiritu Dei agūtur, ij sunt filij Dei. * " Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) * Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. * Si autem filij, & heredes: heredes quidē Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur. * Existimo enim, quòd non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. * Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. * Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: * quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. * Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. * Non solùm autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes; & ipsi intrà nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectātes, redemptionem corporis nostri. * Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? * Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. * Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. * Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundùm Deum postulat pro sanctis. * Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundùm propositum vocati sunt sancti. * Nam quos præscIuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. * Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. * Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? * Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? * Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, * quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. * Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? * (sicut scriptum est: * Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.) * Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. * Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, * neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 9 10 C 11 12 13 14 15 D 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 E 27 28 29 30 F 31 32 33 34 35 36 G 37 38 39

* *2.Tim.1. b.7 Gal.4.a.5* * *Psal.43. d.23*

CAP. IX.

VERITATEM dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: * quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. * " Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, * qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentū, & legislatio, & obsequium, & promissa: * quorum patres, & ex quibus est Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. * Non autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ: * neque qui semen sunt Abrahæ, omnes

1 A 2 3 4 5 B 6

* *Act.9. a.2 1.Cor.15. b.9*

filij: " sed in Isaac vocabitur tibi semen: 7
*id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed 8
qui filij sunt promissionis, æstimãtur in 31
semine. *Promissionis enim verbum hoc 9
est: "Secundùm hoc tempus veniam; & C 32
erit Saræ filius. * Non solùm autem illa: 10
"sed & Rebecca ex vno concubitu ha- 33
bens, Isaac patris nostri. * Cùm enim 11
nondum nati fuissent, aut aliquid boni
egissent, aut mali, (vt secundùm electio-
nem propositum Dei maneret) * non ex 12
operibus, sed ex vocante dictum est ei: 1
*"Quia maior seruiet minori sicut scri- 13 A
ptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio 2
habui. * Quid ergo dicemus? numquid 14
iniquitas apud Deum? Absit. * Moysi 15 3
enim dicit: "Miserebor cuius misereor: D
& misericordiam præstabo cuius mise-
rebor. * Igitur non volentis, neque cur- 16 4
rentis, sed miserentis est Dei. * Dicit 17 5
enim Scriptura Pharaoni: "Quia in hoc 6
ipsum excitaui te, vt ostendam in te vir-
tutem meam: & vt annuncietur nomen B
meum in vniuersa terra. * Ergo cuius 18
vult miseretur, & quem vult indurat. 7
* Dicis itaque mihi: Quid adhuc queri- 19
tur? voluntati enim eius quis resistit? * O 20 8
homo, tu quis es, qui respondeas Deo? E
"Numquid dicit figmentum ei, qui se fin-
xit: Quid me fecisti sic? * An non habet 21 9
potestatem figulus luti, ex eadem massa
facere aliud quidem vas in honorem,
aliud verò in contumeliam? * Quòd si 22 10
Deus volens ostendere iram, & notam
facere potentiam suam, sustinuit in mul- 11
ta patientia, vasa iræ, apta in interitum,
* vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in va- 23 12
sa misericordiæ, quæ præparauit in glo- C
riam. * Quos & vocauit nos non solùm 24
ex Iudæis, sed etiam ex Gẽtibus, *sicut in 25 13
Osee dicit: *Vocabo non plebem meam, F 14
plebem meam: & nõ dilectam, dilectam:
& non misericordiam consecutam, mise-
ricordiam consecutam. *" Et erit: In lo- 26
co, vbi dictum est eis: Non plebs mea 15
vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. *Isaias 27
autem clamat pro Israel: "Si fuerit nu-
merus filiorũ Israel tamquam arena ma-
ris, reliquiæ saluæ fient. * Verbum enim 28
consummans, & abbreuians in equitate:
quia verbum breuiatum faciet Domi-
nus super terrã: *& sicut prædixit Isaias: 29
"Nisi Dominus sabaoth reliquisset no- G
bis semen, sicut Sodoma facti essemus,
& sicut Gomorrha similes fuissemus.
* Quid ergo dicemus? Quòd gentes, quæ 30
non sectabantur iustitiam, apprehende-
runt iustitiam: iustitiam autem, quæ ex
fide est. * Israel verò sectando legem iu- 31
stitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.
* Quare? Quia non ex fide, sed quasi
ex operibus: offenderunt enim in lapi-
dem offensionis, * sicut scriptum est:
"Ecce pono in Sion lapidem offensionis,
& petram scandali: & omnis, qui credit
in eum, non confundetur.

Gen. 21. b. 12
Gal. 4. d. 28
Gen. 18. b. 10
Gen. 25. c. 24
Gen. 25. c. 23
Mal. 1. a. 2
Exod. 33. d. 19
Exod. 9. d. 16
Sap. 15. b. 7
Isa. 45. b. 9
Ier. 18. a. 6
Osee 2. d. 23
1. Pet. 2. b. 10
Osee 1. b. 10
Isa. 10. c. 22
Isa. 1. c. 9
Isa. 8. c. 14. & 28. d. 16
1. Pet. 2. b. 7

CAP. X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei,
& obsecratio ad Deum, fit pro illis in
salutem. * Testimonium enim perhibeo
illis, quòd æmulationem Dei habent, sed
non secundùm scientiam. * Ignorantes
enim iustitiam Dei, & suam quærentes
statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.
* Finis enim legis, Christus, ad iustitiam
omni credenti. * Moyses enim scripsit,
quoniam iustitiam, quæ ex lege est, "qui
fecerit homo, viuet in ea. * Quæ autem
ex fide est iustitia, sic dicit: "Ne dixeris in
corde tuo: quis ascendet in cælum? id est,
Christum deducere: * Aut quis descen-
det in abyssum? hoc est, Christum à mor-
tuis reuocare. * Sed quid dicit Scriptu-
ra? "Propè est verbum in ore tuo, & in
corde tuo: hoc est verbum fidei, quod
prædicamus. * Quia si confitearis in ore
tuo Dominum Iesum, & in corde tuo
credideris, quòd Deus illum suscitauit à
mortuis, saluus eris. * Corde enim cre-
ditur ad iustitiam: ore autem confessio
fit ad salutem. * Dicit enim Scriptura:
"Omnis, qui credit in illum, non con-
fundetur. * Non enim est distinctio Iu-
dæi & Græci: nam idem Dominus om-
nium, diues in omnes qui inuocant il-
lum. *"Omnis enim, quicumque inuo-
cauerit nomẽ Domini, saluus erit. *Quo-
modo ergo inuocabunt, in quem non
crediderunt? Aut quomodo credent ei,
quem non audierunt? Quomodo autem
audient sine prædicante? * Quomodo
verò prædicabunt nisi mittantur? sicut
scriptum est: "Quàm speciosi pedes
euangelizantium pacem, euangelizan-
tium bona! * Sed non omnes obediunt
Euangelio. Isaias enim dicit: "Domine
quis credidit auditui nostro? * Ergo fi-
des ex auditu, auditus autem per verbum
Christi. * Sed dico: Numquid non audie-
runt? "Et quidem in omnem terram ex-
iuit sonus eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum. * Sed dico: Numquid Is-
rael non cognouit? Primus Moyses di-

Isa. 28. d. 16
Ioel. 2. g. 22
Act. 2. c. 21
Isa. 52. b. 7
Nah. 1. d. 15
Isa. 53. a. 1
Ioan. 12. f. 38
Psal. 18. a. 5
Leuit. 18. a. 5
Ezec. 20. b. 11
Deut. 30. c. 12
Deut. 30. c. 14

cit:

Deut. 32. c. 21 cit: "Ego ad æmulationem vos adducam
in non gentem: in gentem insipientem,
in iram vos mittam. *Isaias autem audet, 20
Isa. 65. a. 1 & dicit: "Inuentus sum à non quæren-
tibus me: palàm apparui ijs, qui me non
interrogabant. * Ad Israel autem dicit: 21
Isa. 56. a. 2 "Tota die expandi manus meas ad po-
pulum non credentem, & contradi-
centem.

CAP. XI.

DIco ergo: Numquid Deus repulit 1
populum suum? Absit. Nam & ego A
Israelita sum ex semine Abraham, de tri-
bu Beniamin: * Non repulit Deus ple- 2
bem suam, quam præsciuit. An nescitis
in Elia quid dicit Scriptura: quemadmo-
dum interpellat Deum aduersum Israel?
3. Reg. 19. d. 10 * "Domine Prophetas tuos occiderunt, 3
altaria tua suffoderunt: & ego relictus
sum solus, & quærunt animam meam.
*Sed quid dicit illi diuinum responsum? 4
3. Reg. 19. d. 18 "Reliqui mihi septem millia virorum,
qui non curuauerunt genua ante Baal.
*Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ se- 5
cundùm electionem gratiæ saluæ factæ
sunt. * Si autem gratia, iam non ex ope- 6
ribus: alioquin gratia iam non est gratia. B
* Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc 7
non est consecutus: electio autem conse-
cuta est: ceteri verò excæcati sunt: * sicut 8
Isa. 6. c. 9 Matth. 13. b. 14 Ioan. 12. f. 48 Act. 28. f. 26 scriptum est: "Dedit illis Deus spiritum
compunctionis: oculos vt non videant,
& aures vt non audiant, vsq; in hodiernũ
diem. * Et Dauid dicit: "Fiat mensa eo- 9
rum in laqueum, & in captionem, & in
scandalum, & in retributionem illis.
Psal. 68. c. 23 * Obscurentur oculi eorum ne videant: 10
& dorsum eorum semper incurua. * Di- 11
co ergo: Numquid sic offenderunt vt ca-
derent? Absit. Sed illorum delicto, salus
est Gentibus vt illos æmulentur. * Quòd 12
si delictum illorum diuitiæ sunt mundi,
& diminutio eorum diuitiæ Gentium:
quanto magis plenitudo eorum? *Vobis 13
enim dico Gentibus: Quamdiu quidem
ego sum Gentiũ Apostolus, ministerium
meum honorificabo, * si quomodo ad æ- 14
mulandum prouocem carnem meam, &
saluos faciam aliquos ex illis. * Si enim 15
amissio eorum, reconciliatio est mundi:
quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?
*Quòd si delibatio sancta est, & massa: & 16
si radix sancta, & rami. * Quòd si aliqui 17
ex ramis fracti sunt, tu autẽ cùm oleaster C
esses, insertus es in illis, & socius radicis
& pinguedinis oliuæ factus es, *noli glo- 18
riari aduersus ramos. Quòd si gloriaris:
non tu radicem portas, sed radix te. *Di- 19
ces ergo: Fracti sunt rami vt ego inserar.
* Bene: propter incredulitatem fracti 20
sunt. Tu autem fide stas: noli altum sape-
re, sed time. * Si enim Deus naturalibus 21
ramis non pepercit: ne fortè nec tibi par-
cat. * Vide ergo bonitatem, & seueri- 22
tatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt,
seueritatem: in te autem bonitatem Dei,
si permanseris in bonitate, alioquin & tu
excideris. * Sed & illi, si non permanse- 23
rint in incredulitate, inserentur: potens
est enim Deus iterũ inserere illos. *Nam 24
si tu ex naturali excisus es oleastro, &
contra naturam insertus es in bonam o-
liuam: quanto magis ij, qui secundùm
naturam inserentur suæ oliuæ? * Nolo 25
enim vos ignorare fratres mysteriũ hoc, D
(vt non sitis vobismetipsis sapientes) quia cæ-
citas ex parte contigit in Israel, donec
plenitudo Gentium intraret, *& sic om- 26
nis Israel saluus fieret, sicut scriptum est:
"Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat *Isa. 59. d. 20
impietatem à Iacob. * Et hoc illis à me 27
testamentum: cùm abstulero peccata eo-
rum. * Secundùm Euangelium quidem, 28
inimici propter vos: secundùm electio-
nem autẽ, charissimi propter patres. *Si- 29
ne pœnitentia enim sunt dona & voca-
tio Dei. *Sicut enim aliquãdo & vos non 30
credidistis Deo, nunc autem misericor-
diam consecuti estis propter incredulita-
tem illorum: * ita & isti nunc non credi- 31
derunt in vestram misericordiam, vt &
ipsi misericordiam consequantur. *Con-
clusit enim Deus omnia in incredulitate: 32
vt omnium misereatur. * O altitudo di- 33
uitiarum sapiẽtiæ, & scientiæ Dei: quàm
incomprehensibilia sunt iudicia eius, &
inuestigabiles viæ eius! *" Quis enim 34 *Sap. 9. c. 13 Isa. 40. d. 13 1. Cor. 2. d. 16*
cognouit sensum Domini? Aut quis 35
consiliarius eius fuit? *Aut quis prior de-
dit illi, & retribuetur ei? * Quoniam ex 36
ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia:
ipsi gloria in sæcula. Amen.

CAP. XII.

OBsecro itaque vos fratres per mise- 1
ricordiam Dei, * vt exhibeatis cor- A *Phil. 4. d. 18*
pora vestra hostiam viuentem, sanctam,
Deo placentem, rationabile obsequium
vestrum. *Et nolite conformari huic sæ- 2
culo, sed reformamini in nouitate sensus
vestri: * vt probetis quæ sit voluntas Dei *Eph. 5. d. 17 1. Thes. 4. a. 3*
bona, & beneplacens, & perfecta. * Dico 3
enim per gratiam quæ data est mihi, om-

nibus qui sunt inter vos : Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē: & vnicuique sicut Deus diuisit mensurā fidei. *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent: *ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. * Habentes autem donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes; siue prophetiam secundùm rationem fidei, * siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, *qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. * Dilectio sine simulatione. " Odientes malum, adhærentes bono: * " Charitate fraternitatis inuicem diligentes: Honore inuicem præuenientes: "*Solicitudine non pigri: Spiritu feruentes: Domino seruientes: * Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes: * Necessitatibus sanctorum communicantes: " Hospitalitatem sectantes. * Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. * Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: *Idipsum inuicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: * Nulli malum pro malo reddentes: "prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. * ' Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: * " Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. scriptum est enim: " Mihi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus. *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. * Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

CAP. XIII.

OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: quę autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. * Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: *nam principes nō sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem nō timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex illa: *Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit. * Ideo necessitate subditi estote, nō solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam. * Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. * " Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorem, honorem. * Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. * Nam: " Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: " Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. * Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm credidimus. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. *Sicut in die honestè ambulemus; 'non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione: * " sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

CAP. XIIII.

INfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. *Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. *Is qui manducat, non manducanté non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit. * "Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. * Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: vnusquisque in suo sensu abundet. * Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. *Nemo enim nostrûm sibi viuit, & nemo sibi moritur. * Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. *In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur. *Tu

autem

autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? " Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. * scriptum est enim: 'Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. * Itaque vnusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo. * Non ergo ampliùs inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. *Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, ille commune est. * Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundùm charitatem ambulas. 'Noli cibo tuo illū perdere, pro quo Christus mortuus est. *Non ergo blasphemetur bonum nostrum. * Non est enim regnum Dei, esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto: * qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. * Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, in inuicem custodiamus. *Noli propter escam destruere opus Dei. " Omnia quidē sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. * " Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. *Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. *Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

CAP. XV.

DEbemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. *Vnusquisque vestrū proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. * Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: "Improperia improperātium tibi ceciderunt super me. * Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt: vt per patientiam, & consolationē Scripturarum, spem habeamus. *Deus autem patientię & solatij, 'det vobis idipsum sapere in alterutrum secundùm Iesum Christū: *vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. * Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorē Dei. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: * Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: " Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. * Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius. * Et iterum: " Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. *Et rursus Isaias ait: 'Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. * Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti. * Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. * Audaciùs autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, *vt sim minister Christi Iesu in Gentibus: sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto. * Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. * Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis: * in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. * Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est: * " Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. * Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. * Nunc verò vlteriùs locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: * cùm in Hispaniam proficiscī cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero. *Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. * Probauerunt enim Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. * Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. " Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. *Hoc igitur cùm cō-

summauero, & assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. 29
* Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Euangelij G
Christi veniam. * Obsecro ergo vos fra- 30
tres per Dominũ nostrum Iesum Chri-
stum,& per charitatem sancti Spiritus,vt
adiuuetis me in orationibus vestris pro
me ad Deum, * vt liberer ab infidelibus 31
qui sunt in Iudæa, & obsequij mei obla-
tio accepta fiat in Ierusalem sanctis, * vt 32
veniam ad vos in gaudio per voluntatem
Dei, & refrigerer vobiscum. * Deus au- 33
tem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

COmmendo autem vobis Phœben 1
sororem nostram, quæ est in mini- A
sterio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris: * vt 2
eam suscipiatis in Domino dignè san-
ctis: & assistatis ei in quocumque nego-
tio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque
*Act. 2. d. 2. g. 26 astitit multis,& mihi ipsi. * Salutate Pris- 3
cam & Aquilã adiutores meos in Chri-
sto Iesu;(* qui pro anima mea suas cerui- 4
ces suppossuerunt: quibus non solus ego
gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gen- D
tium) * & domesticam Ecclesiam eorum. 5
Salutate Epænetum dilectum mihi, qui
est primitiuus Asiæ in Christo. * Salutate 6
Mariam, quæ multum laborauit in vo-
bis. * Salutate Andronicum & Iuniam, 7
cognatos & concaptiuos meos: qui sunt
nobiles in Apostolis, qui & ante me fue-
runt in Christo. * Salutate Ampliatum 8
dilectissimum mihi in Domino. * Saluta- 9
te Vrbanum adiutorẽ nostrum in Chri- B
sto Iesu,& Stachyn dilectum meum. * Sa- 10
lutate Apellen probum in Christo. * Sa- 11
lutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo.
Salutate Herodionem cognatum meum.
Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo,
qui sunt in Domino. * Salutate Tryphæ- 12
nam & Tryphosam, quæ laborãt in Do-
mino. Salutate Persidem charissimam, 13
quæ multum laborauit in Domino. * Sa-
lutate Rufum electum in Domino, &
matrem eius, & meam. * Salutate Asyn- 14
critum, Phlegontem, Hermam, Patro-
bam, Hermen; & qui cum eis sunt, fra-
tres. * Salutate Philologum & Iuliam, 15
Nereum & sororẽ eius, & Olympiadem, C
& omnes, qui cum eis sunt, sanctos. * Sa- 16
lutate inuicem in osculo sancto. Salu-
tant vos omnes Ecclesiæ Christi. * Rogo 17
autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui
dissensiones & offendicula, præter do-
ctrinam quam vos didicistis, faciunt; &
declinate ab illis. * Huiusce modi enim 18
Christo Domino nostro non seruiunt,
sed suo ventri: & per dulces sermones,&
benedictiones, seducunt corda innocen-
tium. * Vestra enim obedientia in om- 19
nem locum diuulgata est. Gaudeo igitur
in vobis. Sed volo vos sapientes esse in
bono,& simplices in malo. * Deus autem
pacis conterat Satanam sub pedibus ve- 20
stris velociter. Gratia Domini nostri Iesu
Christi vobiscum. * " Salutat vos Timo- 21 *Act. 16. d. 1
theus adiutor meus,& Lucius, & Iason, D
& Sosipater, cognati mei. * Saluto vos 22
ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Do-
mino. * Salutat vos Caius hospes meus, 23
& vniuersa Ecclesia. Salutat vos Era-
stus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater.
*Gratia Domini nostri Iesu Christi cum 24
omnibus vobis. Amen. * Ei autem, qui 25
potens est vos confirmare iuxta Euan-
gelium meum, & prædicationem Iesu
Christi, secundùm reuelationem myste-
rij temporibus æternis taciti, (* quod 26
nunc patefactum est per Scripturas Pro-
phetarum secundùm præceptum æterni
Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis
Gentibus cogniti, * soli sapienti Deo, per 27
Iesum Christum, cui honor & gloria in
sæcula sæculorum. Amen.

EPI-

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS vocatus Apo- 1
stolus Iesu Christi per A
voluntatem Dei, &
Sosthenes frater, * Ec- 2
clesiæ Dei, quæ est
Corinthi, sanctificatis
in Christo Iesu, voca-
tis sanctis, cum omnibus qui inuocant
nomen Domini nostri Iesu Christi, in
omni loco ipsorum, & nostro. * Gratia 3
vobis & pax à Deo Patre nostro,& Do-
mino Iesu Christo. * Gratias ago Deo 4
meo semper pro vobis in gratia Dei, quę
data est vobis in Christo Iesu: * quòd in 5
omnibus diuites facti estis in illo, in omi
ni verbo, & in omni scientia: * sicut te- 6
stimonium Christi confirmatum est in
vobis: * ita vt nihil vobis desit in vlla 7
gratia, expectantibus reuelationem Do-
mini nostri Iesu Christi, * qui & confir- 8
mabit vos vsque in finem sine crimine, in B
die aduentus Domini nostri Iesu Chri-
*1. Thess. 5. d. 24 sti. * Fidelis Deus: per quem vocati estis 9
in societatem filij eius Iesu Christi Do-
mini nostri. * Obsecro autẽ vos fratres, 10
per nomen Domini nostri Iesu Christi:
vt idipsum dicatis omnes, & non sint in
vobis schismata: sitis autem perfecti in
eodem sensu,& in eadem sententia. * Si- 11
gnificatũ est enim mihi de vobis fratres
mei, ab ijs qui sunt Chloes, quia conten-
tiones sunt inter vos. * Hoc autem dico, 12
quod vnusquisque vestrũ dicit: Ego qui-
*Act. 18. f. 24 dem sum Pauli: ego autem " Apollo: ego
verò Cephę: ego autem Christi. * Diuisus 13
est Christus? Numquid Paulus crucifixus
est pro vobis? aut in nomine Pauli bapti-
zati estis? * Gratias ago Deo, quòd nemi- 14
C nem vestrũm baptizaui, " nisi Crispum, 15 *Act. 18. v. 8
& Caium: * ne quis dicat quòd in nomi- 16
ne meo baptizati estis. * Baptizaui autem
& Stephanæ domum: ceterùm nescio si
quem alium baptizauerim. * Non enim 17
misit me Christus baptizare, sed euan-
gelizare: " non in sapientia verbi, vt non *2. Pet. 1. c. 16
euacuetur crux Christi. * Verbum enim 18 Inf. 2. a. 1. 4
crucis, pereuntibus quidem stultitia est:
ijs autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei
virtus est. * Scriptum est enim: " Perdam 19 *Rom. 1. b. 16
sapientiam sapientium, & prudentiam
prudentium reprobabo. * " Vbi sapiens? 20 Isa. 29. c. 14
vbi scriba? vbi conquisitor huius sæcu- *Isa. 33. c. 18
li? Nónne stultam fecit Deus sapien-
tiam huius mundi? * Nam quia in Dei 21
sapientia non cognouit mundus per sa-
pientiam Deum: placuit Deo per stul-
titiam prædicationis saluos facere cre-
dentes. * Quoniam & Iudæi signa pe- 22
tunt, & Græci sapientiam quærunt: * nos 23
autem prædicamus Christum crucifi-
xum: Iudæis quidem scandalum, Genti-
bus autem stultitiam; * ipsis autem voca- 24
D tis Iudęis, atq; Gręcis, Christum Dei vir-
tutem, & Dei sapientiam: * quia quod 25
stultum est Dei, sapientius est homini-
bus: & quod infirmum est Dei, fortius
est hominibus. * Videte enim vocatio- 26
nem vestram fratres, quia non multi sa-
pientes secundùm carnem, non multi
potentes, non multi nobiles: * sed quæ 27
stulta sunt mundi elegit Deus, vt con-
fundat sapientes: & infirma mundi ele-

git Deus, vt confundat fortia: * & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: * vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. * Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & * iustitia, & sanctificatio, & redemptio: * vt quemadmodum scriptum est: * Qui gloriatur, in Domino glorietur.

*Ier. 23. a. 5
*Ier. 9. g. 22.23
2. Cor. 10. d. 17

CAP. II.

ET ego, cùm venissem ad vos, fratres, veni * non in sublimitate sermonis, aut sapientię, annuncians vobis testimonium Christi. * Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. * * Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: * & sermo meus, & prædicatio mea, * nō in persuasibilibus humanæ sapientię verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: * vt fides vestra non sit in sapientia hominū, sed in virtute Dei. * Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius sæculi, neque principum huius sæculi, qui destruuntur: * sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prędestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram, * quam nemo principum huius sæculi cognouit: si enim cognouissent, numquam Dominum glorię crucifixissent. * Sed sicut scriptum est: * * Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum: * nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiā profunda Dei. * Quis enim hominū scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei. * Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: * * quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia cōparantes. * Animalis autem homo, non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. * Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur. * * Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

*Sup. 1. c. 17
*Act. 18. a. 1
*2. Pet. 1. c. 17
*Isa. 64. a. 4
*Isa. 40. d. 13
*Sap. 9. c. 13
Rom. 11. d. 34

CAP. III.

ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquam paruulis in Christo, * lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. * Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio: nónne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis? * Cùm enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli; alius autem: Ego Apollo: nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? * Ministri eius, cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit. * Ego plātaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. * Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus. * * Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. * Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem. * Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. * Secundùm gratiā Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autē videat quomodo superædificet. * Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. * Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, * vniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. * Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. * Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit; sic tamen quasi per ignem. * Nescitis quia templū Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? * Si quis autem templū Dei violauerit, disperdet illum Deus. * Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. * Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens. * Sapientia enim huius mūdi, stultitia est apud Deum. Scriptū est enim: * Comprehendam sapientes in astutia eorum. * Et iterum: * Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. * Nemo itaque glorietur in hominibus. * Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors,

*Psal. 61. d. 13
*Gal. 6. b. 9
*Inf. 6. d. 19
2. Cor. 6. c. 16
*Iob 5. c. 13
*Psal. 93. b. 11

siue præsentia, siue futura: omnia enim vestra sunt: * vos autem Christi: Christus autem Dei.

CAP. IIII.

2. Cor. 6. a. 4

SIc nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. * Hīc iam quęritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. * Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. * Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. * Itaque nolite ante tēpus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. * Hæc autem, fratres, transfiguraui in me & Apollo, propter vos: vt in nobis discatis, ne suprà quàm scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. * Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? * Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis: & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. * Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mūdo, & Angelis, & hominibus. * Nos stulti propter Christū, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. * Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, * & * * laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: * blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. * Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. * Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. * Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. * Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; in omni Ecclesia doceo. * Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. * Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonē eorum qui inflati sunt, sed virtutem. * Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. * Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

*Act. 20. g. 34
1. Thes. 2. b. 9
2. Thes. 3. b. 8

CAP. V.

OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. * Et vos inflati estis: & non magis luctū habuistis vt tollatur de medio vestrūm qui hoc opus fecit. * * Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, * in nomine Domini nostri Iesu Christi, cōgregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, * tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. * Nō est bona gloriatio vestra. * Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? * Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrū immolatus est Christus. * Itaque epulemur; non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis. * Scripsi vobis in epistola: Ne commisceamini fornicarijs. * non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exijsse. * Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. * Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Nónne de ijs, qui intus sunt, vos iudicatis? * nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

Lev. 18. b. 12 & 20. b. 11
*Coloss. 2. c. 5
Gal. 5. b. 9

CAP. VI.

AVdet aliquis vestrūm habens negotium aduersus alterū, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? * An nescitis quoniam sancti de hoc mūdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? * Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? * Sęcularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos cōstituite ad iudicandum. * Ad verecundiam vestram

dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? * Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles? * Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? * Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus. * An nescitis quia iniqui regnũ Dei non possidebunt? Nolite errare: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, * neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. * Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. * Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. * Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hũc, & has destruet: corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori. * Deus verò & Dominum suscitauit: & nos suscitabit per virtutẽ suam. * Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciá membra meretricis? Absit. * An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. * Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. * Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. * An nescitis quoniã membra vestra, templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quẽ habetis à Deo, & non estis vestri? * Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.

*Matth. 5. f. 39 Luc. 6. e. 29 Rom. 12. d. 17 1. Thess. 4. b. 6

*Genes. 2. d. 24 Matth. 19. a. 5 Marc. 10. a. 8 Ephes. 5. f. 31 *Sup. 3. d. 17 2. Cor. 6. e. 16 *Inf. 7. d. 23 1. Pet. 1. d. 18

CAP. VII.

DE quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere: * propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. * Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. * Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulier. * Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiã vestram. * Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium. * Volo enim omnes vos esse sicut meipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius verò sic. Dico autem non nuptis, & viduis: bonũ est illis si sic permaneant, sicut & ego. * Quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm vri. * Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, * vxorem à viro non discedere: * quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. * Nam ceteris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hęc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. * Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: * sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. * Quòd si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus. * Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? * nisi vnicuique sicut diuisit Dominus, vnumquemque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesijs doceo. * Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est: non circumcidatur. * Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei. * Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. * Seruus vocatus es? non sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber, magis vtere. * Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. * Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. * Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deũ. * De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. * Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. * Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli

*Matth. 5. f. 32. & 19. b. 9 Mar. 10. b. 9 Luc. 16. d. 18

*Sup. 6. d. 20 1. Pet. 1. d. 18

quærere

quærere vxorem. * Si autem acceperis vxorem: non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit. tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. * Hoc itaque dico, fratres: Tempus breue est: reliquum est, vt & qui habent vxores, tamquam nõ habentes sint: * & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: * & qui vtuntur hoc mundo, tamquã non vtantur: præterit enim figura huius mundi. * Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. * Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. * Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt; vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. * Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis injiciam, sed ad id, quòd honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. * Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat. * Nam qui statuit in corde suo firmus, non habẽs necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginẽ suam, bene facit. * Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. * Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. quòd si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat: tantùm in Domino. * Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meum consilium: puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.

*Rom. 7. a. 2

CAP. VIII.

DE ijs autem, quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiã habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat. * Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. * Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. * De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisi vnus. * Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra (siquidem sunt dij multi, & domini multi:) * nobis tamẽ vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. * Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum cùm sit infirma, polluitur. * Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. * Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. * Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nónne conscientia eius, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? * Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? * Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. * Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in ęternum, ne fratrem meum scandalizem.

*Rom. 14. c. 19

*Rom. 14. d. 21

CAP. IX.

NOn sum liber? Non sum Apostolus? Nónne Christum Iesum Dominũ nostrum vidi? Nónne opus meum vos estis in Domino? * Et si alijs non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino. * mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est. * Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? * Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? * Aut ego solus, & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? * Quis militat suis stipendijs vmquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? * Numquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? * Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? * An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt. quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. * Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? * Si alij potestatis vestræ

*Deut. 25. a. 4 1. Tim. 5. c. 18

*Rom. 15. f. 27

participes sunt, quare non potiùs nos? sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. * " Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant? * Ita & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. * Ego autem nullo horum vsus sum. Non autem scripsi hęc vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. * Nam si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est, si non euangelizauero. * Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. * Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prędicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio. * Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. * Et factus sum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer. * ijs qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege) vt eos, qui sub lege erant', lucrifacerem. ijs qui sine lege erant, tamquam sine lege essem (cùm sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant. * Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. * Omnia autem facio propter Euangelium: vt particeps eius efficiar. * Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. * Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. * Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: * sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

* Deut. 18. a. 1

CAP. X.

NOlo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes " sub nube fuerunt, & omnes " mare transierunt; * " & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari: * " & omnes eandem escam spiritalem manducaue-

* Exod. 13. d. 21
" Num. 9. d. 22
* Exod. 14. c. 22
" Exod. 16. d. 15

runt, * " & omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de spiritali, cõsequente eos, petra: petra autem erat Christus) * sed non in pluribus eorum bene placitum est Deo: " nam prostrati sunt in deserto. * Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt nõ simus concupiscentes malorum, " sicut & illi cõcupierunt. * neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: " Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. * Neque fornicemur, " sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. * Neque tentemus Christum: " sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. * " Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. * Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sęculorum deuenerunt. * Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. * Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum vt possitis sustinere. * Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura: * Vt prudentibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. * Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? * Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus. * Videte Israel secundùm carnem: nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris? * Quid ergo? dico quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum, sit aliquid? * Sed quæ immolant Gentes, dæmonijs immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dęmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: * non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. * An ęmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? " Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. * Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. * Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. * Omne, quod in macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter cõscientiam. * " Domini est terra, & plenitudo eius. * Si quis

* Exod. 17. b. 6 Num. 20. f. 10
" Num. 26. g. 65
* Psal. 105. f. 14
* Exod. 32. b. 6
" Num. 25. i. 1
" Num. 21. f. 5. 6
" Num. 11. i. 1. & 14. i. 1
" Sup. 6. c. 12 Eccl. 17. d. 31
* Psal. 23. i. 1

vocat

vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. * Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis: nolite manducare, propter illum qui iudicauit, & propter conscientiam: * conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena cõscientia? * Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago? * " Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. * Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei: * sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

* Col. 3. c. 17

CAP. XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. * Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. * Volo autem vos scire, " quòd omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. * Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. * Omnis autem mulier orans aut prophetãs non velato capite, deturpat caput suum: vnum enim est ac si decaluetur. * Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum. * Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. * Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. * " Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. * Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos. * Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino. * Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. * Vos ipsi iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum? * Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: * mulier verò si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. * Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. * Hoc autem præcipio: non laudans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis.

* Eph. 5. c. 23
* Genes. 2. d. 21

* Primùm quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. * Nam oportet & hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. * Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare. * Vnusquisque enim suam cœnã præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. * Numquid domos non habetis ad manducãdum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. * Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniã Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, * & gratias agens fregit, & dixit: * Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationem. * Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine. hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. * Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis donec veniat. * " Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. * " Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. * Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non dijudicans corpus Domini. * Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. * Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. * Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. * Itaque fratres mei, cùm conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. * Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cetera autem, cùm venero, disponam.

* Matt. 26. c. 26 Mar. 14. c. 22 Luc. 22. b. 17
" Joan. 6. f. 59
* 1. Cor. 15. b. 5

CAP. XII.

DE spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. * Scitis quoniam cùm Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. * Ideo notum vobis facio, " quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. * Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus: * Et diui-

" Mar. 9. f. 39

siones

siones ministrationum sunt, idem autem Dominus: * Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. * Vnicuique autẽ datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. * Alij quidẽ per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum: *alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in vno Spiritu: * alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. * *Hæc autẽ omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. * Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamẽ corpus sunt: ita & Christus. * Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno Spiritu potati sumus. * Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. * Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? * Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? * Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? * Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorũ in corpore sicut voluit. * Quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? * Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. * Nõ potest autem oculus dicere manui: Opera tua nõ indigeo; aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarij. * Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt: * & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. * Honesta autem nostra nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, * vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra. * Et si quid patitur vnũ membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. * Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. * *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. * Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? * numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? * Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

*Rom. 12. a. 6 Eph. 4. b. 6

*Eph. 4. c. 11

CAP. XIII.

SI linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. * Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. * Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. * Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, * non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malũ, * non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: * omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. * Charitas numquam excidit; siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. * Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. * Cùm autẽ venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. * Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. * Videmus nunc per speculũ in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. * Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas.

CAP. XIIII.

SEctamini charitatem, æmulamini spiritalia: magis autem vt prophetetis. * Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria. * Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad

tur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. * Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat. * Volo autem omnes vos loqui linguis; magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat. * Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? * Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint; quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? * Etenim si incertam vocem det tuba; quis parabit se ad bellum? * Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis; quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aera loquentes. * Tam multa, vtputa, genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est. * Si ergo nescio virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. * Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, & ædificationem Ecclesiæ quærite vt abundetis. * Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. * Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. * Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. * Ceterùm si benedixeris spiritu: qui supplet locum idiotę, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. * nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. * Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrùm lingua loquor. * Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quàm decem millia verborum in lingua. * Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti estote. * In lege scriptum est: *Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit Dominus. * Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. * Si ergo conueniat vniuersa Ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles: nónne dicent quòd insanitis? * Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: * occulta cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quòd verè Deus in vobis sit. * Quid ergo est, fratres? cùm conuenitis, vnusquisque vestrùm psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. * Siue lingua quis loquitur, secundùm duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. * Si autem non fuerit interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur, & Deo. * Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & ceteri dijudicent. * Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. * Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur: * & spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. * Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesijs sanctorum doceo. * Mulieres in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut * & lex dicit. * Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. * An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruenit? * Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata. * Si quis autem ignorat, ignorabitur. * Itaq; fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. * Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant.

*Isa. 28. c. 11

*Gen. 3. c. 16

CAP. XV.

NOtum autem vobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, * per quod & saluamini: qua ratione prędicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. * Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris * secundùm Scripturas: * * & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundùm Scripturas: * & quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim: * Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt: * Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus: * Nouissimè autem omnium tamquam abortiuo, visus est & mihi. * * Ego enim sum minimus Apostolorum,

Gal. 1. b. 11

*Isa. 53. v. 5 *Io. 2. a. 2 Ioan. 20. c. 19

*Act. 9. a. 3 Eph. 3. b. 8

rum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam
10 Dei. * Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit,
sed abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum:
11 *Siue enim ego, siue illi; sic prædicamus, & sic credidistis. *Si autem Christus prę-
12 dicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam
13 resurrectio mortuorum non est? * Si autem resurrectio mortuorum non est: ne-
14 que Christus resurrexit. *Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo præ-
15 dicatio nostra, inanis est & fides vestra: * inuenimur autem & falsi testes Dei:
C quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum;
quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. *Nam si mortui non resurgunt,
16 neque Christus resurrexit. * Quòd si
17 Christus non resurrexit, vana est fides
vestra, adhuc enim estis in peccatis ve-
18 stris. * Ergo & qui dormierunt in Chri-
19 sto, perierunt. * Si in hac vita tantùm in
Christo sperantes sumus, miserabiliores
20 sumus omnibus hominibus. * Nunc au-
tem Christus resurrexit à mortuis pri-
[a] *Col. 1. c. 18* 21 mitiæ dormientium: * [a] quoniam qui-
Apoc. 1. b. 5 dem per hominem mors, & per homi-
22 nem resurrectio mortuorum. * Et sicut
in Adam omnes moriuntur, ita & in
[a] *1. Thes. 4. b. 15* 23 Christo omnes viuificabuntur. * [a] Vnus-
quisque autem in suo ordine, primitiæ
Christus: deinde ij, qui sunt Christi, qui
24 in aduentu eius crediderunt. *Deinde fi-
nis; cùm tradiderit regnum Deo & Pa-
tri, cùm euacuauerit omnem principa-
25 tum, & potestatem, & virtutem. *Opor-
[b] *Psal. 109. a. 1 Heb. 1. d. 13. & 10. c. 13* 26 tet autem illum regnare, [b] donec ponat
omnes inimicos sub pedibus eius. * No-
[a] *Psalm. 8. c. 8 Heb. 2. b. 8* 27 uissima autem inimica destruetur mors:
[a] Omnia enim subiecit sub pedibus eius.
Cùm autem dicat: *Omnia subiecta sunt
28 ei; sine dubio præter eum, qui subiecit ei
omnia. *Cùm autem subiecta fuerint illi
omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit
ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus
omnia in omnibus. *Alioquin quid fa-
29 cient qui baptizantur pro mortuis, si
omnino mortui non resurgunt? vt quid
& baptizantur pro illis? * vt quid & nos
30 periclitamur omni hora? *Quotidie mo-
31 ror per vestram gloriam, fratres, quam
habeo in Christo Iesu Domino nostro.
32 * Si (secundùm hominem) ab bestias pu-
gnaui Epheſi, quid mihi prodest, si mor-

[a] *Isa. 22. c. 13 Sap. 2. b. 6*

33 tui non resurgunt? [a] manducemus, & bi-
bamus, cras enim moriemur. * Nolite
34 seduci: Corrumpunt mores bonos col-
E loquia mala. * Euigilate iusti, & nolite
peccare: ignorantiam enim Dei quidam
habent, ad reuerentiam vobis loquor.
35 * Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt
36 mortui? qualive corpore venient? *Insi-
piens, tu quod seminas non viuificatur,
37 nisi priùs moriatur. * Et quod seminas,
non corpus, quod futurum est, seminas,
sed nudum granum, vtputa tritici, aut
38 alicuius ceterorum. * Deus autem dat il-
li corpus sicut vult: & vnicuique semi-
39 num proprium corpus. * Non omnis ca-
ro, eadem caro: sed alia quidem homi-
num, alia verò pecorum, alia volucrum,
40 alia autem piscium. * Et corpora cæle-
stia, & corpora terrestria: sed alia qui-
dem cælestium gloria, alia autem terre-
41 striũ. * Alia claritas solis, alia claritas lu-
F næ, & alia claritas stellarum. Stella enim
42 à stella differt in claritate: * sic & resur-
rectio mortuorum. Seminatur in corru-
43 ptione, surget in incorruptione. * Semi-
natur in ignobilitate, surget in gloria:
Seminatur in infirmitate, surget in vir-
44 tute: *Seminatur corpus animale, surget
corpus spiritale. Si est corpus animale, est
[a] *Genes. 2. b. 7* 45 & spiritale, sicut scriptum est: * [a] Factus
est primus homo Adam in animam vi-
uentem, nouissimus Adam in spiritum
46 viuificantem. * Sed non prius quod spi-
ritale est, sed quod animale: deinde quod
47 spiritale. * Primus homo de terra, terre-
nus: secundus homo de cælo, cælestis.
48 *Qualis terrenus, tales & terreni: & qua-
49 lis cælestis, tales & cælestes. * Igitur, si-
cut portauimus imaginem terreni, por-
temus & imaginem cælestis. * Hoc au-
D 50 tem dico fratres: quia caro & sanguis
regnum Dei possidere non possunt: ne-
que corruptio incorruptelam possidebit.
51 * Ecce mysterium vobis dico: Omnes
G quidem resurgemus, sed non omnes im-
52 mutabimur. * In momento, in ictu ocu-
li, in nouissima tuba: canet enim tuba,
& mortui resurgent incorrupti: & nos
53 immutabimur. * Oportet enim corru-
ptibile hoc induere incorruptionem: &
mortale hoc induere immortalitatem.
54 * Cùm autem mortale hoc induerit im-
mortalitatem, tunc fiet sermo, qui scri-
pus est: [a] Absorpta est mors in victoria.
[a] *Osee 13. d. 14 Heb. 2. d. 14* 55 * Vbi est mors victoria tua? vbi est mors
56 stimulus tuus? * Stimulus autem mor-
tis peccatum est: virtus verò peccati lex.

* [a] Deo

[a] *Ios. 5. d. 5*

57 * [a] Deo autem gratias, qui dedit nobis vi-
ctoriam per Dominum nostrum Iesum
58 Christum. * Itaque fratres mei dilecti,
stabiles estote, & immobiles: abundantes
in opere Domini semper, scientes quòd
labor vester non est inanis in Domino.

CAP. XVI.

DE collectis autem, quæ fiunt in san-
1 ctos, sicut ordinaui Ecclesijs Gala-
A tiæ, ita & vos facite. * Per vnam sabbati
2 vnusquisque vestrûm apud se seponat,
recondens quod ei benè placuerit: vt
non, cùm venero, tunc collectæ fiant.
3 * Cùm autem præsens fuero: quos pro-
baueritis per epistolas, hos mittã perfer-
re gratiam vestram in Ierusalem. * Quòd
4 si dignum fuerit vt & ego eam, mecum
5 ibunt. * Veniam autem ad vos, cùm Ma-
cedoniam pertransiero: nam Macedo-
6 niam pertransibo. * Apud vos autem
B forsitan manebo, vel etiam hiemabo: vt
7 vos me deducatis quocumque iero. * No-
lo enim vos modò in transitu videre,
spero enim me aliquantulum temporis
manere apud vos, si Dominus permise-
8 rit. * Permanebo autem Ephesi vsque ad
9 Pentecosten. * Ostium enim mihi aper-
tum est magnum, & euidens: & aduer-
10 sarij multi. * Si autem venerit Timo-
theus, videte vt sine timore sit apud vos:
opus enim Domini operatur, sicut &
11 ego. * Nequis ergo illum spernat: deduci-
te autem illum in pace, vt veniat ad me:
12 expecto enim illum cum fratribus. * De
C Apollo autem fratre vobis notum facio,
quoniam multum rogaui eum vt veniret
ad vos cum fratribus: & vtique non fuit
voluntas vt nunc veniret: veniet autem,
13 cùm ei vacuum fuerit. * Vigilate, state
in fide, viriliter agite, & confortamini.
14 *omnia vestra in charitate fiant. * Obse-
15 ro autem vos fratres, nostis domum
Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quo-
niam sunt primitiæ Achaiæ, & in mini-
sterium sanctorum ordinauerunt seip-
16 sos: * vt & vos subditi sitis eiusmodi, &
17 omni cooperanti, & laboranti. * Gaudeo
D autem in præsentia Stephanæ, & Fortu-
nati, & Achaici: quoniam id, quod vobis
18 deerat, ipsi suppleuerunt: * refecerunt
enim & meum spiritum, & vestrum. Co-
19 gnoscite ergo qui huiusmodi sunt. * Sa-
lutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in
Domino multum, Aquila & Prisc illa,
cum domestica sua Ecclesia: apud quos
20 & hospitor. * Salutant vos omnes fra-
tres. Salutate inuicem in osculo sancto.
21 *Salutatio, mea manu Pauli. *Si quis non
22 amat Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, sit anathema, Maran Atha. *Gratia
23 Domini nostri Iesu Christi vobiscum.
24 * Charitas mea cum omnibus vobis in
Christo Iesu. Amen.

EPISTO-

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesię Dei, quę est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia. *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis, *qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo. *Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. * Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundẽ passionum, quas & nos patimur: * vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quòd sicut socij passionũ estis, sic eritis & consolationis. *Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiã viuere. * Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos: *qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet, * adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multorum personis, eius quę in nobis est donationis, per multos gratiæ agãtur pro nobis. *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, cõuersati sumus in hoc mundo: abundantiùs autem ad vos. * Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis, & cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis, * sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi. * Et hac confidentia volui priùs venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: *& per vos transire in Macedoniam, & iterũ à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudęam. * Cùm ergo hoc voluissem, numquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundùm carnem cogito, vt sit apud me EST & NON? *Fidelis autẽ Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo EST & NON. * Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Siluanum, & Timotheum, non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: ideo & per ipsum Amẽ Deo ad gloriam nostrã. * Qui autem cõfirmat nos vobiscũ in Christo, & qui vnxit nos Deus: *qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. * Ego autẽ testem Deũ inuoco in animã meam, quòd parcens vobis, nõ veni vltrà

¶ *Eph.* 1. *a.* 3 *1. Pet.* 1. *a.* 2

Corin-

Corinthum: non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis.

CAP. II.

STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. *Si enim ego contristo vos: & quis est, qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? * Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cùm venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est. * Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas: non vt contristemini: sed vt sciatis, quam charitatem habeam abundantiùs in vobis. * Si quis autem contristauit, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos. * Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus: * ita vt econtrario magis donetis, & consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. *Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem. * Ideo enim & scripsi, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. *Cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi, * vt non circumueniamur à satana: non enim ignoramus cogitationes eius. *Cùm venissem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, * non habui requiem spiritui meo, eò quòd non inuenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. * Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: * quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt: * alijs quidem odor mortis in mortem; alijs autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? * Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

CAP. III.

INcipimus iterum nosmetipsos commendare? aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? * Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: * manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. * Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: *non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: *qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti; non littera, sed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem viuificat. *Quòd si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: * quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? * Nam si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. * Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellẽtem gloriam. *Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. * Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: *" & non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suã, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur, * sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur) * sed vsque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. * Cùm autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. *" Dominus autem Spiritus est: Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. * Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini Spiritu.

Exod. 34. *d.* 33

Ioan. 4. *c.* 24

CAP. IIII.

IDeo habentes administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, *sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem cõscientiam hominum coram Deo. * Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum; in ijs, qui pereunt, est opertum: * in quibus

Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. * Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum; nos autem seruos vestros per Iesum: * quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. * Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. * In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: * persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deijcimur, sed non perimus: * semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. *Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. * Habentes autem eundem
*Psal. 115. a.1 spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: *scientes quoniã qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. * Omnia enim propter vos: vt gratia abundãs, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei * Propter quod non deficimus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, * non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

CAP. V.

SCimus enim, quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ędificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. *Nam & in hoc ingemiscimus, *habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes: * si tamen vestiti, non nudi inueniamur. * Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eò quòd nolumus expoliari, sed superuestiri; vt absorbeatur
*Apoc. 16. c.13

quod mortale est, à vita. *Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. * Audẽtes igitur semper, sciẽtes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino: (*per fidem enim ambulamus, & non per speciem) * audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. *Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes, placere illi. *" Omnes enim nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. *Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse. *Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. * Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis. *Charitas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: * & pro omnibus mortuus est Christus: vt, & qui viuunt, iam non sibi viuãt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. * Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundùm carnem. Et si cognouimus secundùm carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. * Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt: " ecce facta sunt omnia noua. * Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministeriũ reconciliationis. * quoniã quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. *Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. * Eum, qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

*Rom. 14. b.10

*Isa. 43. c.19 *Apoc. 21. b.5

CAP. VI.

ADiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *Ait enim: "Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. *" nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrum: * sed in omnibus exhibeamus nosmet-

*Isa. 49. c.8

*1. Cor. 12. c.32

*1. Cor. 4. a.1 ipsos " sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, *in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, * in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, * in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris; * per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces; sicut qui ignoti, & cogniti: * quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: * quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. * Os nostrũ patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. * Non angustiamini in nobis: angustiamini autẽ in visceribus vestris: * eandem autem habentes remunerationem, tamquam filijs dico, dilatamini & vos. * Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? * Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? * Quis autem consensus templo
*1. Cor. 3. d.17. & 6. d.19 *Leu. 26. b.12 Dei cum idolis? " Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus: " Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorũ Deus, & ipsi erunt mihi populus. * Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: * & ego recipiam vos: " & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

*Ier. 31. d.9

CAP. VII.

HAs ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationẽ in timore Dei. * Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. *Non ad condemnationem vestram dico. prædiximus enim quòd in cordibus nostris estis, ad commoriendũ, & ad conuiuendum. * Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum cõsolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. *Nam & cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores. * Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. * Non solùm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referẽs nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem. * Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit; * nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundùm Deum, vt in nullo detrimentum
*1. Pet. 2. c.19 patiamini ex nobis. *" Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. * Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio. * Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis * coram Deo: ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantiùs magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. * & si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est, * & viscera eius abundantiùs in vobis sunt: reminiscentis omniũ vestrũm obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. *Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

NOtam autem facimus vobis, fratres, gratiã Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ: * quòd in multo experimẽto tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit; & altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum: * quia secundùm virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt, * cum multa exhortatione obsecrãtes nos gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos. * Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primùm Domino,

deinde nobis per voluntatem Dei; * ita 6
vt rogaremus Titum, vt quemadmodum B
cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gra- 1
tiam istam. *Sed sicut in omnibus abun- 7 A
datis fide, & sermone, & scientia, & omni 2
solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis.
* Non quasi imperans dico: sed per alio- 8
rum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobãs. *Sci- 9
tis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia 4 B
vos diuites essetis. * Et consilium in hoc 10
do: hoc enim vobis vtile est, qui non solùm facere, sed & velle cœpistis ab anno 5
priore: * nunc verò & facto perficite: vt 11
quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo
quod habetis. *Si enim voluntas prom- 12 6
pta est; secundùm id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non ha- C
bet. * Non enim vt alijs sit remissio, vo- 13 7
bis autem tribulatio, sed ex æqualitate. * In præsenti tempore vestra abun- 14
dantia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundãtia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scri- 8 C
*Exod. 15. d. 18 ptum est: * " Qui multum, non abun- 15 9
dauit: & qui modicum, non minorauit.
* Gratias autem Deo, qui dedit eandem 16
solicitudinem pro vobis in corde Titi, 10
* quoniam exhortationem quidem sus- 17
cepit: sed cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. * Misimus etiam 18
cum illo fratrem, cuius laus est in Euan- D
gelio per omnes Ecclesias: * non solùm 19
autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc 12
gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem
nostram: * deuitantes hoc, ne quis nos 20
vituperet in hac plenitudine, quæ mini- 13
*Rom. 12. d. 17 stratur à nobis. * " Prouidemus enim bo- 21
na non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. * Misimus autem cum 22
illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc 14
autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos, * siue pro Tito, qui est so- 23
cius meus, & in vos adiutor, siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarũ, gloria Christi. *Ostensionem ergo, quæ est charitatis 24
vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.

CAP. IX.

NAm de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. *Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. * Misi autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis: * ne cùm venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (vt non dicamus vos) in hac substantia. * Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionẽ, non tamquam auaritiam. * Hoc autem dico: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. *Vnusquisque prout destinauit in corde suo, nõ ex tristitia, aut ex necessitate: " hilarẽ enim datorem diligit Deus. *Eccli. 35. b. 11
* Potens est autem Deus omnẽ gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, * sicut scriptũ est: " Dispersit, dedit pauperibus: *Psal. 111. b. 9 iustitia eius manet in sæculum sæculi.
* Qui autem administrat semẽ seminanti: & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrũ, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: * vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. * Quoniam ministerium huius officij, non solùm supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, * per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes, *& in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. * Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

CAP. X.

IPse autem ego Paulus obsecro vos, per A
mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.
* Rogo autem vos ne præsens audeam, per

per eam confidentiam qua existimor audere, in quosdã, qui arbitrantur nos tamquam secundùm carnẽ ambulemus. * In 3 4
carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus. * Nam arma militiæ 4
nostræ non carnalia sunt, sed potentia B
Deo ad destructionem munitionũ, consilia destruentes, " & omnẽ altitudinem 5 5
extollentem se aduersus scientiam Dei, & 6
in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, * & in 6 B
promptu habentes vlcisci omnẽ inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia. * Quæ secundùm faciẽ sunt, vi- 7
dete. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita & nos. * Nam, & si am- 8 9
pliùs aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem C
vestram: nõ erubescam. * Vt autem non 9
existimer tamquam terrere vos per epi- 10
stolas: * quoniam quidem epistolæ, in- C
quiunt, graues sunt & fortes: præsentia 11
autem corporis infirma, & sermo contemptibilis: * hoc cogitet qui eiusmodi 11
est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto.
* Non enim audemus inserere, aut com- 12
parare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos
metientes, & comparantes nosmetipsos
nobis. * Nos autem non in immensum 13
*Eph. 4. b. 8 gloriabimur, " sed secundùm mensuram D
regulæ, qua mẽsus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad vos. * Non 14
enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: vsque ad vos enim
peruenimus in Euangelio Christi. * non 15
in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis
fidei vestræ, in vobis magnificari secundùm regulam nostram in abundantiam,
* etiam in illa, quæ vltra vos sunt, euan- 16
gelizare, non in aliena regula in iis quæ præparata sunt gloriari. * " Qui autem 17
*Ier. 9. g. 23 1. Cor. 1. d. 31 gloriatur, in Domino glorietur. * Non 18
enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

CAP. XI.

VTinam sustineretis modicum quid 1
insipientiæ meæ, sed & supportate A
me: * Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virgi- 2
nem castam exhibere Christo. * Timeo autem, ne " sicut serpens Heuam 3
*Gen. 3. d. 4 seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, 4
quæ est in Christo. * Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem nõ prædicauimus; aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis; aut aliud Euangelium, quod non recepistis: rectè pateremini. * Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. *Nam et- 5 6
si imperitus sermone, sed non scientia: B
in omnibus autem manifestati sumus 7
vobis. * Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euan-
gelizaui vobis? * Alias Ecclesias expo- 8
liaui, accipiens stipendium ad ministeriũ
vestrum. *Et cùm essem apud vos, & egerem; nulli onerosus fui: nam quod mihi 9
deerat, suppleuerunt fratres, qui venerũt
à Macedonia: & in omnibus sine onere C
me vobis seruaui, & seruabo. * Est veri- 10
tas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus
Achaiæ. * Quare? Quia non diligo vos? 11
Deus scit. * Quod autem facio, & faciam: vt amputem occasionem eorum, 12
qui volunt occasionem, vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. * Nam 13
eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos
Christi. * Et non mirum: ipse enim sa- 14
tanas transfigurat se in angelum lucis.
* non est ergo magnum, si ministri eius 15
D transfigurentur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundùm opera ipsorum. * Iterum dico, (ne quis me putet 16
insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicũ quid
glorier) *quod loquor, nõ loquor secun- 17
dùm Deum, sed quasi in insipientia, in
hac substantia gloriæ. * Quoniam multi 18
gloriantur secũdùm carnem: & ego gloriabor. *Libẽter enim suffertis insipien- 19 20
tes: cùm sitis ipsi sapientes. * Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redi- E
git, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.
* Secundùm ignobilitatem dico, quasi 21
nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo &
ego: * Hebræi sunt, & ego,: Israelitæ 22
sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego: * Ministri Christi sunt, (vt minus 23
sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequen- F
ter. * A Iudæis quinquies, " quadrage- 24 *Deut. 25. d. 3

nas, vna minus, accepi. * Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, * in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: * in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: * præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. * Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? * Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. * Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior. * Damasci præpositus Gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: * & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

*Act. 16. f. 22 *Act. 14. e. 18 *Act. 27. a. 2 *Act. 9. d. 24

CAP. XII.

SI gloriari oportet (non expedit quidem:) veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. * Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, (siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. * Et scio huiusmodi hominem, (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) * quoniam raptus est in Paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. * Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. * Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autẽ, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. * Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. * Propter quod ter Dominum rogaui vt discederet à me: * & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. * Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Christo: Cùm enim infirmor, tunc potens sum. * Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab ijs, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum: * signa tamẽ Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. * Quid est enim, quod minus habuistis præ ceteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriã. * Ecce, tertio hoc paratus sum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debẽt filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. * Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minùs diligar. * Sed esto: ego vos non grauaui: sed cùm essem astutus, dolo vos cepi. * Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos? * Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumuenit? nónne eodem spiritu ambulauimus? nónne iisdem vestigijs? * Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem charissimi propter ædificationem vestram. * Timeo enim, ne fortè cùm venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos: * ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos; & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

*Act. 9. a. 3

CAP. XIII.

ECce tertio hoc venio ad vos: *In ore duorum vel trium testiũ stabit omne verbum. * Prædixi, & prædico, vt præsens, & nũc absens, ijs qui antè peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. * An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vobis nõ infirmatur, sed potens est in vobis? * Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. * Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi fortè reprobi estis. * Spero autem quòd cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. * Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis: nos autem vt reprobi simus. * Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. * Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potẽtes estis. Hoc & oramus vestram consummationem. * Ideo hæc absens scribo, vt non præsens duriùs agam, secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. * De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. * Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. * Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

*Deut. 19. b. 15 *Matt. 18. b. 16 *Ioan. 8. c. 17 *Heb. 10. c. 28

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus nõ ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitauit eum à mortuis: * & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ. * Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo, * qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundùm voluntatem Dei & Patris nostri, * cui est gloria in sæcula sæculorum: Amen. * Miror quòd sic tã citò transferimini, ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: * quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. * Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit. * Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. * Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. * Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem: * neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. * Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, * & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantiùs æmulator existens paternarum mearum traditionum. * Cùm autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiã suam, * vt reuelaret Filium suũ in me, vt euangelizarem illum in Gentibus: continuò non acquieui carni & sanguini, * neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abij in Arabiam: & iterum reuersus sum Damascum: * deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: * alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. * Quę autem scribo vobis,

*1. Cor. 15. a. 1 *Eph. 3. a. 3

ecce coram Deo, quia non mentior.
* Deinde veni in partes Syriæ, & Ciliciæ. * Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo: * tantùm autem auditum habebant: Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: * & in me clarificabant Deum.

CAP. II.

DEinde post annos quattuordecim, iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. * Ascendi autem secundùm reuelationem: & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. * Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset Gentilis, compulsus est circumcidi: * sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. * Quibus neque ad horam cessimus subiectione, vt veritas Euangelij permaneat apud vos: * ab ijs autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus personam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. * Sed econtra cùm vidissent quòd creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: (* qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes) * & cùm cognouissent gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem: * tantùm vt pauperũ memores essemus: quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere. * Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. * Priùs enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. * Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. * Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatẽ Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cùm Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodo Gentes cogis Iudaizare? * Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. * Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. * Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuẽti sumus & ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est? Absit. * Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico: præuaricatorem me constituo. * Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt Deo viuam: Christo confixus sum cruci. * Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. * Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAP. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus? * Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? * Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? * Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. * Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? * Sicut scriptum est: "Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. * Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. * Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænunciauit Abrahæ: "Quia benedicẽtur in te omnes Gentes. * Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. * Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: "Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in Libro legis, vt faciat ea. * Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: "quia iustus ex fide viuit. * Lex autem non est ex fide, sed, "Qui fecerit ea, viuet in illis. * Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: * "Maledictus omnis qui pendet in ligno: * vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt

su, vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. * Fratres (secundùm hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. * Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus. * Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. * Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus. * Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. * Mediator autem vnius non est: Deus autem vnus est. * Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. * " Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. * Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. * Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. * At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. * Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. * " Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. * Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. * Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundùm promissionem hæredes.

CAP. IIII.

DIco autem: Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cùm sit dominus omnium: * sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre: * ita & nos cùm essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. * At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, * vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorũ reciperemus. * Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater. * Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius: & heres per Deum. * Sed tunc quidem ignorantes Deum, ijs, qui natura non sunt dij, seruiebatis. * Nunc autem cùm cognoueritis Deum, immo cogniti sitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis? * Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. * Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. * Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres obsecro vos: Nihil me læsistis. * Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem: & tentationem vestram in carne mea * non spreuistis, neque respuistis: sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. * Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. * Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? * Æmulãtur vos non bene: sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. * Bonum autem æmulamini in bono semper: & non tantùm cùm præsens sum apud vos. * Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. * Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. * Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis? * Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos filios habuit: " vnum de ancilla, " & vnum de libera. * Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: * quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar: * Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis. * Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est; quæ est mater nostra. * Scriptum est enim: "Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. * " Nos autem fratres, secundùm Isaac promissionis filij sumus. * Sed quomodo tunc is, qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundùm spiritum: ita & nunc. * Sed quid dicit Scriptura? " Eijce ancillam, & filium eius: non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. * Itaque, fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

CAP. V.

STate, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. * " Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. * Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. * Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. * Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus. * Nam in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. * Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire: * Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. * " Modicum fermentum totam massam corumpit. * Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. * Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. * Vtinam & abscindantur qui vos conturbãt. * Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus seruite inuicem. * Omnis enim lex in vno sermone impletur: " Diliges proximum tuum sicut te ipsum * Quòd si inuicem mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem consumamini. * Dico autem: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. * Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcumque vultis, illa faciatis. * Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege. * Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, * idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, * inuidiæ, homicidia, ebrietates comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. * Fructus autem Spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, * mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Aduersus huiusmodi non est lex. * Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. * Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. * Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cõsiderans te ipsum, ne & tu tenteris. * Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. * Nam si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. * Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tãtùm gloriam habebit, & non in altero. * " Vnusquisque enim onus suum portabit. * Communicet autem, is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. * Nolite errare: Deus non irridetur. * Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. * " Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. * Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. * Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. * Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm vt crucis Christi persecutionem non patiantur. * Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, vt in carne vestra glorientur. * Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. * In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. * Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. * De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. * Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

CAPVT PRIMVM.

PAvlus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. * Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. * " Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, * sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. * Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundùm propositum voluntatis suæ, * in laudẽ gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. * In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secũdùm diuitias gratiæ eius, * quæ superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia: * vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundùm beneplacitum eius, quod proposuit in eo, * in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt, in ipso: * In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum eius, qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ: * vt simus in laudem glorię eius nos, qui antè sperauimus in Christo: * In quo & vos, cùm audissetis verbum veritatis, (Euangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, * qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. * Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, * non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis: * vt Deus, Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapiętiæ & reuelationis, in agnitione eius; * illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis, * & quę sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus " secundùm operationẽ potentię virtutis eius, * quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus, * supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro. * " Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnẽ Ecclesiam, * quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II.

ET vos, cùm essetis mortui delictis & peccatis vestris, * in quibus aliquando ambulastis secundùm sæculum mundi huius, secundùm principem potestatis aëris huius, spiritus, qui nũc operatur in filios diffidentiæ, * in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationem, & eramus

mus natura filij iræ, sicut & ceteri: *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, * & cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, (cuius gratia estis saluati) * & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu: * vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. *Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; * non ex operibus, vt nequis glorietur. * Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. * Propter quod memores estote, quòd aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta: *quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à cõuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. * Nunc autem in Christo Iesu, vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua: * legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, * & reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. *Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis, qui propè. * " quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem. * Ergo iam non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: *superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: * in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: * in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

*Rom. 5. a.2

CAP. III.

HVius rei gratia, ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus, * si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis: *quoniam secundùm reuelationem notum mihi factum est sacramentũ, sicut suprà scripsi in breui: * prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi: * quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatũ est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in Spiritu. *Gentes esse coheredes, & concorporales, & compartícipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium: *Cuius factus sum minister, secundùm donum gratię Dei, quæ data est mihi " secundùm operationem virtutis eius. * " Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, In Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, * & illuminare omnes, quę sit dispensatio sacramenti abscõditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit. *vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, * secundùm præfinitionem sæculorũ, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro: * In quo habemus fiduciam, & accessum in cõfidentia per fidem eius. * Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. * Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, * ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, * vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem, * Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati, *vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & lõgitudo, & sublimitas, & profundum: * scire etiã supereminentem scientiæ charitatẽ Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinem Dei. * Ei autẽ, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem, quæ operatur in nobis: * Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.

*Sup. 1. d.13 *1. Cor. 13. b.9

CAP. IIII.

OBsecro itaque vos ego vinctus in Domino, * vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, * cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, * " soliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. * Vnum corpus, & vnus Spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. * Vnus Dñs, vna fides, vnum baptisma. * " Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. * " Vnicuiq; autẽ

*Phil. 1. d.27 1. Cor. 7. b.10 *Rom. 11. c.10 *Malac. 2. b.10 *Rom. 12. a.3 1. Cor. 12. b.11 2. Cor. 10. d.15

nostrũm

nostrũm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. *Propter quod dicit: " Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? * Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia. * Et ipse dedit quosdam quidem " Apostolos, quosdã autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, * ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: * donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: * vt iam non simus paruuli fluctuãtes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuẽtionem erroris. *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: * ex quo totũ corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. * " Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui, * tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum, *qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. * Vos autẽ non ita didicistis Christum, * si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Ieſu. * " deponere vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris. * " Renouamini autem spiritu mentis vestræ, * " & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. * " Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. * " Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. * Nolite locum dare diabolo: * " qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. * Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. * Et nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis. * Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. * " Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.

*Psal. 67. d.19 *1. Cor. 12. d.28 *Col. 3. b.8 *Rom. 6. a.4 Col. 3. b.12 *1. Pet. 2. a.3 *Zach. 8. c.16 *Psal. 4. b.5 *Iac. 4. b.7 *Col. 3. b.12

CAP. V.

ESTote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: * " & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. * " Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos; * aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quę ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio. *Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. * " Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. *Nolite ergo effici participes eorum. *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: * fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate: * probantes quid sit beneplacitum Deo: * & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. * Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. * Omnia autem, quæ arguuntur, à lumine manifestantur: omne enim, quod manifestatur, lumen est. * Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. * Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis: *non quasi insipientes, *sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. * " Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. * Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto, *loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallẽtes in cordibus vestris Domino, * gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. * Subiecti inuicem

*Ioan. 13. d.34. & 15. a.12 1. Ioan. 4. d.13 *Col. 3. a.5 *Col. 4. a.5 *Rom. 12. a.3 1. Thess. 4. a.9 *Matt. 24. d.4 Mar. 13. a.5 Luc. 21. b.8 2. Thess. 2. a.3

in ti-

in timore Christi. * Mulieres viris suis 22
subditæ sint, sicut Domino : * quo- 23 B
niam vir caput est mulieris : sicut Chri- E
stus caput est Ecclesiæ : Ipse, saluator
corporis eius. * Sed sicut Ecclesia sub- 24
iecta est Christo, ita & mulieres viris suis
in omnibus. * Viri diligite vxores ve- 25
stras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam,
& seipsum tradidit pro ea, * vt illam 26
sanctificaret, mundans lauacro aquæ in
verbo vitæ, * vt exhiberet ipse sibi glo- 27 F
riosam Ecclesiam, non habentem ma-
culam, aut rugam, aut aliquid huiusmo-
di, sed vt sit sancta & immaculata. * Ita 28
& viri debẽt diligere vxores suas vt cor-
pora sua. Qui suam vxorem diligit, se-
ipsum diligit. * Nemo enim vmquam 29
carnem suam odio habuit : sed nutrit, &
fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam :
* quia membra sumus corporis eius, de 30
carne eius & de ossibus eius. * Propter 31 G
hoc relinquet homo patrem, & matrem
suam, & adhærebit vxori suæ : & erunt
duo in carne vna. * Sacramentum hoc 32
magnum est, ego autem dico in Christo
& in Ecclesia. * Verumtamen & vos sin- 33
guli, vnusquisque vxorem suam sicut
seipsum diligat : vxor autem timeat vi-
rum suum.

*Gen. 3. c. 16
*Col. 3. c. 18
*1. Pet. 3. a. 1
1. Cor. 11. a. 3
*Col. 3. c. 19
*Gen. 2. d. 28
Matt. 19. a. 5
Mar. 10. a. 7
1. Cor. 6. d. 16

CAP. VI.

FIlij, obedite parẽtibus vestris in Do- 1
mino : hoc enim iustum est. * Ho- 2 A
nora patrem tuum, & matrem tuam.
quod est mandatum primum in pro-
missione : * vt bene sit tibi, & sis longæ- 3
uus super terram. * Et vos patres nolite 4
ad iracundiam prouocare filios vestros :
sed educate illos in disciplina & corre-
ptione Domini. * Serui obedite domi- 5
nis carnalibus cum timore, & tremore, in
simplicitate cordis vestri, sicut Christo:
* non ad oculum seruientes, quasi homi- 6
nibus placentes, sed vt serui Christi, fa-
cientes voluntatem Dei ex animo, * cum 7
bona voluntate seruientes, sicut Domi-
no, & non hominibus : * scientes quo- 8 B
niam vnusquisque, quodcumque fecerit
bonum, hoc recipiet à Domino, siue ser-
uus, siue liber. * Et vos domini eadem fa- 9
cite illis, remittentes minas : scientes quia
& illorum, & vester Dominus est in cæ-
lis : & personarum acceptio non est
apud eum. * De cetero fratres, confor- 10
tamini in Domino, & in potentia virtu-
tis eius. * Induite vos armaturam Dei, vt 11
possitis stare aduersus insidias diaboli.
* quoniam non est nobis colluctatio ad- 12
uersus carnem & sanguinem, sed aduer-
sus principes, & potestates, aduersus
mundi rectores tenebrarum harum, con-
tra spiritualia nequitiæ, in cælestibus.
* Propterea accipite armaturam Dei, vt 13 C
possitis resistere in die malo, & in omni-
bus perfecti stare. * State ergo succincti 14
lumbos vestros in veritate, & induti lo-
ricam iustitiæ, * & calceati pedes in præ- 15
paratione Euangelij pacis : * in omnibus
sumentes scutum fidei, in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extinguere:
* & galeam salutis assumite ; & gladium 17
spiritus, (quod est verbum Dei) * per o- 18
mnem orationem & obsecrationem o-
rantes omni tempore in spiritu : & in D
ipso vigilantes in omni instantia, & ob-
secratione pro omnibus sanctis ; * & pro 19
me, vt detur mihi sermo in apertione
oris mei cum fiducia, notum facere my-
sterium Euangelij : * pro quo legatione 20
fungor in catena, ita vt in ipso audeam,
prout oportet me loqui. * Vt autem & 21
vos sciatis quę circa me sunt, quid agam :
omnia vobis nota faciet Tychicus, cha-
rissimus frater, & fidelis minister in Do-
mino : * quem misi ad vos in hoc ipsum, 22
vt cognoscatis quæ circa nos sunt, &
consoletur corda vestra. * Pax fratribus, 23
& charitas cum fide, à Deo Patre, &
Domino Iesu Christo. * Gratia cum 24
omnibus, qui diligunt Dominum no-
strum Iesum Christum in incorruptio-
ne. Amen.

*Deut. 10. d. 17
2. Par. 19. c. 7
Iob 34. b. 19
Sap. 6. b. 8
Eccli. 35. b. 16
Rom. 2. b. 11
Col. 3. d. 15
Actor. 10. e. 34
1. Pet. 1. c. 17
*Isa. 59. d. 17
1. Thess. 5. b. 8
*Coloss. 4. a. 2
*2. Thess. 3. a. 1

EPI-

EPISTOLA
BEATI PAVLI
APOSTOLI
AD PHILIPPENSES.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS & Timo- 1
theus, serui Iesu Chri- A
sti, omnibus sanctis in
Christo Iesu, qui sunt
Philippis, cum epi-
scopis, & diaconibus.
* Gratia vobis & pax à 2
Deo Patre nostro, & Domino Iesu Chri-
sto. * Gratias ago Deo meo in omni me- 3
moria vestri, * semper in cunctis oratio- 4
nibus meis pro omnibus vobis, cum gau-
dio deprecationem faciens, * super com- 5
municatione vestra in Euangelio Chri-
sti à prima die vsque nunc. * confidens 6
hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus
bonum, perficiet vsque in diem Christi
Iesu. * sicut est mihi iustum hoc sentire 7
pro omnibus vobis : eò quòd habeam vos B
in corde, & in vinculis meis, & in defen-
sione, & confirmatione Euangelij, so-
cios gaudij mei omnes vos esse. * Testis 8
enim mihi est Deus, quomodo cupiam
omnes vos in visceribus Iesu Christi. * Et 9
hoc oro vt charitas vestra magis ac magis
abundet in scientia, & in omni sen-
su : * vt probetis potiora, vt sitis sinceri, 10
& sine offensa in diem Christi, * repleti 11
fructu iustitiæ per Iesum Christum, in
gloriam & laudem Dei. * Scire autem 12
vos volo fratres, quia quæ circa me sunt,
magis ad profectum venerunt Euange-
lij : * ita vt vincula mea manifesta fierent 13
in Christo in omni prætorio, & in ce-
teris omnibus ; * & plures è fratribus 14
in Domino confidentes vinculis meis,
abundantiùs auderent sine timore ver-
bum Dei loqui. * Quidam quidem & 15
propter inuidiam & contentionem, qui- C
dam autem & propter bonam voluntа-
tem Christum prædicant, * quidam ex 16
charitate, scientes quoniam in defensio-
nem Euangelij positus sum. * Quidam 17
autem ex contentione Christum annun-
ciant non sincerè, existimantes pressu-
ram se suscitare vinculis meis. * Quid 18
enim ? Dum omni modo, siue per occa-
sionem, siue per veritatem, Christus an-
nuncietur ; & in hoc gaudeo, sed & gau-
debo. * Scio enim quia hoc mihi proue- 19
niet ad salutem, per vestram orationem,
& subministrationẽ Spiritus Iesu Chri-
sti, * secundùm expectationem & spem 20
meam, quia in nullo confundar : sed in
omni fiducia sicut semper, & nunc ma-
gnificabitur Christus in corpore meo, si-
ue per vitam, siue per mortem. * Mihi 21
enim viuere Christus est, & mori lucrum.
* Quòd si viuere in carne, hic mihi fru- 22
D ctus operis est, & quid eligam ignoro.
* Coarctor autem è duobus : desiderium 23
habens dissolui, & esse cum Christo,
multo magis melius : * permanere autem 24
in carne, necessarium propter vos. * Et 25
hoc confidens scio quia manebo, & per-
manebo omnibus vobis, ad profectum
vestrum, & gaudium fidei : * vt gratulatio 26
vestra abundet in Christo Iesu in me, per
meum aduentum iterum ad vos. * Tan- 27
tùm dignè Euangelio Christi conuersa-
mini : vt siue cùm venero, & videro vos,
siue absens audiam de vobis, quia statis
in vno spiritu vnanimes, collaborantes
28 fidei Euangelij : * & in nullo terreamini
ab aduersarijs : quæ illis est causa perdi-
tionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo :
29 * quia vobis donatum est pro Christo,

*Ephes. 4. a. 1
Col. 1. b. 10
1. Thess. 2. c. 12

non

non solùm vt in eum credatis, sed vt
etiam pro illo patiamini: * idem certa- 30
men habentes, quale & vidistis in me, &
nunc audistis de me.

CAP. II.

SI qua ergo consolatio in Christo, si 1 A
quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis:
* implete gaudium meum, vt idem sa- 2
piatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipsum sentientes, * nihil per 3
contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi
inuicem arbitrantes, * non quæ sua sunt 4
singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. * Hoc enim sentite in vobis, quod 5
& in Christo Iesu: * qui cùm in forma 6
Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: * sed semetipsum exi- 7
naniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu
*Heb. 2. b. 9 inuentus vt homo. * Humiliauit semet- 8
ipsum factus obediens vsq; ad mortem,
mortem autem crucis. * Propter quod & 9
Deus exaltauit illum, & donauit illi no- B
*Isa. 45. d. 23 Rom. 14. b. 11 men, quod est super omne nomen: * " vt 10
in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum; * & 11
omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. * Itaque charissimi mei, (sicut sem- 12
per obedistis) non vt in præsentia mei
tantùm, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram
salutem operamini. * Deus est enim, qui 13
operatur in vobis & velle, & perficere,
*1. Pet. 4. b. 9 pro bona voluntate. * " Omnia autem 14
facite sine murmurationibus, & hæsitationibus: * vt sitis sine querela, & sim- 15
plices filij Dei, sine reprehensione, in
medio nationis prauæ & peruersæ: inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo,
* verbum vitæ continentes ad gloriam 16
meam in die Christi, quia non in vacuum C
cucurri, neque in vacuum laboraui. * Sed 17 B
& si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congra- 8
tulor omnibus vobis. * Idipsum autem 18
& vos gaudete, & congratulamini mihi.
*Act. 16. a. 1 * Spero autem in Domino Iesu, " Timo- 19
theum me citò mittere ad vos: vt & ego 9
bono animo sim, cognitis quæ circa vos
sunt. * Neminem enim habeo tam vna- 20
nimem, qui sincera affectione pro vobis
*1. Cor. 13. b. 5 solicitus sit. * " Omnes enim quæ sua 21 10
sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Chri- C

sti. * Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum ser- 22
uiuit in Euangelio. * Hunc igitur spero 23
me mittere ad vos, mox vt videro quæ
circa me sunt. * Confido autem in Do- 24
mino, quoniam & ipse veniam ad vos
citò. * Necessarium autem existimaui, 25 D
Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum
autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos: * quoniam 26
quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. * Nam & infirmatus 27
est vsque ad mortem: sed Deus misertus
est eius; non solùm autem eius, verùm
etiam & mei, ne tristitiam super tristi- 28
tiam haberem. * Festinantiùs ergo misi
illum, vt viso eo iterum gaudeatis, &
ego sine tristitia sim. * Excipite itaque 29
illum cum omni gaudio in Domino, &
eiusmodi cum honore habetote. * quo- 30
niam propter opus Christi vsq; ad mortem accessit, tradens animam suam, vt
impleret id, quod ex vobis deerat erga
meum obsequium.

CAP. III.

DE cetero fratres mei gaudete in 1 A
Domino. Eadem vobis scribere,
mihi quidem non pigrum, vobis autem
necessarium. * Videte canes, videte ma- 2
los operarios, videte concisionem. * Nos 3
enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Ie-
su, & non in carne fiduciam habentes: 4
* quamquam ego habeam confidentiam
& in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, * circumcisus 5
octauo die, ex genere Israel, de tribu
Beniamin, Hebræus ex Hebræis, " secun- *Act. 23. b. 6
dùm legem Pharisæus, * secundùm æ- 6
mulationem persequens Ecclesiam Dei,
secundùm iustitiam, quæ in lege est, conuersatus sine querela. * Sed quæ mihi 7 B
fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. * Verumta- 8
men existimo omnia detrimentum esse,
propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia
detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, * & inue- 9
niar in illo, non habens meam iustitiam,
quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est
Christi Iesu: quæ ex Deo est iustitia in 10
fide, * ad cognoscendum illum, & virtu- C
tem resurrectionis eius, & societatem

passio-

passionum illius: cõfiguratus morti eius: B
* si quo modo occurram ad resurrectio- 11
nem, quæ est ex mortuis. * non quòd iam 12
acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam in
quo & comprehensus sum à Christo Iesu. * Fratres, ego me nõ arbitror compre- 13
hendisse. Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt
priora extendens meipsum, * ad destina- 14
tum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. * Quicum- 15
que ergo perfecti sumus, hoc sentiamus:
& si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus
reuelabit. * Verumtamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus; & in eadem 16 D
permaneamus regula. * Imitatores mei 17
estote fratres, & obseruate eos qui ita
ambulant, sicut habetis formã nostram.
*Rom. 16. c. 17 * " Multi enim ambulant, quos sæpe di- 18
cebam vobis (nunc autem & flens dico)
inimicos crucis Christi: * quorum finis 19
interitus: quorum Deus venter est: &
gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. * Nostra autem conuersatio 20
in cælis est: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum
Christum, * qui reformabit corpus hu- 21
militatis nostræ, configuratum corpori
claritatis suæ, secundùm operationem,
qua etiam possit subijcere sibi omnia.

CAP. IIII.

ITaque fratres mei charissimi, & desi- 1 A
deratissimi, gaudiũ meum, & corona
mea: sic state in Domino, charissimi.
* Euodiam rogo, & Syntychen deprecor, 2
idipsum sapere in Domino. * Etiam ro- 3
go & te germane compar, adiuua illas,
quæ mecum laborauerunt in Euangelio
cum Clemente, & ceteris adiutoribus
meis, quorum nomina sunt in libro vitę.
* Gaudete in Domino semper: iterum 4
dico gaudete. * Modestia vestra nota sit 5
omnibus hominibus: Dominus propè
est. * Nihil soliciti sitis: sed in omni ora- 6

B tione, & obsecratione, cum gratiarum
actione, petitiones vestræ innotescant
apud Deum. * Et pax Dei, quæ exuperat 7
omnem sensum, custodiat corda vestra,
& intelligentias vestras, in Christo Iesu.
* De cetero fratres, quæcumque sunt 8
vera, quæcumque pudica, quæcumque
iusta, quæcumque sancta, quæcumque
amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua
virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogita-
te. * Quę & didicistis, & accepistis, & au- 9 C
distis, & vidistis in me, hęc agite: & Deus 10
pacis erit vobiscum. * Gauisus sum autem in Domino vehementer, quoniam
tandem aliquando refloruistis pro me
sentire: sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. * Nõ quasi propter penuriam 11
dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. * Scio & humiliari, scio & 12
abundare; (vbique & in omnibus instructus sum) & satiari, & esurire; & abundare, & penuriam pati. * omnia possum 13
in eo, qui me confortat. * Verumtamen 14
bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ. * Scitis autem & vos Philippen- 15 D
ses, quòd in principio Euangelij, quando
profectus sum à Macedonia, nulla mihi
Ecclesia communicauit in ratione dati
& accepti, nisi vos soli: * quia & Thessa- 16
lonicam semel & bis in vsum mihi misistis. * Non quia quæro datum, sed requi- 17
ro fructum abundantem in ratione ve-
stra. * Habeo autem omnia, & abundo: 18
repletus sum, acceptis ab Epaphrodito
quæ misistis, odorem suauitatis, hostiam
acceptam, placentem Deo. * " Deus au- 19 *Rom. 12. a. 1
tem meus impleat omne desiderium ve-
strum, secundùm diuitias suas, in gloria
in Christo Iesu. * Deo autem & Patri 20
nostro gloria in sæcula sæculorum:
Amen. * Salutate omnem sanctum in 21
Christo Iesu. * Salutant vos, qui mecum 22
sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti,
maximè autem qui de Cæsaris domo
sunt. * Gratia Domini nostri Iesu Christi 23
cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: * eis, qui sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes: * audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, *propter spem, quæ reposita est vobis in cælis: quam audistis in verbo veritatis Euangelij: * quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis, & cognouistis gratiam Dei in veritate, * sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, * qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. * Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali: *vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: *in omni virtute confortati secundùm potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio, *gratias agẽtes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: * qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę; *in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum: * qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: * quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: * & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. * Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, * qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. * quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare: * & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cęlis sunt. * Et vos cùm essetis aliquando alienati, & inimicis sensu in operibus malis: *nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: *si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Euangelij, quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister. * Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia: * cuius factus sum ego minister secundùm dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, vt impleam verbum Dei: * mysterium, quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, * quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ

*Ioan. 1. a. 3

*1. Cor. 15. c. 21. Apoc. 1. b. 5

sacra-

sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, * quem nos annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem, in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. * in quo & laboro, certando secundùm operationem eius, quam operatur in me in virtute.

CAP. II.

VOlo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro ijs qui sunt Laodiciæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne: *vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Patris & Christi Iesu: *in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię absconditi. * Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. * Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei vestræ. * Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in ipso ambulate, *radicati, & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. * Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum: *quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: * & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis: * in quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi: *consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. * Et vos, cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta: * delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: * & expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in semetipso. * Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum: *quæ sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi. * Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, * & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. * Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tamquam viuentes in mundo decernitis? * Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis: * quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundùm præcepta & doctrinas hominum: * quæ sunt rationem quidem habentia sapientię in superstitione, & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

*Ephes. 2. a. 1

*Matt. 24. a. 4

CAP. III.

IGitur, si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: * quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram. *Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. * Cùm Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. * Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quę est simulacrorum seruitus: *propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis: * in quibus & vos ambulastis aliquando, cùm viueretis in illis. * Nunc autem deponite & vos omnia; iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. * Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, *& induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem, secũdùm imaginem eius qui creauit illum. * vbi non est Gentilis, & Iudæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, & Scytha, seruus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus. * Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: * supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: *& pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. * Verbum Christi habiter in vobis

*Rom. 6. a. 4
*Ephes. 4. c. 23
*Heb. 12. a. 1
*1. Pet. 2. a. 1. & 4. a. 2
*Ephes. 6. b. 12

 abun-

abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. *"Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. *"Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino. *Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. *"Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. *"Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. *Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. *Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: *scientes quòd à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. *"qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: & non est personarum acceptio apud Deum.

*2. Cor. 10. §. 31
*Ephes. 5. c. 22 1. Pet. 3. a. 1
*Ephes. 6. a. 1
*Ephes. 6. a. 4 Tit. 2. c. 9 1. Pet. 2. c. 18
*Rom. 2. b. 5

CAP. IIII.

DOmini, quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo. *"Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarũ actione: *"orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum) *vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. *"In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt; tempus redimentes. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino: *quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra, *cum Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia, quæ hìc aguntur, nota facient vobis. *Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum: *& Iesus, qui dicitur Iustus: qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper solicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. *Testimonium enim illi perhibeo, quòd habet multum laborem pro vobis, & pro ijs qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. *Salutat vos "Lucas medicus charissimus, & Demas. *Salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nympham, & quæ in domo eius est, Ecclesiam. *Et cùm lecta fuerit apud vos epistola hęc, facite vt & in Laodicensium Ecclesia legatur: & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis. *Et dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti in Domino, vt illud impleas. *Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

*Luc. 18. a. 1
*1. Thess. 5. d. 17 Ephes. 6. a. 18 2. Thess. 3. a. 1
*Ephes. 5. d. 15
*2. Tim. 4. d. 1

EPI-

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. *Gratia vobis, & pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, *memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: *scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram: *quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. *Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: *ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. *A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solùm in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quidquam loqui. *Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo, & vero, *& expectare Filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

1 A
2
B
3
4
5
C
6
B
7
8
9
D
10
C
11
12

CAP. II.

NAm ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: *sed antè passi, & "contumelijs affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine. *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, *sed sicut probati sumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium: ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ: Deus testis est: *nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs. *Cùm possemus vobis oneri esse vt Christi Apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestrûm, tamquam si nutrix foueat filios suos. *Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. *Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis: "nocte ac die operantes, ne quem vestrûm grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. *Vos testes estis, & Deus, quàm sanctè, & iustè, & sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus: *sicut scitis, qualiter vnumquemque vestrûm (sicut pater filios suos) *deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo, qui

1 A
2 A
3
4
5
6 B
7
8
9
10 C
11
12

*Act. 16. d. 19
*Act. 20. §. 34 1. Cor. 4. c. 12 2. Thess. 3. b. 8

vocauit vos in suum regnum & gloriam.
* Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. * vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis: * qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur; * prohibentes nos Gentibus loqui vt saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. * Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio: * quoniam voluimus venire ad vos: ego quidem Paulus, & semel, & iterum, sed impediuit nos satanas. * Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? * vos enim estis gloria nostra & gaudium.

CAP. III.

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis: * & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra: * vt nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. * Nam & cùm apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. * Propterea & ego amplius nō sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: ne fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. * Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annunciante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos: * ideo consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra, per fidem vestram, * quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino. * Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum, * nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ desunt fidei vestræ? * Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus, dirigat viam nostram ad vos. * Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes, quemadmodum & nos in vobis: * ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAP. IIII.

DE cetero ergo, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. * Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. * Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione, * vt sciat vnusquisque vestrûm vas suum possidere in sanctificatione, & honore; * non in passione desiderij, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum: * & nequis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. * non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. * Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis. * De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem. * Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis, * & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nulliusaliquid desideretis. * Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent. * Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. * Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, * quia nos, qui viuimus,

qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt. * Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. * Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. * Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

CAP. V.

DE temporibus autem, & momentis, fratres non indigetis vt scribamus vobis. * " Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. * cùm enim dixerint pax, & securitas; tũc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. * Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tamquam fur comprehendat: * omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum. * Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrij simus. * Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. * Nos autem, qui diei sumus, sobrij simus, " induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis: * quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, * qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. * Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis. * Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos, * vt habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis. * Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. * " Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem, & in omnes. * Semper gaudete. * " Sine intermissione orate. * In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu, in omnibus vobis. * Spiritum nolite extinguere. * Prophetias nolite spernere. * Omnia autem probate: quod bonum est tenete. * Ab omni specie mala abstinete vos. * Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. * " Fidelis est, qui vocauit vos: qui etiam faciet. * Fratres orate pro nobis. * Salutate fratres omnes in osculo sancto. * Adiuro vos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. * Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. * Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. * Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrûm in inuicem: * ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis * in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. * ſi tamen iuſtum eſt apud Deum, retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant: * & vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cælo cum angelis virtutis eius, * in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti. * qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius: * cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo. * In quo etiam oramus ſemper pro vobis: vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute, * vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundùm gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

CAP. II.

ROgamus autem vos fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: * vt non citò moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini. * "Nequis vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, * qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tamquam ſit Deus. * Non retinetis quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? * Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. * Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. * Et tunc reuelabitur ille iniquus, " quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eum: * cuius eſt aduentus ſecundùm operationem ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, * & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt: eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant

dant mendacio, * vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. * Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in ſalutem, in ſanctificatione ſpiritus, & in fide veritatis: * in qua & vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti. * Itaque fratres ſtate: & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. * Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, * exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono.

CAP. III.

Epheſ. 6. e. 18 Col. 4. e. 3 DE cetero fratres orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos: * & vt liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium eſt fides. * Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo. * Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis. * Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti. * Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem, quam acceperunt à nobis. * Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: * " neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrûm grauaremus. * Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. * Nam & cùm eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. * Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulare inquietè, nihil operantes, ſed curiosè agentes. * Iis autem, qui eiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. * " Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. * Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur: * & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. * Ipſe autem Dominus pacis, det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis. * Salutatio, mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola. ita ſcribo. * Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Act. 10. ſ. 34 1. Cor. 4. c. 12 1. Theſſ. 2. b. 9

Gal. 6. c. 9.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi secũdùm imperium Dei Saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ: *"Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro. *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cùm irem in Macedoniam, vt denunciares quibusdam ne aliter docerent, *neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. *A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, *volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. *"Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur: *sciens hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & cõtaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, *fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanę doctrinæ aduersatur, *quæ est secundùm Euangelium glorię beati Dei, quod creditum est mihi. *Gratias ago ei, qui me cõfortauit, Christo Iesu Domino nostro, quia fidelé me existimauit, ponens in ministerio: *qui priùs blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. *Superabundauit autem gratia Domini nostri, cum fide, & dilectione, quæ est in Christo Iesu. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: *quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. *Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primò ostenderet Christus Iesus omnẽ patientiam, ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi, in vitã æternam. *Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo, honor & gloria in sæcula sæculorũ. Amen. *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonã militiam, *habens fidem, & bonam cõscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: *ex quibus est Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.

*Act. 16. a. 1

*Rom. 7. c. 12

CAP. II.

OBsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus: *pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitã agamus, in omni pietate, & castitate. *hoc enim bonũ est, & acceptum corã Saluatore nostro Deo, *qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus: *qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimoniũ temporibus suis: *in quo positus sum ego prędicator & Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate. *Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. *"Similiter & mulieres in habitu ornato, cũ verecũdia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: *sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. *Mulier in silentio discat cũ omni subiectione. *"Docere autem mulieri nõ permitto, neq; dominari in virũ; sed esse in silẽtio. *"Adam enim primus formatus est, deinde Heua: *"& Adam nõ est seductus, mulier autem seducta in prœuaricatione fuit. *Saluabitur autẽ per filiorum generationẽ, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cũ sobrietate.

*1. Pet. 3. a. 3

*1. Cor. 14. f. 34

*Genes. 1. d. 27

*Genes. 3. b. 6

CAP. III.

FIdelis sermo: Si quis episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat. *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virũ, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, *non vinolentum, non percussorem, sed modestum; nõ litigiosum, non cupidum, sed *suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? *Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. *Oportet autẽ illum & testimonium habere bonum ab ijs qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. *Diaconos similiter pudicos, nõ bilingues, nõ multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: *habentes mysterium fidei in conscientia pura. *Et hi autem probentur primùm: & sic ministrent, nullũ crimen habẽtes. *Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. *Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filijs suis bene præsint, & suis domibus. *Qui enim bene ministrauerint, gradum bonũ sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. *Hęc tibi scribo, sperans me ad te venire citò. *si autẽ tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei cõuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. *Et manifestè magnũ est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

*Tit. 1. b. 7

CAP. IIII.

SPiritus autem manifestè dicit, quia *in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attẽdentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, *in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suã conscientiam, *prohibentiũ nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatẽ. *Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: *sanctificatur enim per verbũ Dei, & orationem. *Hęc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quã assecutus es. *"Ineptas autẽ, & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem. *Nam corporalis exercitatio, ad modicũ vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitę, quę nunc est, & futurę. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. *In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deũ viuum, qui est Saluator omnium hominũ, maximè fidelium. *Præcipe hæc, & doce. *Nemo adolescentiam tuam cõtemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. *Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. *Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

*2. Tim. 3. a. 1 *1. Pet. 3. a. 3 *Iudæ d. 18

*2. Tim. 2. d. 23 *Tit. 3. c. 9

CAP. V.

SEniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem; iuuenes, vt fratres; *anus, vt matres; iuuenculas, vt sorores, in omni castitate: *Viduas honora, quę verè viduæ sunt. *Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptũ est coram Deo. *Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die.

* Nam quæ in delicijs est, viuens mortua est. *Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. *Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. * Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, * in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonũ subsecuta est. * Adolescentiores autẽ viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: *habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. *simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. *Iam enim quædam conuersæ sunt retro satanam. *Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur Ecclesia: vt ijs, quæ verè viduæ sunt, sufficiat. * Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. * Dicit enim Scriptura: "Non alligabis os boui trituranti. Et: "Dignus est operarius mercede sua. *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. * Peccantes coram omnibus argue: vt & ceteri timorem habeant. *Testor corã Deo & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. * Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. * Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. * Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. *Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

"Dent. 25. a. 4. 1. Cor. 9. a. 9. "Matt. 10. b. 10. Luc. 10. a. 7

CAP. VI.

QVicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. *Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare. * Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ: * superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, *conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. *"Nihil enim intulimus in hũc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid possumus. * "Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. * Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. *Tu autem ô homo Dei hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. *Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit "sub Pontio Pilato, bonam confessionem: * vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi: *quem suis temporibus ostendet "beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium: *qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: "quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium sempiternum. Amen. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, "neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) *bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, * thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. * O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, * quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

1 A 2 3 4 B 5 6 7 8 C 9 10 11 12 D 13 14 15 16 17 18 19 20 21

"Iob 1. d. 21. Eccli. 5. c. 14. *Prou. 27. d. 26

"Matt. 27. b. 10. Ioan. 18. g. 37

"Apoc. 17. d. 14. & 19. c. 16

"Ioan. 1. c. 18. (. Ioan. 4. c. 12

"Luc. 12. b. 15

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundùm promissionẽ vitæ, quæ est in Christo Iesu: * Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro. * Gratias ago Deo, cui seruio à progenitoribus in conscientia pura, quòd sine intermissione habeã tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die * desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear, *recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. * Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionẽ manuum mearum. * "Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. *Noli itaq; erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius: sed collabora Euangelio secundùm virtutem Dei: * qui nos liberauit, & vocauit vocatione sua sancta, "non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia. * Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium: *in quo "positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister Gentium. *Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. *Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. * Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. *Scis hoc, quòd auersi sunt à me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus, & Hermogenes. * Det misericordiam Dominus "Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: * sed cùm Romam venisset, solicitè me quæsiuit, & inuenit. *Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

1 A 2 3 4 5 B 6 7 8 9 C 10 11

"Rom. 8. c. 15. "Tit. 3. b. 5. "1. Tim. 2. a. 7

"Infr. 4. d. 19

CAP. II.

TV ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: *& quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. * Labora sicut bonus miles Christi Iesu. * Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus: vt ei placeat, cui se probauit. * Nam & qui certat in agone, nõ coronatur nisi legitimè certauerit. * Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. *Memor esto Dominum IESVM CHRISTVM resurrexisse à mortuis ex semine Dauid,

1 A 2 3 4 5 6 7 8

secundum Euangelium meum, * in quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum.
*Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. * Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, & conuiuemus: * si sustinebimus, & conregnabimus: ᵃ si negauerimus, & ille negabit nos: * si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.
* Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. *Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. * Profana autem, & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem: * & sermo eorum vt cancer serpit: ex quibus est Hymenæus, & Philetus, * qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. * Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognouit Dominus qui sunt eius; & discedat ab iniquitate, omnis qui nominat nomen Domini. * In magna autem domo nō solùm sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quędam quidem in honorem, quędam autem in contumeliam. *Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. * Iuuenilia autem desideria fuge, sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, & pacem cum ijs qui inuocant Dominum de corde puro. * ᵃ Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. *Seruum autem Domini nō oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, *cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, * & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui teneantur ad ipsius voluntatem.

ᵃ Matt. 10. d. 33 Mar. 8. d. 38
ᵃ Rom. 3. d. 3
ᵃ 1. Tim. 1. b. 7 Tit. 3. c. 9

CAP. III.

HOc autem scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: * erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, *sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei: *habentes speciem quidē pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita: *ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs: * semper discentes, & numquā ad scientiam veritatis peruenientes. * Quemadmodum autem ᵃ Iannes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, *sed vltrà non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. * Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidē, longanimitatem, dilectionem, patientiam, * persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. *Et omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. * Mali autem homines, & seductores, proficient in peius; errantes, & in errorem mittentes. *Tu verò permane in ijs, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris. * & quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Iesu. * ᵃ Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: * vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

ᵃ Exod. 7. b. 11
ᵃ 2. Tet. 1. d. 20

CAP. IIII.

TEstificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentū ipsius, & regnum eius: * prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. * Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros, prurientes auribus: * & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. * Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. * Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex:

iudex: non solùm autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentū eius. Festina ad me venire citò. * Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculū, & abijt Thessalonicam: * Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. * ᵃ Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium. * Tychicum autem misi Ephesum. * Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas. *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundùm opera eius: * quem & tu deuita: valde enim restitit verbis nostris. *In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. *Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore Leonis. *Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnū suum cęleste, cui gloria in sæcula sęculorū. Amen. *Saluta Priscam, & Aquilam, & ᵃ Onesiphori domū. * Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. * Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. * Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

ᵃ Col. 4. d. 14
ᵃ Sup. 1. d. 16

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundùm fidem electorū Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundùm pietatem est * in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia: *manifestauit autem temporibus verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundùm præceptum Saluatoris nostri Dei: * Tito dilecto filio secundùm communem fidem, gratia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Saluatore nostro.
* Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quę desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. * ᵃ Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. * Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: * sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, *amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: vt potēs sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores; maximè qui de circumcisione sunt: * quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. * Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. * Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide, * non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auersantium se à veritate. * ᵃ Omnia munda mundis: coinquinatis autem,

ᵃ 1. Tim. 3. a. 2
ᵃ Rom. 14. d. 20

autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam: *Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: * Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes: * vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, *prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei. *Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. * In omnibus teipsum prebe exemplum bonorum operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate, *verbum sanum, irreprehensibile: vt is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. *Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, nõ contradicentes, *non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. * Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, * erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, * expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi: * qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

ADmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse: * neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. * Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. * Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei; *non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, * quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum: * vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundùm spem vitæ æternæ. * Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. * Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. sunt enim inutiles, & vanæ. * Hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionem deuita: * sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus. * Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare. *Zenam legisperitum, & Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit. * Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. * Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

EPISTO-

EPISTOLA
BEATI PAVLI
APOSTOLI
AD PHILEMONEM.

PAVLVS vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater; Philemoni dilecto, & adiutori nostro, * & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ, quæ in domo tua est. * Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. * Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, * audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos: *vt communicatio fidei tuę euidens fiat, in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Iesu. * Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater. * Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: * propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi: * Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, * qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, * quem remisi tibi. Tu autem illum, vt mea viscera, suscipe: * quem ego voluera ram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelij: * sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. * Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes: *iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi; quanto autem magis tibi, & in carne, & in Domino? * Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me: * Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet; hoc mihi imputa. * Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, vt non dicam tibi, quod & teipsum mihi debes: * ita frater. Ego te fruar in Domino: Refice viscera mea in Domino. * Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod dico, facies. * Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. * Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, * Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei. * Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI
APOSTOLI
AD HEBRAEOS.

CAPVT PRIMVM.

MVltifariam, multisque modis olim Deus loquēs patribus in Prophetis: nouissimè, *diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula. * qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: * tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. *Cui enim dixit aliquādo Angelorum: "Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: "Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: "Et adorent eum omnes Angeli Dei. *Et ad Angelos quidem dicit: "Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. * Ad filium autem: "Thronus tuus Deus, in sęculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis. *Et: "Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. * Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent: * & velut amictū mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: "Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? * Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis?

*Sap.7. d.26 *Psal.2. b.7 "2.Reg.7. b.14 *Psal.96. a.8 *Psal.103. a.4 *Psal.44. b.7 *Psal.101. d.26 *Psal.109 a.1 1.Cor.15. d.25

CAP. II.

PRopterea abundantiùs oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. *Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedietia accepit iustam mercedis retributionem: *quomodo nos effugiemus, si tātam neglexerimus salutem? quæ cùm initiū accepisset enarrari per Dominū, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, *" contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secūdùm suam voluntatem. *Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. *Testatus est autem in quodā loco quis, dicens: "Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? *Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuū tuarum. *"Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. *" Eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum, propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: vt gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem. * Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. * Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: * Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te. * Et iterum: "Ego ero fidens in eum. Et iterum: "Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. * Quia ergo pueri communicauerūt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdē: vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: * & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitā obnoxij erant seruituti. * Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. * Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. * In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

*Mar.16. d.20 *Psal.8. a.5 *Matt.28. d.18 1.Cor.15. d.26 *Phil.2. b.8

CAP. III.

VNde fratres sancti, vocationis cęlestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostrę Iesum: * qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut & "Moyses in omni domo eius. *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quāto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: * Christus verò tamquam filius in domo sua: quę domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei vsque ad finem, firmā retineamus. *Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: *Hodie si vocem eius audieritis, * nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundùm diem tentationis in deserto, * vbi tentauerunt me patres vestri; probauerunt, & viderunt opera mea * quadraginta annis: Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi: Semper errant corde. Ipsi autem non cognouerūt vias meas, *sicut iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam. *Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrūm cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo: * sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. * Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium subsistantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. *Dum dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. * Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non vniuersi qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen. *Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nónne illis, qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? * Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? * Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

*Psal.21. c.23 *Psal.17. a.3 *Isa.8. d.18 *Osee 13. d.14 1.Cor.15. g.54 *Num. 12. b.7 *Psal.94. b.8 *Num.14. f.37

CAP. IIII.

TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiē eius, existimetur aliquis ex vobis deesse. *Etenim & nobis nunciatum est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus, nō admistus fidei ex iis quæ audierunt. * Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit: "Sicut iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. * Dixit enim in quodā loco de die septima sic: "Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. * Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam. * Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ij, quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem: * iterum terminat diem quendam, Hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut suprà dictum est: Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. *Nam si eis Iesus requiem prestitisset, numquā de alia loqueretur, posthac, die. * Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. * Qui enim ingressus est in requiem eius; etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus. * Festinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. * Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. *" Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. * Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit

*Num.14. f.37 *Psal.94. b.11 *Gen.2. a.2 *Sup.3. b.7 *Psal.33. c.16 Eccli.15. d.20

cælos, Iesum filium Dei: teneamus confessionem. * Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. * Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

CAP. V.

OMnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: * qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: * & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. *" Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. * Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: "Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Quemadmodum & in alio loco dicit: "Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. * Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. * Et quidem cùm esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam: * & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, * appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. * De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. * Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonũ Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. * Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. *Perfectorum autem est solidus cibus; eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

*Exod. 28. a. 1. 2. Par. 26. c. 18

*Psal. 2. b. 7

*Psal. 109. b. 4

CAP. VI.

QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursum iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deũ, * baptismatum doctrinæ, impositionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. * Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. * Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, * gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; sæculi venturi, * & prolapsi sunt; rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. * Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam oportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo. * proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius consummatio in combustionem. * Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. * Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. * Cupimus autem vnumquemque vestrûm eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem: * vt non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientia hereditabunt promissiones. * Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iurauit per semetipsum, * dicens: "Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. *Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. * Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. * In quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: * vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem: * quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis: * vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundùm ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.

*Matt. 12. d. 45. 2. Pet. 2. d. 20. Infr. 10. a. 26

*Gen. 22. c. 16

CAP. VII.

HIc enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei: * cui & decimas omnium diuisit Abraham: primùm quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est, rex pacis, * sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finẽ vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. *Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. *Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, "mandatum habent decimas sumere à populo secundùm legem, id est, à fratribus suis: quamquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. * Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromissiones, benedixit. * Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur. * Et hîc quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia viuit. * Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui, qui decimas accepit, decimatus est: *adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedech. * Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundùm ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & nõ secundùm ordinem Aaron dici? *Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. * In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari præsto fuit. * Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. *Et ampliùs adhuc manifestum est; si secundùm similitudinẽ Melchisedech exurgat alius sacerdos, *qui non secundùm legem mandati carnalis factus est, sed secũdùm virtutem vitæ insolubilis. *Contestatur enim: "Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: * nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. * Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt; * hic autem cum iureiurando, per eum, qui dixit ad illum: *"Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum.) *in tantum melioris testamenti sponsor factus

*Deut. 18. a. 3. Ios. 14. a. 4

*Psal. 109. b. 4

*Psal. 109. b. 4

est Iesus. * Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: * hic autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. * Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: * semper viuens ad interpellandum pro nobis. *Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus: * qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, *priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, seipsum offerendo. *Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

*Leuit. 16. a. 6

CAP. VIII.

CApitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus Pontificẽ, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, * sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. *Omnis enim pontifex ad offerendum munera, & hostias cõstituitur: vnde necesse est & hunc habere aliquid, quod offerat: * si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cùm essent qui offerrent secundùm legem munera, *qui exẽplari & vmbræ deseruiunt cælestium. Sicut responsum est Moysi, cùm cõsummaret tabernaculum: "Vide (inquit) omnia facito secundùm exemplar, quod tibi ostẽsum est in monte. *Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamẽti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitũ est. * Nam si illud prius culpa vacasset: non vtique secundi locus inquireretur. *Vituperãs enim eos dicit: "Ecce dies venient, dicit Dominus: & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda, testamentum nouum; * non secundùm testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de Terra Ægypti: quoniã ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. * Quia hoc est testamentum, quod disponã domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: *& non docebit vnus-

*Exo. 25. d. 40. Act. 7. f. 44

*Iere. 13. c. 31

quisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à minore vsq; ad maiorem eorum: *quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. * Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

CAP. IX.

HAbuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & Sanctum sæculare.
*" Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. *Post velamẽtum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: * aureum habens "thuribulum, & arcam testamenti circumtectã ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, "& tabulæ testamenti, * superq́ eam erant Cherubim gloriæ obũbrantia propitiatorium: de quibus non est modò dicendum per singula. * His verò ita compositis; in priori quidẽ tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: * in secundo autem "semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia: *hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. *quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, * & variis baptismatibus, & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis. * Christus autem assistens pontifex futurorũ bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis; * neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. *" Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: *" quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? * Et ideo noui testamenti mediator est; " vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt ęternæ hereditatis.
*Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. * Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. * Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatũ est. * Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo; ipsum quoque librum, & omnem populum asperſit, *dicens: "Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. * Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter asperſit. * Et omnia penè in sanguine secundùm legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. *Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari: ipsa autem cælestia melioribus hostiis quàm istis. * Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis: * Neque vt sæpè offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno: * alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: *" sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata; secundò sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem.

CAP. X.

VMbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum; per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, numquam potest accedentes perfectos facere: *alioquin cessassent offerri: ideo quòd nullã haberent vltrà conscientiam peccati, cultores semel mundati: * sed in ipsis commemoratio peccatorũ per singulos annos fit. *impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. *Ideo ingrediens mundum dicit: "Hostiam, & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi: * holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. *Tunc dixi:

Ecce venio: "in capite libri scriptum est de me: Vt faciam, Deus, voluntatem tuam. *Superiùs dicens: Quia hostias, & oblationes, & holocautomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundùm legem offeruntur, * tunc dixi: Ecce venio, vt faciam, Deus, voluntatem tuam: aufert primum, vt sequẽs statuat. *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. * Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpè offerens hostias, quæ numquam possunt auferre peccata: * hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, *de cetero expectans donec ponãtur inimici eius scabellum pedum eius. *Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos. * Contestatur autem nos & Spiritus sanctus. Postquam enim dixit: *" Hoc autẽ testamentum, quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, Dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: *& peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. * Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato. * Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, * quam initiauit nobis viam nouam, & viuẽtem per velamen, id est, carnem suam, *& sacerdotem magnum super domum Dei: * accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, * teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, (fidelis enim est qui repromisit) *& cõsideremus inuicem in prouocationẽ charitatis, & bonorum operum: * non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis quanto videritis appropinquãtem diem.
*" Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iã non relinquitur pro peccatis hostia, * terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quę consumptura est aduersarios. * Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: * quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? * Scimus enim qui dixit: *" Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit Dominus populum suum. *Horrẽdum est incidere in manus Dei viuentis. * Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum: * & in altero quidẽ, opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem, socij taliter conuersantiũ effecti. *Nã & vinctis compassi estis, & rapinam bonorũ vestrorum cũ gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioré & manentẽ substantiam. *Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quæ magnã habet remunerationem. *Patiẽtia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionẽ. *" Adhuc enim modicum aliquantulum, qui vẽturus est, veniet, & non tardabit. *" iustus autem meus ex fide viuit: quòd si subtraxerit se, nõ placebit animę meæ. *Nos autẽ non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionẽ animæ.

CAP. XI.

EST autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. * In hac enim testimonium consecuti sunt senes. *" Fide intelligimus aptata esse sęcula verbo Dei; vt ex inuisibilibus visibilia fierent. *" Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo, "per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur. * Fide Henoch trãslatus est ne videret mortem, & nõ inueniebatur, quia trãstulit illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. * Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. * Fide Noë, responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuẽs aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ, quæ per fidem est. heres est institutus. *" Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exiit, nesciens quò iret. *Fide demoratus est in Terra repromissionis, tamquã in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. * Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus. *" Fide & ipsa Sara sterilis virtutem

in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eũ, qui repromiserat. * Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tamquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabilis. * Iuxta fidẽ defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitẽtes quia peregrini & hospites sunt super terram. * Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. *Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi: *nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem. * Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones; *ad quem dictũ est: *Quia in Isaac vocabitur tibi semen: *arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus: vnde eum & in parabolã accepit. * Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob, & Esau. * Fide Iacob, moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: *& adorauit fastigium virgę eius. * Fide Ioseph, moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. * Fide Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus à parẽtibus suis, eò quòd vidissent elegantem infantem, *& nõ timuerunt regis edictum. * Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, * magis eligens affligi cum populo Dei, quàm tẽporalis peccati habere iucunditatem, *maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperiũ Christi: aspiciebat enim in remunerationem. * Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: inuisibilem enim tamquã videns sustinuit. * Fide celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. * Fide transierunt Mare rubrum tamquam per aridã terram: quod experti Ægyptij, deuorati sunt. * Fide muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem. * Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, *excipiens exploratores cũ pace. * Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrãtem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis: *qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum,

*Gen. 22. a. 1
*Eccli. 44. d. 21
*Gen. 21. b. 12
*Rom. 9. b. 7
*Gen. 27. d. 27. g. 36
*Gen. 48. c. 15
*Gen. 47. g. 31
*Gen. 50. d. 24
*Exod. 2. a. 2
*Exod. 1. c. 16
*Exod. 2. b. 11
*Exod. 12. d. 21
*Exod. 14. a. 22
*Ios. 6. d. 20
*Ios. 2. a. 3

*extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: *acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, nõ susципientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. *Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: *lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: * quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errãtes, in mõtibus, & speluncis, & in cauernis terræ. *Et hi omnes testimonio fidei probati, nõ acceperunt repromissionem, * Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

IDeoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, *deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: * aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. * Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum cõtradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. *Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: *& obliti estis cõsolationis, quæ vobis tamquã filiis loquitur, dicens: *Fili mi, noli negligere disciplinã Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. *Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. *In disciplina perseuerate. Tamquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? *Quòd si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. *Deinde patres quidẽ carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos: non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? * Et illi quidẽ in tempore paucorum dierum, secundùm voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id, quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. * Omnis autem disciplina, in præsenti quidẽ videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autẽ fructum pacatissimum exercitatis per eam

*Rom. 6. a. 4. Col. 3. b. 8 Ephes. 4. c. 23 1. Pet. 2. a. 1. & 4. a. 1
*Prou. 3. b. 11 Apoc. 3. d. 19

reddet

reddet iustitiæ. * Propter quod, remissas manus, & soluta genua, erigite, *& gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. * Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: * cõtemplantes nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. *Ne quis fornicator, aut profanus vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. * scitote enim quoniam *& postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquã cum lacrymis inquisisset eam. * Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, * & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. *Non enim portabant quod dicebatur: *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. * Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, & tremebundus. * Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, *& Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cęlis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorũ perfectorum, * & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperſionem melius loquentem quàm Abel. * Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cælis loquẽtem nobis auertimus. * cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel; & ego mouebo non solùm terram, sed & cęlum. *Quod autem, Adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem tamquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. * Itaque regnũ immobile susципientes, habemus gratiam: per quã seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. * Etenim Deus noster ignis consumens est.

*Rom. 12. b. 8
*Gen. 25. d. 33
*Gen. 27. f. 38
*Exod. 19. b. 12. & 20. e. 21
*Exod. 19. a. 1
*Agg. 2. b. 7
*Deut. 4. d. 24

CAP. XIII.

CHaritas fraternitatis maneat in vobis. * Et hospitalitatẽ nolite obliuiſci, per hanc enim *latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. * Mementote vinctorum, tamquam simul vincti; & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes. * Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. *Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: *Non te deserã, neque derelinquam. * ita vt confidenter dicamus: *Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. * Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. *Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula. * Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiũt. * Quorum enim animaliũ infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. * Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinem populum, extra portam passus est. * Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. *Non enim habemus hìc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. * Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. *Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hostiis promeretur Deus. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. * Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conuersari. * Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celeriùs restituar vobis. * Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum, * aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christũ: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. *Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbũ solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. *Cognoscite fratrem nostrũ Timotheum dimissum: cum quo (si celeriùs venerit) videbo vos. * Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutãt vos de Italia fratres. *Gratia cum omnibus vobis. Amen.

*Rom. 12. c. 13 1. Pet. 4. c. 9
*Gen. 18. a. 3. & 19. a. 2
*Ioseph. 1. a. 5
*Psal. 117. a. 6
*Leuit. 16. f. 27
*Mich. 2. c. 10

EPISTOLA CATHOLICA
B. IACOBI APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

IACOBVS Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. 1 A
* Omne gaudiũ existimate fratres mei, cùm 2
in tentationes varias incideritis: * scientes quòd probatio fidei vestræ patiẽtiam 3
operatur. * Patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti & integri, in 4
nullo deficientes. * Si quis autem vestrùm 5
indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat: & dabitur ei. * Postulet autem in fide nihil 6
hęsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. * non ergo æstimet homo ille 7
quòd accipiat aliquid à Domino. * Vir 8
duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. * Glorietur autem frater humilis 9
in exaltatione sua; * diues autẽ in humilitate sua, quoniã sicut flos fœni transibit. * exortus est enim sol cum ardore, & 10 11
arefecit fœnũ, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in 11
itineribus suis marcescet. * Beatus vir, 12
qui suffert tentationẽ: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronã vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. * Nemo 13
cùm tentatur, dicat, quoniã à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: 14
ipse autem neminẽ tentat. * Vnusquisque verò tentatur à cõcupiscentia sua abstractus, & illectus. * Deinde concupiscentia 15
cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm cõsummatum fuerit, generat mortem. * Nolite itaque errare fra- 16
tres mei dilectissimi. * Omne datum optimum, & omne donum perfectũ, desursum est; descendens à Patre luminũ, apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. * Voluntariè enim ge- 17 18
nuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. * Scitis fratres mei 19
dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. * Ira enim 20
viri, iustitiam Dei non operatur. * Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitũ verbum, quod 21
potest saluare animas vestras. * Estote 22
autẽ factores verbi; & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. * Quia si 23
quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: * considerauit 24
enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. * Qui autẽ perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed 25
factor operis: hic beatus in facto suo erit. * Si quis autem putat se religiosum esse, 26
non refrenans linguam suam, sed seducens cor suũ, huius vana est religio. * Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos & 27
viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

CAP. II.

FRatres mei, nolite in personarum acceptione habere fidẽ Domini nostri Iesu Christi gloriæ. * Etenim si introierit 1 A
in cõuentum vestrum vir aureum annulũ habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, * & in- 2
tẽdatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hîc bene: pauperi autẽ dicatis: Tu sta illic; aut sede sub scabello pedũ meorum: * nónne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? * Audite 3 4 B
fratres mei dilectissimi, nónne Deus elegit pauperes in hoc mũdo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromisit Deus diligẽtibus se? * Vos autem exhonorastis 5 6
pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahũt vos ad iudicia? * Nónne ipsi blasphemant bonum 7
nomen, quod inuocatũ est super vos? * Si tamẽ legem perficitis regalem secundùm 8
scripturas: * Diliges proximũ tuum sicut teipsum: bene facitis: * si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti 9 10

à lege

Rom. 5. a. 3
Matt. 7. a. 7. & 21. c. 22 Mar. 11. c. 24 Luc. 11. b. 9 Ioan. 14. b. 13. & 16. c. 23. f. 24
Eccli. 14. c. 18 Isa. 40. b. 6 1. Pet. 1. d. 24
Iob 6. c. 17
Prou. 17. d. 27
Matt. 7. d. 21 Rom. 2. b. 15
Leu. 19. c. 15 Deut. 1. c. 16. & 16. d. 19 Prou. 24. c. 23 Eccl. 42. a. 1
Leu. 19. d. 18 Matt. 22. d. 39 Mar. 12. c. 31 Ro. 13. c. 9 Gal. 5. c. 14

Leu. 19. c. 15 Deut. 1. c. 18 Mat. 5. c. 19
à lege quasi transgressores. * Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. * Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit 10 C 11
&, Non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autẽ, factus es transgressor legis. * Sic loquimini, & sic facite, sicut per 12
legẽ libertatis incipientes iudicari. * Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem 13
misericordia iudicium. * Quid proderit fratres mei, si fidẽ quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit 14
1. Ioan. 3. c. 17 fides saluare eum? * Si autẽ frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, * dicat autem aliquis ex vobis illis: 15 16
Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autẽ eis, quę necessaria sunt corpori, quid proderit? * Sic & fides, si 17
nõ habeat opera, mortua est in semetipsa. * Sed dicet quis: Tu fidẽ habes, & ego 18
opera habeo. ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostẽdam tibi ex operibus fidem meam. * Tu credis quoniam 19 D
vnus est Deus: Bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt. * Vis autẽ scire ô homo inanis, quoniã fides sine operibus mortua est? * Abraham pater no- 20 21
Gen. 22. b. 9 ster, nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? * Vides quoniã fides cooperabatur operi- 22
bus illius: & ex operibus fides cõsummata est? * Et suppleta est Scriptura, dicens: 23
Gen. 15. b. 6 Rom. 4. a. 3 Gal. 3. a. 6 Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã, & amicus Dei appellatus est. * Videtis quoniam ex operibus iu- 24
Ios. 2. a. 10 stificatur homo, & non ex fide tantùm? * Similiter & Rahab meretrix, nónne ex 25
operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eiiciens? * Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides 26
sine operibus mortua est.

CAP. III.

Matt. 23. a. 8
NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudi- 1 A
ciũ sumitis. * In multis enim offendimus 2
omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir. potest etiam freno circumducere totum corpus. * Si autẽ equis 3
frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. * Ecce & naues, cùm magnæ sint, 4
& à ventis validis minentur, circũferuntur à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. * Ita & lingua modi- 5
cum quidem membrũ est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam 6 B
siluam incendit! * Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna. * Omnis 7
enim natura bestiarum, & voluerum, & serpentium, & ceterorum domantur, & 8
domita sunt à natura humana: * linguam autem nullus hominum domare potest: C
inquietum malum, plena veneno mortifero. * In ipsa benedicimus Deum & Patrẽ: & in ipsa maledicimus homines, qui 9
ad similitudinem Dei facti sunt. * Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Nõ oportet, fratres mei, hæc ita fieri. 10
* Numquid fons de eodẽ foramine emanat dulcem, & amaram aquam? * Num- 11 12
quid potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem
Prou. 3. d. 34 potest facere aquam. * Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in 13
mansuetudine sapientiæ. * Quod si ze- 14 D
lum amarum habetis, & contẽtiones sint in cordibus vestris; nolite gloriari, & 15
mendaces esse aduersus veritatem. * non est enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica. 16
* Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum. * Quę autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, 17
suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicãs, 18
sine simulatione. * Fructus autẽ iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

CAP. IIII.

VNde bella & lites in vobis? Nónne 1
hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militãt in membris vestris? * Concupisci- A
tis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & nõ potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis. * Petitis, & nõ accipitis: eò quòd 2 3
malè petatis: vt in concupiscentiis vestris insumatis. * Adulteri, nescitis quia 4
amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicũque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei cõstituitur. * An 5
putatis quia inaniter scriptura dicat: Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? * Maiorem autem dat gra- 6
Prou. 3. d. 34 tiam. Propter quod dicit: * Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. 7
* Subditi ergo estote Deo: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. * Appropin- 8

quate

quate Deo, & appropinquabit vobis. C 7
Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. * Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. *" Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. * Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex. *Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. * " Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: *qui ignoratis quid erit in crastino. * Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit; &: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. * Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. *Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

*1. Pet. 1. b. 6 — *Rom. 14. a. 4

CAP. V.

AGite nunc diuites, plorate viulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. * Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimẽta vestra à tineis comesta sunt. *Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. * Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabbaoth introiuit. * Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra, in die occisionis. * Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis. * Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. * Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquauit. * Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. * Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. * Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator. * Ante omnia autem fratres mei "nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: vt nõ sub iudicio decidatis. *Tristatur aliquis vestrûm? oret: Æquo animo est? psallat. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: * & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. * Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. *" Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. *Et rursum orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. *Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: * scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

A 1
2
B 8
9
10
11
C
D 12
13
14
15
16
A 1
2
17
3
18
4
19
5
20
6

*Mat. 5. f. 34

*3. Reg. 17. a. 1 Luc. 4. d. 25

EPISTO-

EPISTOLA B. PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PETRVS Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, * secundùm præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis & pax multiplicetur. *" Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secũdùm misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, * in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis in vobis, * qui in virtute Dei custodimini per fidẽ in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. * In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: * vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi: * quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata: * reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. * De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: *scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænunciãs eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias: * quibus reuelatũ est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabãt ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderãt Angeli prospicere. * Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobri; perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in reuelationem Iesu Christi: * quasi filij obedientiæ, nõ configurati prioribus ignorantiæ vestræ desiderijs: * sed secundùm eũ, qui vocauit vos, Sanctum; & ipsi in omni conuersatione sancti sitis: * quoniam scriptum est: "Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. * Et si patrẽ inuocatis eum, qui "sine acceptione personarum iudicat secundùm vniuscuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini. * Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: * " sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati: * præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos, * qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra, & spes esset in Deo: * Animas vestras castificãtes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentiùs: *renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui, & permanentis in æternum. *" quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria eius tamquã flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit. * Verbum autẽ Domini manet in æternum. hoc est autem verbum, quod euangelizatum est in vos.

1 A
*1. Cor. 1. a. 3 Eph. 1. a. 3
3
4
5 B
6
7
8
9
10
11 C
12
13
14 D
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

*Leu. 11. f. 44. & 19. a. 2. & 20. b. 7
*Deut. 10. d. 17 Rom. 2. b. 11 Gal. 2. b. 6
*1. Cor. 6. d. 20. & 7. d. 23 Heb. 9. d. 12 1. Ioan. 1. b. 7 Apoc. 1. b. 5
*Isa. 40. b. 6 Eccli. 14. c. 8 Iac. 1. b. 10

CAP. II.

DEponẽtes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, * sicut modò geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem: * si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. * Ad quẽ accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidẽ reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum: * & ipsi tamquam lapides

1 A
2
3
4
5

Rom. 6. a. 4 Ephes. 4. c. 22 Col. 3. b. 8 Heb. 12. a. 1

viui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. *Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur. * Vobis igitur honor credentibus: non credẽtibus autem, *lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, *& lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendũt verbo nec credunt in quo & positi sunt. * Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. *" Qui aliquando nõ populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.* Charissimi, obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quę militant aduersus animam, *conuersationẽ vestram inter gentes habẽtes bonam: vt in eo, quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis *"Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deũ: siue regi, quasi præcellẽti; *siue ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorum: * quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: * quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitię libertatem, sed sicut serui Dei. *Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. *" Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis. *Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. * Quæ enim est gloria, si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patiẽter sustinetis; hæc est gratia apud Deum. * In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. *" qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: * qui cùm malediceretur, nõ maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè: *" qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. *Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

*Isai.28. d.16 Rom.9. f.33
*Psal.117. d.21 Matt.21. d.42 Act.4.b.11 Isa.8.c.14
*Osee 2. d.23 Rom.9. e.25
*Rom.13. d.14 Gal.5.c.16
*Rom.13. a.1
*1.Ioan.3. a.5 Isa.53.b.5
*Prou.17. c.13 Rom.12. d.17 1.Thess.5. d.15
*Psal.33. c.13
*Isa.1. c.16
*Matt.5. a.10
*Sup.2. c.12 Rom.5. b.6 Heb.9. d.28

CAP. III.

1 A SImiliter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui nõ credunt verbo, per mulierum conuersationẽ sine verbo lucrifiant, *considerantes in timore castam cõuersationem vestram. *" Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: *sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cõspectu Dei locuples. * Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ propriis viris. * Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius estis filiæ benefacientes, & non pertimẽtes vllam perturbationẽ. * Viri similiter cohabitantes secundùm scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tamquam & coheredibus gratiæ vitæ: vt nõ impediantur orationes vestrę. *In fine autem, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: *" non reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. * Qui enim vult vitã diligere, & dies videre bonos, coërceat linguã suam à malo, & labia eius ne loquantur dolũ. *" Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacẽ, & sequatur eam: * Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Vultus autem Domini super facientes mala. * Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? *" Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini. * Dominum autem Christũ sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionẽ omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. *" sed cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonã in Christo conuersationem. * Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes. * quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. * In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit: * qui increduli fuerãt aliquando, *quando expectabãt Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. *Quod & vos nũc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionẽ Iesu Christi, * qui est in dextera Dei, deglutiẽs mortem vt vitæ æternæ heredes efficeremur: profectus in cælum, subiectis sibi angelis, & potestatibus, & virtutibus.

*Col.3.c.18 Eph.5.c.25
*2.Tim.2. c.9
*Gen.18. b.12
*1.Cor.7. a.3
*Gen.6. b.14 Matt.24. d.37 Luc.17. f.26
*Eph.4. c.23

CAP. IIII.

1 A CHristo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit à peccatis: * Vt iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. *" Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. * In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes. * Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. * Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem secundùm homines in carne, viuant autem secundùm Deum in Spiritu. *Omnium autem finis appropinquauit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. *Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. * Hospitales inuicem sine murmuratione. *" Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illã administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. *" Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria, & imperiũ in sæcula sæculorum: Amen. * Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat: * sed communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. * Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescit. *Nemo autem vestrũm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. *Si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. * quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? *" Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? * Itaque & hi, qui patiuntur secundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

*Prou.10. b.12 Rom.12. c.13 Heb.13. a.2 Phil.2. b.14 *Rom.12. b.6 1.Cor.4. a.2
*Prou.11. d.31

CAP. V.

1 A SEniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum: qui & eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator: *pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidẽtes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: 3 * neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. * & cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. * Similiter adolescentes subditi estote seniori- D bus. Omnes autem inuicem humilitatem insinuate, *quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: 7 * omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. * Sobrij estote, & vigilate: quia C aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: * cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. * Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. * Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen. * Per Silua- D num fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans & contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. * Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus. * Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Iesu. Amen.

*Rom.12. c.10 *Iac.4. c.10 Psal.54. d.23 Matt.6. c.25 Luc.12. c.12

EPISTOLA
B. PETRI APOSTOLI
SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

SIMON Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi, ijs qui coæqualem nobiscũ sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri, & Saluatoris Iesu Christi. * Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri: * quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatẽ donata sunt, per cognitionẽ eius, qui vocauit nos propria gloria & virtute, * per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ: fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscẽtiæ corruptionem. * Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute autem sciẽtiam, * in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patiẽtia autem pietatem, * in pietate autẽ amorem fraternitatis, in amore autẽ fraternitatis charitatem. * Hæc enim si vobiscum adsint, & superẽt; non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. * Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. * Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hęc enim facientes, non peccabitis aliquãdo. * Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. * Propter quod incipiam vos semper commonere de his; & quidẽ scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. * Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: * certus quòd velox est depositio tabernaculi mei, secundùm quod & Dominus noster Iesus Christus * significauit mihi. * Dabo autem operã & frequenter habere vos post obitum meum, vt horũ memoriam faciatis. * " Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. * Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica gloria: " Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. * Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto. * Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucernę lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: * " hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. * Non enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

Ioan. 21. f. 19
1. Cor. 1. c. 17
Matt. 17. a. 5
2. Tim. 3. d. 16

CAP. II.

FVerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducẽt sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem. * Et multi sequẽtur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: * & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non cessat; & perditio eorum non dormitat. * " Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari. * Et originali mundo non pepercit, " sed octauum Noë iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. * " Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit: exemplum eorũ, qui impiè acturi sunt, ponens: * & iustũ Lot oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit: * aspectu enim, & auditu iustus erat: habitãs apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. * Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diẽ iudicij reseruare cruciandos: * magis autẽ eos, qui post carnẽ in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes: * vbi angeli fortitudine & virtute cùm sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. * Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in pernicię in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt, * percipientes mercedẽ iniustiæ, voluptatem existimãtes diei delicias: coinquinationes, & maculæ delicijs affluentes, in conuiuiis suis luxuriãtes vobiscum, * oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Pelliciẽtes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij: * derelinquentes rectam viam errauerunt, " secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit: * correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. * Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatę, quibus caligo tenebrarum reseruatur. * Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: * libertatẽ illis promittentes, cũ ipsi serui sint corruptionis: " à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. * Si enim refugiẽtes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. * Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionẽ, retrorsum cõuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. * Contigit enim eis illud veri prouerbij: " Canis reuersus ad suum vomitum; &, Sus lota in volutabro luti.

2. Pet. 3. d. 16
Iob 4. d. 18 Iud. b. 6
Gen. 7. a. 1
Gen. 19. b. 25
Num. 22. d. 23 Iud. b. 11
Prou. 28. b. 12

CAP. III.

HAnc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem: * vt memores sitis eorum, quæ prędixi, verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris. * " hoc primùm scientes, quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, * dicentes: " Vbi est promissio, aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. * Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant priùs, & terra, de aqua & per aquam consistens Dei verbo: * per quæ, ille tunc mundus aqua inundatus periit. * Cæli autem qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. * Vnum verò hoc non lateat vos, charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. * Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. * " Aduenict autem dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. * Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, * expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cęli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? * " Nouos verò cælos, & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. * Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace. * & " Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis, * sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. * Vos igitur fratres præscientes custodite: ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. * crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

1. Tim. 4. a. 1 2. Tim. 3. a. 1 Iud. d. 18
Ezec. 12. f. 27
Isa. 65. c. 17. & 66. g. 22 Apoc. 21. a. 1
Rom. 2. a. 4

EPISTOLA

B. IOANNIS APOSTOLI PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

QVOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ: * & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis: *quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Filio eius Ieſu Chriſto. * Et hęc ſcribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium veſtrum ſit plenum. * Et hæc eſt annunciatio, quam audiuimus ab eo, & annunciamus vobis: " Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. * Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. * Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce; ſocietatem habemus ad inuicem, " & ſanguis Ieſu Chriſti, Filij eius, emundat nos ab omni peccato. * " Si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. * Si confiteamur peccata noſtra; fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. * Si dixerimus quoniam non peccauimus; mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.

1 A 2 3 B 4 5 C 6 7 8 D 9 10 C

" *Ioan. 8. b. 12*

" *Hebr. 9. d. 14. 1. Pet. 1. d. 19. Apoc. 1. b. 5. " 3. Reg. 8. e. 44. 2. Par. 6. g. 36. Prou. 20. b. 9. Eccl. 7. e. 21.*

CAP. II.

FIlioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: * & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; nõ pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. * Et in hoc ſcimus quoniã cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus. * Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. * Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt: & in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus. * Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. * Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio: Mandatum vetus, eſt verbum quod audiſtis. * " Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt & in ipſo, & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet. * Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc. * " Qui diligit fratrẽ ſuum, in lumine manet, & ſcãdalum in eo non eſt. * Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. * Scribo vobis, filioli, quoniam remittũtur vobis peccata propter nomen eius. * Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum. * Scribo vobis infantes, quoniam cognouiſtis patrem. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum. * Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo: * quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. * Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. * Filioli, nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt: vnde ſcimus, quia nouiſſima

1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 D 9 10 C 11 12 13 14 15 16 17 18 19 A 20 21 22 D 23 24 25 26 27 28 29

" *Ioan. 13. d. 34. & 15. b. 12*

" *Inf. 3. c. 14*

hora eſt. * Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. nam, ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum: ſed vt manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis. * Sed vos vnctionem habetis à Sancto, & noſtis omnia. * Non ſcripſi vobis quaſi ignorãtibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt. * Quis eſt mendax, niſi is qui negat quoniam Ieſus eſt Chriſtus? Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem, & Filium. * Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet. * Vos quod audiſtis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. * Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam. * Hæc ſcripſi vobis de his, qui ſeducunt vos. * Et vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut docuit vos: manete in eo. * Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. * Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

19 20 21 22 D 23 24 25 26 27 28 29

" *Ioan. 2. d. 22*

" *Ioan. 3. f. 44*

CAP. III.

VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc mundus non nouit nos: quia non nouit eum. * Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniã videbimus eum ſicuti eſt. * Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. * Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas. * " Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata noſtra tolleret: & peccatũ in eo non eſt. * Omnis qui in eo manet, nõ peccat: & omnis qui peccat, non vidit eũ, nec cognouit eum. * Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiã, iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt. * " Qui facit peccatũ, ex diabolo eſt: quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. * Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & nõ poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.

1 A 2 3 4 5 6 7 B 8 9

" *Iſa. 53. c. 9. 1. Pet. 2. d. 22*

" *Ioan. 8. f. 44*

10 * In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, nõ eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum: 11 * quoniam hæc eſt annunciatio, quã audiſtis ab initio, " vt diligatis alterutrum. 12 * Non ſicut " Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iuſta. * Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. 14 * Nos ſcimus quoniã tranſlati ſumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. 15 " Qui non diligit, manet in morte: * omnis qui odit frattem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem. * " In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. * " Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? * Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. * in hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra. 20 * Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum: maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. * Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciã habemus 22 ad Deum: * " & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quę ſunt placita coram 23 eo, facimus. * " Et hoc eſt mãdatum eius: Vt credamus in nomine Filij eius Ieſu Chriſti: & diligamus alterutrum, ſicut 24 dedit mandatum nobis. * " Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis.

10 11 12 13 14 15 16 17 18 D 19 20 21 22 23 24

" *Ioan. 13. d. 34. & 15. b. 12*

" *Gen. 4. b. 8*

" *Leu. 19. d. 17*

" *Ioan. 15. b. 13*

" *Iac. 2. c. 15*

" *Matt. 21. c. 22*

" *Ioan. 6. d. 29. & 17 a. 3*

" *Ioan. 13. d. 34. & 15. b. 12*

CAP. IIII.

1 A 2 3 4 5

1 CHariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. * In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt: * & omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt. * Vos ex 4 Deo eſtis filioli, & viciſtis eum, quoniam maior eſt qui in vobis eſt, quàm qui in 5 mundo. * " Ipſi de mundo ſunt: ideo

" *Ioan. 8. f. 47*

de mundo loquuntur, & mundus eos audit. * Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deũ, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris. * Charissimi, diligamus nos inuicẽ: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. * Qui non diligit, non nouit Deum: quoniã Deus charitas est. * In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. * In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniã ipse prior dilexit nos, & misit Filiũ suum propitiationem pro peccatis nostris. * Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. * Deum nemo vidit vmquã. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. * In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis. * Et nos vidimus, & testificamur, quoniã Pater misit Filium suum Saluatorem mundi. * Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. * Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quã habet Deus in nobis. Deus Charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. * In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. * Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. qui autem timet, non est perfectus in charitate. * Nos ergo diligamus Deũ, quoniam Deus prior dilexit nos. * Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? * Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Ioan. 3. b. 16

Ioan. 1. c. 18 1. Tim. 6. c. 17

Ioan. 13. d. 34. & 15 b. 12 Eph. 5. a. 2

CAP. V.

OMnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. * In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cùm Deum diligamus, & mandata eius faciamus. * Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. * Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. * Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei? * hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus: non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. * Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. * Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. * Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimoniũ Dei, quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo. * Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. * Qui non credit Filio, mendacem facit eũ: quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. * Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius est. * Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium, vitam nõ habet. * Hęc scribo vobis: vt sciatis quoniam vitam habẽtis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei. * Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum: Quia quodcumque petierimus secundùm voluntatem eius, audit nos. * Et scimus quia audit nos quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. * Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. * Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem. * Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei cõseruat eum, & malignus non tangit eum. * Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. * Et scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna. * Filioli, custodite vos à simulacris. Amen.

1. Cor. 15. f. 57

Ioan. 3. d. 36

Luc. 24. f. 45

EPI-

EPISTOLA B. IOANNIS APOSTOLI SECVNDA.

SENIOR Electæ dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & nõ ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatẽ, * propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiscũ erit in æternum. * Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu Filio Patris, in veritate & charitate. * Gauisus sum valde, quoniã inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre. * Et nũc rogo te domina, non tamquam mandatum nouũ scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, " vt diligamus alterutrum. * Et hęc est charitas, vt ambulemus secundùm mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: * quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnẽ: hic est seductor, & antichristus. * Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. * Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filiũ habet. * Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis. * Qui enim dicit illi AVE, communicat operibus eius malignis. * Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. * Salutant te filij sororis tuæ Electæ.

Isa. 15. b. 12

EPISTOLA B. IOANNIS APOSTOLI TERTIA.

SENIOR Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate. * Charissime, de omnibus orationem facio prosperè te ingredi, & valere, sicut prosperè agit anima tua. * Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. * Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. * Charissime, fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, * qui testimoniũ reddiderunt charitati tuæ in cõspectu Ecclesiæ: quos, benefaciens, deduces dignè Deo. * Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus. * Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritatis. * Scripsissem forsitan Ecclesiæ: sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, nõ recipit nos. * propter hoc si venero, commonebo eius opera, quę facit, verbis malignis garriens in nos: & quasi non ei ista sufficiant; neque ipse suscipit fratres; & eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia eiicit. * Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est: qui malefacit, non vidit Deum. * Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus: & nosti quoniam testimonium nostrum verum est. * Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. * Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

EPISTOLA CATHOLICA
B. IVDAE APOSTOLI.

IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, his qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, & vocatis. * Misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur. * Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis : deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. * Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negantes. * Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Ægypti saluans, * secundò eos, qui non crediderunt, perdidit: * Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. * Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. * Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. * " Cùm Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ : sed dixit : Imperet tibi Dominus. * Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blasphemant : quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur. * Væ illis, quia in " via Cain abierunt, & " errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione " Core perierunt. * Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, * fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia : quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. * Prophetauit autem & de his septimus ab Adam Enoch, dicens : " Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis * facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij. * Hi sunt murmuratores querulosi, secundùm desideria sua ambulantes, " & os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa. * Vos autem charissimi, memores estote verborum, " quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, * qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus. * Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes. * Vos autem charissimi, superædificãtes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, * vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. * Et hos quidem arguite iudicatos : * illos verò saluate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore: odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. * Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu Domini nostri Iesu Christi; * soli Deo Saluatori nostro, per Iesum Christum Dominum nostrum, gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne sæculum, & nunc, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Num. 14. f. 37

*Zach. 3. a. 2

*Gen. 4. b. 8
*Num. 22. d. 23
*Num. 16. a. 1
2. Pet. 2. d. 17

*Apoc. 1. b. 7

*Pſal. 16. c. 10

*1. Tim. 4. a. 1
2. Tim. 3. a. 1
2. Pet. 3. a. 3

APOCALYPSIS BEATI IOANNIS APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

APOCALYPSIS Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri citò : & significauit, mittēs per Angelum suum seruo suo Ioanni, * qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcumque vidit. * Beatus, qui legit & audit verba prophetiæ huius : & seruat ea, quæ in ea scripta sunt : tempus enim prope est. * Ioannes septem ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo, * qui est, & qui erat, & qui venturus est; & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt; * & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, " primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ : qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris " in sanguine suo, * & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo: ipsi gloria, & imperium in sęcula sæculorum: Amen. * " Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ : Etiam: Amen. * " Ego sum α & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. * Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu; fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & testimonium Iesu : * Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam tamquam tubæ, * dicentis : Quod vides, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis, quę sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. * Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum : Et conuersus vidi septem candelabra aurea : * & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podère, & præcinctum ad mamillas zona aurea: * caput autem eius & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tamquam nix, & oculi eius tamquam flamma ignis, * & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti, & vox illius tamquam vox aquarum multarum : * & habebat in dextera sua stellas septem : & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat : & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. * Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere: " ego sum primus, & nouissimus; * & viuus, & fui mortuus; & ecce sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo claues mortis, & inferni. * Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. * Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea : septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

*Exod. 3. d. 14

*1. Cor. 15. c. 20
Col. 1. c. 18

*Heb. 9. d. 14
1. Pet. 1. d. 10
1. Ioan. 1. d. 7

*Iſa. 3. c. 13
Matt. 24. c. 20
Iud. c. 14

*Iſa. 44. a. 6
Inf. 21. b. 6 & 22. c. 13

*Iſa. 41. b. 4. & 44. a. 6

CAP. II.

ANgelo Ephesi Ecclesiæ scribe : Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum : * Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos : & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt : & inuenisti eos mendaces: * & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. * Sed habeo aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. * Memor esto itaque vnde excideris : & age pœnitentiam, & prima opera fac. sin autem, venio tibi,

tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. * Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. *Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus, & nouissimus; qui fuit mortuus, & viuit: *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ. * Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. * Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. * Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui habet rhomphæam vtraque parte acutam: * Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. * Sed habeo aduersus te paucа: quia habes illic tenentes doctrinam * Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: * ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. *Similiter pœnitentiam age: si quo minus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. * Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. * Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribæ: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco: * Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. * Sed habeo aduersus te paucа: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. * Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere à fornicatione sua. * Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint.

*Num. 24. a.3. & 25. a.2

* & filios eius interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ, * quia ego sum scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrûm secundùm opera sua. Vobis autem dico, *& ceteris qui Thyatiræ estis: Quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudines satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus: * tamen id, quod habetis, tenete donec veniam. * Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, * & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, * sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam. * Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

*1. Reg. 16. b.7 *Psal. 7. c.10 *Ier. 17. b.10

CAP. III.

ET Angelo Ecclesiæ Sardis scribe: Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septē stellas: Scio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es. * Esto vigilans, & confirma cetera, quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. *In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & serua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, * Veniam ad te tamquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. * Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram angelis eius. * Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. *Et Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Sanctus & Verus, * qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: *Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. *Ecce dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te. * quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. * Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam

*Infr. 16. c.15 *1. Thess. 5. a.2 *1. Pet. 3. c.10

*Isa. 22. f.22 *Iob 12. b.14

tuam. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. * Et Angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe: *Hæc dicit: Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturę Dei. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus: * sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. * quia dicis: Quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas. * " Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age. * Ecce sto ad ostium, & pulso: siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. * Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

*Ioan. 14. a.6

*Prou. 3. b.10 *Heb. 12. b.6

CAP. IIII.

POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in cælo: & vox prima, quam audiui, tamquam tubę loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quę oportet fieri post hæc. * Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. *& qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. * Et in circuitu sedis sedilia vigintiquattuor: & super thronos vigintiquattuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardētes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. *Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis, quattuor animalia plena oculis ante & retro. *Et animal primum simile leoni. & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. * Et quattuor animalia, singula eorum habebāt alas senas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotēs, qui erat, & qui est, & qui venturus est. * Et cùm darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionē sedēti super thronum, viuenti in sæcula sæculorum, * procidebant vigintiquattuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: * Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

*Isa. 6.a.3

CAP. V.

ET vidi in dextera sedētis supra thronum, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. * Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? * Et nemo poterat, neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librū, neq; respicere illū. *Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. * Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. * Et vidi: & ecce in medio throni & quattuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tamquam occisum, habentē cornua septem, & oculos septē: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. *Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librū. *Et cùm aperuisset librum, quattuor animalia, & vigintiquattuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorū: * & cantabant canticū nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: * & fecisti nos Deo nostro regnū, & sacerdotes: & regnabimus super terram. * Et vidi, & audiui vocem angelorum multorū in circuitu throni, & animalium, & seniorū: & erat numerus eorum " millia millium, * dicentium

*Dan. 7. c.10

voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutẽ, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. * Et 13
omnem creaturam, quę in cęlo est, & super terrã, & sub terra, & quę sunt in mari, & quę in eo: omnes audiui dicẽtes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sęculorũ. * Et quattuor animalia dicebant: 14
Amen. Et viginti quattuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum.

CAP. VI.

ET vidi quòd aperuisset Agnus vnum 1 A
de septem sigillis, & audiui vnum de quattuor animalibus, dicens, tamquam vocem tonitrui: Veni, & vide. * Et vidi: & 2 A
ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcũ, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. * Et cùm 3 2
aperuisset sigillum secundũ, audiui secundum animal, dicens: Veni, & vide. * Et 4
exiuit alius equus rufus: & qui sedebat superillum, datũ est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & 3
datus est ei gladius magnus. * Et cùm 5
aperuisset sigillũ tertium, audiui tertium B 4
animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat superillum, habebat stateram in manu sua. * Et audi- 6
ui tamquam vocem in medio quattuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum & oleũ ne læseris. * Et cùm aperuisset sigillum quartum, audiui vocem 7
quarti animalis dicẽtis: Veni, & vide. * Et 8
ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomẽ illi Mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quattuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ. * Et cùm 9
aperuisset sigillum quintum, vidi subtus C
altare animas interfectorũ propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant, * & clamabant voce magna, 10
dicentes: Vsquequo Domine, (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? * Et datæ sunt illis singulæ sto- 11
læ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tẽpus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorũ, qui interficiendi sunt sicut & illi. * Et 12
vidi cùm aperuisset sigillũ sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol D
factus est niger tamquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: 13
* & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cùm 14
à vento magno mouetur. * & cælum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt: 15
* & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber, absconderunt se in speluncis, & in 16
petris montium: * & dicunt montibus, & petris: " Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab 17
ira Agni: * quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

" Isa. 2. d. 19 Osee 10. b. 8 Luc. 23. d. 50

CAP. VII.

POst hæc vidi quattuor Angelos stantes super quattuor angulos terræ, tenentes quattuor ventos terræ, ne flarent 1 A
super terram, neque super mare, neque in vllam arborem. * Et vidi alterum Angelum ascendẽtem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quattuor Angelis, quibus datum 2
est nocere terræ, & mari, * dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorũ. * Et audiui numerum 4
signatorum, centum quadraginta quattuor millia signati, ex omni tribu filiorũ Israel. * Ex tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim 5 B
millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati: * Ex tribu Aser duodecim 6
millia signati: Ex tribu Nephthali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: * Ex tribu Si- 7
meon duodecim millia signati: Ex tribu Leui duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati: * Ex 8
tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Ioseph duodecim millia signati: Ex tribu Beniamin duodecim millia 9
signati. * Post hęc vidi turbam magnam, C
quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stãtes ante thronũ, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ 10
in manibus eorum: * & clamabant voce magna dicẽtes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronũ, & Agno. * Et omnes 11
Angeli stabãt in circuitu throni, & seniorum, & quattuor animaliũ: & ceciderunt in cõspectu throni in facies suas, & ado- 12
rauerunt Deũ, * dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapiẽtia, & gratiarum

actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro, in sęcula sęculorũ, Amen. * Et re- 13
spondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? * Et dixi illi: Domine 14
mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerũt D
stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine Agni. * ideo sunt ante thronum Dei, 15
& seruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. * " nõ esurient, neque sitient amplius, 16 A
nec cadet super illos sol, neque vllus æstus: * quoniã Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ 17
fontes aquarum, " & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

" Isa. 49. c. 10

" Isa. 25. c. 8 Inf. 21. b. 4

CAP. VIII.

ET cùm aperuisset sigillũ septimum, 1
factum est silentium in cælo, quasi A
media hora. * Et vidi septem Angelos 2
stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ. * Et alius Angelus ve- 3
nit, & stetit ante altare habens thuribulũ aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante 4
thronum Dei. * Et ascẽdit fumus incensorum de orationibus sanctorũ de manu B
Angeli coram Deo. * Et accepit Ange- 5
lus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ- 6
motus magnus. * Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent. * Et primus Angelus 7
tuba cecinit, & facta est grando, & ignis, C
mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. * Et 8
secundus Angelus tuba cecinit: & tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris 9
sanguis, * & mortuae est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit. * Et tertius 10
Angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo stella magna, ardens tamquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & 11
in fontes aquarum: * & nomen stellæ dicitur Absinthium, & facta est tertia pars D
aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ 12
factæ sunt. * Et quartus Angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, &
tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. * Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitãtibus in terra, de ceteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

CAP. IX.

ET quintus Angelus tuba cecinit: & 1
vidi stellam de cælo ceciditse in ter- A
ram, & data est ei clauis putei abyssi. * Et 2
aperuit puteum abyssi: & ascẽdit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aër de fumo putei: 3
* Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: * & 4
præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis: * & datum est illis ne occiderent eos; sed vt 5
cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij cùm percutit hominem. * " Et in diebus illis quę- 6
rent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet 7
mors ab eis. * " Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & B
super capita earum tamquam coronę similes auro: & facies earum tamquam facies hominũ. * Et habebant capillos sicut capillos mulierum; & dentes earum, 8
sicut dentes leonum erant: * & habebãt 9
lorieas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum: * & 10
habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earũ nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se * regem an- 11
gelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Grecè autem Apollyon, Latinè C
habens nomen Exterminans. * Væ vnum 12
abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc. * Et sextus Angelus tuba cecinit: & 13
audiui vocem vnam ex quattuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos 14
Dei, * dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quattuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. * Et soluti sunt quattuor Angeli, qui 15
parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum, vt occiderent tertiã partem hominum. * Et numerus equestris 16

" Isa. 2. d. 19 Ose. 10. b. 8 Luc. 23. d. 30

" Sap. 16. b. 9

exercitus vicies millies dena millia. Et
audiui numerum eorum. * Et ita vidi e- 17
quos in visione: & qui sedebant super
eos, habebant loricas igneas, & hyacin-
thinas, & sulphureas, & capita equorum
erant tamquam capita leonum: & de ore
eorum procedit ignis, & fumus, & sul-
phur. * Et ab his tribus plagis occisa est 18
tertia pars hominum, de igne, & de fu- D
mo, & sulphure, quæ procedebant de o-
re ipsorum. * Potestas enim equorum in 19 1
ore eorum est, & in caudis eorum. nam A
caudæ eorum similes serpétibus, haben-
tes capita: & in his nocent. * Et ceteri 20 2
homines, qui non sunt occisi in his pla-
gis, neque pœnitentiam egerunt de ope-
ribus manuũ suarum, vt non adorarent
dæmonia, & simulacra aurea, & argẽtea,
& ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque
videre possunt, neque audire, neque am-
bulare: * & non egerunt pœnitentiã ab 21
homicidiis suis, neq; à veneficiis suis, ne-
que à fornicatione sua, neq; à furtis suis. 5

CAP. X.

ET vidi alium Angelum fortem de- 1 6
scendentem de cælo amictum nube, A B
& iris in capite eius, & facies eius erat vt
sol, & pedes eius tamquam columnæ ig-
nis: * & habebat in manu sua libellum 2
apertum: & posuit pedem suũ dextrum
super mare, sinistrum autẽ super terram:
* & clamauit voce magna, quẽadmodum 3
cùm leo rugit. Et cùm clamasset, locuta B
sunt septẽ tonitrua voces suas. * Et cùm 4
locuta fuissent septẽ tonitrua voces suas,
ego scripturus eram: & audiui vocem de
cælo dicentẽ mihi: Signa quę locuta sunt
[a] Dan. 12. c. 7 septem tonitrua, & noli ea scribere. * [a]Et 5
angelus, quem vidi stantem super mare,
& super terram, leuauit manum suam ad
cælum: * & iurauit per viuentem in sæ- 6
cula sæculorum, qui creauit cælum, & ea C
quæ in eo sunt; & terram, & ea quę in ea
sunt; & mare, & ea quæ in eo sunt: Quia
tempus non erit ampliùs: * sed in die- 7
busvocis septimi angeli, cùm cœperit tu-
ba canere, consummabitur mysterium
Dei, sicut euangelizauit per seruos suos
Prophetas. * Et audiui vocem de cælo 8
iterum loquentem mecum, & dicentem:
Vade, & accipe librum apertum de ma-
nu angeli stantis super mare, & super
terram. * Et abij ad angelum, dicens ei, 9
vt daret mihi librum. Et dixit mihi: D
[b] Ezech. 3. a. 1 [b]Accipe librum, & deuora illum: & fa-
ciet amaricari ventrem tuum, sed in ore
tuo erit dulce tamquam mel. * Et accepi 10
librum de manu angeli, & deuoraui il-
lum: & erat in ore meo tamquam mel
dulce: Et cùm deuorassem eum, amari-
catus est venter meus: * & dixit mihi: 11
Oportet te iterum prophetare Gentibus,
& populis, & linguis, & regibus multis.

CAP. XI.

ET datus est mihi calamus similis vir- 1
gæ, & dictum est mihi: Surge, & me- A
tire templum Dei, & altare, & adorantes
in eo. * atriũ autem, quod est foris tem- 2
plum, eiice foras, & ne metiaris illud:
quoniam datum est Gentibus, & ciuita-
tem sanctam calcabunt mẽsibus quadra-
ginta duobus: * & dabo duobus testibus 3
meis, & prophetabunt diebus mille du-
centis sexaginta, amicti saccis. * Hi sunt 4
duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspe-
ctu Domini terrę stantes. * Et si quis vo- 5
luerit eos nocere, ignis exiet de ore eo-
rum, & deuorabit inimicos eorum: & si
quis voluerit eos lædere, sic oportet eum
occidi. * Hi habent potestatem claudẽ-
di cælum, ne pluat diebus prophetiæ ip-
sorum: & potestatẽ habent super aquas
conuertendi eas in sanguinem, & percu-
tere terram omni plaga quotiescumque
voluerint. * Et cùm finierint testimo- 7
nium suum, bestia quæ ascendit de abys-
so, faciet aduersum eos bellum, & vincet
illos, & occidet eos. * Et corpora eorum 8
iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ
vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægy-
ptus, vbi & Dominus eorum crucifixus
est. * Et videbunt de tribubus, & populis, 9
& linguis, & Gentibus, corpora eorum
per tres dies & dimidium: & corpora eo-
rum non sinent poni in monumentis.
* & inhabitantes terram gaudebunt su- 10
per illos, & iucundabuntur: & munera C
mittent inuicẽ, quoniam hi duo prophe-
tæ cruciauerunt eos, qui habitabant su-
per terrã. * Et post dies tres & dimidium, 11
spiritus vitę à Deo intrauit in eos. Et ste-
terũt super pedes suos, & timor magnus
cecidit super eos, qui viderunt eos. * Et 12
audierunt vocem magnam de cælo, di-
centem eis: Ascendite huc. Et ascen-
derunt in cælum in nube: & viderunt
illos inimici eorum. * Et in illa hora 13
factus est terræmotus magnus, & deci-
ma pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt
in terræmotu nomina hominum septem
millia: & reliqui in timorẽ sunt missi, &

dederunt gloriam Deo cæli. * Væ secun- 14
dum abiit: & ecce væ tertium veniet ci-
tò. * Et septimus angelus tuba cecinit: & 15 11
factę sunt voces magnę in cælo dicentes: D
Factum est regnum huius mundi, Do-
mini nostri & Christi eius, & regnabit in
sæcula sæculorum: Amen. * Et viginti 16
quattuor seniores, qui in conspectu Dei
sedent in sedibus suis, ceciderunt in fa-
cies suas, & adorauerunt Deum, dicen-
tes: * Gratias agimus tibi Domine Deus 17
omnipotẽs, qui es, & qui eras, & qui ven- D
turus es: quia accepisti virtutẽ tuam ma-
gnam, & regnasti. * Et iratæ sunt Gentes, 18
& aduenit ira tua, & tẽpus mortuorum
iudicari, & reddere mercedem seruis tuis
Prophetis, & sanctis, & timentibus no-
men tuum pusillis & magnis, & exter-
minandi eos qui corruperunt terram.
* Et apertum est templum Dei in cælo: 19
& visa est arca testamenti eius in templo
eius, & facta sunt fulgura, & voces, &
terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

ET signum magnum apparuit in cæ- 1
lo: Mulier amicta sole, & luna sub A
pedibus eius, & in capite eius corona
stellarum duodecim: * & in vtero habens, 2
clamabat parturiens, & cruciabatur vt
pariat. * Et visum est aliud signum in 3
cęlo: & ecce draco magnus rufus, habens
capita septem, & cornua decem: & in ca-
pitibus eius diademata septem: * & cau- 4
da eius trahebat tertiam partem stella-
rum cæli, & misit eas in terram: & draco
stetit ante mulierem, quæ erat paritura;
vt cùm peperisset, filium eius deuoraret.
* Et peperit filium masculum, qui rectu- 5
rus erat omnes Gentes in virga ferrea: &
raptus est filius eius ad Deũ, & ad thro-
num eius: * & mulier fugit in solitudi- 6
nem, vbi habebat locum paratum à Deo, B
vt ibi pascant eam diebus mille ducentis
sexaginta. * Et factum est prælium ma- 7
gnũ in cælo: Michaël, & angeli eius prę-
liabantur cum dracone, & draco pugna-
bat, & angeli eius: * & nõ valuerunt, ne- 8
que locus inuentus est eorum ampliùs in
cælo. * Et proiectus est draco ille ma- 9
gnus, serpens antiquus, qui vocatur dia-
bolus, & satanas, qui seducit vniuersum
orbem: & proiectus est in terrã, & angeli
eius cũ illo missi sunt. * Et audiui vocem 10
magnam in cælo dicentem: Nunc facta C
est salus, & virtus, & regnum Dei nostri,
& potestas Christi eius: quia proiectus est
accusator fratrum nostrorum, qui accu-
sabat illos ante cõspectum Dei nostri die
ac nocte. * Et ipsi vicerunt eum propter 11
sanguinem Agni, & propter verbum te-
stimonij sui, & non dilexerunt animas
suas vsq; ad mortem. * Propterea lætami- 12
ni cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ,
& mari, quia descendit diabolus ad vos,
habens iram magnam, sciẽs quòd modi-
cum tempus habet. * Et postquam vidit 13
draco quòd proiectus esset in terrã, per- D
secutus est mulierem, quæ peperit mas-
culum: * & datæ sunt mulieri alæ duæ 14
aquilæ magnæ, vt volaret in desertum
in locum suum, vbi alitur per tempus &
tempora & dimidium temporis, à facie
serpentis. * Et misit serpens ex ore suo 15
post mulierem, aquam tamquã flumen,
vt eam faceret trahi à flumine. * Et adiu- 16
uit terra mulierem, & aperuit terra os
suum, & absorbuit flumen, quod misit
draco de ore suo. * Et iratus est draco in 17
mulierem: & abiit facere prælium cum re-
liquis de semine eius, qui custodiũt man-
data Dei, & habent testimonium Iesu
Christi. * Et stetit supra arenam maris. 18

CAP. XIII.

ET vidi de mari bestiam ascendẽtem, 1
habentem capita septem, & cornua A
decem, & super cornua eius decẽ diade-
mata, & super capita eius nomina blas-
phemiæ. * Et bestia, quam vidi, similis 2
erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi,
& os eius sicut os leonis. Et dedit illi dra-
co virtutem suam, & potestatẽ magnam.
* Et vidi vnum de capitibus suis quasi 3
occisum in mortem: & plaga mortis eius
curata est. Et admirata est vniuersa terra
post bestiam. * Et adorauerũt draconem, 4
qui dedit potestatem bestiæ: & adorauer-
unt bestiam, dicentes: Quis similis be- B
stiæ? & quis poterit pugnare cum ea? * Et 5
datum est ei os loquens magna, & blas-
phemias: & data est ei potestas facere
menses quadraginta duos. * Et aperuit 6
os suum in blasphemias ad Deum, blas-
phemare nomen eius, & tabernaculum
eius, & eos qui in cælo habitant. * Et est 7
datum illi bellum facere cum sanctis, &
vincere eos. Et data est illi potestas in
omnem tribum, & populum, & lin-
guam, & gentem: * & adorauerunt eam 8
omnes, qui inhabitant terram: quorum
non sunt scripta nomina in Libro vitæ
Agni, qui occisus est ab origine mundi.
* Si quis habet aurem, audiat. * Qui in 9 10

captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: *qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hîc est patientia, & fides Sanctorum. * Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia Agni, & loquebatur sicut draco. * Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. * Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. * Et seduxit habitantes in terra, propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. * Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ: & faciat vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. * Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis. * & nequis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. * Hîc sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

*Gen. 9. a. 6 Matt. 26. c. 52

CAP. XIIII.

ET vidi: & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quattuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. * Et audiui vocem de cælo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitrui magni: & vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. * Et cantabant quasi canticum nouum, ante sedem, & ante quattuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquattuor millia, qui empti sunt de terra. * Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno: * & in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei. * Et vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: * dicens magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum, *qui fecit cælum, & terram, mare, & fontes aquarum. * Et alius Angelus secutus est dicens: *Cecidit, cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. * Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: * & hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni: * & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. * Hîc patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu. * Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. * Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. * Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: *Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. * Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra. * Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. * Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. * Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum: * & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

*Psal. 146. v. 6 Act. 14. c. 14 *Isa. 21. c. 9 Ier. 51. c. 8

*Mat. 13. c. 19 *Ioel 3. c. 13

CAP. XV.

ET vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile, Angelos septem, habêtes plagas septem nouissimas: Quoniam in illis consummata est ira Dei. *Et vidi tamquam mare vitreum mistum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: *& cantâtes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum. * *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. * Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo: * & exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. * Et vnum de quattuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in sæcula sæculorum. * Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.

*Ier. 10. a. 7

CAP. XVI.

ET audiui você magnam de templo, dicentem septem Angelis: Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram. *Et abiit primus, & effudit phialam suam in terram: & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ; & in eos, qui adorauerunt imaginem eius. * Et secundus Angelus effudit phialã suam in mare, & factus est sanguis tamquam mortui: & omnis anima viuens mortua est in mari. * Et tertius effudit phialam suã super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. * Et audiui Angelum aquarũ dicentem: Iustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: *quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt. *Et audiui alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. * Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines, & igni: *& æstuauerũt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerũt pœnitentiã vt darent illi gloriam. *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore: * & blasphemauerunt Deum cęli, præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. * Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten: & siccauit aquã eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. *Et vidi de ore draconis, & de ore bestię, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum. * Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prœlium ad diem magnum omnipotentis Dei. * *Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. *Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armagedon. * Et septimus Angelus effudit phialam suam in aërem, & exiuit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. *Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super terram: talis terræmotus, sic magnus. * Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt. & Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. * Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. *Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

*Sup. 3. a. 3 Matt. 24. d. 42 Luc. 12. c. 39

CAP. XVII.

ET venit vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, *cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. * Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam

nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. * Et mulier 4
erat circũdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculũ aureum in manu B
sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius: * Et in fronte eius 5
nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationũ terræ. * Et vidi mulierem ebriam 6
de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cùm vidissem illam admiratione magna. * Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego 7
dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. * Bestia, quam 8
vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non C
sunt scripta nomina in Libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est. * Et hic est sensus, 9
qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. * Quinque ce- 10
ciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere. * Et bestia, quæ erat, & 11
non est: & ipsa octaua est: & de septem est, & in interitum vadit. * Et decem 12
cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquã reges vna hora accipient post bestiam. * Hi vnum consilium ha- 13
bent, & virtutem & potestatem suam D
bestiæ tradent. * Hi cum Agno pugna- 14
*1. Tim. 6. c. 15 Infr. 19. c. 16
bunt, & Agnus vincet illos: * quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt, vocati, electi, 15
& fideles. * Et dixit mihi: Aquæ, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & Gentes, & linguæ. * Et decem cornua, 16
quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariã, & desolatam faciẽt illam, & nudam, & carnes eius manducabũt, & ipsam igni concremabunt. * Deus enim dedit in 17
corda eorũ vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestiæ donec consummentur verba Dei. * Et mulier, 18
quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

ET post hæc vidi alium Angelum de- 1
scendentem de cælo, habentem po- A
testatem magnam: & terra illuminata est 2
à gloria eius. * Et exclamauit in fortitudine dicẽs: * Cecidit, cecidit Babylon ma- *Isa. 21. c. 19 Ier. 51. a. 8
gna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & Sup. 14. b. 8
custodia ỗnis volucris immũdæ & odibilis: * quia de vino iræ fornicationis eius 3
biberunt omnes gentes: & reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti 4
sunt. * Et audiui aliam vocem de cælo, dicẽtem: Exite de illa populus meus: vt ne B
participes sitis delictorum eius, & de plagis eius nõ accipiatis. * Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & 5
recordatus est Dominus iniquitatũ eius. * Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: 6
& duplicate duplicia secundùm opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. * Quantum glorificauit se, & in 7
deliciis fuit, tantum date illi tormentum C
& luctum: quia in corde suo dicit: * Sedeo *Isa. 47. b. 8
regina: & vidua non sum: & luctum non 8
videbo. * Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iu- 9
dicabit illam. * Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerũt, cùm vi- 10
derint fumum incẽdij eius: * longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum. * Et negotia- 11
tores terræ flebunt, & lugebunt super il- D
lam: quoniam merces eorum nemo emet 12
ampliùs; * merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, (& omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore, * & cinna- 13
momum) & odoramẽtorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouiũ, & equorum, & rhedarũ, & mancipiorum, & animarũ hominum. * Et poma desiderij ani- 14
mæ tuæ discesserunt à te, & omnia pin- E
guia & præclara perierũt à te, & ampliùs 15
illa iam non inuenient. * Mercatores horum, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum 16
eius, flentes ac lugentes, * & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margari- 17
tis: * quoniam vna hora destitutæ sunt F
tantæ diuitiæ. Et omnis gubernator, &

omnis

omnis qui in locum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, * & clamauerunt videntes locum 18
incendij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? * Et miserunt pul- 19
uerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna; in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretiis eius: quoniam vna hora desolata est. * Exulta super eam cælum, & 20
sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. * Et sustulit vnus Angelus fortis lapi- 21
dem quasi molarem magnum, & misit G
in mare, dicẽs: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam nõ C
inuenietur. * Et vox citharœdorum, & 22
musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te ampliùs: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te ampliùs: & vox molæ non audietur in te ampliùs: * & lux lucernæ nõ lucebit in te 23
ampliùs: & vox sponsi & sponsę non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. * Et in ea 24
sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est; & omnium qui interfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

POst hæc audiui quasi vocem turba- 1
rum multarum in cælo dicentiũ: Al- A
leluia: Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est: * quia vera & iusta iudicia sunt 2
eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. * Et iterum dixe- 3
runt: Alleluia. Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. * Et ceciderunt senio- 4
res vigintiquattuor, & quattuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen: Alleluia. * Et vox de throno exiuit, dicens: Laudẽ 5
dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eũ, pusilli & magni. * Et au- 6
diui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorũ, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. * Gaudeamus, 7
& exultemus, & demus gloriam ei: quia B
venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. * Et datũ est illi, vt cooperiat 8
se byssino splendenti & candido. Byssi-

non

num enim, iustificationes sunt Sanctorũ. 9
* Et dixit mihi: Scribe: * Beati, qui ad cœ- *Matt. 22. a. 2 Luc. 14. d. 16
nam nuptiarum Agni vocati sunt. & di- 10
cit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. * Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habẽtium testimoniũ Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ.
* Et vidi cælum apertum, & ecce equus 11
albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. * Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diade- 12
mata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. * * Et vesti- 13 *Isa. 63. a. 2
tus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei. * Et exer- 14
citus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mũdo. * Et de ore eius procedit gladius ex 15
vtraque parte acutus: vt in ipso percutiat Gentes. * Et ipse reget eas in virga * *Psal. 2. c. 9
ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris 16
iræ Dei omnipotentis. * Et habet in vestimento & in femore suo scriptũ: * Rex *Sup. 17. d. 14 1. Tim. 6. c. 15
regum, & Dominus dominantium. * Et 17
vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cæli: Venite, & congregamini ad cœnam mag- 18
nã Dei: * vt manducetis carnes regum, D
& carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedẽtium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruo- 19
rum, & pusillorum, & magnorum. * Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælio cum illo qui sedebat in equo, & cum 20
exercitu eius. * Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa corã ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure: * Et ceteri occisi sunt in gladio sedẽtis 21
super equũ, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatę sunt carnibus eorũ.

CAP. XX.

ET vidi Angelum descendentem de 1
cælo, habentem clauem abyssi, & ca- A
tenam magnam in manu sua. * Et appre- 2
hendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eũ per annos mille: * & misit eum in abys- 3
sum, & clausit, & signauit super illum, vt

non seducat ampliùs gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore. * Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. * Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. * Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. * [a] Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes, quæ sunt super quattuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. * Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. * Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia * & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. * Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuentus eis. * Et vidi mortuos, magnos & pusillos, stantes in conspectu throni; & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. * & dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. * Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. * Et qui non inuētus est in Libro vitę scriptus, missus est in stagnum ignis.

[a] Ezec. 39. a.2

CAP. XXI.

ET vidi cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non est. * Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. * Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus: * [b] & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quia prima abierunt. * Et dixit qui sedebat in throno: [b] Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera. * Et dixit mihi: Factum est. ego sum α, & ω: initium, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. * Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. * Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure: quod est mors secunda. * Et venit vnus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni. * Et sustulit me in spiritu in montem magnū & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo à Deo, * habētem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tamquam lapidi iaspidis, sicut crystallum. * Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quę sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. * Ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Austro portæ tres, & ab Occasu portæ tres. * Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. * Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum. * & ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo eius, æqualia sunt. * Et mensus est murum eius centum quadraginta quattuor cubitorum, mensura hominis, quæ est angeli. * Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas, aurum mundum simile vitro mundo. * Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphirus;

[b] Isa. 25. c.8 Sup. 7. d. 17

[b] Isa. 43. c.19 2. Cor. 5. d.17

Isa. 65. c. 17. & 66. c.22 2. Pet. 3. c.13

rus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: * quintum, sardonix: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. * Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum. * Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. * [c] Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus. * Et ambulabunt gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. * [c] Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. * Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. * Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

[c] Isa. 60. d.19

[c] Isa. 60. c.11

CAP. XXII.

ET ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. * In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium. * Et omne maledictum non erit ampliùs: sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. * Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum. * [d] Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabūt in sæcula sæculorum. * Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò. * Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri huius. * Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat: * & dixit mihi: Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius: Deum adora. * Et dicit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est. * Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. * Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundùm opera sua. * [e] Ego sum α, & ω, primus, & nouissimus, principium, & finis. * Beati, qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. * Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. * Ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. * Et spiritus & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: [f] & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. * Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. * Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. * dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Iesu. * Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

[d] Isa. 60. d.20

[e] Isa. 41. b.4. & 44. a.6 Sup. 1. b. 8. & 21. b.6

[f] Isa. 55. a.1

FINIS.

Oratio Manassæ, necnon Libri duo, qui sub libri Tertij & Quarti Esdræ nomine circumferuntur, hoc in loco, extra scilicet seriem Canonicorum Librorum, quos sancta Tridentina Synodus suscepit, & pro Canonicis suscipiendos decreuit, sepositi sunt, ne prorsus interirent, quippe qui à nonnullis sanctis Patribus interdum citantur, & in aliquibus Bibliis Latinis tam manuscriptis quàm impressis reperiuntur.

ORATIO MANASSAE REGIS IVDA,

CVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE.

DOMINE omnipotens, Deus patrum nostrorum, Abraham, & Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ, quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super malitias hominum. Tu Domine, secundùm multitudinem bonitatis tuæ, promisisti pœnitentiam & remissionem iis, qui peccauerunt tibi, & multitudine miserationum tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus, in salutem. Tu igitur Domine Deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui super numerum arenæ maris: multiplicatæ sunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum. Incuruatus sum multo vinculo ferreo, vt non possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracundiã tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodiui: statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis; neque in æternum, iratus, reserues mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundùm magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

LIBER ESDRAE TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

ET fecit Ioſias Paſcha in Hieroſolymis Domino, & immolauit Paſcha quarta decima luna primi mẽſis: * ſtatuens ſacerdotes per vices dierũ ſtolis amictos in templo Domini. * & dixit Leuitis ſacris ſeruis Iſrael, vt ſanctificarent ſe Domino in poſitione ſanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid rex. * Non erit vobis tollere ſuper humeros eam. Et nunc deſeruite Domino veſtro, & curam agite gentis illius Iſrael ex parte ſecundùm pagos & tribus veſtras, * ſecundùm ſcripturam Dauid regis Iſrael, & ſecundùm magnificẽtiam Salomonis Filij eius, omnes in templo, & ſecundùm particulam principatus paternam veſtram, eorum qui ſtant in conſpectu fratrum filiorum Iſrael. * Immolate Paſcha, & ſacrificia parate fratribus veſtris, & facite ſecundùm præceptũ Domini quod datum eſt Moyſi. * Et donauit Ioſias in plebem quæ inuenta eſt, ouium, agnorum, & hœdorum, & caprárum triginta millia, vitulos tria millia. * hæc de regalibus data ſunt ſecundùm promiſſionem populo: & ſacerdotibus in Paſcha, oues numero duo millia, ac vituli centum. * Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba, in Phaſe, oues quinque millia, vitulos quingentos. * Et hæc cùm fierent eleganter, ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ habentes azyma per tribus. * Et ſecundùm partes principatus patrum, in conſpectu populi offerebant Domino, ſecundùm ea quæ in libro Moyſi ſcripta ſunt. * & aſſauerunt Phaſe igni prout oportebat: & hoſtias coxerunt in emolis, & in ollis cum beneuolentia: * & attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & poſt hæc parauerunt ſibi & ſacerdotibus. * Sacerdotes enim offerebant adipes, vſque dum finita eſſet hora: & Leuitæ parauerunt ſibi, & fratribus ſuis filiis Aaron. * Et ſacri cantores filij Aſaph erant per ordinem ſecundùm præceptum Dauid, & Aſaph, & Zacharias, & Iedidimus, qui erant à rege. * Et oſtiarij per ſingulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnuſquiſque ſuam: fratres enim illorum parauerunt illis. * Et conſummata ſunt quæ pertinebant ad ſacrificium Domini. * In illa die egerunt Phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini ſacrificium, ſecundùm præceptũm regis Ioſiæ. * Et egerunt filij Iſrael, qui inuenti ſunt in tempore illo, Phaſe: & diem feſtum azymorum per dies ſeptem: * & non eſt celebratum Phaſe tale in Iſrael, à temporibus Samuelis prophetæ: * & omnes reges Iſrael non celebrauerunt tale Paſcha quale egit Ioſias, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Iſrael, qui inuenti ſunt in commoratione Ieroſolymis. * Octauo decimo anno, regnante Ioſia celebratum eſt Phaſe. * Et directa ſunt opera Ioſiæ in conſpectu Domini ſui in corde pleno metuentis: * & quæ circa illum quidem conſcripta ſunt, in priſtinis temporibus, de eis qui peccauerunt, quiq́ue irreligioſi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæſierunt verba Domini ſuper Iſrael. * Et poſt omnem actum hunc Ioſiæ, aſcendit Pharao rex Aegypti, veniens in Carchamis ab itinere ſuper Euphratem, & exiit obuiam illi Ioſias. * Et miſit rex Aegypti ad Ioſiam, dicens: Quid mihi & tibi eſt rex Iudæ? * Non ſum miſſus à Domino vt pugnem contra te: ſuper Euphratem enim bellum meum eſt, feſtinans deſcende. * Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum: ſed expugnare eum conabatur, non attendens verbum prophetæ ex ore Domini: * ſed conſtituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et deſcenderunt principes ad regem Ioſiam. * Et dixit rex pueris ſuis, Amouete me à prælio, infirmatus ſum enim valde. Et ſtatim amouerunt eum pueri ipſius de acie. * Et aſcendit ſuper currum ſecundarium ſuum: & perueniens Ieroſolymam, vita functus eſt, & ſepultus eſt in paterno ſepulchro. * Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam: & qui præſidebant, cum vxoribus lamẽtabant eum, vſque in hunc diem. Et datum eſt hoc fieri ſemper in omne genus Iſrael. * Hæc autem præſcripta ſunt in libro hiſtoriarum regum Iudæ: & ſingula geſta actus Ioſiæ, & eius gloria & intellectus eius in lege Domini: quæq́ue geſta ſunt ab eo, & quæ non ſcripta ſunt in libro regum Iſrael & Iudæ. * Et aſſumentes, qui erant ex gente, Iechoniam filium Ioſiæ, conſtituerunt regem pro Ioſia patre

patre ſuo, cùm eſſet annorum trigintatrium. * Et regnauit ſuper Iſrael menſibus tribus. Et amouit eum rex Aegypti, ne regnaret in Ieroſolymis: * & mulctauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum. * Et conſtituit rex Aegypti Ioacim fratrem ipſius, regem Iudæ & Ieruſalem: * & alligauit magiſtratus Ioacim, & Zaracelem fratrem ſuum, & apprehendens reduxit in Aegyptum. * Annorum erat Ioacim vigintiquinque, cùm regnare cœpiſſet in terra Iuda & Ieruſalem: & fecit malum in conſpectu Domini. * Poſt hunc autem aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam: * & ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodonoſor, & tulit & cõſecrauit in templo ſuo in Babylonia. * Nam de immunditia illius & irreligioſitate ſcriptum eſt in libro temporum regum. * Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Cùm autem conſtitutus eſſet rex, erat annorum decem & octo. * Regnauit autem menſes tres & dies decem in Ieruſalem, & fecit malum in conſpectu Domini: * & poſt annum mittens Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Babyloniam ſimul cum ſacris vaſis Domini. * Et conſtituit Sedeciam regem Iuda & Ieruſalem, cùm eſſet annorum viginti vnius: regnauit autem annis vndecim. * Et fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt veritus à verbis quæ dicta ſunt ab Ieremia propheta ex ore Domini: * & adiuratus à rege Nabuchodonoſor, periurans diſceſſit: & indurata cervice ſua, & corde ſuo, tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſrael. * Et duces populi Domini multa iniquè geſſerunt, & impiè egerunt ſuper omnes immunditias gentium: & polluerunt templum Domini quod ſanctum erat in Ieroſolymis. * Et miſit Deus patrum ipſorum per angelum ſuum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo ſuo. * Ipſi verò ſubſannabant in angelis ſuis: & qua die locutus eſt Dominus, erant illudentes prophetis eius. * Qui vſque ad iracundiam concitatus eſt ſuper gentem ſuam, propter irreligioſitatem ſuam, & præcepit aſcendere reges Chaldæorum. * Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu ſancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & ſeni, & virgini, & adoleſcenti: ſed omnes traditi ſunt in manus ipſorum: & omnia ſacra vaſa Domini, & regales apothecas reſumentes, tulerunt in Babyloniam, * & incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ieruſalem: & turres eius incenderunt igne, * & conſummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem. * Et erant ſeruientes illius vſque dum regnarent Perſæ, in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ: * quouſque benignè ageret terra ſabbata ſua, omni tempore deſertionis ſuæ ſabbatizauit in applicatione annorum ſeptuaginta.

CAP. II.

REgnante Cyro rege Perſarum, in conſummatione verbi Domini in ore Ieremiæ, * ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædicauit in toto regno ſuo ſimul per ſcripturam, * dicens: Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Me conſtituit regem orbi terrarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus, * & ſignificauit mihi ædificare domum ſibi in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa. * Si quis eſt ex genere veſtro, dominus ipſius aſcendat cum eo in Ieruſalem. * Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui ſunt in loco ipſo, in auro & argento, * in dationibus, cum equis & iumentis, cumq́ue aliis quæ ſecundùm vota apponũtur in ædem Domini quæ eſt in Ieruſalem. * Et ſtantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ, ex tribu Beniamin, & ſacerdotes & Leuitæ, quos excitauit Dominus aſcendere & ædificare Domum Domini quæ eſt in Ieruſalem, & qui erant in circuitu eorum, * adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi quorum ſenſus excitatus eſt. * Et Cyrus rex protulit vaſa ſacra Domini, quæ tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Ieruſalem, & conſecrauit ea idolo ſuo. * & proferens ea Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridato, qui erat ſuper theſauros ipſius. * Per hunc autem tradita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ. * Horum autem hic numerus. Libatoria argentea duo millia quadringenta: athiſcæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argenteæ duo millia quadringentæ: & alia vaſa mille. * omnia autem vaſa aurea & argentea, quinque millia octingenta ſexaginta. * Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ieroſolymam. * In Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus, ſcripſerunt ei de his qui habitabant in Iudæa & Ieruſalem, Balſamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samellius ſcriba, & reliqui habitantes in Samaria, & ceteris locis, ſubiectam epiſtolã regi Artaxerxi. * DOMINE, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœleſyria & Phœnice. * Et nunc notum ſit Domino regi, quoniam Iudæi qui aſcenderunt à vobis ad nos, venientes in Ieruſalem ciuitatẽ refugam & peſſimam, ædificant furnos eius, & ſtatuũt muros, & templũ ſuſcitant. * Quòd ſi ciuitas iſta & muri cõſummati fuerint, non tantùm tributa non ſuſtinebunt pendere, ſed etiam regibus reſiſtent. * Et quia id agitur circa templum, rectè habere arbi-

trati sumus non despicere hoc ipsum: * sed notum facere domino regi, vt si videbitur, rex, quæratur in libris patrum tuorum, * & inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges & ciuitates concutiens, * & Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno, ob quam causam ciuitas ista deserta est. * Nunc ergo notum facimus, domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicen: * Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & ceteris constitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt. * LEGI epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentum est, quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens, * & homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice. * Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere ne quid vltra hæc fiat: * sed nec procedant in plurimum ea quæ sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. * Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerãt, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum his constituti erãt, iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & turba, & agmine: * cœperuntque ædificantes prohibere, & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsque secundo anno regni Darij regis Persarum.

CAP. III.

REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, * & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo, ab India vsque Aethiopiam, centum viginti septem prouinciis. * Et cùm manducassent, & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est. * Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri: * Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscumque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, * purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byssinam, & torquẽ circa collum: * & secundo loco sedebit à Dario propter sapiẽtiam suam, & cognatus Darij vocabitur. * Tunc scribẽtes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij regis, * & dixerunt, Cùm surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcumque iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est. * Vnus scripsit, Forte est vinum. * Alius scripsit, Fortior est rex. * Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. * Et cùm surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit. * Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos: * & sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis. * Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt. * Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, * & dixit, Viri, quàm prævalet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud! seducit mentem. * Itemque regis & orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi, pauperis ac diuitis, * & omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum, * & omnia præcordia facit honesta, & non meminit regem nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit. * Et non meminerunt, cùm biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum pòst sumunt gladios. * Et cùm à vino merserint & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. * O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. * O viri, num præcellunt homines, qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? * Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcumque dixerit illis, faciunt. * Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres. * Iugulantur & iugulant, & regis verba non prætereunt. nam si vicerint, afferunt regi omnia quæcumque prædati fuerint. * Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursum cùm fuerint metentes, afferunt tributa regi: * & ipse vnus solus si dixerit occidite, occidunt: si dixerit remittite, remittunt: * dixerit percutite, percutiunt: si dixerit exterminate, exterminant: si dixerit ædificate, ædificant: * si dixerit excidite, excidũt: si dixerit plantate, plantant: * & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit. * Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. * Viri, quomodo nõ præcellit rex qui sic diffamatur? Et tacuit. * Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. * Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum?

* Nõne

* Nónne mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur mari & terræ: * & ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit? * Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus. * Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bona specie, * omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam. * Homo patrem suum relinquit qui enutriit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. * Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. * Et hinc oportet vos scire: quoniam mulieres dominantur vestri. Nónne doletis? * Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina, * & leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cùm furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. * Et iterum, diligit homo vxorem suam magis quàm patrem aut matrem. * Et multi dementes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas: * & multi perierunt & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. * Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum. * Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concubinam regis, sedentem iuxta regem ad dexteram, * & auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu. * Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. * O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: quis ista agit? * Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. * O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die. * Nonne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus? * Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum. * Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt: * & veritas manet & inualescit in æternum, & viuit & obtinet in sæcula sæculorum. * Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. * Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium sæculorum. Benedictus Deus veritatis. * Et desiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & prævalet. * Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis amplius, quàm quę scripta sunt, & dabo tibi, secundùm quod inuentus es sapiẽtior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. * Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua regnum accepisti: * & omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi. * Et tu vouisti ædificare templum quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis. * Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cæli ex ore tuo. * Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem. * Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem. * Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum, * & omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum, * & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædificaretur: * & super sacrarium holocaustomata vsulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos, * & omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt: * Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent; * & Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua cõsummabitur domus, & Ierusalem extruetur: * & omnibus custodiẽtibus ciuitatem scripsit dari ei sortes & stipendia. * Et dimisit omnia vasa quæcumque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcũque dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem. * Et cùm processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem cæli, * & dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum. * Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum. * Et

accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nunciauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia: * & benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, * vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

Cap. v.

POst hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorum per domos & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum. * Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis & cum tympanis & tibiis. * & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis. * Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum. * Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda, * qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius mense Nisan primo. * Sunt autem hi, qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem. * Et requisiuit partem Iudææ vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro. Emonia vnus de principibus eorum. * Et numerus à gẽtilibus eorum, ex præpositis eorum, filij Phares, duo millia centum septuaginta duo: * filii Ares, tria millia centum quinquaginta septem: * filij Phœmo centum quadraginta duo: in filiis Iesu & Ioabes, mille trecenti duo: * filij Demu, duo millia quadringenti septuaginta: filij Choraba, ducẽti quinque: filij Banica, centum sexagintaocto: * filij Bebech, quadringentitres: filij Archad, quadringenti vigintiseptẽ: * filij Cham, triginta septem: filij Zoroar, duo millia sexaginta septem: filij Adin, quadringenti sexaginta vnus: * filij Aderectis, centum octo: filij Ciasó & Zelas, centum septem: filij Azoroc, quadringenti trigintanouem: * filij Iedarbone, centum trigintaduo: filij Ananiæ, centum triginta: filij Asoni, nonaginta: * filij Marsar, quadringenti vigintiduo: filij Zabarus, nonagintaquinque: filij Sepolemon, centum viginti tres: * filij Nepopas, quinquagintaquinque: filij Nechanatus, centum quinquagintaocto: filij Cebethamus, centum triginta duo: * filij Creatpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centum viginti vnus: * qui ex Besselon & Ceagge, sexaginta quinque: qui ex Bastaro, centum vigintiduo: * Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque: filij Liptis, centum quinquagintaquinque: filij Labonni, trecenti quinquaginta septẽ: * filij Sichẽ, trecenti septuaginta: filij Suadon & Cliomus, trecenti septuagintaocto: * filij Ericus, duo millia centum quadragintaquinque: filij Anaas, trecenti septuaginta. Sacerdotes: * Filij Ieddus, filij Eutber, filij Eliasib, trecenti septuagintaduo: filij Emerus, ducenti quinquaginta duo: * filij Phasurij, trecenti quinquagintaseptem: filij Caree, ducenti vigintiseptem. * Leuitæ: Filij Iesu ip Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuagintaquattuor. omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexagintaduo, * filij, & filiæ, & vxores, omnis computatio, quadraginta millia ducenti quadragintaduo. * Filij sacerdotum, qui psallebant in templo: filij Asaph, centum viginti octo. * Ostiarij verò: filij Esmenni, filij Aser, filij Amon, filij Accuba, Topa filij Tobi, omnes centum trigintanouem. * Sacerdotes seruientes in templo: filij Sel, filij Gaspha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Canna, filij Geddu, * filij An, filij Radin, filij Desanon, filij Nachoba, filij Caseba, filij Gaze, filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Hasten, filij Asiana, filij Manei, filij Nasiffim, filij Accusu, filij Agista, filij Azui, filij Fauon, filij Phasalon, * filij Meedda, filij Phusa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij Coesi, filij Nasit, filij Agisti, filij Pedon, * Salomon filij eius, filij Asophot, filij Phasida, filij Celi, filij Dedon, filij Gaddahel, filij Sephegi, * filij Aggia, filij Sachareth, filij Sabathen, filij Caroneth, filij Malsith, filij Amæ, filij Sasus, filij Addus, filij Suba, filij Eurà, filij Rahotis, filij Phasphat, filij Malmon. * Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo. * Hi sunt filij qui ascenderunt à Thelmela, Telharsa: principes eorum, Carmellã, & Careth: * & non poterant edicere ciuitates suas, & progenies suas, quẽadmodum sint ex Israel. Filij Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici, * ex Sacerdotibus, qui sungebantur sacerdotio: & non sunt inuenti filij Obia, filij Achisos, filij Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: * & vocati sunt nomine eius, & horum quæsita est generis scriptura in prædatura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. * Et dixit illis Nehemias & Astharas, Ne participentur sancta, donec exurgat Pontifex doctus in ostensionem & veritatem. * Omnis autem Israel erat exceptis seruis & ancillis, quadraginta duo millia trecenti quadraginta. * Serui horum & ancillæ, septem millia trecẽti triginta septem.

Cantores & cantatrices, ducenti sexaginta quinque. * Cameli, quadringenti triginta quinque. Equi septem millia trigintasex. Muli, ducenta millia quadragintaquinque. Subiugalia, quinque millia vigintiquinque. * Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ierusalem, vouerunt susicitare templum in loco suo, secundùm suam virtutem: * Et dare in templum thesaurum operum sacrũ auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, & stolas sacerdotales centum. * Et habitauerunt Sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe, in Ierusalem & in regione, & sacri cantores, & ostiarij, & omnis Israel in regionibus suis * Instante autem septimo mense, cumque essent filij Israel vnusquisque in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat ante ianuam Orientalem. * Et stantes Iesus filius Iosedec & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel & huius fratres, parauerunt altare, * vt offerrent super illud holocautomata, secundùm quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt. * Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant hostias, & holocautomata Domino matutina. * Et egerunt scenopegiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat: * & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbatorum, & neomeniarum, & dierum solennium omniũ sanctificatorum. * Et quotquot vouebant Domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum. * Et dederũt pecuniam lapidariis & fabris, & potum & pabula, cum gaudio. * Et dederunt carra Sidoniis & Tyriis, vt transueherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, secundùm decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum. * Et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem, mense secundo, inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: * & fundauerunt templum Dei, nouilunio secundi mensis secundi anni cùm venissent in Iudæam & Ierusalem. * Et statuerunt Leuitas à viginti annis, super opera Domini: & stetit Iesus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ conspirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini. * Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: & Leuitæ filij Asaph, habentes cymbala, * collaudantes Dominum, & benedicentes secundùm Dauid regem Israel. * & cantabant canticum Domino, quoniam dulcedo eius, & honor in sæcula super omnem Israel. * Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes Dominum in susicitatione domus Domini. * Et venerunt ex sacerdotibus & Leuitis, & præsidentibus secundùm pagos seniotibus, qui viderant pristinam domum, * & ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: * in tantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt longè audiretur. * Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Beniamin, & venerunt scire quæ esset vox tubarum. * Et cognouerunt quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum Domino Deo Israel. * Et accedentes ad Zorobabel & Iesum, præpositos pagorum, dixerunt eis, Aedificabimus vnà vobiscum: * Similiter enim audiuimus Dominum vestrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc. * Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorum Israel, * Non est nobis & vobis ædificare domum Dei nostri. nos enim soli ædificabimus Domino Israel, secundùm ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. * Gentes autem terræ incumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis & insidias, & populos adducentes prohibebant eos ædificare, * & aggressuras exercentes impedierunt, ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium vsque ad Darij regnum.

Cap. vi.

IN secundo autem anno regni Darij prophetauit Aggæus & Zacharias filius Addin prophetæ apud Iudæam & Ierusalem in nomine Dei Israel super eos. * Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ est in Ierusalem: * cùm adessent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos. In ipso tempore venit ad illos Sisennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius, * & dixerunt eis, Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum istud, & alia omnia perficitis? & qui sunt structores qui hæc ædificant? * Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate à Domino seniores Iudæorum. * & non sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur. * Ex emplum epistolæ, quam miserunt Dario. Sisennes subregulus Syrię & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius in Syria, & Phœnice præsides regi Dario salutem. * Omnia nota sint Domino regi, quòd cùm venissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus

ædificantes domum Dei magnam: * & templum ex lapidibus politis, & magnis & pretiosis materiis in parietibus, * & opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentissimè perfici. * Tunc interrogauimus seniores, dicentes, Quo permittere vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis? * Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines & præpositos, & nominum scripturam præpositorum postulauimus illos. * At illi responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Domini, qui fecit cælum & terram, * & ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno & fortissimo, & consummata est. * Et quoniam patres nostri exacerbantes erant & peccauerunt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum, * & domum istam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerũt in Babylonem. * In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare, * & illa sacra vasa aurea & argentea quæ extulerat Nabuchodonosor de domo quę est in Ierusalẽ, & cõsecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel & Salmanasaro subregulo: * Et præceptum est eis vt offerrent hæc vasa, & reponerent in templo quod erat in Ierusalem, & ipsum templũ Dei ædificare in loco suo. * Tunc Salmanasarus subiecit fundamenta domus Domini, quæ est in Ierusalem: & exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem. * Nunc ergo si iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis, quæ sunt in Babylonia. * & si inuentum fuerit consilio Cyri regis cœptam esse structuram domus Domini, quæ est in Ierusalem, & iudicatur à Domino rege nostro, scribat de his nobis. * Tunc Darius rex præcepit inquiri in Bibliothecis: & inuentus est in Ecbathanis oppido, quod est in media regione locus vnus, in quo scripta erant ista: * ANNO primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domũ Domini quæ est in Ierusalẽ ædificare, vbi incendebant igni assiduo, * cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo ciusdẽ regionis, & meniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri regis: * & sacra vasa domus Domini tã aurea quàm argentea, quę extulit Nabuchodonosor in domum Domini, quę est in Ierusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic. * Et præcepit eum agere Sisennem subregulum Syrię & Phœnicis, & Satrabuzanẽ, & sodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præsides, vt abstinerent se ab eodem loco. * Et ego quoq; præcepi in torum ædificare: & prospexi, vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudęorum, donec consummetur templum ędis Domini: * & à vexatione tributorũ Cœlesyrię & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos, * similiter autem & frumentũ, & sal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem, dictauerunt consumi quotidie, sine vlla dilatione, * vt offerantur libationes summo Deo pro rege & pueris eius, & orent pro ipsorum vita: * & denuncietur, vt quicumque transgressi fuerint aliquid ex his quę scripta sunt, aut spreuerint, accipiatur lignum de suis propriis, & suspendãtur, & bona ipsorum regi asscribantur. * Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum est ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut malè tractare domum Domini illam quę est in Ierusalem. * Ego Darius rex decreui quàm diligentissimè secundùm hęc fieri.

CAP. VII.

TVnc Sisennes subregulus Cœlesyrię & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales, obsecuti his quę à Dario rege erant decreta, * insistebant sacrosanctis operibus diligentissimè, cooperantes cum senioribus Iudęorum principibus Syrię. * & prosperata sunt sacrosancta opera prophetantibus Aggęo & Zacharia prophetis. * Et consummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Persarum. * Et consummata est domus nostra vsque ad tertiam & vicesimam diem mensis Adar, sexto anno Darij regis. * Et fecerunt filij Israel & sacerdotes & Leuitę, & ceteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt secundùm ea quę scripta sunt in libro Moysi. * Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, * & hœdos pro peccatis vniuersi Israel, duodecim, secundùm numerum tribuum Israel. * Et steterunt sacerdotes & Leuitę amicti stolis per tribus, super omnia opera Domini Dei Israel, secundùm librũ Moysi, & ostiarij per singulas ianuas. * Et egerunt filij Israel cum his qui erant ex captiuitate, illud Phase quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitę. * Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitę omnes simul sanctificati sunt. * Et immolauerunt Phase vniuersi filij captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. * Et manducauerunt filij Israel, qui erant ex captiuitate, omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terrę quęrentes Dominum, * & celebrauerunt diem festum azymorũ, septem

diebus epulãtes in conspectu Domini, * quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

CAP. VIII.

ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras filius Azariæ, filij Helcię, filij Solome, * filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: * hic Esdras ascendit de Babylonia, cum esset scriba & ingeniosus in lege Moysi, quę data est à Domino Deo Israel docere & facere. * Et dedit ei rex gloriam, quòd inuenisset gratiam in omni digressate & desiderio in conspectu eius. * Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & seruis templi, in Ierusalem. * Anno septimo regnante Artaxerxe, in quinto mense, hic annus septimus est regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis, * venerunt Ierosolymam iuxta præceptum illius, secundùm prosperitatem itineris à Domino ipsorum datã eis. * In his enim Esdras magnam disciplinã obtinebat, ne prætermitteret quid quam eorum, quæ essent ex lege Domini & præceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiam & iudicium. * Accedentes autẽ qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderũt scriptũ quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdrã sacerdotem, & lectorẽ legis Domini, cuius exemplum subiectum est. * REX Artaxerxes Esdræ sacerdoti, & lectori legis Domini salutem. * Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorum, sua sponte, & ex sacerdotibus & Leuitis, qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem. * Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiscantur, sicut placuit mihi & septem amicis meis consiliariis, * vt visitent ea quę aguntur secundũ Iudæam & Ierusalem, obseruantes sicut habes in lege Domini, * & ferant munera Domino Deo Israel, quæ voui ego & amici Ierusalem, & omne aurum & argentum, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ierusalem cum illo, * quod est donatum pro ipsa gente in templum Domini eorum quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc aurum & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia, * vt offerant hostias Domino super altare Domini ipsorum quod est in Ierusalem. * Et omnia quæcumque voueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua, secundùm præceptum Domini Dei tui: * & sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalem: * & cetera quæcumque tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio: * cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundùm voluntatem Domini. * Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcũque scripserit Esdras sacerdos, & lector legis Domini, diligenter detur ei vsque ad argenti talenta centum, similiter & auri: * & vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcumque abundant sine taxatione. * Omnia secundùm legem Dei fiant Deo altissimo, ne fortè exurgat ira in regno regis, & filij, & filiorum eius. * Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius, * nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obicere eis quicquam. * Tu autem Esdra, secundùm sapientiam Dei, constitue iudices & arbitros in tota Syria, & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt, doce: * vt quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ mulctatione vel abductione. * Et dixit Esdras scriba: Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam quæ est in Ierusalem, * & me honorificauit in conspectu regis & consiliatorum, & amicorum, & purpuratorum eius. * Et ego constans animo factus sum secundùm opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum. * Et hi sunt præpositi secundùm suas patrias, & principatus portionales, eorum qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. * Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus filius Sceciliæ: * ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta: * ex filiis ductoris Moabitidis Zaræi, & cum ipso viri ducenti quinquaginta: * ex filiis Zachues, Iechonias Zecholei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta. * ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta: * ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta: * ex filiis Iob, Abdias Ieheli, & cum ipso viri ducenti duodecim: * ex filiis Baniæ, Salimoth, filius Iosaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta: * ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo: * ex filiis Ezead, Ioannes Ecceran, & cum ipso viri centum decem: * ex filiis Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta. * Et congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. * Et ex filiis sacerdorum & Leuitarum non inueni illic. * Et misi ad Eleazarum, &

Eccelon, & Masman, & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagam, Zachariam, & Mosolamum, ipsos ductores & peritos : * & dixi eis vt venirent ad
46 Loddeum, qui erat apud locum gazophylaeij
*Et mandaui eis vt dicerent Loddeo, & fratribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt
47 mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei nostri : * & adduxerunt nobis secundùm manum validam Do-
48 mini Dei nostri viros peritos: ex filiis Mohoh, filij Leui, filij Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo: * Asbiam, &
49 Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filij eorum viri viginti. *Et ex his qui templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad
50 operationem Leuitis templo seruientium ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt
51 in scripturis. * Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & fi-
52 liis, & pecoribus, propter insidias. * Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia, contra aduersarios nostros.
53 * Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu. * Et iterum deprecati sumus Dominum
54 Deum nostrum secundùm hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus
55 Deo nostro. * Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi, viros duodecim, & Sedebiam, & Asannam, & cum eis ex fratribus
56 eorum viros decem : * Et appendi eis aurum & argentum & vasa sacerdotalia domus Dei
57 nostri, quæ donauerat rex, & consiliarij eius, & principes, & omnis Israel. * Et cùm appendissem, tradidi argenti talenta centum quin-
58 quaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, * & vasorũ aureo-
59 rum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia. * & dixi eis : Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, & ar-
60 gentum votum est Domino Deo patrum nostrorum. * Vigilate & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus & Le-
61 uitis, & principibus ciuitatum Israel, in Ierusalem, in pastophorio domus Dei nostri. * Et
62 hi qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ aurum & argentum & vasa, intulerunt in Ierusalem in templum Domini. * Et promouimus
63 à fluuio Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem. * Et cùm factus fuisset tertius dies, quarta autem die
64 ponderarum aurum, & argentum traditum est in domo Domini Dei nostri, Marimoth filio Iori sacerdoti : * & cum ipso erat Eleazar fi-
65 lius Phinees : & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ: ad numerum, & ad pondus vniuersa. * Et scriptum
66 est pondus ipsorum eadem hora. * Qui au-

tem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros duodecim
67 pro omni Israel, arietes octoginta sex, * agnos septuagintaduos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in
68 sacrificium Domini. * Et relegerunt præcepta regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ & Phœnicis : & honorificauerunt gentem, & templũ Domini. * Et con-
69 summatis his, accesserunt ad me præpositi, dicentes : Non segregauerunt genus Israel, &
70 principes, & sacerdotes, & Leuitæ, * & alienigenæ gẽtes & nationes terræ, immũditias suas à Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzæis, & Moabitis, & Aegyptiis, & Idumæis.
71 * coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filij eorum : & mistum est semen sanctum alienigenis gẽtibus terræ: & participes erant
72 præpositi, & magistratus, iniquitatis eius ab initio ipsius regni. * Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta & sacram tunicam : & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens
73 & mœstus. * Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Israel, ad me lugentem superiniquitatem istam, & se-
74 debam tristis vsque ad sacrificium vespertinum. * Et consurgens à ieiunio, conscissa habens vestimenta & sacram tunicam, ingenicu-
75 lans, & extendens manus ad Dominum, *dicebam : Domine confusus sum, & reueritus
76 sum ante faciem tuam. * Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatę sunt vsque ad cælum.
77 * Quoniam à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hunc.
78 * Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum, sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris, regibus terræ in gla-
79 dium & captiuitatem & deprædationẽ, cum confusione vsque in hodiernum diem. * Et nunc quantũ est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Domine Deus, & relinque
80 nobis radicem & nomen in locum sanctificationis tuæ, * detegere luminare nostrum
81 in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ. * Et cùm seruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos in gratia,
82 ponens nobis reges Persarum dare cibum, * & clarificare templum Domini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem
83 in Iudæa & Ierusalem. * Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? Transgressi enim
84 sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarũ, * dicens: Quoniam terra, in quam introistis possidere hereditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ
85 illorum repleuerunt eam totam immunditia sua. * Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis

vestris,

vestris, * & non inquiretis pacem habere cum
86 illis omni tempore, vt inualescentes manducetis optima terræ, & hereditatem distribuatis
87 filiis vestris vsque in æuum. * Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra
88 maligna, & magna peccata nostra. * Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti commisceremur
89 immunditiæ alienigenarum gentium terræ huius. * Nónne irasceris nobis perdere nos,
90 quoadusque non relinquatur radix & nomen nostrum? * Domine Deus Israel verax es.
91 Derelicta est enim radix vsque in hodiernum diem. * Ecce, nunc sumus in conspectu tuo
92 in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his. * Et cùm adorando confiteretur Esdras, flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Ierusalem turma magna valde, viri, & mulieres, &
93 iuuenes, & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. * Et cùm clamasset Iechonias Iecheli ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos in Dominum peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimoniũ mulieres alie-
94 nigenas ex gentibus terræ. * Et nunc es super omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à Domino, expellere omnes vxores nostras quæ
95 ex alienigenis sunt cum filiis earum. * Sicut tibi decretum est à maioribus secundùm le-
96 gem Domini exurgens explica. * Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus : viriliter fac. * Et exurgens Esdras adiurauit prin-
97 cipes sacerdotum & Leuitas, & omnem Israel, facere secundùm hæc; & iurauerunt.

CAP. IX.

ET exurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in pastophorium Ionathæ filij
1 Nasabi, * & hospitatus illic non gustauit
2 panem, nec aquam bibit, super iniquitatem multitudinis. * Et facta est prædicatio in
3 omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati,
4 * vt quicumque non occurrerit biduo vel triduo diei, secundùm iudicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse
5 alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis. * Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies mensis
6 vicesimus. * Et sedit omnis multitudo in area templi tremẽtes, propter hyemem præsentem. * Ex exurgens Esdras, dixit illis:
7 Vos iniquè fecistis collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis
8 ad peccata Israel. * Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum. * & perficite voluntatem
9 ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab
10 vxoribus alienigenis. * Et clamauit omnis

multitudo, & dixerunt voce magna : Sicut
11 dixisti, faciemus. * Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insubsidiati stare : & hoc opus non est nobis vnius diei, neque bidui : multum
12 enim in his peccauimus : * stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se
13 alienigenas, * & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluant iram Domini negotij huius. * Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam
14 susceperunt secundùm hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt
15 cum illis. * Et steterunt secundùm hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate. * Et
16 elegit sibi viros Esdras sacerdos, principes magnos de patribus eorum secundùm nomina : & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud. * Et deter-
17 minatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsq; ad neomeniam primi mensis : * & inuenti sunt ex sacerdotibus permi-
18 sti qui habebant alienigenas vxores. * Ex
19 filiis Iesu filij Iosedec, & fratribus eius: Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, * &
20 iniecerunt manus vt expellerent vxores suas : & ad litandum in exorationem, arietem pro
21 ignorantia sua. * & ex filiis Semmeri : Maseas & Esses & Ieelech, Azarias. * & ex filiis
22 Fosere: Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iussio, Reddus, & Thalsas. * & ex
23 Leuitis : Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas.
24 * & ex sacris cantoribus, Eliasib, Zaccarus.
25 * & ex ostiariis : Salumus, & Tolbanes. * &
26 ex Israel : ex filiis Foro, Ozi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, Eleazarus, & Iammebias, & Bannas. * & ex filiis
27 Iolaman: Chamas, & Zacharias, & Ierre-
28 lus, & Ioddius, & Erimoth, & Helias. * & ex filiis Zathoim: Eliadas, & Liasumus, Zoehias,
29 & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias. * & ex filiis Zebes : Ioannes, & Amanias, & Zab-
30 dias, & Emeus. * & ex filiis Banni: Olamus, & Maluchus, & Ieddeus, & Iasub, & Azabus,
31 & Ierimoth. * & ex filiis Addin : Naathus, & Moosias, & Caleus, & Raanas, Maaseas, Mathathias, & Besecl, & Bonnus, & Manasses.
32 * & ex filiis Nuae : Noneas, & Aseas, & Mel-
33 chias, & Sameas, & Simõ, Beniamin, & Malchus, & Marras. * & ex filiis Asom : Carianeus, Mathathias, & Bannus, & Eliphalach,
34 & Manasses, & Semei. * & ex filiis Banni: Ieremias, & Moadias, & Abramus, & Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliasib, & Mathaneus, & Eliasis, &
35 Orizas, & Dielus, & Semedius, & Zambris, & Iosephus. * & ex filiis Nobei: Idelus & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Iessei, Baneas. * omnes isti coniunxerunt sibi

vxores

vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filiis. * Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ,& qui erant ex Israel, in Ierusalem, & in tota vna regione, nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in commorationibus suis. * Et congregata est omnis multitudo simul in aream,quæ est ab oriente portæ sacræ: * & dixerunt Esdræ pontifici & lectori, vt afferret legem Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel. * Et attulit Esdras Pontifex legem omni multitudini eorum,à viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus, audire legem nouilunio mensis septimi. * Et legebat in area,quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam, coram viris & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. * Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis,super ligneum tribunal quod fabricatum erat. * Et steterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Urias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram: * & ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias,& Zacharias. * Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in conspectu omnium. * Et cùm absoluisset legem,omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem. * Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dominum. * Iesus, & Banaeus, & Sarebias,& Iaddimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Ioradus, & Ananias,& Philias Leuitæ. * qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem. * Et dixit Atharathes Esdræ pontifici & lectori, & Leuitis qui docebant multitudinem, * dicens, Dies hic sanctus est Domino. Et omnes flebant, cùm audissent legem. * Et dixit Esdras, Digressi ergo manducate pinguissima quæque,& bibite dulcissima quæque, & mittite munera his qui non habent. * Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. * Et Leuitæ denunciabant in publico omnibus, dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. * Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebant, vt epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. * & congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundùm testamentum Domini Dei Israel.

LIBER ESDRAE QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

LIBER Esdræ prophetæ secundus, filij Sarei, filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, * filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiel, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij Eleazar, * filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorũ, in regno Artaxerxis regis Persarum. * Et factum est verbũ Domini ad me, dicens, * Vade, & nuncia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuncient filiis filiorum: * quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerũt diis alienis. * Nónne ego eduxi eos de terra Aegypti de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt. * Tu autem excute coram capitis tui, & proiice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus. * Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? * Reges multos propter eos subuerti. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. * Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. * Tu verò loquere ad eos, dicens: Hæc dicit Dominus: * Nempe ego vos per mare transmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui. ducem vobis dedi Moysen & Aaron sacerdotem: * lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis:

* & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc vsque murmurastis. * Vbi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cùm esuiretis, proclamastis ad me, * dicentes, Vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat seruire Aegyptiis,quàm mori in deserto hoc. * Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem angelorum manducastis. * Nónne cùm sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? propter æstus foliis arborum vos texi. * Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Phisthæos à facie vestra proieci: quid faciam vobis adhuc: dicit Dominus? * Hæc dicit Dominus omnipotens, In deserto cùm essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum, * nõ ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. * Quid tibi faciam Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt custodiant legitima mea. * Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor. * Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. * Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos, * vt essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? * Ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modò autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à facie mea. * Oblationem cùm mihi attuleritis, auertam faciem meam à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias & circumcisiones repudiaui. * Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus vestra deserta est: Proiiciam vos sicut ventus stipulam, * & filij procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt. * Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi. * Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatem eorum. * Testor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant eum lætitia,me nõ videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi. * Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab Oriẽte, * quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Iacob, & Osee,& Amos,& Michææ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, * & Nahum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ,& Malachiæ, qui & angelus Domini vocatus est.

CAP. II.

HAec dicit Dominus: Ego eduxi populum istum de seruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt,sed irrita fecerunt mea consilia. * Mater quæ eos generauit, dicit illis, Ite filij,quia ego vidua sum & derelicta. * Educaui vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo fecistis. * Modò autem quid faciam vobis? ego vidua sum & derelicta: ite filij,& petite à Domino misericordiam. * Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum seruare, * vt des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. * Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam spreuerunt sacramentũ meum. * Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, * quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum: sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens. * Hæc dicit Dominus ad Esdram, Nuncia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israel. * Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis. * Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur. * Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos,vt immorentur. Iam paratum est vobis regnum: vigilate. * Testare cælum & terram. Contriui enim malum, & creaui bonum, quia viuo ego, dicit Dominus. * Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Dominus. * Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen meum in Israel. * Noli timere mater filiorum: quoniam te elegi, dicit Dominus. * Mittam tibi adiutoriũ pueros meos Isaiam & Ieremiam, ad quorum consilium sanctificaui & paraui tibi arbores duodecim grauatas variis fructibus, * & totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. * Viduam iustifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti, * confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem claritatis meæ admitte. * Senem & iuuenem intra muros tuos serua: * mortuos vbi inueneris, signans commenda sepulchro,

& dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. * Pausa & quiesce populus meus, quia veniet requies tua. * Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. * Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requiram de numero tuo. * Noli fatigari. Cum enim venerit dies pressuræ & angustiæ, alij plorabunt, & tristes erunt: tu autem hilaris & copiosa eris. * Zelabunt gentes, & nil aduersus te poterunt, dicit Dominus. * Manus meæ tegent te, ne filij tui gehennam videant. * Iucundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus. * Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam: quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens. * Amplectere natos tuos vsque dum venio, & præstem illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. * Ego Esdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Israel: ad quos cùm venirem, reprobauerunt me, & respuerunt mandatum Domini: * Ideoque vobis dico gentes, quæ auditis, & intelligitis, Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille qui in fine sæculi aduenier. * Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. * Fugite vmbram sæculi huius: accipite iucunditatem gloriæ vestræ. Ego testor palàm saluatorem meum. * Commendatum donum accipite & iucundamini, gratias agentes ei qui vos ad cælestia regna vocauit. * Surgite & state & videte numerum signatorum in conuiuio Domini. * Qui se de vmbra sæculi transtulerunt, splendidas tunicas à Domino acceperunt. * Recipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos qui legem Domini compleuerunt. * Filiorum tuorum, quos optabas, plenus est numerus. Roga imperium Domini, vt sanctificetur populus tuus qui vocatus est ab initio. * Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominum. * Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur: Ego autem miraculo tenebar. * Tunc interrogaui angelum, & dixi: Qui sunt hi, Domine? * Qui respondens dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei: Modò coronantur, & accipiunt palmas. * Et dixi angelo: Ille iuuenis, quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? * Et respondens dixit mihi: Ipse est filius Dei, quem in sæculo confessi sunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterunt. * Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuncia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

Cap. III.

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis, eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum: * quoniam vidi desertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone. * & ventilatus est spiritus meus valde, & cœpi loqui ad Altissimum verba timorata, * & dixi: O domina tor Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo, * & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te: * & induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua, antequam terra aduentaret. * Et huic mandasti diligere viam tuam, & præteriuit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus eius, & natę sunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes, quarum non est numerus. * Et ambulauit vnaquæque gens in voluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua. * Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes sæculum, & perdidisti eos. * Et factum est in vnoquoque eorum, sicut Adæ mori, sic his diluuium. * Dereliquisti autem vnum ex his Noë cum domo sua, & ex eo iusti omnes. * Et factum est cùm cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicauerunt filios & populos & gentes multas: & cœperunt iteratò impietatem facere plus quàm priores. * Et factum est cùm iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his, cui nomẽ erat Abraham. * Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam: * & disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei vt non vmquã derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Iacob & Esau. * Et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. * Et factum est cùm educeres semen eius ex Aegypto, adduxisti super montem Sina. * Et inclinasti cælos, & statuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti sæculum, * & transiit gloria tua portas quattuor, ignis, & terræmotus, & spiritus, & gelu, vt dares semini Iacob legem, & generationi Israel diligentiam. * Et non abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. * Cor enim malignum baiulàs primus Adam, transgressus & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt. * Et facta est permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis: & discessit quod bonum est, & mansit malignum.

lignum. * Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruum nomine Dauid, * & dixisti ei ædificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblationes. * Et factum est hoc annis multis, & deliquerunt qui habitabãt ciuitatem, * in omnibus facientes sicut fecit Adã & omnes generationes eius. vtebãtur enim & ipsi corde maligno. * Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. * Numquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion? * Factum est cùm venissem huc, & vidissem impietates, quarum non est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno, & excessit cor meũ: * quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impiè agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non significasti. * Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Numquid meliora facit Babylon quàm Sion? * aut alia gens cognouit te præter Israel? aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob? * Quarum merces non comparuit, neque labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. * Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in sæculo: & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel. * Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens sic obseruauit mandata tua? * Hos quidem per omnia inuenies seruasse mandata tua, gentes autem non inuenies.

Cap. IIII.

ET respondit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomen Vriel, * & dixit mihi, Excedens excessit cor tuum in sæculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi. * Et dixi: Ita Domine meus. Et respondit mihi, & dixit: Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te. * de quibus mihi si renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi demonstrabo viam, quam desideras videre, & docebo te, vnde sit cor malignum. * Et dixi: Loquere Domine meus. Et dixit ad me: Vade pondera mihi ignis põdus, aut mensura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diem quę præteriit. * Et respõdi, & dixi: Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? * Et dixit ad me: Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui suat exitus paradisi: * diceres mihi forsitàs, in abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in cælum vmquam ascendi. * nunc autem non interrogaui te, nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis. * Et dixit mihi: Tu quæ tua sunt tecum coadolescentia, non potes cognoscere: * & quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam, & iam exteriùs corrupto sæculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? * Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de quare. * Et respondit ad me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad siluam lignorum campi, & cogitauerunt cogitationem. * & dixerunt: Venite & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias siluas. * Et similiter fluctus maris & ipsi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt: Venite ascendentes, debellemus siluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. * Et factus est cogitatus siluæ in vanum: venit enim ignis, & consumpsit eam. * Similiter & cogitatus fluctuum maris: stetit enim arena, & prohibuit eos. * Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare? * Et respondi, & dixi: Vtique vanam cogitationem cogitauerunt. terra enim data est siluæ, & mari locus portare fluctus suos. * Et respondit ad me, & dixit: Bene tu iudicasti, & quare non iudicasti tibimetipsi? * Quemadmodum enim terra siluæ data est, & mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cælos, quæ super altitudinem cælorum. * Et respondi, & dixi: Deprecor te Domine, vt mihi detur sensus intelligendi. * non enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie. propter quid Israel datus in opprobrium gentibus? quem dilexisti populum datus est tribubus impiis, & lex patrum nostrorum in interitũ deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: * & pertransiuimus de sæculo, vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor, & nec digni sumus misericordiã consequi. * Sed quid faciet nomini suo quod inuocatum est super nos? & de his interrogaui. * Et respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat sæculum pertransire, * & non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est sæculum hoc & infirmitatibus. * De quibus autem interrogas, dicam: seminatũ enim est malum, & necdum venit destructio ipsius: * Si ergo non inuersum fuerit quod seminatũ est, & discesserit locus vbi seminatum est malũ, non veniet vbi seminatum est bonũ. * Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsque nunc, & generat vsq; cùm veniat area?

* Aestima autem apud te gramen mali semi 31
nis, quantum fructum impietatis generauit:
* quando secatæ fuerint spicæ, quarum non 32
est numerus, quàm magnam aream incipient
facere? * Et respondi, & dixi: Quomodo, 33
& quando hæc? Quare modici & mali anni
nostri? * Et respondit ad me, & dixit mihi: 34 2
Non festines tu super Altissimum. Tu enim
festinas inaniter esse super ipsum. nam ex-
cessus tuus multus. * Nónne de his interro- 35 3
gauerunt animæ iustorum in promptuariis
suis, dicentes, Vsquequo spero sic? & quan- 4
do veniet fructus aræ mercedis nostræ? * Et 36
respondit ad ea Ieremiel archangelus, & di-
xit: Quando impletus fuerit numerus semi- 5
num in vobis, quoniam in statera ponderau-
it sæculum, * & mensura mensurauit tem- 37 6
pora, & numero numerauit tempora, & non
commouit nec excitauit vsquedum impleatur prædicta mensura. * Et respondi, & dixi: 38
O dominator Domine, sed & nos omnes ple- 8
ni sumus impietate. * Et ne fortè propter 39
nos non impleantur iustorum aræ, propter
peccata inhabitantium super terram. * Et 40 9
respondit ad me, & dixit: Vade, & interroga
prægnantem, si quando impleuerit nouem
menses suos, adhuc poterit matrix eius reti-
nere partum in semetipsa? * Et dixi, Non 41 10
potest Domine. Et dixit ad me, In inferno
promptuaria animarum matrici assimilata
sunt. * Quemadmodum enim illa festinat 42 11
quæ parit effugere necessitatem partus: sic &
hæc festinat reddere ea quæ commẽdata sunt.
* Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ 43
concupiscis videre. * Et respondi, & dixi: 44 13
Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possi-
bile est, & si idoneus sum, * demonstra mihi, 45
si plusquam præteritum sit habet venire, aut
plura pertransierunt suprà quàm futurum est.
* Quid pertransiuit, scio: quid autem futu- 46
rum sit, ignoro. * Et dixit ad me: Sta super 47
dexteram partem, & demonstrabo tibi inter-
pretationem similitudinis. * Et steti, & vidi: & 48
ecce fornax ardens transiit coram me. & fa-
ctum est, cùm transiret flamma, vidi, & ecce
superauit fumus. * Post hæc transiit co- 49
ram me nubes plena aquæ, & immisit plu-
uiam impetu multam: & cùm transiisset im-
petus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ. * Et 50
dixit ad me: Cogita tibi: sicut crescit pluuia
ampliùs quàm guttæ, & ignis quàm fumus:
sic superabundauit quæ transiuit mensura.
Superauerunt autem guttæ, & fumus: * & 51
orani, & dixi, Putas viuo vsque in diebus
illis? vel quid erit in diebus illis? * Respon- 52
dit ad me, & dixit, De signis, de quibus me
interrogas, ex parte possum tibi dicere: de
vita autem tua non sum missus dicere tibi,
sed nescio.

Cap. v.

DE signis autem: ecce dies venient, in qui-
bus apprehendentur qui inhabitant ter-
ram in censu multo: & abscondetur veritatis
via, & sterilis erit à fide regio: * & multipli- 2
cabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vi-
des, & super quam audisti olim: * & erit im- 3
posito vestigio quam nunc vides regnare re-
gionem, & videbunt eam desertam. * Si au- 4
tem tibi dederit Altissimus viuere, videbis post
tertiam tubam, & relucescet subitò sol noctu,
& luna ter in die, * & de ligno sanguis stilla- 5
bit, & lapis dabit vocem suam, & populi com-
mouebuntur. * & regnabit, quem non spe- 6
rant qui inhabitant super terram, & volatilia
commigrationem facient: * & mare Sodomi- 7
ticum pisces reiiciet, & dabit vocem noctu,
quam non nouerant multi. omnes autem au-
dient vocem eius, * & chaos fiet per loca mul- 8
ta, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ
agrestes transmigrabũt, & mulieres menstruatæ parient monstra, * & in dulcibus aquis sal- 9
sę inuenientur, & amici omnes semetipsos ex-
pugnabunt: & absondetur tunc sensus, & in-
tellectus separabitur in promptuariũ suum:
* & quæretur à multis, & non inuenietur: & 10
multiplicabitur iniustitia, & incontinentia su-
per terram. * Et interrogabit regio proximam 11
suam, & dicet, Numquid per te pertransiit iu-
stitia iustum faciens? Et hoc negabit. * Et erit 12
in illo tempore, & sperabunt homines, & non
impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur
viæ eorum. * Hæc signa dicere tibi permis- 13
sum est mihi: & si oraueris iterum & ploraue-
ris, sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus,
audies iteratò horum maiora. * Et euigilaui, 14
& corpus meum horruit valde: & anima mea
laborauit, vt deficeret: * & tenuit me qui venit 15
angelus, qui loquebatur in me, & confortа-
uit me, & statuit me super pedes. * Et factum 16
est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel
dux populi. & dixit mihi, Vbi eras? & quare
vultus tuus tristis? * An nescis, quoniam tibi 17
creditus est Israel in regione transmigrationis
eorum? * Exurge ergo, & gusta panem, & non 18
derelinquas nos, sicut pastor gregem suum in
manibus luporum malignorum. * Et dixi 19
ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et
audiuit, vt dixi: & recessit à me. * Et ego 20
ieiunaui diebus septem vlulans & plorans, 21
sicut mihi mandauit Vriel Angelus. * Et
factum est post dies septem, & iterum co-
gitationes cordis mei molestæ erant mihi
valde, * & resumpsit anima mea spiritum 22
intellectus: & iterum cœpi loqui coram Al-
tissimo sermones, * & dixi, Dominator Do- 23
mine, ex omni silua terræ, & omnibus ar-
boribus eius, elegisti vineam vnicam: * & ex 24
omni terra orbis, elegisti tibi foueam vnam:

& ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi li-
lium vnum: * & ex omnibus abyssis maris, 25
replesti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædi
ficatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Siõ:
* & ex omnibus creatis volatilibus, nomina- 26
sti tibi columbam vnam: & ex omnibus plas-
matis pecoribus, prouidisti tibi ouem vnam:
* & ex omnibus multiplicatis populis, acquisi- 27
uisti tibi populum vnum: & ab omnibus pro-
batam legem, donasti huic quem desiderasti
populo. * Et nunc Domine, vt quid tradidisti 28
vnum plũribus? Et præparasti super vnam
radicem alias, & dispersisti vnicum tuum
in multis: * & conculcauerunt eum, qui con- 29
tradicebant sponsionibus tuis, quique quis te-
stamentis non credebant. * Et si odiens odi- 30
sti populum tuum, tuis manibus debet casti-
gari. * Et factum est, cùm locutus essem ser- 31
mones, & missus est angelus ad me, qui antè
venerat ad me præterita nocte, * & dixit mi- 32
hi, Audi me, & instruam te: & intende mihi,
& adiiciam coram te. * Et dixi, Loquere Do- 33
mine meus. Et dixit ad me, Valde tu in ex-
cessu mentis factus es pro Israel: an plus dile-
xisti eum, quàm qui eum fecit? * Et dixi ad 34
eum, Non Domine, sed dolens locutus sum.
Torquent enim me renes mei per omnem ho-
ram, quærentem apprehendere semitam Al-
tissimi, & inuestigare partem iudicij eius. * Et 35
dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare Do-
mine? ad quid nascebar, aut quare non fiebat
matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non
viderem laborem Iacob, & defatigationem
generis Israel? * Et dixit ad me, Numera 36
mihi quæ necdum venerant, & collige mihi
dispersas guttas, & reuirida mihi aridos flores,
* & aperi mihi clausa promptuaria, & produc 37
mihi inclusos in eis flatus; demonstra mihi
vocis imaginem: & tunc ostendam tibi labo-
rem quem rogas videre. * Et dixi, Domina- 38
tor Domine, quis enim est qui potest hæc sci-
re, nisi qui cum hominibus habitationem nõ
habet? * Ego autem insipiens: & quomodo 39
potero dicere de his quibus me interrogasti?
* Et dixit ad me, Quomodo non potes facere 40
vnum de his quæ dicta sunt: sic non poteris
inuenire iudicium meum, aut in fine charita-
tem quam populo promisi. * Et dixi, Sed ecce 41
Domine tu propè es his qui in finem sunt: &
quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut
hi qui post nos? * Et dixit ad me, Coronæ 42
assimilabo iudicium meum. Sicut non nouis-
simorum tarditas, sic nec priorum velocitas.
* Et respondi, & dixi, Nec poteras facere 43
eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri
sunt, in vnum, vt celerius iudicium tuum
ostendas? * Et respondit ad me, & dixit, Non 44
potest festinare creatura super creatorem, nec
sustinere sæculum eos qui in eo creandi sunt
in vnum. * Et dixi, Quo modo dixisti seruo 45
tuo, quoniam viuificans viuificasti à te crea-
tam creaturam in vnum, & sustinebat crea-
tura, poterit & nunc portare præsentes in
vnum. * Et dixit ad me, Interroga matricem 46
mulieris, & dices ad eam, Et si paris, quare per
tempus? Roga ergo eam, vt det decẽ in vnum.
* Et dixi, Non vtique poterit: sed secundùm 47
tempus. * Et dixit ad me, & ego dedi matri- 48
cem terræ his qui seminati sunt super eam per
tempus. * Quemadmodum enim infans non 49
parit ea, quæ senum sunt: sic ego disposui à
me creatum sæculum. * Et interrogaui, & 50
dixi, Cùm iam dederis mihi viam, loquar co-
ram te: nam mater nostra, de qua dixisti mi-
hi, adhuc iuuenis est: iam senecturi appro- 51
pinquat. * Et respondit ad me, & dixit, In-
terroga eam quæ parit, & dicet tibi. * Dices 52
enim ei, Quare quos peperisti, nunc non sunt
similes his qui ante te, sed minores statura?
* Et dicet tibi & ipsa, Alij sunt qui in iuuen- 53
tute virtutis nati sunt: & alij qui sub tempore
senectutis deficiente matrice sunt nati. * Con- 54
sidera ergo & tu quoniam minori statura estis
præ his qui ante vos: * & qui post vos, minori 55
quàm vos, quasi iam senescentes creaturæ, &
fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et di-
xi, Rogo Domine, si inueni gratiam ante
oculos tuos, demonstra seruo tuo, per quem
visites creaturam tuam.

Cap. vi.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis & 1
antequam starent exitus sæculi, & ante-
quam spirarent conuentiones ventorum, * & 2
antequam sonarent voces tonitruum, & ante-
quam splenderent nitores coruscationum, &
antequam confirmarentur fundamenta para-
disi, * & antequam viderentur decori flores, & 3
antequam confirmarentur motæ virtutes, &
antequam colligerentur innumerabiles mili-
tiæ angelorum, * & antequam extollerentur 4
altitudines aëris, & antequam nominaren-
tur mensuræ firmamentorum, & antequam
æstuarent camini in Sion, * & antequam in- 5
uestigarentur præsentes anni, & antequam
abalienarentur eorum qui nunc peccant ad-
inuentiones, & consignati essent qui fidem
thesaurizauerunt: * tunc cogitani, & facta 6
sunt per me solum, & non per alium: & finis
per me, & non per alium. * Et respondi, & 7
dixi, Quæ erit separatio temporum? aut
quando prioris finis, & sequentis initium?
* Et dixit ad me, Ab Abraham vsque ad 8
Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob & Esau,
manus Iacob tenebat ab initio calcaneum
Esau: * finis enim huius sæculi Esau, & prin- 9
cipium sequentis Iacob. * Hominis manus 10
inter calcaneum & manum. Aliud noli quæ
rere Esdra. * Et respondi, & dixi, O domi- 11
nator Domine, si inueni gratiam ante oculos
tuos, * oro vt demonstres seruo tuo finem si 12

gnorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti. * Et respondit 13
& dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus. * Et erit sicut 14
commotio, nec commouebitur locus, in quo stes super eum. * Ideo cùm loquitur, tu non 15
expaueas, quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur, * quoniam de ipsis sermo tremiscit & commouetur, scit enim 16
quoniam finem eorum oportet commutari. * Et factum est, cùm audissem, surrexi super 17
pedes meos, & audiui: & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum, * & dixit, Ecce dies veniunt, & erit quando 18
appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra: * & quando inquirere incipiam 19
ab eis qui iniustè nocuerunt iniustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion. * & 20
cùm superfignabitur sæculum quod incipient pertranſire, hæc signa faciam, Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul, * & anniculi infantes loquentur 21
vocibus suis, & prægnātes immaturos parient infantes trium & quattuor mensium, & viuēt, & susitabuntur. * Et subitò apparebunt semi- 22
nata loca non seminata, & plena promptuaria subitò inuenientur vacua: * & tuba canet cum 23
sono; quā cùm omnes audierint, subitò expauescent. * Et erit in illo tempore, debellabunt 24
amici amicos vt inimici, & expaueſcet terra cū his: & venæ fontiū stabunt, & nō decurrent in horis tribus: * & erit, omnis qui derelictus 25
fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem sæculi vestri. * Et videbunt qui recepti sunt 26
homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium. * Delebitur 27
enim malum, & extinguetur dolus. * Florebit autē fides, & vincetur corruptela, & osten- 28
detur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. * Et factum est, cùm loqueretur mihi, & 29
ecce paullatim intuebar super eum ante quem stabam, * & dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis. * Si ergo iterum 30 31
rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum maiora per diem quàm audiui. * Audita est enim 32
vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti: * & propter 33
hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere, * & noli 34
festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, & nō properes à nouissimis temporibus. * Et factum est post hæc, & fleui iterum: & si- 35
militer ieiunaui septem diebus, vt supplearem tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi. * Et 36
factum est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui coram Altissimo. * Inflammabatur enim spiritus 37
meus valde, & anima mea anxiebatur. * Et di- 38
xi, O Domine, loquens locutus es ab initio creaturæ, in primo die dicens, Fiat cælum & terra: & tuum verbum opus perfectum. * Et 39
erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te. * Tunc dixisti de thesauris tuis 40
proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum. * Et die secundo creasti spiritum 41
firmamenti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret. * Et tertia die imperasti aquis con- 42
gregari in septima parte terræ: sex verò partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te 43
ministrantia seminata à Deo, & culta. * Verbum enim tuum processit, & opus statim fie- 44
bat. * Processit enim subitò fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis, & die tertia 45
hæc facta sunt. * Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stella- 46
rum dispositionem: * & imperasti eis, vt de- 47
seruirent futuro plasmato homini. * Quinto autem die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volati- 48
lia, & pisces: & ita fiebat. * aqua muta, & sine anima, quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. * Et tunc conseruasti duas animas: 49
nomen vni vocasti Henoch, & nomen secun- 50
dæ vocasti Leuiathan, * & separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi 51
erat aqua congregata, capere ea. * Et dedisti Henoch vnam partem, quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea vbi sunt montes mille. 52
* Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam, & seruasti eam, vt fiat in deuora- 53
tionem quibus vis, & quando vis. * Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta, & bestias, & reptilia: * & super his 54
Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos 55
omnes, quemque elegisti populum. * Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia 56
propter nos creasti sæculum. * Reliquas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam 57
eorum. * Et nunc Domine, ecce istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt do- 58
minari nostri, & deuorare: * nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in 59
manibus eorum: * & si propter nos creatum est sæculum, quare non hereditatem possidemus cum sæculo? Vsquequo hæc?

CAP.

CAP. VII.

ET factum est, cùm finissem loqui verba 1
hæc, missus est ad me angelus qui missus
fuerat ad me primis noctibus, * & dixit ad me, 2
Surge Esdra, & audi sermones quos veni lo-
qui ad te. * Et dixi, Loquere Deus meus. Et 3
dixit ad me, Mare positum est in spatioso lo-
co, vt esset altum & immensum: * erit autem 4
ei introitus in angusto loco positus, vt esset si-
milis fluminibus. * Quis enim volens volue- 5
rit ingredi mare, & videre eum, vel dominari
eius: si non transierit angustum, in latitudi-
nem quomodo venire poterit? * Item aliud, 6
Ciuitas est ædificata, & posita in loco campe-
stri: est autem plena omnium bonorum. * In- 7
troitus eius angustus & in præcipiti positus, vt
esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua al-
ta: * semita autem est vna sola inter eos posi- 8
ta, hoc est, inter ignem & aquam, vt non ca-
piat semita, nisi solummodò vestigium ho-
minis. * Si autem dabitur ciuitas homini in 9
hereditatem, si numquam antepositum peri-
culum pertransierit, quomodo accipiet here-
ditatem suam? * Et dixi, Sic Domine. Et di- 10
xit ad me, Sic est & Israel pars. * Propter eos 11
enim feci sæculum, & quando transgressus est
Adam constitutiones meas, iudicatum est
quod factum est. * Et facti sunt introitus 12
huius sæculi angusti, & dolentes, & laborio-
si: pauci autem & mali, & periculorum pleni: &
labore magnopere fulti. * nam maioris sæ- 13
culi introitus spatiosi & securi, & faciēt im-
mortalitatis fructum. * Si ergo ingredientes 14
non fuerunt ingressi qui viuunt, angusta &
vana hæc: non poterunt recipere quæ sunt re-
posita. * Nunc ergo quare tu conturbaris, 15
cùm sis corruptibilis? & quid moueris tu,
cùm sis mortalis? * Et quare non accepisti in 16
corde tuo quod est futurum, sed quod in præ-
senti? * Respondi & dixi, Dominator Do- 17
mine, ecce disposuisti lege tua, quoniam iu-
sti hereditabunt hæc, impij autem peribunt.
* Iusti autem ferent angusta, sperantes spatio- 18
sa. qui enim impiè gesserunt, & angusta pas-
si sunt, & spatiosa non videbunt. * Et dixit ad 19
me, Non est iudex super Deum, neque intel-
ligens super Altissimum. * Pereunt enim 20
multi præsentes, quia negligitur quæ ante-
posita est Dei lex. * Mandans enim manda- 21
uit Deus venientibus, quando venerunt, quid
facientes viuerent, & quid obseruantes non
punirentur. * Hi autem non sunt persuasi, & 22
contradixerunt ei, & constituerunt sibi cogita-
men vanitatis, * & proposuerunt sibi circum- 23
uentiones delictorum, & superdixerunt Altis-
simo non esse, & vias eius non cognouerunt,
* & legem eius spreuerunt, & sponsiones eius 24
abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non
habuerunt, & opera eius non perfecerunt.
* propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena 25
plenis. * Ecce tempus veniet, & erit quando 26
venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit
sponsa, & appareſcens ostendetur quæ nunc
subducitur terra: * & omnis qui liberatus est 27
de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea.
* Reuelabitur enim filius meus IESVS cum 28
his qui cum eo sunt, & iucundabuntur qui
relicti sunt in annis quadringentis. * Et 29
erit post annos hos, & morietur filius meus
CHRISTVS, & omnes qui spiramentum
habent homines. * & conuertetur sæculum 30
in antiquum silentium diebus septem, sicut
in prioribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur. * Et erit post dies septem, & excitabitur 31
quod nondum vigilat sæculum, & morietur
corruptum: * & terra reddet quæ in ea dor- 32
miunt, & puluis qui in eo silentio habitant, &
promptuaria reddent quæ eis commendatæ
sunt animæ. * Et reuelabitur Altissimus su- 33
per sedem iudicij, & pertransibunt miseriæ, &
longanimitas congregabitur. * Iudicium au- 34
tem solum remanebit, veritas stabit, & fides
conualescet, * & opus subsequetur, & merces 35
ostendetur, & iustitiæ vigilabunt, & iniusti-
tiæ non dominabuntur. * Et dixi, Primus 36
Abraham propter Sodomitas orauit, & Moy-
ses pro patribus qui in deserto peccauerunt,
* & qui post eum pro Israel in diebus Achaz 37 38
& Samuelis, * Dauid pro confractione, & Sa-
lomon pro eis qui venerunt in sanctificatio-
nem. * Et Elias pro his qui pluuiam accepe- 39
runt, & pro mortuo vt viueret, * & Ezechias 40
pro populo in diebus Sennacherib, & multi
pro multis. * Si ergo modò quando corru- 41
ptibile increuit, & iniustitia multiplicata est,
& orauerunt iusti pro impiis: quare & nunc
sic non erit? * Et respondit ad me, & dixit, 42
Præsens sæculum non est finis, gloria in eo
frequens manet: propter hoc orauerunt pro
inualidis. * Dies enim iudicij erit finis tem- 43
poris huius, & initium temporis futuræ im-
mortalitatis, in quo transiuit corruptela: * so- 44
luta est intemperantia, abscissa est incredulitas: creuit autem iustitia, orta est veritas.
* tunc enim nemo poterit saluare eum qui 45
periit, neque demergere qui vicit. Et respon- 46
di, * & dixi, Hic est sermo meus primus &
nouissimus, quoniam melius erat non dare
terram Adam, vel cùm iam dedisset, coërcere
eum vt non peccaret. * Quid prodest homi- 47
nibus, in præsenti viuere in tristitia, & mor-
tuos sperare punitionem? * O tu quid fecisti 48
Adam? Si enim tu peccasti, non est factus so-
lius tuus casus, sed & noster qui ex te aduenimus. * Quid enim prodest nobis, si pro- 49
missum est nobis immortale tempus; nos au-
tem mortalia opera egimus? * Et quoniam 50
prædicta est nobis perennis spes, nos verò pes-
simi vani facti sumus. * Et quoniam repositā 51
sunt nobis habitacula sanitatis & securita-
tis: nos verò malè conuersati sumus. * Et quo- 52

niam repoſita eſt gloria Altiſſimi, protegere eos qui tardè conuerſati ſunt: nos autem peſſimis viis ambulauimus. * Et quoniam oſtenditur paradiſus, cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas & medela: *nos verò non ingrediemur in ingratis enim locis conuerſati ſumus. * Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorum qui abſtinentiam habuerunt: noſtræ autem facies ſuper tenebras nigræ. * non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus poſt mortem pati. * Et reſpondit, & dixit, Hoc eſt cogitamentum certaminis quod certabit qui ſuper terram natus eſt homo, * vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſi autem vicerit, recipiet quod dico: * quoniam hæc eſt vita quam Moyſes dixit cùm viueret, ad populum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. * Non crediderunt autem ei, ſed nec poſt eum prophetis: ſed nec mihi qui locutus ſum ad eos. * quoniam non eſſet triſtitia in perditionem eorum, ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos, quibus perſuaſa eſt ſalus. * Et reſpondi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus eſt Altiſſimus miſericors in eo, quòd miſereatur his qui nondum in ſæculo aduenerunt, * & quòd miſeretur illis qui conuerſionem faciunt in lege eius: * & longanimis eſt, quoniam longanimitatem præſtat his qui peccauerunt quaſi ſuis operibus: * & munificus eſt, quoniam quidem donare vult pro exigentiis: * & multę miſericordiæ, quoniam multiplicat magis miſericordias his qui præſentes ſunt, & qui præterierunt, & qui futuri ſunt. * Si enim non multiplicauerit miſericordias ſuas, non viuificabitur ſæculum cum his qui inhereditabunt in eo. * Et donat: quoniam ſi non donauerit de bonitate ſua, vt alleuentur hi qui iniquitatem fecerunt, de ſuis iniquitatibus non poterit decies milleſima pars viuificari hominum. * Et iudex ſi non ignouerit his qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum: non fortaſſis derelinquerentur in innumerabili multitudine, niſi pauci valde.

Cap. viii.

ET reſpondit ad me, & dixit: Hoc ſæculum fecit Altiſſimus propter multos, futurum autē propter paucos. * Dicam autem coram te ſimilitudinem Eſdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerem vnde aurum fit: ſic & actus præſentis ſæculi. * Multi quidem creati ſunt, pauci autem ſaluabuntur. * Et reſpondi, & dixi: Abſorbe ergo anima ſenſum, & deuora quod ſapit. * cōueniſti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datum eſt ſpatium, niſi ſolummodo viuere. * O Domine, ſi non permittes ſeruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis ſemen cordi, & ſenſui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere poſſit omnis corruptus, qui portabit locum hominis? * Solus enim es, & vna plaſmatio nos ſumus manuum tuarum, ſicut locutus es: * & quomodo nunc in matrice plaſmatum eſt corpus, & præſtas membra: conſeruatur in igne & aqua tua creatio: & nouem menſibus patitur tua plaſmatio tuam creaturam quæ in ea creata eſt: * ipſum autem quod ſeruat, & quod ſeruatur, vtraque ſeruabuntur: ſeruataque quandoque iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. * Imperaſti enim ex ipſis membris, hoc eſt mamillis præbere lac fructui mamillarum, * vt nutriatur id quod plaſmatum eſt vſque in tempus aliquod, & poſtea diſponas eum tuæ miſericordiæ. * Enutriſti eum tua iuſtitia, & eruditi eum in lege tua, & corripuiſti eum tuo intellectu: * & mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum, vt opus tuum. * Si ergo perderis eum qui tantis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile eſt ordinari, vt & id quod fiebat ſeruaretur. * Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis ſcis: de populo autem tuo, ob quem doleo: * & de hereditate tua, propter quam lugeo: & propter Iſrael, propter quem triſtis ſum: & de Iacob, propter quem doleo: * ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapſus noſtros qui inhabitamus terram. * Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus eſt. * Ideo audi vocem meam & intellige ſermonem meum, & loquar coram te. * Initium verborum Eſdræ priuſquam aſſumeretur: & dixi, Domine, qui inhabitas ſæculum, cuius oculi eleuati in ſuperna & aëre: * & cuius thronus inæſtimabilis, & gloria incomprehenſibilis: cui aſtat exercitus angelorum cum tremore, * quorum ſeruatio in vento & igni conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perſeuerantia: * cuius iuſſio fortis, & diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus arefacit abyſſos, & indignatio tabeſcere facit montes, & veritas teſtificatur: * exaudi orationem ſerui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. * Dum enim viuo, loquar: & dum ſapio, reſpondebo: nec reſpicias populi tui delicta, ſed qui tibi in veritate ſeruiunt. * Nec intendas impia gentium ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cum doloribus cuſtodierunt. * Nec cogites qui in conſpectu tuo falsè conuerſati ſunt, ſed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. * Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: ſed reſpicias eos qui legem tuam ſpleudidè docuerunt. * Nec indigneris eis qui beſtiis peiores iudicati ſunt: ſed diligas eos qui ſemper in tua iuſtitia confidunt, & gloria. * Quoniam nos & patres noſtri talibus morbis lāguemus:

tu au-

tu autem propter nos peccatores miſericors vocaberis. * Si enim deſideraueris vt noſtri miſereariſ, tunc miſericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iuſtitiæ. * Iuſti enim, quibus ſunt opera multa repoſita, ex propriis operibus recipient mercedem. * Quid eſt enim homo, vt ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus ſis de ipſo? * In veritate enim, nemo de genitis eſt, qui non impiè geſſit; & de confitentibus, qui non deliquit. * In hoc enim annunciabitur iuſtitia tua, & bonitas tua Domine, cùm miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorum operum. * Et reſpondit ad me, & dixit: Rectè locutus es aliqua: & iuxta ſermones tuos, ſic & fiet. * quoniam non verè cogitabo ſuper plaſma eorum qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem; * ſed iucundabor ſuper iuſtorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque, & ſaluationis, & mercedis receptionis. * Quomodo ergo locutus ſum, ſic & eſt. * Sicut enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa, & plantationes multitudinis plantat, ſed non in tempore omnia quæ ſeminata ſunt, ſaluantur, ſed nec omnia quæ plantata ſunt, radicabunt: ſic & qui in ſæculo ſeminati ſunt, non omnes ſaluabuntur. * & reſpondi, & dixi: Si inueni gratiam, loquar. * Quomodo ſemen agricolæ ſi non aſcenderit aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut ſi corruptum fuerit multitudine pluuiæ, * ſic perit: & ſimiliter homo qui manibus tuis plaſmatus eſt, & tu ei imago nominatus: quoniam ſimilatus es ei, propter quem omnia plaſmaſti, & ſimilaſti ſemini agricolæ. * Non iraſcaris ſuper nos, ſed parce populo tuo, & miſerere hereditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ miſereris. * Et reſpondit ad me, & dixit: Quæ ſunt præſentia præſentibus, & quæ futura futuris. * Multum enim tibi reſtat, vt poſſis diligere meam creaturam ſuper me: tibi autem frequenter & ipſi proximaui, iniuſtis autem numquam. * Sed & in hoc mirabilis es coram Altiſſimo, * quoniam humiliaſti te ſicut decet te: & non iudicaſti te, vt inter iuſtos plurimum glorificeris. * Propter quod miſeriæ multæ & miſerabiles efficientur eis qui habitant ſæculum in nouiſſimis: quia in multa ſuperbia ambulauerunt. * Tu autem pro te intellige, & de ſimilibus tuis inquire gloriam. * Vobis enim apertus eſt paradiſus, plantata eſt arbor vitæ, præparatum eſt futurum tempus, præparata eſt abundantia, ædificata eſt ciuitas, probata eſt requies, perfecta eſt bonitas & perfecta ſapientia. * Radix mali ſignata eſt à vobis: infirmitas, & tinea à vobis abſconſa eſt: & in infernum fugit corruptio in obliuione. * Tranſierunt dolores, & oſtenſus eſt in fine theſaurus immortalitatis. * Noli ergo adiicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. * Nam & ipſi accipientes libertatem, ſpreuerunt Altiſſimum, & legem eius contempſerunt, & vias eius dereliquerunt. * Adhuc autem iuſtos eius conculcauerunt, * & dixerūt in corde ſuo non eſſe Deum: & quidem ſcientes quoniam moriuntur. * Sicut enim vos ſuſcipient quæ prædicta ſunt: ſic eos ſitis, & cruciatus, quæ præparata ſunt. non enim voluit hominem diſperdi. * Sed & ipſi qui creati ſunt, coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam. * Quapropter iudiciū meum modò appropinquat. * Quæ non omnibus demonſtraui, niſi tibi, & tibi ſimilibus paucis. Et reſpondi, & dixi: * Ecce nunc Domine demonſtraſti mihi multitudinem ſignorum, quæ incipies facere in nouiſſimis: ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

Cap. ix.

ET reſpondit ad me, & dixit, Metiens metire tempus in ſemetipſo: & erit cùm videris, quando tranſierit pars quædam ſignorum quæ prædicta ſunt, * tunc intelliges quoniam ipſum eſt tempus, in quo incipiet Altiſſimus viſitare ſęculum quod ab eo factum eſt. * Et quando videbitur in ſæculo motio locorum & populorum turbatio, * tunc intelliges quoniam de his erat Altiſſimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio. * Sicut enim omne quod factum eſt in ſæculo, initium habet, pariter & conſummationem, & conſummatio eſt manifeſta: * ſic & Altiſſimi tempora initia habent manifeſta in prodigiis & virtutibus, & conſummationes in actu & in ſignis. * Et erit, omnis qui ſaluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera ſua, & per fidem in qua credidiſtis, * relinquetur de prædictis periculis, & videbit ſalutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam ſanctificaui me à ſæculo. * Et tunc miſerebuntur qui nunc abuſi ſunt vias meas: & in tormentis commorabūtur hi qui eas proiecerunt in contemptu. * Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia conſecuti: * & qui faſtidierunt legem meam, cùm adhuc erant habentes libertatem: * & cùm adhuc eſſet eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, ſed ſpreuerunt: hos oportet poſt mortem in cruciamento cognoſcere. * Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe, quomodo impij cruciabuntur: ſed inquire quomodo iuſti ſaluabuntur, & quorum ſæculum, & propter quos ſæculum, & quando. * Et reſpondi, & dixi, * Olim locutus ſum, & nunc dico, & poſtea dicam: quoniam plures ſunt qui perunt, quàm qui ſaluabuntur: * ſicut multiplicatur fluctus ſuper guttam. Et reſpondit ad me, & dixit, * Qualis ager, talia & ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, tales & creatio: &

qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat sæculi. * Et nunc cùm essem parans eis, 18
his qui nunc sunt, antequam fieret sæculum,
in quo habitarent: & nemo mihi contradixit.
* tunc enim quisque, & nunc creator in mun- 19
do hoc parato, & messe indeficienti, & lege in-
uestigabili corrupti sunt mores eorum. * Et 20
considerauí sæculum, & ecce erat periculum
propter cogitationes quæ in eo aduenerut. * Et 21
vidi, & peperci ei valde: & seruauti mihi ac-
num de botro, & plãtationem de tribu multa.
* Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata 22
est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea:
quia cum multo labore perfeci. * Tu autem 23
si adhuc intromittas septem dies alios, sed non
ieiunabis in eis: * Ibis in campum florum, vbi 24
domus non est ædificata: & manducabis so-
lummodo de floribus campi, & carnem non
gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo
flores: * deprecare Altissimum sine intermis- 25
sione, & veniam, & loquar tecum. * Et profe- 26
ctus sum, sicut dixit mihi in campum, qui vo-
catur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et de her-
bis agri mãducaui, & facta est esca earũ mihi
in saturitatem. * Et factũ est post dies septem, 27
& ego discumbebam supra fœnũ, & cor meum
iterum turbabatur sicut antè. * Et apertum est 28
os meum, & inchoaui dicere coram Altissimo,
& dixi, * O Domine, te nobis ostẽdens, osten- 29
sus es patribus nostris in deserto, quod non cal-
catur, & infructuoso, quãdo erant exeuntes de
Aegypto: & dicens dixisti, * Tu Israel audi 30
me, & semen Iacob intende sermonibus meis.
* Ecce enim ego semino in vobis legẽ meam, 31
& faciet in vobis fructum, & glorificabimini
in eo per sæculum. * Nam patres nostri acci- 32
pientes legem, non seruauerunt, & legitima
mea non custodierunt, & factus est fructus le-
gis non parens: nec enim poterat, quoniam
tuus erat. * Nam qui acceperunt, perierunt, 33
non custodientes quod in eis seminatum fue-
rat. * Et ecce, consuetudo est, vt, cùm acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas ali- 34
quod escam vel potum: cùm fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod
missum est: * simul id quod seminatum, vel 35
missum est, vel quæ susceptа sunt, exterminantur, & susceptа iam non manent apud
nos: sed nobis sic non factum est. * Nos qui- 36
dem qui legem accepimus peccantes periui-
mus, & cor nostrum quod susceperat eam: * nam 37
lex non perit, sed permansit in suo labore.
* Et cùm loquerer hæc in corde meo, respexi 38
oculis meis, & vidi mulierem in dextera par-
te, & ecce hæc lugebat & plorabat cum voce
magna, & animo dolebat valde, & vestimenta
eius dississa, & cinis super caput eius. * Et di- 39
missi cogitatus, in quibus eram cogitans, &
conuersus sum ad eam, & dixi ei, * Vt quid 40
fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, * Di- 41
mitte me Domine meus vt defleã me, & adii-

ciam dolorẽ: quoniam valde amaro sum ani- 42
mo, & humiliata sum valde. * Et dixi ei, Quid 43
passa es? dic mihi. Et dixit ad me, * Sterilis fui
ego famula tua, & non peperi, habens mari-
tum annis triginta. * Ego enim per singulas 44
horas, & per singulos dies, & annos hos tri-
ginta deprecor Altissimum nocte ac die. * Et 45
factum est, post triginta annos exaudiuit me
Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem
meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit
mihi filium: & iucundata sum super eum
valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, 46
& honorificabamus valde Fortem. * Et nu- 47
triui eum cum labore multo. * Et factum est
cùm egressus esset, & venisset accipere vxorem,
feci diem epuli.

Cap. x.

ET factum est, cùm introisset filius meus 1
in thalamo suo, cecidit, & mortuus est: * & 2
euertimus omnes lumina, & surrexerunt om-
nes ciues mei ad consolandum me, & quieui
vsque in alium diem vsque nocte. * Et factum 3
est, cùm omnes quieuissent vt me consolaren-
tur vt quiescerem: & surrexi nocte, & fugi: &
veni sicut vides in hoc campo: * & cogito iam 4
non reuerti in ciuitatem, sed hic consistere:
& neque manducare, neque bibere, sed sine
intermissione lugere, & ieiunare vsque dum
moriar. * Et dereliqui sermones in quibus 5
eram, & respondi cum iracundia ad eam, &
dixi, * Stulta super omnes mulieres, non vi-
des luctum nostrum, & quæ nobis cõtingunt? 6
* Quoniam Sion mater nostra omni tristitia
contristatur, & humilitate humiliata est, & lu-
get validissimè. * Et nunc quoniã omnes lu- 8
gemus, & tristes sumus: quoniã omnes con-
tristati sumus, tu autem contristaris in vno fi-
lio? * Interroga enim terram, & dicet tibi: 9
quoniam hæc est quæ debeat lugere casum
tantorum super eam germinantium. * Et ex 10
ipsa ab initio omnes nati & alij veniẽt: & ec-
ce, penè omnes in perditionem ambulant, &
exterminium fit multitudo eorum. * Et quis 11
ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tã mag-
nam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ
pro vno doles? Si autem dicis mihi, * Quo- 12
niam nõ est planctus meus similis terræ: quo-
niam fructum ventris mei perdidi, quem cum
mœroribus peperi, & cum doloribus genui:
* terra autem secundùm viam terræ, abiitque 13
in ea multitudo præsens, quo modo euenit: &
ego tibi dico, * sicut tu cum labore peperisti, 14
sic & terra dat fructum suum homini ab initio
ei qui fecit eam. * Nunc ergo retine apud te 15
meipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui
tibi contigerunt casus. * Si enim iustificaue- 16
ris terminum Dei, & consilium suum recipies
in tempore, & in talibus collaudaberis: * in- 17
gredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et
dixit ad me, * Non faciam, neque ingrediar

ciuitatem, sed hic moriar. * Et apposui adhuc 19
loqui ad eam, & dixi, * Noli facere hunc ser- 20
monem, sed consenti persuadenti. Quot enim
casus Sion? Consolare propter dolorem Ieru-
salem. * Vides enim quoniã sanctificatio no- 21
stra deserta effecta est, & altare nostrum demo-
litum est, & templum nostrum destructũ est,
* & psalterium nostrum humiliatum est, & 22
hymnus conticuit, & exultatio nostra dissolu-
ta est, & lumen candelabri nostri extinctũ est,
& arca testamenti nostri direpta est, & sancta
nostra contaminata sunt, & nomen quod in-
uocatum est super nos, penè prophanatum est:
& liberi nostri concumeliam passi sunt, & sa-
cerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri
in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ
coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim pas-
sæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli no-
stri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt,
& fortes nostri inualidi facti sunt: * & quod 23
omnium maius, signaculum Sion, quoniã re-
signata est de gloria sua. nam & tradita est in
manibus eorum qui nos oderunt. * Tu ergo 24
excute tuam tristitiam multam, & depone abs
te multitudinem dolorum, vt tibi repropitie-
tur Fortis, & requiem faciet tibi Altissimus,
requietionem laborum. * Et factum est, cùm 25
loquebar ad eam, facies eius fulgebat subitò
& species, coruscus fiebat visus eius, vt essem
pauens valde ad eam, & cogitarem quid esset
hoc. * Et ecce, subitò emisit sonitum vocis 26
magnum timore plenum, vt commoueretur
terra à mulieris sono. & vidi: * & ecce, am- 27
plius mulier non comparebat mihi, sed ciuitas
ædificabatur, & locus demonstrabatur de fun-
damentis magnis: & timui, & clamaui voce
magna, & dixi, * Vbi est Vriel angelus, qui à 28
principio venit ad me? quoniam ipse me fe-
cit venire in multitudine in excessu mẽtis hu
ius, & factus est finis meus in corruptionem,
& oratio mea in improperium. * Et cùm es- 29
sem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vi-
dit me. * & ecce eram positus vt mortuus, & 30
intellectus meus alienatus erat, & tenuit dex-
teram meam, & confortauit me, & statuit me
super pedes meos, & dixit mihi, * Quid tibi 31
est? & quare conturbatus est intellectus tuus,
& sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et
dixi, * Quoniam dereliquisti me, & ego qui- 32
dem feci secundùm sermones tuos, & exiui
in campum: & ecce vidi, & video quòd non
possum enarrare. Et dixit ad me, * Sta vt vir, 33
& commonebo te. Et dixi, * Loquere Domine 34
meus tu in me, noli me derelinquere, vt non
frustra moriar: * quoniam vidi quæ non scie- 35
bam, & audio quæ non scio. * Aut numquid 36
sensus meus fallitur, & anima mea somniat?
* Nunc ergo deprecor te, vt demonstres seruo 37
tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & di-
xit, * Audi me & doceam te, & dicam tibi de 38
quibus times: quoniam Altissimus reuelauit

tibi mysteria multa. * Vidit rectam viã tuam, 39
quoniam sine intermissione contristabaris
pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion.
* Hic ergo intellectus visionis quæ tibi ap- 40
paruit ante paululum. * Quam vidisti lugen- 41
tem, inchoasti consolari eam. * Nunc autem 42
iam speciem mulieris non vides, sed apparuit
tibi ciuitas ædificari: * & quoniam enarrabat 43
tibi de casu filij sui, hæc absolutio est. * Hæc 44
mulier quam vidisti, hæc est Sion; & quoniam
dixi tibi, quam & nunc conspicies, vt ciuita-
tem ædificatam. * Et quoniam dixit tibi, 45
quia sterilis fuit triginta annis: propter quod
erant anni scilicet triginta, quando non erat
in ea adhuc oblatio oblata. * Et factum est post 46
annos triginta, ędificauit Salomon ciuitatem,
& obtulit oblationes: tunc fuit quando pe-
perit sterilis filium. * Et quod tibi dixit, quo- 47
niam nutriuit eum cum labore, hoc erat, habi-
tatio in Ierusalem. * Et quoniam dixit tibi, 48
quòd filius meus veniens in suo thalamo mor-
tuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat, quæ
facta est ruina Ierusalẽ. * Et ecce, vidisti simi- 49
litudinem eius: & quoniam filium lugeret,
inchoasti consolari eam: & de his quæ conti-
gerunt, hæc erant tibi aperienda. * Et nunc 50
videt Altissimus, quoniam ex animo contri-
status es, & quoniam ex toto corde pateris pro
ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pul-
chritudinem decoris eius. * Propterea enim 51
dixi tibi, vt maneres in campo vbi domus
non est ædificata. * Sciebam enim ego, quo- 52
niam Altissimus incipiebat tibi ostẽdere hæc:
* propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi 53
non est fundamentum ædificij. * Nec enim 54
poterat opus ædificij hominis sustineri in lo-
co, vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostendi.
* Tu ergo noli timere, neque expauescat cor 55
tuum: sed ingredere, & vide splendorem &
magnitudinem ædificij, quantum capax est
tibi visus oculorum videre: * & post hæc au- 56
dies quantum capit auditus aurium tuarum
audire. * Tu enim beatus es præ multis, & 57
vocatus es apud Altissimum sicut & pauci.
* Nocte autem quæ in crastinum futura est, 58
manebis hic: * & ostendet tibi Altissimus eas 59
visiones supremorum, quæ faciet Altissimus
his qui habitant super terram à nouissimis
diebus. * Et dormiui illam noctem & aliam, 60
sicut dixerat mihi.

Cap. xi.

ET vidi somnium, & ecce ascendebat de 1
mari aquila, cui erant duodecim alæ pen-
narum & capita tria. * Et vidi, & ecce expan- 2
debat alas suas in omnem terram, & omnes
venti cæli insufflabant in eã, & colligebantur.
* Et vidi, & de pennis eius nascebantur cõtra- 3
riæ pennæ, & ipsæ fiebãt in pennaculis minu-
tis & modicis. * Nã capita eius erãt quiescen- 4

tia,& dimidium caput erat maius aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis.* Et vidi, 5
& ecce aquila volauit in pennis suis,& regnauit super terram, & super eos qui habitant in
ea.*Et vidi,quoniam subiecta erant ei omnia 6
sub cælo, & nemo illi contradicebat, neque
vnus de creatura quæ est super terram. * Et 7
vidi,& ecce surrexit aquila super vngues suos,
& misit vocem pennis suis, dicens, * Nolite 8
omnes simul vigilare,dormite vnusquisque in
loco suo, & per tempus vigilate. * Capita au- 9
tem in nouissimo seruentur. * Et vidi, & ecce 10
vox non exibat de capitibus eius, sed de me-
dietate corporis eius.*Et numerauí contrarias 11
pennas eius,& ecce ipsæ erant octo. * Et vidi, 12
& ecce à dextera parte surrexit vna penna, &
regnauit super omnem terram.*Et factum est 13
cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit
locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat.
ipsa multum tenuit tempus. * Et factum est 14
cum regnaret,& veniebat finis eius, vt nõ ap-
pareret sicut prior.* Et ecce,vox emissa est illi, 15
dicens, * Audi tu quæ tanto tempore tenuisti 16
terram. hæc annuncio tibi antequam incipias
non apparere. *Nemo post te tenebit tempus 17
tuum, sed nec dimidium eius. * Et leuauit se 18
tertia,& tenuit principatum sicut & priores:&
non apparuit & ipsa. *Et sic contingebat om- 19
nibus aliis singulatim principatum gerere, &
iterum nusquam comparere. * & vidi, & ecce 20
in tempore sequentes pennę erigebantur à de-
xtera parte, vt tenerent & ipsæ principatum:&
ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim 21
non comparebant.* Nam & aliquæ ex eis eri-
gebantur, sed non tenebant principatũ. * Et 22 1
vidi post hæc,& ecce non comparuerunt duo- 2
decim pennæ,& duo pennacula: * & nihil su- 23
pererat in corpore aquilæ, nisi duo capita
quiescentia & sex pennacula.* Et vidi,& ecce 24
sex pennaculis diuisæ sunt duæ, & manserunt 3
sub capite quod est ad dexteram partem. Nam
quattuor manserunt in loco suo. * Et vidi, & 25
ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere
principatus.* Et vidi,& ecce vna erecta est,sed 26 4
statim non comparuit. * Et secundæ veloci- 27
ciùs quàm priores, non comparuerunt. * Et 28 5
vidi, & ecce duæ quæ superauerunt, apud se-
metipsas cogitabant,& ipse regnare.* & in eo 29
cùm cogitarent,ecce vnum quiescentium ca- 6
pitum quod erat mediũ,euigilabat, hoc enim 7
erat duorum capitũ maius. * Et vidi quoniam 30
completa sunt duo capita secũ: * & ecce con- 31
uersum est caput cum his qui cum eo erant, &
comedit duas subalares quæ cogitabãt regna- 8
re. * Hoc autem caput perconterruit omnem 32
terram,& dominabatur in ea his qui habitant
terram cum labore multo, & potentatum te-
nuit orbis terrarum super omnes alas quæ fue- 9
runt.*Et vidi post hæc,& ecce medium caput 33 10
subitò non comparuit, & hoc sicut alæ. * Su- 34 11
perauerunt autem duo capita, quæ & ipsa si-

militer regnauerunt super terram, & super
35 eos qui habitant in ea. * Et vidi, & ecce deuo-
rauit caput à dextera parte illud quod à læua.
36 * Et audiui vocem dicentem mihi, Conspice
37 contra te,& considera quod vides. *Et vidi,&
ecce sicut leo concitatus de silua rugiens:& vi-
di quoniã emittebat vocem hominis ad aqui-
38 lam. Et dixit,dicens,*Audi tu,& loquar ad te,
39 & dicet Altissimus tibi, * Nónne tu es qui su-
perasti de quattuor animalibus, quæ feceram
regnare in sæculo meo, & vt per eos veniret
40 finis temporum eorum? * & quartus veniens
deuicit omnia animalia quæ transierunt, &
potentatu tenuit sæculum cum tremore mul-
to, & omnem orbem cum labore pessimo, &
inhabitauit tot temporibus orbem terrarum
41 cum dolo. * Et iudicasti terram non cum ve-
42 ritate.* Tribulasti enim mansuetos, & læsisti
quiescentes,& dilexisti mendaces,& destruxi-
sti habitationes eorum qui fructificabant, &
humiliasti muros eorum qui te non nocuerũt.
43 *Et ascendit contumelia tua vsque ad Altissi-
44 mum,& superbia tua ad Fortem.* Et respexit
Altissimus superba tẽpora, & ecce finita sunt,
45 & scelera eius completa sunt.* Propterea non
appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, &
pẽnacula tua pessima, & capita tua maligna,
& vngues tui pessimi, & omne corpus tuum
46 vanum; * vti refrigeretur omnis terra, & re-
uertatur liberata de tua vi,& speret iudicium
& misericordiam eius qui fecit eam.

Cap. xii.

ET factum est, dum lõqueretur leo verba
hæc ad aquilam: & vidi, * & ecce quod
superauerat caput, & non cõparuerunt quat-
tuor alæ illæ quæ ad eum transierũt,& erectæ
sunt vt regnarent: & erat regnum eorum exi-
le,& tumultu plenum. * Et vidi, & ecce ipsa
non apparebant, & omne corpus aquilæ in-
cendebatur, & expauescebat terra valde, &
ego à tumultu & excessu mentis, & à magno
timore vigilaui,& dixi spiritui meo, * Ecce tu
præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias
Altissimi. * Ecce adhuc fatigatus sum animo,
& spiritu meo inualidus sum valde, & nec
modicæ est in me virtus à multo timore,quam
expaui nocte hac. * Nunc ergo orabo Altis-
simum, vt me confortet vsque in finem. * Et
dixi, Dominator Domine, si inueni gratiam
ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te
præ multis,& si certè ascendit deprecatio mea
ante faciem tuam, *conforta me, & ostende
seruo tuo mihi interpretationem, & distin-
ctionem visus horribilis huius, vt plenissimè
consoleris animam meam. * Dignum enim
me habuisti ostendere mihi temporum no-
uissima. Et dixit ad me, * Hæc est interpre-
tatio visionis huius. * Aquilam quam vidisti
ascendentem de mari, hoc est regnum quod

visum

visum est in visione Danieli fratri tuo. * Sed 12
non est illi interpretatum,quoniam ego nunc
tibi interpretor. * Ecce dies veniunt,& exur- 13
get regnum super terram,& erit timor acrior
omnium regnorum quæ fuerunt ante eum.
* Regnabunt autem in ea reges duodecim, 14
vnus post vnum. * Nam secundus incipiet re- 15
gnare, & ipse tenebit amplius tempus præ
duodecim. * Hæc est interpretatio duodecim 16
alarum quas vidisti.* Et quam audisti vocem 17
quæ locuta est, non de capitibus eius exeun-
tem, sed de medio corporis eius, * hæc est in- 18
terpretatio, quoniam post tempus regni illius
nascentur contentiones non modicæ, & peri-
clitabitur vt cadat: & non cadet tunc, sed ite-
rum constituetur in suum initium. * Et quo- 19
niam vidisti subalares octo cohærentes alis
eius, * hæc est interpretatio. exurgent in ipso 20
octo reges, quorum erunt tempora leuia, &
anni citati, & duo quidem ex ipsis perient.
* Appropinquante autem tempore medio, 21
quattuor seruabũtur in tempore,cùm incipiet
appropinquare tempus eius vt finiatur: duo
verò in finem seruabuntur. * Et quoniam vi- 22
disti tria capita quiescentia, * hæc est inter- 23
pretatio: in nouissimis eius suscitabit Altissi-
mus tria regna, & renouabit in ea multa. &
dominabũtur terram,* & qui habitant in ea, 24
cum labore multo super omnes qui fuerunt
ante hos. propter hoc ipsi vocati sunt capita
aquilæ. * Isti enim erunt qui recapitulabunt 25
impietates eius, & qui perficient nouissima
eius. * Et quoniam vidisti caput maius non 26
apparens,hæc est interpretatio eius. quoniam
vnus ex eis super lectum suum morietur, &
tamen cum tormentis. * Nam duo qui per- 27
seuerauerint, gladius eos comedet. * Vnius 28
enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen
hic gladio in nouissimis cadet. * Et quoniam 29 1
vidisti duas subalares traiicientes super caput 2
quod est in dextera parte, * hæc est interpre- 30
tatio. hi sunt quos conseruauit Altissimus in 3
finem suum,hoc est regnum exile & turbatio-
nis plenum. * Sicut vidisti & leonem, quem 31
vidisti de silua euigilantem, & rugientem, &
loquentem ad aquilam, & arguentem eam,& 4
iniustitias ipsius,per omnes sermones eius sic- 5
ut audisti: *hic est ventus quem seruauit Al- 32
tissimus in finem ad eos, & impietates ipso-
rum: & arguet illos, & incutiet coram ipsis
discerptiones eorum. *Statuet enim eos in 33 6
iudicio viuos: & erit, cùm arguerit eos, tunc
corripiet eos. * Nam residuum populum 34 7
meum liberabit cum miseria, qui saluati sunt 8
super fines meos, & iucundabit eos quoadus-
que veniet finis, dies iudicij, de quo locutus
sum tibi ab initio. * Hoc somnium quod vidi- 35
sti,& hæ interpretationes. * Tu ergo solus di- 36
gnus fuisti scire Altissimi secretũ hoc. * Scri- 37
be ergo omnia ista in libro quæ vidisti,& pone
ea in loco abscondito: * & docebis ea sapien- 38

tes de populo tuo, quorum corda scis posse
capere, & seruare secreta hæc. * Tu autem 39
adhuc sustine hic alios dies septem, vt tibi
ostendatur quidquid visum fuerit Altissimo
ostendere tibi. * Et profectus est à me. Et fa- 40
ctum est, cùm audisset omnis populus quo
niam pertransierunt septem dies, & ego non
fuissem reuersus in ciuitatem, & congregauit
se omnis à minimo vsque ad maximum: &
venit ad me,& dixerũt mihi dicentes:*Quid 41
peccauimus tibi, & quid iniustè egimus in te,
quoniam derelinquens nos sedisti in loco
hoc? * Tu enim nobis superes solus ex omni- 42
bus populis,sicut botrus de vinea, & sicut lu-
cerna in loco obscuro, & sicut portus & nauis
saluata à tempestate. * Aut non sufficiunt no- 43
bis mala quæ contingunt? * Si ergo tu nos 44
dereliqueris, quanto nobis erat melius si es-
semus succensi & nos cum incendio Sion?
*Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi 45
mortui sunt. Et plorauerunt voce magna. Et
respondi ad eos, & dixi: * Confide Israel, & 46
noli tristari tu domus Iacob. * Est enim me- 47
moria vestri coram Altissimo, & Fortis non
est oblitus vestri in tentatione.*Ego enim non 48
dereliqui vos, neque excessi à vobis: sed veni
in hunc locum vt deprecarer pro desolatione
Sion, vt quærerem misericordiam pro humi-
litate sanctificationis vestræ. * Et nunc ite 49
vnusquisque vestrũm in domum suam, & ego 50
veniã ad vos post dies istos. * Et profectus est
populus,sicut dixi ei, in ciuitatem: * ego au- 51
tem sedi in campo septem diebus, sicut mihi
mandauit: & manducabam de floribus so-
lummodo agri, de herbis facta est esca mihi
in diebus illis.

Cap. xiii.

ET factum est post dies septem, & som- 1
niauí somnium nocte. * Et ecce de mari 2
ventus exurgebat, vt conturbaret omnes flu-
ctus eius. * Et vidi, & ecce conualescebat ille 3
homo cum millibus cæli: & vbi vultum suum
vertebat vt consideraret, tremebant omnia
quæ sub eo videbantur: * & vbicumque exi- 4
bat vox de ore eius,ardescebant omnes qui au-
diebant voces eius,sicut quiescit terra quando
sensérit ignem. * Et vidi post hæc, & ecce 5
congregabatur multitudo hominum,quorum
non erat numerus,de quattuor ventis cæli, vt
debellarẽt hominem qui ascenderat de mari.
*Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat mon- 6
tem magnum,& volauit super eum.*Ego au- 7
tem quæsiui videre regionem vel locum vnde
sculptus esset mons, & non potui.*Et post hęc 8
vidi, & ecce omnes qui congregati sunt ad
eum, vt expugnarent eum, timebant valde,
tamen audebant pugnare. * Et ecce, vt vidit 9
impetum multitudinis venientis, non leuauit
manum suam,neque frameam tenebat,neque
aliquod vasbellicosum,nisi solũmodò vt vidi,

* quoniam emisit de ore suo sicut flatū ignis, & de labiis eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tēpestates, & commista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis: * & concidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succēdit omnes, vt subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solūmodò puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui. * Et post hæc vidi ipsum hominem descendentē de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificā, * & accedebat ad eum vultus hominū multorum, quorumdā gaudentiū, quorumdam tristantiū: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum, & dixi, * Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hęc, & dignū me habuisti vt susciperes deprecationem meam: * & nunc demonstra mihi adhuc interpretationē somnij huius. * Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo plus væ his qui non sunt derelicti. * Qui enim nō sunt derelicti, tristes erant. * Intelligo nunc quæ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt. * Propter hoc venerūt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc. * Attamen facilius est perielitantem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nubem à sæculo, & nunc videre quæ contingunt in nouissimo. Et respondit ad me, & dixit: * Et visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es adaperiam tibi. * Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt: hæc est interpretatio. * Qui aufert periculum illo tempore, hic se custodiuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habent opera & fidem ad Fortissimum. * Scito ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti, super eos qui mortui sunt. * Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virū ascendentē de corde maris, * ipse est quem conseruat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt. * Et quoniam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignem, & tempestatē: * & quoniam nō tenebat frameam, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quę venerat expugnare eum. hæc est interpretatio. * Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt: * & veniet in excessu mētis super eos qui inhabitant terram. * Et alij alios cogitabūt debellare; ciuitas ciuitatē, & locus locū, & gens aduersus gentem, & regnū aduersus regnū. * Et erit, cùm fient hæc, & cōtingent signa quę antè ostēdi tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quē vidisti, vt virum ascendentem. * Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet vnusquisque in regione sua bellum suum, quod habent ad alterutrum: * & colligetur in vnum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum. * Ipse autem stabit super cacumen montis Sion. * Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata & ędificata, sicut vidisti montem sculpi sine manibus. * Ipse autem filius meus arguet quæ adinuenerunt Gentes, impietates eorum has quæ tempestati appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum, & cruciamenta quibus incipiēt cruciari: * quæ assimilatæ sunt flāmæ, & perdet eos sine labore per legem quæ igni assimilata est. * Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinē pacificam, * hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee regis, quē captiuum duxit Salmanasar rex Assyriorum: & transtulit eos trans flumen, & transtati sunt in terram aliam. * Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, vt derelinquerent multitudinem gentiū, & proficiscerentur in vlteriorem regionē, vbi numquam inhabitauit genus humanum: * vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua. * Per introitus autem angustos fluminis, Euphraten introierūt. * Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit venas fluminis vsquequo transirent. * Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arsareth. * Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum cùm cœperint venire, * iterum Altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace. * Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meum. * Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerunt populum: * & tunc ostendet eis multa plurima portenta. * Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi, * Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. * Hæc est interpretatio somnij quod vidisti, & propter quod illuminatus es hîc solus. * Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quęsisti. * Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem: * & propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum. erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia. * Et profectus sum, & transij in campum, multum glorificans & laudans Altissimum, de mirabilibus quæ per tempus faciebat: * & quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata: & sedi ibi tribus diebus.

CAP.

CAP. XIIII.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. * Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & dixit: Esdra Esdra. Et dixi: Ecce ego Domine. Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me: * Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Aegypto, * & misi eum, & eduxi populum meum de Aegypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis. * & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem, & præcepi ei, dicens: * Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes. * Et nunc tibi dico: * Signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea: * tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo siniantur tempora. * quoniam sæculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere. * Duodecim enim partibus diuisum est sæculum, & transierunt eius decima & dimidium decimæ partis. * supersunt autem eius post medium decimę partis. * Nūc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelę, * & dimitte abs te mortales cogitationes, & proiice abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam, & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his: * quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient: * quantum enim inualidum fiet sæculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. * Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem. * Et respondi, & dixi coram te Domine: * Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commouebit? * Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine. * Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera. * Si enim inueni in te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in sęculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam, & qui voluerint viuere in nouissimis, viuant. * Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos, vt non quærant te diebus quadraginta. * Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter. * Et venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere. * Et tunc perfectis quædam palàm facies, quædam sapientibus absconsè trades. in crastinum enim hac hora incipies scribere. * Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi: * Audi Israel verba hæc: * Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegypto, & liberati sunt inde: * & acceperūt legem vitæ, quam non custodierunt, quā & vos post eos transgressi estis: * & data est vobis terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non seruastis vias quas præcepit vobis Altissimus: * & iustus iudex cùm sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat. * Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrum sunt. * Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, & post mortem misericordiā consequemini. * Iudicium enim post mortem veniet, quādo iterum reuiuisce mus: & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. * Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vsque dies quadraginta. * Et accepi quinque viros sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi. * Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocauit me dicens: Esdra aperi os tuum, & bibe quo te potauero. * Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis. * Et accepi, & bibi: & in eo cùm bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conseruabatur memoria. * Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. * Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant. * Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. * Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quattuor. * Et factum est cùm compleuissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni & indigni: * nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo. * In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

ECce loquere in aures plebis meæ sermones prophetię, quos immisero in os tuum, dicit Dominus: * & fac, vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt. * Ne timeas à cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicētium. * Quoniā omnis incredulus in incredulitate sua morietur. * Ecce

ego

ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem,
& interitum: * propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum. * Propterea dicit Dominus: * Iam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligiosè agunt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent. ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorũ clamant perseueranter. * Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. * Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Aegypti: * sed educam eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiã plaga sicut priùs, & corrumpam omnem terram eius. * Lugebit Aegyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione quas inducet ei Deus. * Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab vredine, & grandine, & à sidere terribili. * Væ sæculo, & qui habitant in eo: * quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum. * Erit enim inconstabilitio hominibus, & alij aliis inualescentes non curabunt regem suum, & principes viæ gestorum suorum in potentia sua. * Concupiscet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. * Propter superbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. * Non miserebitur homo proximum suum, ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum, propter famem panis & tribulationem multam. * Ecce, ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro, & ab Euro, & à Libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis: * sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus. * Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphæa super effundentes sanguinem innoxium super terram. * Exiit ignis ab ira eius & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. * Væ eis qui peccant, & non obseruant mandata mea, dicit Dominus. * non parcam illis. Discedite filij à potestate. Nolite contaminare sanctificationem meam. * quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum; propterea tradidit eos in mortem, & in occisionem. * Iam enim venerunt super orbem terrarũ mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum. * Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente. * Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorum numerus feretur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient * carmonij insanientes in ira, & exient vt apri de silua, & aduenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum. * Et post hæc superualescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. * Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam, * & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorũ, & contentio in reges ipsorum. * Ecce nubes ab oriente & septentrione vsq; ad meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ, * & collidẽt se inuicem, & cõlident sidus copiosum super terram, & sidus illorum, & erit sanguis à gladio vsque ad ventrem, * & simus hominis vsque ad subtramẽ cameli, & erit timor & tremor multus super terram, * & horrebunt qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos: & post hæc mouebunt nimbi copiosi * à meridiano & septentrione, & portio alia ab occidente: * & superinualescent venti ab oriente, & recludent eam, & nubem quam suscitaui in ira, & sidus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum & occidentem violabitur: * & exaltabuntur nubes magnę & validæ plenæ irę, & sidus, vt exterreant omnẽ terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sidus terribile, * ignem & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum. * & demoliẽtur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna siluarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum. * Et transibunt constantes vsque ad Babylonem, & exterent eam: * conuenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sidus, & omnem iram super eam, & subibit puluis & fumus vsq; in cælum, & omnes in circuitu lugebũt eam: * & qui sub ea remanserint, seruient his qui exterruerunt. * Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ eius, * væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione, ad placendum & gloriandũ in amatoribus tuis, qui tecum cupierũt semper fornicari. * Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius: propterea dicit Deus, * Immittã tibi mala, viduitatẽ, paupertatem, & famẽ, & gladium, & pestẽ, ad deuastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. * Sicut flos siccabitur, cùm exurget ardor qui emissus est super te, * infirmaberis vt paupercula plagata & castigata à mulieribus, vt non possint te suscipere potentes & amatores. * Nũquid ego sic zelabor te, dicit Dominus, * nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltãs percussionem manuum, & dicens super mortem eorum,

cum

cùm inebriata esses, * Exorna speciem vultus tui? * Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies. * Sicut facies electis meis, dicit Dominus, sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum. * Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent. * Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent, à fame panis & siti aquæ. * Infelix per maria venies, & rursum accipies mala. * Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterent aliquam portionem terrę tuę, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum reuertentes ad Babylonem subuersam. * Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis: * & deuorabunt te, & ciuitates tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes siluas tuas & lignum fructiferum igni comburent. * Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

Cap. XVI.

VAe tibi Babylon & Asia, væ tibi Aegypte & Syria. * Præcingite vos saccis & ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquauit contritio vestra. * Immissus est vobis gladius, & quis est qui atertat illum? * Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum? * Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea? * Numquid repellet aliquis leonem esurientem in silua, aut extinguet ignem in stipula, mox quando cœperit ardere? * Numquid repellet aliquis sagittã à sagittario forti missam? * Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? * Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? * Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? * Dominus comminabitur, & quis non funditus contereturà facie ipsius? * Terra tremuit & fundamenta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: * quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit: sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient, cùm cœperint mitti in fines terræ. * Ecce mittuntur mala, & non reuertentur, donec veniant super terram. * Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ. * Quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario, sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terram. * Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? * Initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initiũ bellorum & formidabunt potestates, initium malorum & trepidabunt omnes. * In his quid faciam, cùm venerint mala? * Ecce fames & plaga, & tribulatio, & angustia, missa sunt flagella in emendatione, * & in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper. * Ecce, erit annonæ vilitas super terram, sic vt putent sibi esse directam pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio. * A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet ceteros qui superauerint à fame, * & mortui sicut stercora proiicientur, & non erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deiicientur. * non derelinquetur qui colat terram, & qui seminet eam. * Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa? * Vua matura fiet, & quis calcabit illam? erit enim locis magna desertio. * Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem eius audire. * Relinquentur enim de ciuitate decem, & duo de agro, qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum: * quemadmodum derelinquuntur in oliueto & singulis arboribus tres aut quattuor oliuæ. * aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam scrutantur: * sic relinquentur in diebus illis tres aut quattuor ab scrutantibus domos eorum in rhomphæa. * Et relinquetur terra deserta, & agri eius inuetterabunt, & viæ eius & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eò quòd non transient homines per eam. * Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum nõ habentes adiutorium: * sponsi earum in bello consumentur, & viri earum in fame exterentur. * Audite verò ista, & cognoscite ea serui Domini. * Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis de quibus dicit Dominus. * Ecce appropinquant mala, & non tardant. * quemadmodum prægnans cùm parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius, ante horas duas vel tres, dolores circũeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre, non tardabunt vno puncto: * sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram, & sæculum gemet, & dolores circumtenebunt illud. * Audite verbum, plebs mea: parate vos in pugnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ. * Qui vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus. * Qui mercatur, quasi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. * Qui seminat, quasi qui non metet: sic & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus. * Qui nubunt, sic quasi filios non facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui. * Propter quod qui laborant, sine causa laborant: * Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos euertent, & filios

eorum

eorum captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant natos suos. * Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas, * tanto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit Dominus. * Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde, * sic zelabitur iustitia iniquitatem cùm exornat se, & accusat eam in facie, cùm venerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. * Propterea nolite similari ei, nec operibus eius: * quoniam adhuc pusillum, & tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in vos. * Non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius, qui dicit: Non peccaui coram Domino Deo & gloria ipsius. * Ecce Dominus cognoscet omnia opera hominum, & adinuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum. * Dixit enim: Fiat terra, & facta est; fiat cælum, & factum est. * Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerum stellarum. * Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus est mare, & conceptum eius. * Qui concluſit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo. * Qui extendit cælum quasi cameram, super aquas fundauit eum. * Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, vt potaret terram. * Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam & intellectum, * & spiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ. * Hic nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris,

48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64

peccantes & volentes occultare peccata vestra. * Propter quod Dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes, * & vos confusi eritis cùm processerint peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt, quæ accusatores stabunt in die illo. * Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram Deo & angelis eius? * Ecce iudex Deus, timete eum. Desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione. * Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vobis, & cibabũt idolis occisos: * & qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperium, & in conculcationem. * erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes Dominum. * Erunt quasi insani nemini parcentes, ad diripiendum & deuastandum adhuc timentes Dominum. * quia deuastabunt & diripient substantias, & de domibus suis eos eiicient. * Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur ab igne. * Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. * Ne timeatis, nec hæsitetis, quoniam Deus dux vester est. * Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne supereleuent se iniquitates vestræ. * Væ qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à silua, & spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem iguis.

65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78

FINIS.

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.

VIGINTI & duas litteras esse apud Hebræos, Syrorum quoq; lingua & Chaldęorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem tono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant, figuris tantùm & apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias litteras reperisse quibus nunc vtimur: cùm ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum, hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton, in quibusdam Græcis voluminibus, vsque hodie antiquis expressum litteris inuenimus. Sed & psalmi, tricesimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus vndecimus, & centesimus decimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quamquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinque litteræ duplices apud Hebręos sunt, Caph, Mem, Nun, Pe, Sade: aliter enim scribuntur per has principia mediatesq; verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisque libri, duplices æstimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quę scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi litteris & exordiis, in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur בראשית Beresith: quem nos Genesim dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle semoth: qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaijcra, id est Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi, quos propriè תורה Thora, id est Legem appellant.

Secundum, prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iosue ben Nun dicitur.

Deinde subtexunt שפטים Sophetim, id est Iudicum librum. Et in eumdem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus.

Quartus, מלכים Melachim, id est Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliusque multo est מלכים Melachim, id est Regum, quàm ממלכות Mamlachot, id est Regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, est ישעיה Isaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur תרי עשר There asar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet.

Et primus liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid: quem quinque incisionibus & vno psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est שלמה Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Misle, id est Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiasten, id est קהלת Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo שיר השירים Sir hassirim prænotant.

Sextus, est דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibre haiamim, id est Verba dierum: quod significantiùs, Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare. qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur.

Octauus, עזרא Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos in duos libros diuisus est.

Nonus, אסתר Esther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri viginti duo: id est, Moysi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quamquam nonnulli דות קינות Ruth & Cinoth, inter Hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros viginti quattuor: quos sub numero viginti quattuor seniorum, Apocalypsis Ioannis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coràm

quattuor animalibus, oculatis antè & retro, id est in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, Scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus, quidquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgò Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeant, obsecro te Lector, ne laboremeum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque quod potest: alij aurum, argentum, & lapides pretiosos: alij byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species, Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & ciliciis, ardoremque solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum, Samuel, & Melachim meum: meum, inquam, meum. Quidquid enim crebriùs vertendo, & emendando sollicitiùs & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cùm intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me æstimato, si gratus es; vel Paraphrasten, si ingratus. quamquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer eum iis opusculis quæ nuper emendauimus: & vbicumq; discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum cui magis accomodare debeas fidem: & si nostra firmauerit, puto quòd eum non æstimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos fanpulas Christi rogo (quæ Domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem quæritis in sepulchro, quibus iam ad Patrem Christus ascendit) vt contra latrantes canes, qui aduersum me rabido ore desæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego scienspsal. 38. humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis.

HIERONYMVS PAVLINO.

ERATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas litteras, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei, & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio: sed Dei timor, & Diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique dum litteras quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à piratis & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus & seruus; tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titú Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis, celebrandumque miraculum, vt vrbem tantam ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus, vt vulgus loquitur, siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus siderum, ac dierum

cursu audiret docentem. Inde per Aelamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos, reuersus Alexandriam, pertexit Aethiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo
II. voluminibus Philostratus. Quid loquar de sæ-
Act. 9.c culi hominibus, cùm Apostolus Paulus, vas electionis & magister Gentium, qui de conscientia
1.Cor.13.a tanti in se hospitis loquebatur, An experimen-
Galat.1.d tum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiamque lustratam, ascenderit Ierosolymam, vt videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim? Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis, futurus gen-
Galat.2.d tium prædicator instruendus erat. Rursumque post annos quattuordecim, assumpto Barnaba & Tito, exposuerit Apostolis Euangelium, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis ἐνεργείας viua vo x, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa, fortiùs sonat. Vnde & Aeschines cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait, Quid si ipsam
III. audissetis bestiam, sua verba resonantem? Hæc non dico, quòd sit in me aliquid tale, quod vel possis à me audire, vel velis discere: sed quòd ardor tuus & discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras consideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus: tamen virtute totum est quid-
Act. 22.a quid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi & Prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritalibus telis, post-
2.Cor.10.b ea diceret confidenter, Arma nostræ militiæ, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo, & parati subiu-
2.Tim.3.d gare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris litteris eruditum, &
1.Tim.4.d hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit vt inter ceteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit,
Tit.1.b scientiam quoque in eo eligat Scripturarum, Obtinentem, inquit, eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit
IIII. exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si de-
Agg.2.b struentibus non resistat. Malachias prophera, immò per Aggæum Dominus, Interroga, ait, sacerdotes legem: intantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de Lege. Et in Deu-
Deut. 32.a teronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimooctauo, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iu-
Psalm.1. sti viri, cum eum Dauid arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, inter ceteras virtutes & hoc intulit, In lege Domini voluntas eius, & in
Dan. 12.b lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait, iustos fulgere sicut stellas; & intelligentes, id est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent, iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quamquam iuxta Hebraicam veritatem vtrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur
Act.4.c Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia legis & Scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem sciant, cùm litteras non didicerint. Quidquid enim
Isa.54.d aliis exercitatio, & quotidiana in lege meditatio
Ioan.6.a tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggere-
Luc.2.f bat, & erant iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Nisi fortè rusticum Petrum, rusticum dicimus Ioannem:
2.Cor.11.b quorum vterque dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus,
Ioan.1.a piscator, indoctus? & vnde illa vox obsecro, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος enim Græcè multa significat: nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus
V. Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam, inquit, sapientiam sapientium,
Abd.1.c & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sa-
Isa.29.c pientia perdet falsam sapientiam; & quamquam
1.Cor.1.c stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus
2.Cor.1.b sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem non sæculi huius, nec principum sæculi istius, quæ destruitur; sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante sæcula. Dei sapientia, Christus est. Christus enim, Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni Psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij. in quo sunt omnes thesauri
Coloss.2.a sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante sæcula: prædestinatus autem & præfiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eum, quem ceteri non videbant. Abraham vidit diem eius,
Ioan.8.g

Ezech. 1. a. Psal. 118

Rom. 7. e
2. Cor. 3. d
Apoc. 5. a
Isa. 29. d

Apoc. 3. b

Act. 8. e

& lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Revela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti litteras vt legat, respondebit tibi, Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse litteras, tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reseraverit qui habet clauem Dauid; qui aperit, & nemo claudit; claudit & nemo aperit? In Actibus Apostolorũ sanctus Eunuchus, immo vir (sic enim eum Scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo, Putásne intelligis, quæ legis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est de extremis mundi finibus, venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret Litteras sacras. Et tamen cùm librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum quem in libro nescius venerabatur. Venit Philippus, ostenditque ei Iesum, qui clausus latebat in littera. O mira doctoris virtus! eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est; ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longiùs patiebatur) vt intelligeres te in Scripturis sacris sine præuio & monstrante semiam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarij quoque, & fullones, & ceteri qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant. Alij adducto supercilio, grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alij discunt, prô pudor, à feminis, quod viros doceant. & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, immo audacia, edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt. Taceo de

VI.

mei similibus, qui si fortè ad Scripturas sanctas post sæculares litteras venerint, & sermone compositio aures populi mulserint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant. nec scire dignantur quid propheræ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit: Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquẽtem ad Filium: Nate meæ vires mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia, docere quod ignores: immo, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum. VII. Genesis.

Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis. Exodus.

In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, immo singulæ penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta. Leuiticus.

Numeri verò, nónne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent? Numeri.

Deuteronomium quoque secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. Deuteronomium. 1. Cor. 14. d

Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnesque leges Dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de ceteris fileam) resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautiùs scripserit. Scio, inquit, quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob.

Veniam ad Iesum Naue, qui typum Domini non solùm gestis, verùm etiam nomine præfert. transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Ecclesiæ cælestisque Ierusalem spiritualia regna describit. Iosue siue Iesus Naue.

Lib. Iudicum.

Ruth.
Isa. 16. a

Reg. I. & II.

Reg. III. & IIII.

Osee.

Ioel.

Act. 2. c

Amos.

Abdias.

Ionas.

Michæas.

In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt.

Ruth Moabitis, Isaiæ explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion.

Samuel in Heli mortuo, & occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur.

Melachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat vsq; ad Osee qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in litteris sensum latentem inspexeris; Ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur.

Duodecim prophetæ in vnius voluminis angustias coartati, multo aliud, quàm sonet in littera, præfigurant.

Osee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, viri ad se reditum præstolari.

Ioel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: & post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas, id est super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti, ab vno vsque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mysticè continentur.

Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria aut quattuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon & Moab, & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem Dominum super murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum, attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terram; non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.

Abdias, qui interpretatur seruus Dei, pertonat contra Edom sanguineũ terrenumque hominem: fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

Ionas columba pulcherrima, naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, Gentibus salutem nunciat.

Michæas de Morasthi coheres Christi, vastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis Israel.

Nahum consolator orbis increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Nahum.

Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius Habacuc.

Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piscium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento. Sophonias.

Aggæus festiuus & lætus, qui seminauit in lacrymis, vt in gaudio meteret; destructum templum ædificat, Deumque patrem inducit loquentem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Aggæus.

Zacharias memor Domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem; candelabrumq; aureum cum totidẽ lucernis quot oculis; duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit & dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equũ de Ierusalem, pauperem regem vaticinetur & prædicet, sedentem super pullum filium asinæ subiugalis. Zacharias.

Malachias apertè, & in fine omnium prophetarum, de abiectione Israel, & vocatione Gentium, Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Malachias.

Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium. Isaias.

Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum. Ieremias.

Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur. Ezechiel.

Quartus verò, qui & extremus inter quattuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi φιλόσοφος, lapidem præcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. Daniel.

Dauid Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentem. Dauid.

Prouerbia. Ecclesiastes. Canticum. Salomon pacificus & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit & Christum, sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Esther. Esther in Ecclesiæ typo, populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in posteros.

Paralipom. Paralipomenon liber, id est instrumenti veteris ἐπίθυμα, tantus ac talis est, vt absque illo siquis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasque verborum, & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæstiones.

Esdras. Nehemias. Esdras & Nehemias, adiutor videlicet, & consolator à Domino, in vnum volumen coartantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, Leuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud retinent in medulla. Cernis me Scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantùm, quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus dicere: *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Cetera illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantùm scio, quod nescio.

Psal. 118. c

Tangam & nouum breuiter testamentum.

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes. Ezech. 1. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & vbique volitantia, tenent se mutuo, sibique perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocumque eos flatus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus apostolus. Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias: octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur. Timotheum instruit ac Titum, & Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere.

Actus apostolorum. Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduerremus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.

2. Cor. 8.

Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, septem epistolas ediderunt, tam mysticas, quàm succinctas, & breues pariter ac longas. breues in verbis, longas in sententiis: vt rarus sit, qui non in earum lectione cæcutiat.

Apocalyp. Apocalypsis Ioannis, tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te, frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere. Nónne tibi videtur iam hic in terris regni cælestis habitaculũ? Nolo offendaris in Scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem faciliùs instruerent, & in vna eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans, & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorum radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor. Sedenti me præfero, magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo. Ob

Mat. 7. a Luc. 11. b

uiis te manibus excipiam, & (vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam) quidquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hîc amantissimum tui fratrem Eusebium, qui litterarum tuarum mihi gratiã duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum sæculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquij venustatem etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funem magis præcide, quàm solue. Nemo renunciaturus sæculo bene potest vendere, quæ contempsit vt venderet. Quidquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Auaro tã deest quod habet, quàm quod nõ habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & vestitus diuitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proiice. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu, semper recrastinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantùm & retia reliquerunt. Vidua duo æra misit in gazophylacium, & præfertur Crœsi diuitiis. Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

VIII. Prou. 17.

2. Cor. 6. b

Mat. 5. g

Mat. 4. e Mar. 12. d Luc. 21. a

PRÆFATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

in Pentateuchum Moysi ad Desiderium.

Dan. 9. DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum, cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis, vt transtatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me asserunt in Septuaginta interpretum sugillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes: cùm ego sæpissimè testatus sim, me

Exod. 35. pro virili portione in tabernaculo Dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asteriscos, & obelos opus omne distinguens: dum aut eluceſcere facit quæ minùs antè fuerant; aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangelistarum & Apostolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur: vt est illud, Ex Aegypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se: & multa alia quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint: & cùm dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee, secundum in Isaia, tertium in Zacharia, quartum in Prouerbiis, quintum æquè in Isaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur: & Hiberas

Osee 11. Isa. 11. Zach. 12. Prou. 18. Isa. 64. nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio: ne Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicumque sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt: vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit: quibus diuisi eadem scriptitarint: cùm Aristæas eiusdem Ptolemæi ὑπερφωνίσης, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud est esse interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit: hîc eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit transfert. Nisi fortè putandus est Tullius, Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte orationem, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? damnamus veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in domo Domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubiis protulere sententiis: nos verò post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quàm historiam scribimus. aliter enim audita, aliter visa narrantur. quod meliùs intelligimus, meliùs & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta: non damno, nõ reprehẽdo Septuaginta: sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego: in quibus vltimum penè gradum Interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Si cubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt, & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidos. Nunc te precor Desideri charissime, vt me, quia tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues: quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

EIVSDEM IN IOSVE *præfatio.*

TAndem finito Pentateucho Moysi, velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittamus, quem Hebræi יהושע בן נון id est Iosue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem שפטים appellant: ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusque lectorem vt siluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur: sed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus (quos tamen nostra delectant) vt pro Græcorum ἐξαπλοῖς, quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et si cubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt: maximè cùm apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique non possit verum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua, vel suscipiens, si placet; vel contemnens, si displicet: memineritque illorum versuum, Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legẽtis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & Ecclesiæ homines id despicere, immo lacerare, vnde aduersarij torqueantur? Quòd si vetus eis tantùm interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nihil extrà recipiendum putant; cur ea quæ sub asteriscis, & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili, cunctas editiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Ceterùm post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est, & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare non potui; decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere, & omissum iam diu opus, quasi quodam postliminio, repetere: præsertim cùm & admirabilis sanctusque vir Pammachius, hoc idem litteris flagitet; & nos ad patriam festinantes, mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

Psal. 49.

PRÆFATIONEM EIVSDEM *Sancti Hieronymi in libros Regum suprà reperies, ideò in principio positam, quòd librorum sacrorum ordinem contineat. Inscribitur autem, Prologus galeatus.*

EIVSDEM IN LIBRVM *Paralipomenon præfatio.*

SI Septuaginta interpretum, pura & vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me, Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime, impelleres, vt Hebræa tibi volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata; nostri arbitrij putas, aut è pluribus indicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibusque Iudæis, cornicum, vt dicitur, oculos configere. Alexandria & Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt; quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt: totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non solùm exempla composuit quattuor editionum, è regione singula verba describens, vt vnus dissentiens, statim ceteris inter se consentientibus arguatur: sed, quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minùs fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere quod semel susceperant; & post Septuaginta cellulas, quæ vulgò sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere, nocque in ecclesiis legitur quod Septuaginta nescierunt; cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & quod his maius est, Apostolis auctoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio, Ex Aegypto vocaui

Mat. 2.

Ioan. 19.
1. Cor. 2.

vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus illum: ceteraque his similia, in Hebræorum libris inueniri. Certè Apostoli & Euãgelistę, Septuaginta interpretes nouerãt: & vnde eis hęc quę in Septuaginta interpretibus non habentur? Christus Dominus noster vtriusque testamenti conditor, in

Ioan. 7.

Euangelio secundùm Ioannem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtique scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum est, vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantùm respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, iidem & accusatores & defensores, cùm in aliis probent quod in me reprobant: quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur. Ceterùm memini, editionem Septuaginta translatorum, olim de Græco emendatam tribuisse me nostris: nec inimicum debere existimari eorum, quos in conuentu fratrum semper edisserо. Et quod nunc דברי הימים, id est verba dierum, interpretatus sum: idcirco feci, vt inextricabiles moras, & siluam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barbariem, apertiùs & per versuum cola digererem, mihimetipsi & meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdæ sunt ceterorum.

AD DOMNIONEM *& Rogatianum, in eundem præfatio eiusdem.*

QVomodo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint; & tertium Virgilij librum, qui à Troade per Leucaten, & Actoceraunia, ad Siciliam, & inde ad ostia Tiberis nauigauerint: ita sanctam Scripturam lucidiùs intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit, & antiquarum vrbium memorias, locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit, cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire: vt circumiremus prouinciam, quam vniuersæ Christi Ecclesiæ sonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane charissimi, numquam me in diuinis voluminibus, propriis viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum. quanto magis de his super quibus anceps eram? Denique cùm à me nuper litteris flagitassetis, vt vobis librum Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tiberiade quendam legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vsque ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor, ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, vt non tam Hebræa quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina conjecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt transtulerant, sed scriptorum culpæ ascribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant: & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt, vel è regione vnum nomen, propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines, vt plerique existimant, sed vrbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonant, & obliquè sub interpretatione & figura eorum, quædam narrantur historiæ: de quibus in regnorum libro dicitur, Nónne ecce hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Quæ vtique in nostris codicibus non habentur. Hoc primùm sciendum, quòd apud Hebræos, liber Paralipomenon, vnus sit: & apud illos vocatus, דברי הימים, id est verba dierum: qui propter magnitudinem, apud nos diuisus est. quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo, faciunt, vt eum in tres partes secent, cùm vnus à suo auctore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominum, sed rerum, vt dixi, significantias sonant. Ad extremum quòd omnis eruditio Scripturarum in hoc continetur: & historiæ quæ vel prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hîc per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, misi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis displicaturum esse non ambigo. Optima enim quæque, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique, quàm discere. Siquis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis; & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicumque ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, transuersa scilicet virga, præposita est, illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

EIVSDEM AD DOMNIONEM & Rogatianum, in Esdram, & Nehemiam præfatio.

VTrum difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui. nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt antè sub fasce ruendum sit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia; qui omne quod scribimus, reprehendendum putant: & interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant quod occultè legunt, intantum vt clamare compellar, & dicere: Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est quòd semper scribitis atque rescribitis, vt Esdræ librum & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quidquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, vt ait quidam, niti, neque aliud fatigando nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis: viteriscque eorum supercilium, qui iudicare tantùm de aliis, & ipsi facere nihil nouerunt. Siqui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar; admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distinctè & per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio, librariorum diligentia, conseruetur. Nec quemquam moueat quòd vnus à nobis liber editus est: nec apocryphorum tertij & quarti somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in vnum volumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quattuor senibus sunt, procul abiicienda. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat; nec potest vtique verum asseri quod diuersum est: mittite eum ad Euangelia: in quibus multa ponuntur quasi de Veteri testamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur, velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Ex Aegypto vocaui filium meum: &, Videbunt in quem compunxerunt: multaque alia, quæ latiori operi reseruamus: & quærite ab eo vbi scripta sint. cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me versum est? Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos: & ipsis auctoribus, translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porrò aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium ac beneuolentiam, qui post Septuaginta translatores, iam Christi Euangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quòd exultantem cernerent Græciam à se aliquid mutuari? Primum enim magnorum sumptuum est & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verùs dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum Scripturæ sensum relinquens, vniuscuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebraæ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcumque sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilet, victorque Sinon incendia iactet: numquam meum, iuuante Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abiiciant. Euentilent apices, litteras calumnientur: magis vestra charitate prouocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

Psal. 119.

EIVSDEM AD CHROMATIVM & Eliodorum in Tobiam præfatio.

MIrari non desino exactionis vestræ instantiam. exigitis enim vt librū Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham; librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quidquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario, sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum vobis dicero, me, quod iubere estis dignati, complesse.

EIVSDEM PRÆFATIO in librum Iudith.

APud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minùs idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, immo exactioni: & sepositis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solùm feminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

EIVSDEM IN LIBRVM Esther præfatio.

LIbrum Esther variis translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de archiuiis Hebræorum reuelans, verbum è verbo expressiùs transtuli. Quem librum editio vulgata, laciniosis hinc inde verborum sinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspicite; vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus: quoniam Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant: & secundùm Apostolum, Qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum, in libro Esther alphabetum ex minio vsque ad Teth litteram fecimus diuersis in locis, volentes scilicet Septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

Psalm. 52.

Galat. 1.

EIVSDEM IN LIBRVM IOB præfatio.

COgor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediè temperatum genus translationis expresserint; & omnia Veteris instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos, translationi antiquæ inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam erasse fateantur, præcipuè in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur. & hoc dumtaxat apud Græcos. Ceterùm apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti fermè aut octingenti versus desunt; vt decurtatus & laceratus corrosusque liber, fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubricus: & quod Græci rhetores vocant, ἰσχνματισμένος, dum qui aliud loquitur, aliud agit: vt si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortiùs presseris, tanto citiùs elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lyddæum quemdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio: hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porrò à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo: vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes: & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non eorumdem syllabarum, sed eorumdem temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis quàm simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, par-

Iob 42.

uum comma quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græciq́ue Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi; legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vitio depravata, manifestiora nostra interpretatione fierent: Vt qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter Grammaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Græcos, post Septuaginta editionem, iam Christi Euangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus ac Theodotio, Iudaizantes hæretici, sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione eclarunt, & tamen in ἐξαπλοῖς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, depravata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone; vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoq́ue descriptos, vel vncialibus, vt vulgo aiunt, litteris onera magis exarata, quàm codices: dummodo mihi, meisq́ue permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis, quàm maleuolum probet.

ALIA EIVSDEM *præfatio.*

SI aut fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mente pertractarem; nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Saluatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisq́ue purgare; error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter, ô fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportelliscque, munusculis monachorum, spiritalia hæc & mansura dona suscipite; ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiserat. Igitur & vos, & vnumquemque lectorem solita præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem semper annectens, rogo, vt vbicumque præcedentes virgulas videritis, sciatis ea quæ subiecta sunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porrò vbi stellæ interpositum præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. necnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, vt sensum legentibus tollerent, oranibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo ecclesiis Christi venturum ratus, quàm ex aliorum negotio.

EIVSDEM IN PSALTERIVM, *quod secundùm Septuaginta editionem correxit, præfatio.*

PSalterium Romæ dudum positus emendaram: & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, ô Paula & Eustochium, scriptorum vitio deprauatum, plusq́ue antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere: me cogitis, vt veluti quodam nouali, scissum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem: æquum esse dicentes, vt quod crebrò malè pullulat, crebriùs succidatur. Vnde consueta præfatione cõmoneo tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quàm eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quę diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radiantia signa; id est obelos, vel asteriscos. Et vbicumque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsque ad duo puncta quę impressimus, sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi. Vbi autem perspexerit stellę similitudinem, de Hebręis voluminibus additum nouerit æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis dumtaxat editionem, qui simplicitate sermonis à Septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis & studioso cuique feciſse me sciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia, vel supercilio malint contemnere videri præclara, quàm discere: & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

EIVS-

EIVSDEM PRÆFATIO *in libros Salomonis.*

IVngat epistola, quos iungit sacerdotium: immò charta non diuidat, quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiam, quos poscitis, scripsissem si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimùm nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium: quasi aut æquum sit, me vobis esurientibus, alios laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, משלי quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat. קהלת, quem Græcè Ecclesiasten, Latinè concionatorem possumus dicere: שיר השירים, quod in nostra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur & Panæretos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi; non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum canticorum: vt similitudinem Salomonis, non solùm librorum numero, sed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est, quin & ipse stylus, Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tamen cùm diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.

AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM *in translationem Isaiæ ex Hebraica veritate, eiusdem præfatio.*

NEmo cùm prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis & operibus Salomonis: sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata, qui vtique prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primùm de Isaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admistum. Vnde accidit, vt præ ceteris, florem sermonis eius, translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adiiciendum, quòd non tam propheta dicendus sit, quàm euangelista. Ita enim vniuersa Christi Ecclesiæq́ue mysteria ad liquidum prosecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde coniicio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicuè Ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cùm hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis absconditа. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facilè quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post Septuaginta trãslatores Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant priùs, & posteà despiciant: ne videantur, non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Isaias in Ierusalem, & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commistim, nunc separatim texit oraculum. Et cùm interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudęam: tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aduentu Christi est. Quem quanto plus amatis, ô Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præsenti qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguę eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate Scripturarum ecclesiis eius diutiùs insultarent.

EIVSDEM IN IEREMIAM *præfatio.*

IEremias Propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaia & Osee & quibusdã aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodẽ spiritu

ritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij, à loco et in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsque hodie viculus, tribus ab Ierosolymis distans milibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus: virginitate sua euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer: & captiuitatem vrbis atque Iudææ, non solùm spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant: iam terras earum, coloniæ Gentium possidebant. Vnde in Iuda tantùm, & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensuræ metri versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Ceterùm ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.

EIVSDEM IN EZECHIELEM *præfatio.*

EZechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibique iis qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium se vltrò aduersariis tradidissent, & viderent adhuc vrbem Ierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est: sed ex vtroque mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Vnde non satis miror quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationē nostram: quoniā per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint; dicite eis quòd nemo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græcè significantiùs dicitur, vt vocentur φαγολοίδορoι, quod est, manducantes sannas.

EIVSDEM IN DANIELEM *præfatio.*

DAnielem prophetam iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris Ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam prophetatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignorans: hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe est, Danielem maximè & Esdram, Hebraicis quidem litteris, sed Chaldæo sermone conscriptos. & vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cùm me in linguæ huius pistrinum reclusissem: & multo sudore, multoque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiaque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans, ratum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem: & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebriùs in sua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: & qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru antepositō, easque iugulante, subiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cùm Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam: illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: Vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eum, ilico pereas: & à lentisco, in lentem te commiuat angelus: vel non lentè pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent: & per

ordinem

ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent. aut quod miraculum, diuinēque aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, quàm prophetali essent spiritu perpetrata? Cùm verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum vbi legissemus in toto veteri testamento quemquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, cui cùm quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum: derisit hominem, & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in
2. Cor. 12. corpore, sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est in quinque, & octo, & in vndecim libros: de quo non est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc propheta, immò contra hunc librum, Porphyrius obiiciat: testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius: qui multis versuum millibus eius vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile Ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudiciis oblatrantium non satis moueor: qui in vtramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

EIVSDEM IN XII. PROPHETAS *præfatio.*

NOn est idem ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioel planus in principiis: in fine obscurior. Et vsque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quem Esdram scribam, legisque doctorem, Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantùm vos ô Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: & Osee synchronon Isaiæ: Malachiam verò Aggei & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo; sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

EIVSDEM IN EVANGELISTAS *Ad Damasum præfatio.*

NOuum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de ceteris, ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat; non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeant quibus: tot enim sunt exemplaria penè quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus malè reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri disputo testamento, quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento: quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa euangelium CHRISTI Hebraicis litteris edidit. Hoc certè cùm in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit: vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus vtique nec in toto Veteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in Nouo profuit emendasse: cùm multarum gentium linguis scriptura antè translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Euangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne

multum

multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperauimus, vt his tantùm quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant. Canones quoque, quos Eusebius Cæsarienſis Episcopus Alexandrinus secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quòd si quis de curiosis voluerit nosse, quæ in Euangeliis, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderant. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui vnum è quattuor primum legerat, ad eius exemplum ceteros quoque existimauerit emendandos. Vnde accidit vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi. Rursum in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in ceteris reliquorum quæ aliis propria sunt, inueniantur. Cùm itaque canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quattuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioânes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo, propria quique quæ non habentur in aliis, ediderunt. Singulis verò Euangeliis, ab vno incipiens vsque ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore descriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem vsque procedens, indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cùm ergo aperto codice, verbi gratia, illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiusdem Euangelistæ qui & ipse ex inscriptione signatur, inuenies, atque è vicino ceterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, & cùm scieris recurres ad volumina singulorum, & sine mora repertis numeris quos ante signaueras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuoluat, quòd ſicubi in subnotatione canonum distinctorum, in canone quolibet tres Euangelistæ bis, ter vel quater, aut etiam ampliùs eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus è contrario, discrepantes, quòd id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi stant contra prædictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in vno quolibet eorum aut etiam duobus idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & dispares inueniantur in ceteris: dubium non erit, quin id quod illius illorumve canonis numerus bis terque repetitum ab his in volumine semel dictum esse ostendit, alter alterius eorum toties vno atque eodem sensu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione seruabitur. Ceterùm in decimo (quoniam propria singulorum tantummodo continentur) non potest contra id comparatio esse quod solùm est. Opto vt in Christo valeas, & memineris mei Papa beatissime.

EIVSDEM EX CATALOGO *scriptorum Ecclesiasticorum.*

PAulus Apostolus, qui antè Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſchalis fuit. quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob studia legis missus Ierosolyma, à Gamaliel viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cùm autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à Pontifice templi epistolis, ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cumque primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo, quòd eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertensque Ierosolymam, à Petro, Iacoboque & Ioanne, Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conuersatione scriptum est, hoc tantùm dicam, quòd post passionem Domini vicesimoquinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Iudææ succesſit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ) Paulum à Nerone dimissum, vt Euangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum (eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam.) In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per

me

me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cæleste, quòd scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem Ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter stylı sermonisque distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ Euangelistæ iuxta quosdam: vel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone: vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat, scripserat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentiùs verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quòd à ceteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

EIVSDEM EX CATALOGO *scriptorum Ecclesiasticorum.*

IAcobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus; vt nonnulli existimant, Ioseph, ex alia vxore; vt autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum Episcopus ordinatus, vnam tantùm scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur. licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egesippus vicinus Apostolorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait, Suscepit ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos, frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: soluseque in ædiebatur templum: & fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro Antiquitatum refert, & Clemens in septimo ὑποτυπώσεων mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum: qui cùm necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, Pontifex adolescens, Anani filius, de genere Sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum vt Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit. qui cùm præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cælum manus diceret, Domine ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste quo vda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit item Iosephus, tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas, Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebriùs acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur secundùm Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque sermonem transtatum est, quo & Origenes sæpe vtitur, post resurrectionem Saluatoris refert: Dominus autem cùm dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit Ecclesiam, id est vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum, vbi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit. Qui iam è nostris in Monte oliueti eum conditum putant: sed falsa eorum opinio est.

EIVSDEM EX CATALOGO *scriptorum Ecclesiasticorum.*

SImon Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia Cappadocia, Asia & Bithynia, secundo Claudij anno ad expugnan-

dum

dum Simonem Magum Romam pergit, ibique vigintiquinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignum vt sic crucifigeretur vt Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum secunda, à plerisque eius esse negatur, propter stili cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem, è quibus vnus Actorum eius inscribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

EIVSDEM EX CATALOGO *scriptorum Ecclesiasticorum.*

IVdas frater Iacobi, paruam quidem, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reiicitur: tamen auctoritatem vetustate iam & vsu meruit, & inter sanctas scripturas computatur.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORVM EX VETERI,

Quæ huc in id congesta sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita, assequantur, perspiciantq; in quem vsum ea Apostoli & Euangelistæ adduxerint.

GENESIS.

1 d Masculum & feminam fecit eos Mat.19.a.Mar.10.a
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operib. suis Heb.4.b
2 b Factus est primus homo Adam in animã viuentem 1.Cor.15.f
2 d Dimittet homo patrem, & matre, & adhærebit vxori Mat. 19. a. Mar.10.a.Eph.5.g.1.Cor.6.d
2 d Erunt duo in carne vna Mat.19. a.Mar.10. a. 1.Corinth. 6. d. Gal.3.b
12 a Exi de terra tua & de cognatione tua Act.7.a
12 a Et in semine tuo benedicentur omnes gentes Act.3.d.Eph.5.g
15 b Sic erit semen tuum Rom.4.c
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam Rom.4.a.Iac.2.d.Gal.3.a
15 c Erit semen tuum peregrinum in terra non sua Act.7.a
17 a Quia patrem multarum gentium constitui te Rom.4.c
18 b Secundùm hoc tempus veniam, & erit Saræ filius Rom.9.b
21 b Eijce ancillam & filium eius Gal.4.d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen Rom.9.b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & mul. Heb.6.c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes Gal.3.b.Act.3.d
25 c Quia maior seruiet minori Rom.9.c

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abraham, &c. Mat.22.c. Mar.12.c. Luc.20.f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam Rom.9.d
12 g Os non comminuetis ex eo Ioan.19.f
13 a Omne masculinum adaperiens vuluam Luc.2.d
16 d Qui multum, nõ abundauit, &c. 2.Cor.8.c
20 c Non mœchaberis Mat.5.d
20 c Non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces Rom.13.c
20 c Non concupisces Rom.7.b
20 c Non occides Mat.5.c. Luc.18.d
20 c Honora patrem tuum & matrem tuam Mat.15.a. Mar.7.b. Eph.6.a
21 c Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur Mat. 15.a.Mar.7.b
21 c Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5.f
22 d Principi populi tui non maledices Act.23.a
24 c Hic sanguis testamenti, quod mãdauit ad vos Deus Heb.9.c
25 g Vide, omnia facito secundùm exemplar quod tibi ostensum est, &c. Heb.8.b.Act.7.f
32 a Fac nobis deos qui præcedant nos Act.7.c
33 d Miserebor cui voluero, &c. Rom.9.c
34 d Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem 2.Cor.2.c

LEVIT.

12 g Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum 1.Pet.1.c
18 a Qui fecerit homo, viuet in ea Rom.10.b.Gal.3.b
19 c Non periurabis Mat.5.c
19 d Diliges proximum tuum sicut teipsum Rom. 13.d. Gal. 5.c. Iac.2.b.Mat.22.d.Mar.12.c
19 d Diliges proximum tuũ Mat.5.g
20 b Qui maledixerit patri, & matri, &c. Mat.15.a
24 d Oculum pro oculo Mat.5.f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c. 2.Cor.6.d

NVMERI.

9 b Os nõ comminuetis ex eo Io.19.f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis consumens est Heb.12.g
5 b Non concupisces Rom.7.c.13.c
5 b Non occides Mat.5.c.Luc.18.d
5 b Non mœchaberis Mat.5.d. Luc.18.d
5 b Non furtum facies Luc.18.d. Rom.13.c
5 b Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium Luc.18.d.Rom.13.c
5 b Honora patrem & matrem Mat.15.a. Mar.7.b.Ephes.6.a
6 a Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est Mar.12.c
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Mat.22.d. Mar.12.c.Luc.10.c
6 c 10 d Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies Mat.4.b.Luc.4.b
6 c Non tentabis Dominum Deum tuum Mar.4.b.Luc.4.b
8 a Non in solo pane viuit homo Mat.4.a.Luc.4.a
20 d Deus personam hominis non accipit Gal.2.b
18 c Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus Act.3.d.7.c
19 d In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum Mat.18.b. Ioan.8.e.2.Cor.13.a
19 d Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5.f
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno Gal.3.b
25 b Non alligabis os boui trituranti 1.Cor.9.a.1.Tim.5.c
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium Mat.21.c. Mar. 12.b.Luc.20.c
27 d Maledictus omnis qui nõ permanserit in omnibus &c. Gal.3.b
30 c Quis ascendet in cælũ? Ro.10.b

30 c Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo Rom.10.b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in nõ genté, &c. Ro.10.d
32 c Mihi vindictam, ego retribuam Rom.12.d

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derelinquam Heb.13.a

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium Heb.1.b

REG. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Rom.11.a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum Rom.11.a

IOB.

5 c Comprehẽdam sapientes in astutia eorum 1.Cor.3.d

LIBER PSALM.

2 a Quare fremuerũt gentes Act.4.c
2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te Act.13.c.Heb.1.b.5.b
2 c Reges eos in virga ferrea Apoc. 2.g.19.c
4 b Irascimini, & nolite peccare Ephes.4.f
5 c Sepulchrum patens est guttur eorum Rom.3.b
6 c Discedite à me, omnes qui operamini iniquitatem Math.7.d 25.d.Luc.13.f
8 b Ex ore infantium, & lactentium, &c. Mat.21.b
8 c Quid est homo quòd memor es eius? Heb.2.a
8 c Omnia subiecit sub pedibus eius 1.Cor.15.d
9 c Quorũ os maledictione & amaritudine plenum est Rom.3.c
13 a Non est iustus quisquam, non est intelligens Rom.3.b
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Rom.3.c
15 c Prouidebam Dominum in conspectu, &c. Act.2.d
15 d Non dabis sanctum tuum videre corruptionem Act.2.c.13.e
17 a Ego ero fidens in eum Heb.2.c
17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine Rom.15.b
18 a Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum Rom.10.d
21 a Eli, eli, lamma sabacthani Mat. 27.c.Mar.15.c
21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea Mat.27.d.Ioan.19.e
21 c Nunciabo nomen tuum fratribus meis Heb.2.c
23 a Domini est terra & plenitudo eius 1.Cor.10.f
24 c Odio habuerũt me gratis Io.15.d
30 a In manus tuas commendo spiritum meum Luc.23.f
31 a Beati quorum remissæ sunt iniquitates Rom.4.a
33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1.Pet.3.b
39 b Hostiam & oblationem noluisti Heb.10.b
40 c Qui manducat mecum panem Ioan.13.b
43 d Propter te mortificamur tota die Rom.8.g
44 b Thronus tuus Deus in sæculum sæculi Heb.1.c
50 a Vtiustificeris in sermonibus tuis Rom.3.a
54 d Iacta super Dominum curam tuam 1.Pet.5.b
61 d Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet 1.Cor.3.b
67 d Accẽdens in astũ, captiuam duxit captiuitatem Ephes.4.b
68 b Zelus domus tuæ comedit me. Ioan.2.d
68 b Improperia improperantium tibi ceciderunt super me Ro.15.a
68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Rom.11.b
68 c Fiat commoratio eorum deserta Actor.1.d
68 e In siti mea potauerunt me aceto Ioan.19.f
77 a Aperiam in parabolis os meum Mat.13.e
77 c Panem cæli dedit eis Ioan.6.d
81 b Ego dixi, dij estis Ioan.10.g
88 d Inueni Dauid seruum meum Actor.13.d
90 c Angelis suis mandauit de te Mat.4.a.Luc.4.b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt 1.Cor.3.d
94 c Hodie si vocem eius audieritis Heb.3.b
94 d Sicut iuraui in ira mea Heb.4.a
96 b Et adorent eum omnes angeli eius Heb.1.c
101 d Tu in principio Domine terram fundasti Heb.1.c
103 a Qui facit angelos suos spiritus Heb.1.c
108 b Et episcopatum eius accipiat alter Act.1.d
109 a Dixit Dominus Domino meo Mat.22.d.Luc.20.g. Act.2.f.
109 a Sede à dextris meis Heb.1.d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Heb.1.d. 1.Cor.15.d
109 b Tu es sacerdos in æternum Heb.5.b.7.c
109 b Iurauit Dominus & non pœnitebit eum Heb.7.c
111 b Dispersit, dedit pauperibus 2.Cor.9.c
115 a Credidi, propter quod locutus sum 2.Cor.4.c
115 a Omnis homo mendax Ro.3.a
116 a Laudate Dominum omnes gentes Rom.15.c
117 a Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo Heb.13.b
117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes Mat.21.d.Mar. 12.a.Act.4.b.1.Pet.2.b
117 d Hosanna filio Dauid Mat.21.b
131 c De fructu ventris tui ponam super sedem tuam Act.2.c
139 a Venenum aspidum sub labiis eorum Rom.3.b

PROVERB.

3 a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos Rom.12.d
3 b Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, &c. Heb.12.b
3 b Quem diligit Dominus corripit, &c. Heb.12.b.Apoc.3.d
10 b Charitas operit multitudinẽ peccatorum 1.Pet.4.b
17 c Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat 1.Thess.5.d. 1.Pet.3.b
20 c Qui maledixerit patri vel matri Matth.15.a.Mar.7.b
25 c Si furierit inimicus tuus, ciba illum Rom.12.d
26 b Canis reuersus ad vomitum 2.Pet.2.d

ISAIAS.

1 c Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen Rom.9.f
5 d Homo plantauit vineam Mat. 21.b.Luc.20.b.Mar.12.a
6 a Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth Apoc.4.c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis Mat.13.b. Mar.4.b. Luc. 8.b.Act.28.f.Io.12.f.Ro.11.b
7 c Ecce virgo in vtero habebit Mat.1.d
8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2.d
9 a Terra Zabulon & Terra Nephthali Matth.4.c
10 e Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris Ro.9.f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet spiritu oris sui 2.Thess.2.c
11 c Erit radix Iesse Ro.15.c.Act.13.d
21 c Cecidit cecidit Babylon illa magna Apoc.14.b
22 d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur 1.Cor.15.c
22 f Hæc dicit sanctus & verus qui habet clauem Dauid Apoc.3.b
25 c Absterget Dominus omnem lacrymam ab oculis, &c. Apoc. 7.d.21.b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1.Cor.14.d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis Rom.9.g. 1.Pet.2.b. Act.4.b.
29 d Populus hic labiis me honorat Matt.15.a.Mat.7.b
29 e Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam, &c. 1.Cor.1.c
33 c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius sæculi? 1.Cor.1.c
40 a Vox clamãtis in deserto Mat.3.a. Mar.1.a.Luc.3.a.Ioan.1.c
40 b Omnis caro fenum 1.Pet.1.d. Iac.1.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? 1.Cor.2.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit Rom.11.d
41 b 44.a Ego sum primus & nouissimus Apoc.1.d.& 22.c
42 a Ecce puer meus quem elegi Mat.12.b
43 d Ecce noua facio omnia Ap.21.b. 2.Cor.5.d
45 b Numquid dicit figmentum ei qui se, &c. Rom.9.d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Rom.14.b
49 b Posuit te in lucẽ Gentiũ Act.13.g

49 c Tempore accepto exaudiui te, &c. 2.Cor.6.8
49 c Non esurient neque sitient amplius Apoc.7.d
50 b Tunc expuerunt in faciem eius Matt.26.g
52 b Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem Rom.10.c
52 d Propter quod exite de medio eorũ, & separamini, &c.2.Co.6.d
52 d Nomẽ Dei per vos blasphematur Rom.2.d
52 d Quibus non est annunciatum de eo, videbunt Rom.15.c
53 a Domine, quis credidit auditui nostro? Rom.10.c.Ioan.12.f
53 b Ipse infirmitates nostras accepit Matth.8.c
53 c Tamquam ouis ad occisionem Actor.8.f
53 d Et cum iniquis reputatus est Mar.15.c.Luc.22.d
53 e Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus 1.Pet.2.d. 1.Ioan.3.a
53 c Qui peccata nostra pertulit in corpore 1.Pet.2.d
54 a Lætare sterilis quæ non paris Gal.4.d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Ioan.6.e
55 a Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis Apoc.22.d
55 b Dabo vobis sancta Dauid fidelia Act.13.c
56 c Domus mea domus orationis vocabitur Mat.21.b.Marc.11. c.Luc.19.g
59 b Contritio & infelicitas in viis eorum Rom.3.c
59 c Galeam salutis assumite Eph.6.c. 1.Thess.5.b
59 d Venietex Sió qui eripiat & auertat impietatem à Iacob Ro.11.d
60 c Et portæ eius non claudentur per diem Apoc.21.g
60 d Et ciuitas non eget sole neq; luna Apoc.21.g
60 d Nox vltrà non erit Apoc.22.a
61 a Spiritus Domini super me Lu.4.c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit Matth.21.a
64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. 1.Cor.2.b
65 a Inuentus sum à non quærentibus me Rom.10.d
65 a Tota die expandi manus meas ad populũ non credentẽ Ro.10.d
65 c Nouos verò cælos, & nouam terra 2.Pet.3.c.Apoc.21.a
66 a Cælum mihi sedes est Act.7.f
66 g Vbi vermis eorum non moritur Mar.9.g

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam speluncam latronum Mat.21.b.Mar. 11.c.Luc.19.g
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur 1.Cor.1.d.2.Cor.10.d
10 a Quis non timebit te Domine? Apoc.15.b
17 d Ego sum scrutans renes & corda Apoc.2.f
31 c Vox in Rama audita est Mat.2.d
31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios 2.Cor.6.d
31 e Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum Heb.8.c
31 f Hoc autem testamẽtum quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorũ He.10.c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna Apoc.18.a

EZECH.

3 a Accipe librum, & deuora illum Apoc.10.d
20 b Qui fecerit homo viuet in ea Rom.10.b
32 b Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum Mat.24.c
36 c Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes Rom.2.d

DANIEL.

9 g Cùm videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta Mat.24.b. Mar.13.b.Luc.21.d

OSEE.

1 d Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, &c.Ro.9.e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam Rom.9.e.1.Pet.2.b
6 c Misericordiam volo, & non sacrificium Mat.9.b.12.a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos Luc.23.d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meum Matth.2.c
13 d Absorpta est mors in victoria 1.Cor.15.g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Actor.2.c
2 g Omnis enim quicũq; inuocauerit nomen Dñi, saluus erit Ro.10.c

AMOS.

5 g Numquid victimas & hostias obtulistis mihi Act.7.c
6 a Væ vobis diuitibus Luc.6.d
9 c Post hæc reuertar, & rædificabo tabernaculum Dauid Act.15.c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus Matth.12.c.Luc.11.d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ Mat.12.c.Lu.11.d

MICHAE.

5 a Et tu Bethlehẽ terra Iuda Mat.2.a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem Mat.10.d.Lu.12.g

AGGAE.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo non solùm terrã, sed & cælũ He.12.g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & dispergimini: quia opus operor ego in diebus vestris Actor.13.f
2 a Iustus autem ex fide viuit Rom. 1.c.Gal.3.b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem Rom.10.c

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo Eph.4.f
9 b Ecce rex tuus venit Matth.21.a. Ioan.12.b
11 c Et acceperunt triginta argenteos Matth.27.a
12 c Videbunt in quem compunxerunt Ioan.19.g
13 c Percutiam pastorem Mat.26.c. Mar.14.b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio habui Rom.9.c
3 a Ecce ego mitto angelũ meũ Matt. 11.b. Marc.1.a. Luc.7.d.10.1.c
4 b Ipse est Elias qui venturus erat Matth.11.b
4 b Quid est quod scribæ dicũt, quòd Eliam oporteat primùm venire Matth.17.b. Marc.19.b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios Luc.1.b

HEBRAICORVM, CHALDÆORVM, GRÆCORVMQVE NOMINVM INTERPRETATIO.

AARON, Mons siue montanus.
Abba, Pater, Syrum est verbum.
Abarim, Transitus plurnu. siue transeuntes.
Abdemelech, Seruus regis.
Abdenago, Seruus claritatis.
Abdias, Seruus Domini.
Abdon, Seruus.
Abel, per aleph, Luctus, Ciuitas.
Abel, per he, in principio, Vanitas, filius Adam.
Abessalom, Pater pacis.
Abia Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater spontaneus.
Abisag, Patris ignorantia.
Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcum verbum.
Abram, Pater excelsus.
Abraham, Pater multitudinis.

Absalom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor vel tristitia.
Achaz, Apprehendens, siue possidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achitob, Frater bonitatis.
Adam, Homo, siue terrenus, aut Rufus.
Adon, Dominus, aut basis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis. vnum est ex nominibus Dei, quod interpres aliquando posuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Ægyptus, Angustiæ, siue tribulationes. Hebraicè, Misraim.
Æneas, Laudatus.
Æthiopia Græcè, ardorem significat. Hebraicè Cus dicitur, id est nigredo vel nigra.
Agabus, Locusta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Festiuus.
Ahod, Laudans.
Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraicè dicitur No. quod interpretatur credum, siue irritatio.
Alleluia, Laudate Dominum.
Amalec, Populus lambens.
Amam, Mater, Timor eorum.
Aman, Conturbans.
Amana, Fides, siue veritas.
Amasai, per aleph, Fortis vel robustus.
Amasai, per ain, Populi munus.
Amelech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum sit.
Aminadab, Populus spontaneus.
Ammon Populus eius.
Amnon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos per Aleph, Fortis, pater Isaiæ.
Amos, per ain, Oneratus, vnus ex duodecim prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per ain, Manipulus vel dominiũ. Princeps militiæ Israeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Responsiones, siue cantica.
Andreas, Fortissimus.
Anna, Gratiosa, siue misericors.
Antiochia, pro vehiculo.
Aphtira Hebraicè Pul dicitur, id est, casus vel ruina Isaiæ 66, 34.
Aphrica, Nahum 3, 9. Put. Crassa, siue pinguis.
Apostolus, Missus, legatus.
Arabes, Vespertini. 2. Par. 26. 2.
Arabes, Psalm. 71, 15. Hebraicè Saba, id est, conuersio.
Aram, Celsitudo, sublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quattuor.
Architriclinus, Princeps triclinij.
Arcopagita, De Colle Martis.
Arcopagus, Collis Martis.
Arcuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glatea.
Armenia, Hebraicè dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, siue maledictio.
Asaph, Congregans.
Aser, per sameech, Vinctus filius Caath.
Aser, per sin, Beatitudo, siue felicitas, filius Iacob.
Assuerus, Princeps & caput.
Assur Insidians, siue beatus.
Astaroth, Greges siue diuitiæ.
Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, Sine cumulo.
Attalia, Augens vel nutriens.
Aua, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adiutor.
Azotus, Hebraicè Asdod, Deprædatio.

B.

Baal, Idolum, aut dominans.
Baal. Osee 10, 14. Arbellegendum, id est, pugnauit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confusio, Commistio.
Bala, Inueterata, turbata, Ar. illa Rachel, per he in fine.
Bala, Deglutiens, Destruens, Vrbs per ain in fine.
Balaam, Vetustas populi.
Balac, Destruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens Dominum.
Bariona, filius columbæ.
Barnabas Filius consolationis.
Barsabas, Filius conuersionis.
Barthumæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius suspendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
Beel-phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muscæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Iumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, Peruersus, Absque iugo.
Ben-ennom, Filius diuitiarum suarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Beresith, In principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Bersabee, Puteus iuramenti.
Beth-abara, Domus transitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ vel afflictionis.
Beth-auen, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Diuisio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus.
Beth-sabee, Domus iuramenti, Ciuitas.
Beth-saida, Domus frugum.
Beth-sames, Domus solis.
Bethul, Virgo.
Bezec, Fulgur.
Boanerges, vel iuxta S. Hieronymum, Banereem, Filij tonitrui.
Booz, In fortitudine.
Borith, Herba in qua est acrimonia saporis.
Bosor, Munitio.
Bosra, Idem.

C.

Caath, Congregatio, Obtusio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Possessio, Possessus.
Caleb, quasi Cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, id est, ex Cana vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraicè, Caphthorim, id est iphærulæ.
Cariath-iarim, Ciuitas siluarum.
Cariath-sepher, Ciuitas litterarum.
Carmel, Cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus.
Carthaginenses, Hebraicè Tharsis, id est, contemplatio gaudij.
Cedar, Nigredo, tristitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, Tristis.
Cephas, Petrus à petra. Syrum.
Ceruta, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè Chasdim, id est, Quasi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaam, Mercator, Negotiator.
Charmel, Idem quod Carmel.
Cherub, Quasi magister.
Chodchod, Iaspis.
Choræi, Futores.
Christus, Vnctus.
Chus, Æthiops.
Cin, Possessio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis.
Cœlesyria, Curua Syria.
Colossenses, Supplicio affecti.
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core, Caluus, caluitiũ, per heth in fine.
Core per aleph in fine, Vocans, legens. 1. Par. 9, 19.
Corozaim, Hic est mysterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quasi miser.

D.

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damascus, Sanguinis succus.
Damascus, 1. Reg. 16, b. Similitudo incendij Hebr. Dumesec.
Dan, Iudicans, siue iudicium.
Daniel, Iudicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmascus, Generationis procuratio.
Dathan, Ritus, Lex.
Dauid, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatum, sub. regio.
Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3, a. 4. Hebr. Reseph, id est, Volucris, Flamma.
Dibre haiamin, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Iudicium, vel Iudicans.
Dionysius, Diuinitus stillatus.
Dithalassum, Duo maria.
Doeg, Solicitus, Anxius.
Dor, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E.

Ebal, Aceruus vetustatis.
Ecclesiastes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adiutorium.

Elehanan, Dei gratia siue misericordia.
Eliacim, Dei resurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus iuramenti.
Elisæus, Dei salus, Deus saluans.
Elle haddebarim, Hæc sunt verba. sic incipit quintus liber Legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiscum Deus.
Emmaus, Timens consilium.
Enac, Gigas, Torques.
Encænia, Renouatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Ephraim, Frugifer, Crescens.
Ephraim, Hebraicè Ephra, id est pulueulenta, siue plumbea. 1. Reg. 13. b. 7.
Ephrata, Vbertas, siue frugifera.
Ephron, Puluis.
Esau, Faciens, Operans.
Esdras, Adiutor, Atrium.
Esther, Occulta, Abscondita.
Etam, Auis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G.

Galaad, Abiectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, Vir Deus, aut Dei.
Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Aceruus testimonij.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio.
Galilæa, Volubilis.
Gazer, Præscissio.
Gazophylacium, Vbi thesauri templi seruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis tristitiæ.
Gehennon, Vallis contristans.
Gelboe, Reuolutio inuestigationis.
Gersom, Aduena ibi.
Gerson, Exilium eius.
Giblij, Termini.
Gihon, Pectus, Exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Transmigratio.
Gomor, Genus mensuræ.
Gomorrha, Populus rebellis.
Græci, Hebraicè Ieuanim, id est deceptores.

H.

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Destructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
Hebal, Aceruus vetustatis.
Heber, Socius, particeps, per heth in principio.
Heber, per ain, Transitus.
Hebræus, Transiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id est, dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Destructio.
Hesron, Sagitta exultationis.
Heua, Viua, Viuens.
Hierapolis, Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Desertum.
Horma, Destructio.
Hur, Libertas.
Hus, Consilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I.

Iabel, Defluens.
Iabes, Siccitas, per sin, in fine.
Iabes, Tristitia, per sade in fine.
Iacob, Supplantator.
Iahel, Ascendens, Damula.
Iahiel, Viuit Deus.
Iairitis, Illuminatus.
Iamin, Dextera, vel dexter.
Iapheth, Dilatatus.
Iason, Sanans.
Iauan, Deripiens.
Ichabod, Vbi gloria, Væ gloriæ.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipse, Existens.
Iehus, Tinea corrosus, per sin.
Iehus, 1. Par. 8. b. 10. Cõsilians, per sade.
Iemini, Dextera, vel dexter.
Iephthe, Aperiens.
Ierameel, Misericordia Domini.
Ieremias, Celsitudo Domini.
Iericho, Luna, Mensis.
Ierobaal, Impugnans idolum.
Ieroboam, Impugnans populum.
Ierosolyma, Visio pacis, Visio perfecta.
Ierusalem, Idem.
Iesse, Ens, Existens.
Iesboc, Est vacuus.
Iesus, Hebraicè Iehosua, Dominus saluator.
Iethro, Excellens.
Iezonias, Auisculatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
Indus, id est, de India. Hebraicè dicitur Hodu, id est, laudatio.
India, Iob 28. c. 13. Hebraicè Ophir, id est cinis.
Ioab, Paternitas, Habens patrem.
Ioachaz, Domini apprehensio.
Ioachaz, 2. Par. 34. b. 8. Apprehendens.
Ioachin, Domini præparatio.
Ioacim, Domini resurrectio.
Ioas, Diffidens, Desperans.
Ioas, Domini ignis, 4. Reg. 11. d. 21. Hebr. Iehoas.
Ioas, 1. Par. 7. b. 8, & 27. d. 28. Tinea corrosus, per ain.
Iob, Dolens, Gemens.
Ioel, Volens, Incipiens.
Iohanan, Gratiosus, Pius, Misericors.
Iohannes, Idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donum, filius Saul.
Ioram, Excelsus.
Iordanis, Fluuius iudicij.
Iosaphat, Dominus Iudex.
Iosceph, Augmentum.
Iosceph, Psal. 80, a. 2. Domini augmentum. Hebr. Iehosceph.
Iosias, Ignis Domini.
Iosue, Dominus saluator.
Isaac, Risus.
Isai, Munus aut ens.
Isai, 1. Par. 2, b. 13. Vir meus.
Isaias, Domini salus.
Isboseth, Vir confusionis.
Iscariotes, Vir occisionis.
Ismahel, Exauditio Dei.
Israel, Prævalens Deo.
Issachar, est merces, præmium.
Ithamar, Insula palmæ.
Iubileus, Buccina.
Iudas, Laudatio.
Iulius, Lanuginosus.

L.

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
Lech, Maxilla.
Leci, Lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio, Societas sua.
Lia, Laboriosa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraicè Lubim, Cor maris.
Lithostrotos, Lapidibus stratus.
Lot, Inuolutus, Colligatus.

M.

Maacha, Attrita.
Maasias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Iudicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philosophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer, De scorto natus.
Manahem, Consolator.
Manasses, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare.
Martha, Prouocans.
Massa, Onus.
Maspha, Specula.
Mathusael, Mortem suam postulans.
Matthæus, Donatus.
Melchias, Rex Dominus.
Melchi-sedec, Rex iustitiæ.
Melchisua, Rex saluator.
Mesollam, Pacificus.
Mesopotamia, Regio sic dicta, quòd duobus fluuiis, Euphrate & Tigri ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis sicut Deus.
Michæas, Idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboseth, De ore ignominia.
Misael, Quis postulatus?
Misse, Prouerbia, Nomen libri.
Misphat, Iudicium.
Mna, Libra, Talentum.
Moab, De patre.
Moria, Amaritudo.
Mosa, Azymum, per sade.
Mosa, 1. Par. 8. a. 9. Onus.
Moyses, Attractus (sub. de aquis.)
Mysia, Sceleſta.

N.

Naaman, Pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.

Naboth, Idem.
Nabuchodonosor, Planctus iudicij.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahasson, Coluber, Serpens.
Nahum, Consolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per sade scribatur, Custodita, vel florida interpretatur.
Neapolis, Noua ciuitas.
Nehemias, Consolatio.
Nehustan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephthali, Æquiparatio.
Niniue, Pulchra.
Noe, Cessatio, Requies.
Noema, Decora.

O.

Obadias, Seruus Domini.
Obed, Seruus.
Obed-edom, Seruus hominis.
Ochozias, Apprehensio.
Odollam, Testimonium illis.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Eleuatio, Holocaustum.
Onam, Dolor.
Onana, Dolor, Iniquitas.
Onesimus, Vtilis.
Oolla, Tabernaculum.
Ophni, Pugnus, Pugillus.
Oreb, Coruus.
Osee, Saluator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P.

Palesthina, Conspersa (sub. cinere.)
Paracletus, Consolator, Aduocatus.
Parasceue, Præparatio.
Pascha, Transitus.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoste, Quinquagesima (sub. dies.)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Dissipans.
Phares, Diuisio, Filius Iudæ.
Phares per sin, 1. Paral. 7. d. 16. Eques.
Pharisæi, Diuisi.
Phase, Transitus.
Phasga, Collis.
Philisthæa, Conspersa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probatica, Ouina, Locus vbi pecora sacrificanda tenebantur.
Proselytus, Aduena, Peregrinus.

R.

Raab, Psal. 86. a. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ouis.
Raguel, Pastor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelsus.
Rameses, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblatha, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Respha, Extensio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelsa, Sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelsa.
Ruth, Saturata.

S.

Saaph, Cogitans.
Saba, per sin, Conuersio, Captiuitas.
Saba, per samech, Circuitio.
Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbathismus, Requies, Cessatio.
Sabbatum, Idem.
Sadducæi, Iusti.
Sadoc, Iustus.
Sale, Missio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanasar, Pax ligata.
Salmon, Pacificus.
Salomith, Idem, f. g.
Salomon, Pacificus.
Salphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Custodia, Adamas.
Samson, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Positus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina, Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sarephtha, Angustia buccellæ.
Saron, siue Sarona, Planities.
Saran, Aduersarius.
Saul, Postulatus, Commodatus.
Saul, 1. Reg. 9. a. 2. Hebraicè Sual, Vulpes.
Scenopegia, Festum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iustus Domini.
Segor, Patua.
Senon, Eradicatio.
Sela, Dissoluens, Filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Positus.
Semei, Obediens.
Semei, 1. Par. 2. d. 28. nomen meum.
Sennacherib, Rubus destructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut tuba, Exod. 1. c. 15. per sin.
Sephora, Exod. 2. d. 21. Auis, Passer, Vxor Mosis.
Seth, Positus.
Serim, Expansiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus, Nilus.
Siloe, Missus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. a. 1. per samech.
Sin, per sade, Arma, Scutum.
Sion, Aceruus. 2. Reg. 5. b. 7.
Sion, Deut. 4. g. 48. Strepitus.
Sisara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Custos.
Sophtim, Iudices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Susanna, Lilium, Rosa.

T.

Tarsus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Furitas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharsis, Contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, Simulachra.
Thomas, Abyssus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana possessio.
Tyrij, Hebraicè Sorim, id est, tribulãtes.

V.

Vaicra, Et vocauit. Liber Leuitici.
Vaiedabber, Et locutus est. Liber Numerorum.
Vasthi, Potans, Bibens.
Veelle semoth, Et hæc sunt nomina. Secundus liber Legis qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z.

Zabad, Dos, Dotatus.
Zabdi, Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zacchæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Æmulator.
Zelpha, Distillatio oris.
Zorobabel, A lienus à confusione.

FINIS.

INDEX BIBLICVS,

QVI RES EAS DE QVIBVS IN SACRIS BIBLIIS AGITVR,

Ad certa Capita, alphabeti ordine digesta, reuocatas, summa breuitate complectitur.

IN hoc Bibliorum Indice, Candide Lector, primus numerus, libri caput denotat; proximè deinde sequentes vsque ad hoc signum †, vel (si hoc signum non adsit) ad proximam vsque sequentis libri citationem sunt versuum in eodem capite signatorum notæ. Exẽpli gratia in voce AARON, *Exod. 4, 14, 16, 30 † 5, 1 † 6, 13 † 7, 1, 2. legendum est: Exodi capite 4, versu 14, versu 16, & vers. 30. Itẽ cap. 5. versu 1, cap. 6, versu 13, cap. 7, versu 1, & 2. Cum autem asteriscus seu stella in hunc modum (Leu. 8.*.) numero apponitur, indicium est, rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari: vel significat locum illum esse inter reliqua diligentius notandum. Porrò si quod quæris in versu hîc notato contingat non adeò perspicue inueniri, tum aliquot ex propinquis versibus antecedentibus, vel sequẽtibus tibi erunt perlustrandi. In librorum nominibus ad faciliorem & certiorem distinctionem id obseruatum est, vt Eccle. Ecclesiasten, Eccli. verò Ecclesiasticum notet.*

AARON adiungitur fratri suo Mosi socius, Exo. 4, 14, 16, 30 † 5, 1 † 6, 13 † 7, 1, 2. Mich. 6, 4. fuit princeps Leui, Exod. 6, 16, 18, 20. peculiari ritu consecratur cum suis filiis ad ministerium sacerdotij, Leuit. 8 * Num. 3, 10. Deut. 18, 5. He. 5, 4. sicut Dominus præscripserat, Exod. 29. *. † 40, 12. Aaronis & filiorum sacerdotalis ornatus, Exod. 28* Aaronis sacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoscere, inusitato genere mortis intereunt, Exod. 16, 3, 11, 30, 31. Aaron insigni miraculo ostenditur præ ceteris à Deo in Sacerdotem summum electus, Exod. 17, 5, 8. post oblationem factam benedicit extensa manu populo, Exod. 9, 22. iure perpetuo accipit pro officio Sacerdotali oblationes & primitias à populo, Num. 18, 8, 9, 11, 12*. & à Leuitis decimas decimarum, Num. 18, 26, 28. moritur, Num. 20, 28 † 33, 36. Deut. 10, 6 † 32, 50. succedit ei in summo Sacerdotio Eleazar, Num. 20, 26. Deut. 10, 6. Aaronis laus, Eccli. 45, 7, 8, 9*.

ABARIM mons vnde morituros iam Moyses terram Chanaan prospexit, Num. 21, 11 † 27, 12 † 33, 44 *. Deut. 32, 49.

ABBA pater, Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Galat. 4, 6.

ABDEMELECH propugnator, & patronus Ieremiæ, Ier. 38, 7. liberatur à gladio Chaldæorum, Ier. 39, 16, 17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardentem, Dan. 3, 21. appellatur Azaria, Dan. 1, 6.

ABDIAS absconditi prophetas Domini, 3. Reg. 18, 3, 13.

ABDON Iudex in Israel, Iud. 12, 13.

ABEL occiditur à fratre Cain, Genes. 4, 8. 1. Ioan. 3, 12. de eodem lege Mat. 23, 35. Lu. 11, 51. He. 11, 4 † 12, 24.

ABIAM filius Roboam rex Iuda, 3. Reg. 14, 31 † 15, 1. 2. Paral. 13, 15. reliquit Asa regni successorem, 3. Reg. 15, 8. Mat. 1, 7.

ABIATHAR sacerdos effugit manus Saulis, 1. Reg. 22, 20. confugit ad Dauid in Cellam, 23, 6. cum Adonia se coniungit, 3. Reg. 1, 7. amouetur sacerdotio, 2, 27. iuxta illud 1. Reg. 2, 30, 32.

ABIDAN dux Beniamin, Nu. 1, 11.

ABIGAIL, vxor impij Nabal, 1. Reg. 25, 3. nubit Dauidi regi, post mortem Nabal, 25, 39.

ABIHV & Nadab filij Aaron igne absumuntur, Leuit. 10, 2. Num. 26, 61.

ABIMELECH rex Geraris aufert Abrahæ Saram, Gen. 20, 2. init pactum cum Abraham, Genes. 21, 23, 32. init pactum cum Isaac, Genes. 26, 31.

Abimilech filius Gedeonis, Iud. 8, 32. occidit 70. fuos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iudic. 9, 5, 53 *. 2. Reg. 11, 21.

ABIRON effert se contra Moysen, vnde & terra discedens, eum absorbet, Num. 16 *. † 26, 10. Deut. 11, 6. Psalm. 105, 17. Eccli. 45, 22.

ABISAG Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3. Reg. 1, 3. petitur ab Adonia in vxorem, 2, 17.

ABISAI filius Saruiæ, 2. Reg. 2, 18 † 16, 9 † 19, 21 † 20, 6 † 23, 18.

ABIVD filius Zorobabel, Mat. 1, 13. appellatur Anania, 1. Paral. 3, 19.

ABNEGATIO suiipsius, Gen. 12, 4 † 22, 1, 9. Deut. 33, 9. 3. Reg. 19, 19. 2. Mach. 6, 19, 23. Matth. 4, 19 † 8, 19 † 10, 39 † 16, 24 † 19, 21. Mar. 10, 21. Luc. 9, 23 † 14, 26 † 17, 33. Ioan. 12, 25.

Abnegatio omnium rerum, Gen. 12, 1. Deut. 33, 8. Ruth 2, 11. 2. Paral. 25, 9. Matth. 4, 19 † 19, 21, 27. Marc. 1, 17 † 10, 28. Luc. 5, 11 † 14, 26 † 18, 22. 1. Cor. 7, 29. Ioan. 12, 25. Phil. 3, 7.

ABNER præfectus militum Saulis, creat Isbosteth regem Israel, 2. Reg. 2, 8. pacisci tur cum Dauid, 3, 12. occiditur à Ioab, 2. Reg. 3, 27.

ABRA ancilla Iudith, Iudith 8, 32 † 10, 2. libertate donatur, Iudith 16, 28.

ABRAM filius Thare habet Sarai vxorem, Gen. 11, 29. egreditur ex patria in terram Chanaan præcipiente Domino, 12, 4. proficiscitur in Ægyptum, 12, 10. redit inde in Chanaan, 13, 1. Liberat Loth fratrem suum ex manibus hostiũ, 14, 14. accipit promissionem seminis, 15, 4 † 17, 16 † 18, 10. concumbit cum Agar, 16, 4. accipit promissionem se ninis & signum fœderis, appellaturque Abraham, 17, 5. orat pro Sodomitis, 18, 23 28, 32. Isaac ei nascitur, 21, 2. paratus est offerre Isaac, 22, 9. mittit seruum qui quærat vxorem filio suo Isaac, 24, 4. mo-

titur, 25, 8. commendatur, Eccli. 44, 20. appellatur pater multarum gentium, & omnium credentium, Geneſ. 17, 5. Iſa. 51, 2. Matth. 3, 9. Luc. 19, 9. Ioan. 8, 39. Rom. 4, 11, 17, 18 † 9, 7. Galat. 3, 8. de ipſo & eius ſemine vide Ioſ. 24, 3. Iſa. 41, 8 † 51, 2. Ezech. 33, 23. 2. Eſd. 9, 7. Matth. 8, 11. Act. 7, 2, 16. Hebr. 11, 17.

ABRAHAE filij qui dicantur, Io. 8, 33. Rom. 9, 7. Gal. 3, 7.

ABSALON filius Dauid, 2. Reg. 3, 3. occidit ſuum fratrẽ, & fugit ad Tholomai regem Geſſur, 13, 37. reuocatur, 14, 21, 23. conatur patris occupare regnum, 15, 6. concumbit cum patris concubinis, 16, 22. iuxta prophetiam, 12, 11. tribus haſtis transfigitur à Ioab, 18, 14.

ABSTINENTIA à quibuſdam cibis, Geneſ. 1, 29, 30 † 2, 17 † 3, 11 † 9, 4. Exod. 12, 9*. † 13, 6 † 21, 28 † 22, 31 † 29, 34. Leuit. 6, 24 † 7, 18*. † 11, 4*. † 17, 27*. † 19, 7 † 22, 8*. † 23, 14. Num. 6, 4 † 18, 10. Deut. 12, 16 † 14, 3*. Tob. 1, 12. Iudith 12, 2. Dan. 1, 8. 2. Machab. 7, 1. Matth. 12, 4. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1. Actor. 15, 29.

Abſtinentia à vino, Leuit. 10, 8 † 11, 34. Num. 6, 3. Iud. 13, 4, 14. Ierem. 35, 6. Ezech. 44, 21. Lucæ 1, 15.

Abſtinendum à cibo & potu etiam licito propter ſcãdalum alterius, 2. Mach. 6, 24. Rom. 14, 20, 21. 1. Cor. 8, 13.

Abſtinentiæ præceptum violate nolẽtes, Ier. 35, 6*. 2. Mach. 6, 19*. † 7, 2.*

ABYSVS veſtium, Iſa. 3, 18. Ezech. 7, 20. Eſther 14, 16. Mat. 11, 8. Mar. 12, 38. Luc. 7, 25 † 16, 19 † 20, 45. 1. Tim. 2, 9. 1. Pet. 3, 3.

ACCEPTIO perſonarum, vide Perſona.

ACCEPTIO munerum, Exod. 23, 8. Num. 35, 31. Deut. 10, 17 † 16, 19 † 27, 25. 2. Par. 19, 7. Iob 15, 34 † 36, 18. Prou. 14, 20 † 15, 27 † 17, 23 † 19, 6 † 22, 9 † 28, 21. Eccli. 4, 36 † 7, 6 † 20, 31. Iſa. 1, 23 † 5, 23 † 33, 15. Iudæ 16.

ACEDIA, 2. Reg. 11*. Prouerb. 6, 6 † 10, 4, 26 † 12, 11 † 13, 4 † 18, 8 † 19, 15, 24 † 20, 4, 13 † 21, 25 † 24, 30 † 26, 13 † 28, 19. Ezech. 16, 49. Eccli. 33, 26. Ro. 12, 11.

ACHAB impius rex Iſrael, 3. Reg. 16, 29, 30 † 18*. vincit Syrios, 20, 20, 29. init fœdus cũ Benhadad rege Syriæ, 20, 34. exercet tyrannidem in Naboth, 3. Reg. 21, 2. traijcitur telo, & ſanguinem eius canes lambunt, 22, 38. ſecundùm verba Heliæ, 21, 19. filij eius pereunt, 4. Reg. 10, 7, 11. ſecundùm illud 3. Reg. 21, 21. 4. Reg. 9, 7.

ACHAIA, Act. 18, 12, 27 † 19, 21. Ro. 15, 26. 1. ad Cor. 16, 15. 2. ad Cor. 1, 1 † 9, 2 † 11, 10. 1. ad Theſſ. 1, 7.

ACHAN lapidatur, Ioſ. 7, 25. 1. Par. 2, 7. in valle Achor, Ioſ. 7, 24 † 15, 7. Iſaiæ 65, 10. Oſee 2, 15.

ACHAZ filius Ioatham, impius rex Iuda, 4. Reg. 16*. 2. Paral. 28*. Iſaiæ 7*. Matth. 1, 9. appellatur Eliezer, Luc. 3, 29. Ezechias filius in regnum patri ſuccedit, 2. Paral. 28, 27. Matth. 1, 10.

ACHIAS filius Achitob, ſacerdos Domini, 2. Reg. 14, 3, 18. appellatur Achimelech, 21, 1.

ACHIOR dux Ammonitarum, Iudith 5, 5. traditur in manus filiorum Iſrael, 6, 7. fit Iudæus, 14, 6.

ACHIS rex Geth donat Dauidi ciuitatem Siceleg, 1. Reg. 27, 6.

ACHITOPHEL Dauidi à conſiliis, adhæret Abſaloni, 2. Reg. 15, 12. dat impium conſilium, 16, 21. ſuſpendit ſe, 17, 23.

ADAM creatur, Geneſ. 1, 27. collocatur in paradiſo, & ligni ſcientiæ vſus ei interdicitur, 2, 15. perſuaſione Euæ præceptum violat, & paradiſo pellitur, 3, 6, 23. Oſee 6, 7. moritur, 5, 5. Rom. 5, 14. 1. Cor. 15, 22.

ADHORTARI ad bonum, Gen. 13, 8 † 45, 24. Ioſ. 22, 5. 2. Paral. 30, 6 † 32, 7. 2. Eſdr. 5, 6, 9. Actor. 11, 23 † 14, 21 † 20, 17*. 1. Theſſ. 5, 11. Tit. 2*. † 3, 1. Heb. 3, 12.

ADONIAS affectat regnum patris ſui, 3. Reg. 1, 5. vxorem petit Abiſag, & occiditur, 2, 17, 25, 34.

ADONIBEZEC capitur, Iudic. 1, 6.

ADORATIO angelis & hominibus tributa, Geneſ. 18, 2 † 19, 1 † 23, 12 † 27, 29 † 33, 3*. † 42, 6 † 43, 26. Exod. 18, 7. Num. 22, 31. 1. Reg. 20, 41 † 25, 23 † 28, 14. 2. Reg. 9, 6 † 14, 3*. 3. Reg. 1, 15, 12. Iudith 10, 20. Eſther 3, 2. Dan. 2, 46. Actor. 10, 25.

ADRAMELECH idolum, 4. Reg. 17, 31.

Adramelech vſus ſubſidio fratris ſui Saraſar, occidit patrem Sennacherib, 4. Reg. 19, 37. Iſaiæ 37, 38.

ADVENTVS Domini expectandus, Matth. 24, 42 † 25, 13 † 26, 40. Mar. 13, 33. Luc. 12, 40 † 21, 34. Rom. 13, 12. Epheſ. 6, 18. Coloſſ. 4, 1. 1. Theſſ. 5, 6. 1. Pet. 4, 7 † 5, 8. Apoc. 3, 3 † 16, 15.

ADVLTERIVM, luxuria, & fornicatio, Gen. 6, 2 † 19, 5, 31, 33*. † 38, 15. Exod. 22, 16. Leu. 18*. † 19, 29 † 20, 10, 13 † 21, 9. Num. 25, 1, 6. Deu. 22, 13, 22, 23 † 23, 17. Iud. 19, 2, 25, 1. Reg. 2, 22. Tob. 4, 13. Pro. 2, 16 † 5*. † 7, 10*. † 22, 14 † 23, 27 † 29, 3. Eccleſ. 7, 27. Eccli. 23, 25*. † 25, 4. Ezech. 22, 10. Actor. 15, 20. Rom. 1, 26. 1. Cor. 5, 1 † 6, 9, 15 † 10, 8. Epheſ. 5, 5. Col. 3, 5. 1. Theſſ. 4, 3. 1. Tim. 1, 10. Heb. 13, 4.

Adulterium carnale & ſpirituale prohibetur, committitur, & punitur, Geneſ. 20, 2 † 26, 7. Exod. 20, 15. Leuit. 18, 8 † 20, 10. Num. 5, 13. Deut. 5, 18 † 22, 22, 30. Iu. 19, 2. 2. Reg. 11, 2, 4 † 12, 1, 9. Iob 24, 15 † 31, 1, 9. Pſal. 72, 27. Pro. 5, 3, 8, 20 † 6, 24, 32 † 7*. Iſaiæ 57, 1. Ier. 2, 36 † 3, 1 † 5, 7 † 13, 26. Oſee 2, 4 † 4, 2. Sap. 3, 16. Matth. 5, 27 † 14, 3 † 19, 9. Ioan. 8, 3. 1. Corinth. 6, 10. 1. Theſſ. 4, 3. Heb. 13, 4. Iacob. 4, 4.

ADVRAM, ſuper tributa ſeu quæſtor ærarius Dauidis, 2. Reg. 20, 24. poſtea à tributis ipſi Roboam, lapidatur, 3. Reg. 12, 18.

ÆGYPTIACA captiuitas prædicitur, Gen. 15, 13. incipit, Exod. 1, 8, 13. Actor. 7, 18.

De Ægypto exitus, & liberatio Iſraelis promittitur, Gen. 15, 16 † 48, 21 † 50, 24. Exo. 3, 17 † 6, 6. adimpletur, & exeũt viri 600000. Exod. 12, 37, 51 † 13*. 14*. Nu. 33, 1. Deut. 16, 1. Oſee 13, 4. Mich. 6, 4.

In Ægyptum redire improbè flagitat Iſraeliticus populus, Exod. 14, 11 † 16, 3 † 17, 3. Num. 11, 5 † 14, 4 † 20, 3.

Contra Ægyptum prophetatur, Iſaiæ 19, 1, 11, 18 † 20, 3. Ier. 43, 20 † 44, 30 † 46*. Ezech. 29*. † 30*. † 31*. † 32.*

Ægyptiaca redemptio frequenter in memoriam reuocatur tamquã ſummum beneficium, Exo. 20, 2. Leu. 22, 33 † 26, 12. Deut. 4, 37 † 5, 6 † 7, 8 † 8, 14 † 16, 6. Iud. 2, 1, 6, 8. 1. Reg. 10, 18. 4. Reg. 17, 7. Mich. 6, 4.

Ægyptus affligitur plagis variis, Exod. 7*. 8*. 9*. 10*. 11*. vt prædixit Dominus, Exod. 3, 19.

Ægyptus expugnatur à rege Babyloniæ, 4. Reg. 24, 7. Ierem. 46, 2.

Ægyptij prodeunt in pugnam contra Iudam, 2. Par. 12, 2.

Ægypto potitur Antiochus, 1. Mach. 1, 17. in Ægyptum fugit Chriſtus Herodem, Matth. 2, 13.

ÆGROTATIO & morbus pœna peccati, Exod. 15, 26. Leuit. 26, 16. Num. 12*. Deuter. 7, 15 † 28, 27, 60. 2. Reg. 24, 15. 4. Reg. 5, 27 2. Paral. 21, 18. Ioan. 5, 14.

Ægroti viſitandi ſunt & conſolandi, Geneſ. 48, 1. 4. Reg. 8, 29 † 13, 14. Iob 2, 11. Pſalm. 40, 4. Eccleſ. 7, 3. Eccli. 7, 38. Matth. 25, 37, 40. Ioan. 11, 3 † 12, 9. 2. Cor. 1, 4.

Quomodo ſe viri ſancti in morbo & deceſſu ab hac vita habuerint, Geneſ. 49*. † 50, 14. Deut. 31, 1, 6. Ioſ. 13*. † 23*. † 24*. 1. Reg. 12*. 3. Reg. 2, 1, 7. 2. Par. 32, 24. Tob. 4*. Iſai. 38, 1. 1. Mach. 2, 49, 61.

ÆNEAS ſanatur, Actor. 9, 33.

AGABVS imminẽtem famem prædicit, Act. 11, 28. & Paulo manus injiciendas, 21, 11.

AGAG rex Amalechitarum capitur à rege Saule, 1. Reg. 15, 8. iubente Samuele occiditur, 15, 33. iuxta prophetiam, Num. 24, 20.

AGAR ancilla Saræ parit Iſmahelem, Geneſ. 16, 15. expellitur cum filio ſuo, 21, 14. Galat. 4, 30. Agareni è ſua terra per Rubenitas profligantur, 1. Paral. 5, 19.

AGGAEVS prophetat Iudæis, Aggæi 1, 3. 1. Eſd. 5*. † 6, 14.

AGRIPPA audit Paulum, Actor. 26, 2.

AHIAS propheta in Silo ſecat pallium in 12. partes, 3. Reg. 11, 30. mala prædicit vxori Ieroboam, 14, 6, 10. ſcripſit prophetias, 2. Par. 9, 29.

ACHIMELECH ſacerdos dat Dauidi panes propoſitionis, 1. Reg. 21, 6. & gladium Goliath, 21, 9. transfigitur, 22, 18. appellatur Ahias, 14, 3. vocatur Abiathar, Marc. 2, 26.

AHIRA dux Nephthali, Nu. 1, 15.

ALCIMVS perurus Iudæus adeptus eſt ſacerdotium, 1. Mach. 7, 5, 9. 2. Mach. 14, 3, 13. perit ſubita morte, 1. Mach. 9, 55, 56.

ALEXANDER rex Græcorum occiſo Dario, regnum ſuum filijs diuiſit, 1. Machab. 1, 7. vide Dan. 7, 6 † 8, 8 † 11, 4.

ALPHA & ω, principium & finis. primus & nouiſſimus eſt Dominus, Iſai. 41, 4 † 44, 6 † 48, 12. Apoc. 1, 8 † 2, 8 † 21, 6 † 22, 13.

ALPHAEVS, pater Iacobi Apoſtoli, Matt. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Actor. 1, 13.

ALTARE holocauſti, Exod. 27, 1 † 38, 1. Num. 7*. 2. Reg. 24, 25. 3. Reg. 18, 32. 4. Reg. 16, 15. 2. Paral. 1, 5 † 4, 1 † 15, 8. 1. Eſd. 3, 2. Eze. 43, 13. 1. Mach. 4, 47, 53.

Altare incenſi, Exod. 30, 1, 10 † 37, 25 † 40, 10.

AMALECH filius Eſau naſcitur, Geneſ. 36, 12, 16. pugnat contra Iſrael, Exod. 17, 8. Num. 14, 45. Iudic. 6, 3. cæditur, 7*. 1. Reg. 14, 48. funditus deletur, 1. Reg. 15, 2, 8. iuxta verba Exo. 17, 14, Num. 24, 20. Deut. 25, 19.

AMAN poſtquam ad honores fuit euectus, ſit lethalis hoſtis Iudæorum, Eſth. 3*. ſuſpenditur, 7, 10. eodem ſupplicio afficiuntur & decem filij eius, 9, 13.

AMASA filius Abigail ſororis Dauidis, 1. Par. 2, 17. fit dux militiæ apud Abſalonem, 2. Reg. 17, 25.

Poſt militiæ Dauidis præficitur, 19, 13. tandem à Ioab per fraudem occiditur, 20, 10. cauſa cædis ponitur, 2. Reg. 19.

AMASIA filius Ioas recenſet populum, 2. Paral. 25. 5. vlciſcitur cædem patris ſui, 4. Reg. 12, 21 † 14, 5. bello deuincit Edomæos, 14, 7. capitur, & occiditur, 14, 13. relinquit ſucceſſorem filium Azariam regem, 15, 1. appellatur Leui, Luc. 3, 29.

AMICI veri & ficti, Deut. 13, 6 † 33, 9. 2. Reg. 3, 27 † 13, 14 † 15, 19 † 20, 8. Pſalm. 40, 10 † 54, 14. Pro. 14, 20 † 18, 24 † 27, 10, 19. Eccli. 6, 7 † 7, 20 † 9, 12 † 12, 14 † 22, 23 † 37, 10. Ierem. 9, 4 † 12, 6 † 41, 1. Daniel 11, 26. Mich. 7, 5. Matth. 10, 35. Luc. 12, 53. Ioan. 13, 18. 1. Theſſal. 2, 14.

AMINADAB filius Aram, Matt. 1, 4. hunc Naaſſon filius eius in regno ſecutus eſt, Num. 1, 7 † 7, 12 † 10, 14.

AMMON filius Lot & filiæ eius, Geneſ. 19, 38. Ammonitæ prohibentur ab ingreſſu templi, Deu. 23, 3. 2. Eſd. 13, 1. cædũtur ab Iſrael, Iud. 11, 32. 1. Reg. 11, 11. 2. Reg. 8, 12 † 10*. † 12, 26. aduerſus Ammon prophetatur, Pſalm. 82, 8. Ier. 49, 1. Ezech. 21, 20 † 25, 2. Amos 1, 13. Sophon. 2, 8.

AMNON filius Dauid oppreſſit ſororem ſuam Thamar, 2. Reg. 13, 14. vnde & ab Abſalone fratre ſuo confoditur, 13, 28.

AMON filius Manaſſe rex Iuda, occiditur, 4. Reg. 21, 19, 23. ei in regno ſuccedit filius Ioſias, 4. Reg. 22, 1.

AMORI filius Canaan, Geneſ. 10, 16. Amorrhæi non patiuntur Iſraelem per ſuos terminos proficiſci, Num. 21, 23. Iud. 11, 19.

AMRI impius rex Iſrael, 3. Reg. 16, 16, 17, 22, 23. cõtra Amri, Mich. 6, 16.

ANAMELECH idolum Sepharuaim, 4. Reg. 17, 31.

ANANIAS prophetat contra Ieremiam, Ierem. 28, 1.

Ananias cum vxore Sapphira ſubitò moritur, Actor. 5, 5, 10.

ANATHOTH ciuitas Beniamin, Ierem. 32, 7. vbi & Ieremias eſt natus, Ier. 1, 1 † 29, 27. & ſacerdos Abiathar, 3. Reg. 2, 26.

Anathothitæ nolunt Ieremiam audire, Ierem. 11, 21.

ANDREAS à Chriſto vocatur, Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. Ioan. 1, 40.

ANDRONICVS vicarius Antiochi occiditur, 2. Mach. 4, 38.

ANGELI, horumque miniſterium & natura, Geneſ. 16, 7*. 18*. 19*. 21, 17 † 22, 11 † 24, 7 † 28, 12 † 31, 11, 65 † 32, 24 † 48, 16. Exod. 3, 2 † 13, 21 † 14, 19 † 23, 20 † 32, 34 † 33, 2. Num. 20, 16 † 22, 22. Ioſ. 5, 13. Iud. 2, 1 † 5, 23 † 6, 11, 14, 20 † 13, 3, 6, 9. 1. Reg. 29. 9. 2. Reg. 14, 17 † 19, 27 † 24, 16. 3. Reg. 13, 18 † 19, 5. 4. Reg. 1, 3, 15 † 19, 35. 1. Par. 21, 15. 2. Pa. 32, 21. Pſal. 33, 8 † 90, 11 † 102, 20 † 103, 4 † 148, 2. Iſa. 6, 6 † 37, 36. Daniel 3, 49 † 6, 22 † 8, 16 † 9, 21 † 10, 5, 10, 16 † 12, 1. Zach. 2, 3 † 3, 1, 6 † 4, 1 † 5, 5, 10 † 6, 4. Mal. 2, 7 † 3, 1. Iud. 15, 20. Tob. 5, 27 † 6*. 9*. 12*. Tob. 7, 5 † 8, 3 † 10, 11 † 11, 2. Baruch 6, 6. 2. Mach. 11, 8. Matt. 1, 20 † 2, 13, 19 † 4, 11 † 11, 10 † 13, 39, 49 † 16, 27 † 18, 10 † 22, 30 † 24, 31 † 26, 53 † 28, 2. Marc. 13, 32. Luc. 1, 13, 19, 28 † 2, 9, 15 † 12, 8 † 16, 22 † 22, 43. Io. 1, 51 † 5, 4 † 20, 12. Act. 1, 10 † 5, 19 † 6, 15 † 7, 30 † 8, 26 † 10, 3 † 11, 13 † 12, 7, 11, 23 † 23, 9 † 27, 23. Ro. 8, 38. Gal. 1, 8 † 3, 19 † 4, 14. Col. 2, 18. 2. Theſſ. 1, 7. 1. Ti. 3, 16 † 5, 21. Heb. 1*. † 2, 2 † 12, 22 † 13, 2. 1. Pet. 1, 12 † 3, 22. 2. Pet. 2, 11. Iudæ 9. Apoc.*.

Angelorum ruina, Iob 4, 18 † 15, 15. Iſa. 14, 9. Ezech. 28, 2, 14, 17. Io. 8, 44. 2. Pet. 2, 4. Iud. 6.

Angelorum nomine appellantur doctores & prædicatores, Iſai. 33, 7. Malac. 2, 7 † 3, 1. Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. Galat. 4, 14. Apoc. 2*. 3*.

ANIMAE quorundam piorum ſtatum poſt mortem ſunt cum Chriſto, 2. Cor. 5, 8. Phil. 1, 24. Apoc. 14, 13. contra eos qui putant illas vſque in diem iudicij quieſcere.

ANNA parit prophetam Samuel, 1. Reg. 1, 20.

Anna prophetiſſa laudat Dominum Deum, Luc. 2, 36.

ANNAS ſocer Caiphæ, Luc. 3, 2. Ioan. 18, 13. Actor. 4, 6.

ANTICHRISTVS & eius regnum, Iſai. 11, 4. Ezec. 38*. 39*. Daniel. 7, 7, 19, 24 † 8, 9, 23 † 9, 27 † 12, 1. Zach. 11, 15. Matt. 24, 24. Marc. 13, 6. Ioan. 5, 43. Act. 20, 29. 2. Theſſ. 2, 3. 1. Tim. 4, 1. 2. Tim. 3, 2. 2. Pet. 2*. 1. Io. 2, 18, 22 † 4, 3. 2. Ioan. 1, 7. Iudæ 10. Apoc. 11, 7 † 12, 8 † 13*. † 14, 9 † 17*. † 19, 20 † 20, 2, 8.

ANTIOCHIA ſuſcipit Apoſtolorum de Chriſto prædicationem, Act. 11, 19, 26 † 13, 1.

ANTIOCHVS Illuſtris proficiſcitur in Ægyptum, 1. Mach. 1, 18. deſtruit templum, & ſubuertit ciuitatem Ieruſalem, 1. Mach. 1, 23, 35. 2. Mach. 5, 16. erigit idolum ſuper altare Domini, 1. Mach. 1, 57. moritur, 6, 16. 2. Mach. 9*. Mach. 1, 57. moritur, 6, 16. 2. Mach. 9*.

Antiochus Eupator, filius prædicti Antiochi ſit rex, 1. Mach. 6, 17. cũ exercitu tendit in Iudæam, 6, 31. non ſeruat Iſraeli fidem, 6, 62. cæditur, 7, 4.

ANTIQVAE viæ iniquirendæ & obſeruandæ, & à nouis declinandum, Ier. 6, 16. Pro. 22, 28. Eccli. 8, 11 † 39, 1. Rom. 16, 17. Galat. 1, 6, 7, 8. 1. Tim. 6, 20. 2. Tim. 4, 3. 2. Pet. 3, 17. 1. Ioan. 2, 24. 2. Ioan. ver. 7. Iudæ ver. 18, 19, 20.

APOLLO vir facundus, & Scripturarum peritus, Actor. 18, 24. 1. Cor. 1, 12 † 3, 4 † 16, 12.

APOLLONIVS dux in Syria, 1. Mach. 3, 12 † 10, 69.

APOSTOLVS magnus eſt Chriſtus, Hebr. 3, 1.

Apoſtoli eliguntur ex diſcipulis, Luc. 6, 13. mittũtur ad annuntiandũ regnum Dei in Iudæa, Matth. 10*. Luc. 9, 24, 46. reuertuntur, 9, 10. mittuntur in vniuerſum mundum ad euãgelizandum, Matt. 28, 19. Marc. 16, 15. Lucæ 24, 46. Ioan. 15, 16, 27 † 20, 21. Actor. 1, 8 † 10, 42.

Apoſtoli vſi ſunt membranis, ſeu libris, 2. Timoth. 4, 13. hortantur ad ſtudium legendi, 1. Timoth. 4, 13, 15. Opifices autem qui noctes & dies aliis occupantur, iubentur non immiſcere ſe eccleſiaſticis rebus, Eccli. 38, 26, 37.

Apoſtoli & Prophetæ habuerunt ſpiritum Dei, Exod. 4, 12, 2. Reg. 23, 2. Daniel 9, 10. Zach. 7, 7. Matt. 10, 20. Marc. 13, 11. Ioan. 14, 17. Actor. 1, 5 † 2, 4 † 4, 31 † 9, 17 † 19, 6. 1. Cor. 2, 12 † 3, 2. Cor. 1, 3, 3. 1. Theſſ. 4, 8. 2. Tim. 3, 16. 1. Pet. 1, 11. 2. Pet. 1, 21.

APPARITIONES Dei, angelorum & hominum, Gen. 32, 24. Exod. 3*. Numer. 22, 21. Ioſ. 5, 13. Reg. 28, 11. Matth. 17, 3 † 28, 2, 9. Mar. 9, 3 † 16, 5, 9, 12, 14. Luc. 9, 30 † 24, 4, 15, 36. Io. 20, 12, 14, 19, 26 † 21, 1. Actor. 1, 10 † 16, 9 † 18, 9.

AQVA nihil nocumenti vel impedimenti adfert electis Dei, Exod. 14, 22. Pſal. 65, 6. Iſaiæ 43, 2. Ionæ 2, 5.

Aqua nominatur perſecutio, Pſalm. 61, 10 † 143, 7. Pro. 17, 14. Matth. 7, 25. Luc. 6, 48. Apoc. 12, 17.

Aquæ aſſimilantur cognitio Dei & dona Spiritus ſancti, Iſaiæ 11, 9 † 12, 3 † 35, 6 † 43, 20 † 44, 3. Ezec. 47*. Zach. 14, 8. Ioan. 4. 10 † 7, 38.

Aqua benedicta. vide Benedictio.

ARAD rex Chananitarum pugnat contra Iſrael, Num. 21, 1.

ARAM, qui & Ram nominatur, filius Efron, genuit Aminadab, Ruth 4, 19. 1. Par. 2, 10. Matth. 1, 4. Luc. 3, 33.

ARAN frater Abraham, & pater Loth, Geneſ. 11, 27.

ARCA Noe, Gen. 6, 14 † 7*. 8*. Sap. 10, 4 † 14, 6. Matth. 24, 38. Luc. 17, 27. Heb. 11, 7. 1. Pet. 3, 20.

Arca fœderis Domini paratur, Exod. 25, 10, 21. aſſumitur in caſtra contra Philiſtæos, 1. Reg. 4, 5. capitur, 4, 11.

Arca quid continebat, Exod. 16, 34. Deut. 10, 2 † 31, 26. 3. Reg. 8, 9. 2. Par. 5, 10. Heb. 9, 4.

ARCHELAVS regnat loco patris ſui Herodis, Matth. 2, 22.

ARIOLI & aruſpices, Dan. 2, 2, 27 † 4, 6 † 5, 7, 11. Actor. 19, 13. vide Incantatores.

ARISTARCHVS ſocius S. Paulo & in itinere, & in vinculis, Actor. 19, 29 † 20, 4 † 27, 2. Col. 4, 10.

ARPHAXAD rex Medorum, à

Nabuchodonosor victus, Iudit. 1, 1, 5, 6.

ARSACES rex Persarum & Medorum superat Demetrium, 1. Machab. 14, 3.

ARTAXERXES rex Persarum recipit litteras plenas querelis aduersus Iudæos, 1. Esdr. 4, 7, 17. respondet, iubet ædificationem templi impediri, 4, 21. permittit Israeli ædificare templum, 1. Esdr. 7*.

ASA filius Abiam rex Iuda tollit idola, 3. Reg. 15, 8, 12. subsidium quærit à Syris, & moritur, 15, 19, 24. Iosaphat filius eius rex post eũ, 1. Par. 3, 10.

ASAPH cantor Dauidis, 1. Paral. 6, 39 †16, 5.

ASARHADDON, postquam pater eius Sennacherib confossus est, succedit in regnũ, 4. Reg. 19, 37. Isaiæ 37, 38.

ASENETH parit ipsi Ioseph Ephraim & Manasse, Genes. 41, 50 † 46, 20.

ASIA subijcitur Romanorum imperio, 1. Mach. 8, 6.

ASSVERVS rex Persarum instruit splendidam cœnam, Esther 1, 3. accipit Esther vxorem, 2, 9, 17. relinquit Darium filium suũ successorem, Dan. 9, 3.

ASSVR filius Sem filij Noe constituit regnum Assyriorum, Genes. 10, 22. 1. Par. 1, 17.

Assur virga furoris Domini, Isaiæ 10, 5. contra Assyrios propheratur, Num. 24, 24. Isaiæ 10, 5 † 14, 21 † 17, 3 † 30, 28, 31 † 31, 8.

Rex Assur expugnat Israelitas, & transfert in Assyriam, 4. Reg. 15, 29*. † 16*. † 17*. expugnat ciuitates Iudæ, 4. Reg. 18*. 2. Par. 32*. Ezech. 36*.

ASSYRIORVM exercitus ab angelo cæditur, 4. Reg. 19, 37. 2. Paral. 32, 21. Isaiæ 37, 36. Eccl. 48, 24. 1. Mach. 7, 41. 2. Mach. 8, 19. Tob. 1, 21. Ionæ 2, 5.

ASTHAROTH, Iud. 2, 13 † 10, 6. 1. Reg. 7, 3 † 12, 10.

ATHALIA filia Amos regis Israel, 4. Reg. 8, 26. perdit totam ferè regiam stirpem, 11, 1. regnat sex annos in Iudæa, 2. Paral. 22, 12. interimitur, 4. Reg. 11, 16, 20.

ATHENOBIVS mittitur ad Simonem, 1. Mach. 15, 28.

AVARITIA, Ios. 7, 20. 1. Reg. 8, 3 † 25, 3, 10. 3. Reg. 21, 2. 4. Reg. 5, 20, 22. Psalm. 36, 16, 21. Pro. 1, 19 † 11, 28 † 12, 27 † 15, 6, 16, 27 † 28, 16, 22 † 30, 15. Eccles. 2, 26 † 4, 8 † 5, 9 † 6, 1. Isa. 5, 8 † 56, 11. Ierem. 6, 13 † 8, 10. Ezech. 22, 13. Amos 8, 4. Mich. 6, 10. Abac. 2, 9. Eccli. 14, 3 † 31, 3 † 41, 4. 2. Mach. 4, 50 † 10, 20. Matth. 6, 19 † 26, 14, 46 † 27, 3. Marc. 8, 36. Luc. 12, 15. Ioan. 12, 4. Act. 5, 1 † 8, 19 † 24, 26. 1. Cor. 6, 10. Ephes. 5, 3. Phil. 4, 11. Col. 3, 5. 1. Tim. 6, 9. ad Titum 1, 7, 11. Heb. 13, 5.

AVDIENDVM verbum Dei, vide Verbum Dei.

AXA filia Caleb traditur Othonieli in vxorem, Ios. 15, 17. Iud. 1, 13.

AZARIAS filius Amasiæ rex Iuda fit leprosus, 4. Reg. 15, 5. 2. Par. 26, 19. reliquit filium Ioatham regem, 4. Reg. 15, 32. 1. Par. 3, 12. appellatur Ozias, 2. Par. 26, 19. Mat. 1, 9. Matthat, Lu. 3, 29.

Azarias propheta mittitur ad regem Asa, 2. Paral. 15, 2.

B.

BAAL idolum Samaritanorum, 3. Reg. 16, 31. altare Baal destruitur, Iud. 6, 25, 30. Sacerdotes Baal occiduntur, 3. Reg. 18, 40. 4. Reg. 10, 25 † 23, 5.

BAANA & Rechob suspenduntur, 2. Reg. 4, 12.

BAASA impius Rex Israel, pugnat contra Asa regem Iuda, 3. Regum 15, 16*. cum omni progenie sua extirpatur, 16, 4, 11. secundùm verbum Iehu, 16, 1, 2, 3.

BABYLONICA captiuitas 70. annorum prædicitur, Leu. 26, 31. Deut. 4, 26 † 28, 36, 49. 4. Regum 20, 17. Isa. 5, 13, 19. Ier. 15, 19, 24 † 16, 9 † 20, 4, 6 † 25, 8. Ezech. 7*. 12*. 22, 5. Mich. 3, 12 † 4, 10. Abac. 1, 6, Baruch 6, 1.

m

Babylonicæ captiuitatis initium, 4. Reg. 24*. 25*. 2. Pa. 36*. 5. Esd. 1, 40, 52.

Finis captiuitatis promittitur & prophetatur, Leuit. 26, 42. Deut. 4, 29 † 30, 2. 3. Reg. 8, 33. 2. Paral. 6, 24, 37. Isaiæ 14, 1 † 40, 1 † 48, 20. Ierem. 12, 15 † 16, 15 † 24, 5 † 25, 12 † 29, 10 † 30*. † 31, 9 † 32, 37 † 16, 27. Ezech. 11, 17. Dan. 9, 2, 25. Baruch 6, 2. Liberatio fit, 1. Esdr. 1*. 2*. 5. Esdr. 2, 1.

Babylonicæ captiuitatis causa, 4. Reg. 17, 7, 13, 18. contra Babylonem, Psal. 136, 8. Isaiæ 13*. † 14, 2, 4 † 21, 2, 9 † 47*. Ier. 25, 12 † 50*. 51*. Baruch 4, 27. Apoc. 14, 8 † 16, 19 † 17*. 18*.

BACCHIDES dux Demetrij, 1. Mach. 7, 8. occidit Iudam ex præcepto Demetrij, 9, 18.

BALAAM conducitur ad maledicendum Israel, Num. 22*. † 23*. docetur à Domino quid illi loquendum sit, 23, 5, 26. Balaam doctrina, 2. Pet. 2, 15. Apoc. 2, 14.

BALAC rex Moabitarum mittit nuntios ad Balaam, Num. 22, 5. Iosue 24, 9. vide Iudic. 11, 25. Michææ 6, 5. Apoc. 2, 14.

BALTHASAR videt manum scribentem, Daniel 5, 5. occiditur, & regnum eius delabitur ad manus Darij, 5, 30 † 6, 1.

BANAIAS dux Cerethi & Pelethi, 2. Reg. 20, 23. Dauidi à consilijs, 23, 23. 1. Par. 11, 25. postea præfectus militum Salomonis, 3. Reg. 2, 35.

BAPTISMVS à Christo præceptus, Matth. 28, 19. Marc. 16, 16. Ioan. 3, 5.

Baptismum docuerunt Apostoli, & administrarunt, Actor. 2, 38, 41 † 8, 12, 36 † 9, 18 † 10, 47 † 16, 15, 33 † 19, 4 † 22, 16. Rom. 6, 3. 1. Cor. 1, 14. Gal. 3, 27. Ephes. 4, 5. Heb. 6, 2.

Baptismus saluat, 1. Pet. 3, 21. baptismus est lauacrũ regenerationis, Tit. 3, 5.

Baptismus tollit omnia peccata, Gen. 17, 14. Isaiæ 44, 3. Ezech. 36, 25. Zachar. 13, 1. Matth. 18. 14 † 28, 19. Marc. 1, 4 † 16, 16. Ioan. 1, 33 † 3, 5. Actor. 2, 38 † 8, 12, 38 † 16, 33 † 18, 8. Rom. 6, 3, 4, 5, 6*. 1. Cor. 6, 11. Ephes. 5, 26. Coloss. 2, 11*. Tit. 3, 5*. Hebr. 10, 22. 1. Pet. 3, 21.

Baptismus non est iterandus, Ephes. 4, 5. Hebr. 6, 6 † 10, 26. Idem declarat ipsius figura, Gen. 17, 14. 1. Cor. 10, 2.

Baptismus Ioannis, Matt. 3, 6 † 21, 25. Marc. 1, 4 † 11, 30. Luc. 3, 16 † 7, 29 † 20, 4. Ioan. 1, 25, 33 † 3, 23. Actor. 1, 5 † 11, 16 † 13, 24 † 19, 3.

Baptismus pœnitentiæ prædicatur, Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. Actor. 2, 38 † 13, 24 † 19, 3. Rom. 6, 3. Col. 2, 12.

Baptismi nomine significatur passio, Matth. 20, 22. Marc. 10, 38. Luc. 12, 50.

Baptismus in Spiritu sancto & igne, Matth. 3, 11. Mar. 1, 8. Luc. 3, 16. Ioan. 1, 33. Actor. 1, 5 † 2, 4 † 11, 15.

BAPTIZANDI sunt paruuli, Genes. 17, 14. Exod. 4, 24, 25, 26. Matt. 11, 28 † 18, 14 † 19, 13. Marc. 10, 14. Luc. 18, 15. Ioan. 3, 5. Actor. 2, 39, 41 † 16, 15, 33 † 18, 8. 1. Cor. 3, 16 † 10, 2 † 15, 22. 1. Tim. 2, 4.

Baptizari in Scripturis aliquando exprimitur per verbum Illuminari, Hebr. 6, 4. aliquando per Renouari, Hebr. 6, 6.

Baptizatus Christus, Matth. 3, 15. Marc. 1, 9. Luc. 3, 21. in baptizatum delabitur Spiritus sanctus, Matth. 3, 16. Marc. 1, 8. Luc. 3, 21. Ioan. 1, 33.

Baptizat Christus per discipulos, Io. 3, 22 † 4, 2.

Baptizata integra domus, 1. Cor. 1, 14. Actor. 16, 15, 33 † 18, 8 † 16, 33.

Baptizati accipiũt Spiritum sanctum, Actor. 2, 38 † 19, 3. induunt Christum, Gal. 3, 27. in morte ipsius baptizantur, Rom. 6, 3. in vnum corpus baptizãtur, 1. Cor. 12, 13, 27.

Baptizatus Simon Magus, Act. 8, 13.

Baptizatus Eunuchus, Actor. 8, 38.

Baptizatus Cornelius gentilis, Actor. 10, 47.

BARIEHV à Deo per Paulum vsu oculorum priuatur, Actor. 13, 11.

BARNABAS ponit pretium agri ante pedes Apostolorum, Actor. 4, 37. ducit Paulum ad Apostolos, 9, 27. mittitur Antiochiam, 11, 22. redit in Ierusalem, 11, 30. iterum recepit se Antiochiam cum Paulo, 12, 25.

BARRABAS latro dimittitur, Matth. 27, 26. Marc. 15, 15. Lucæ 23, 25. Ioan. 18, 40. Actor. 3, 14.

BARTIMAEVS visu donatur, Marc. 10, 46, 52.

BARVCH filius Neriæ, Ierem. 32, 12. dictante Ieremia scribit librum, qui comburitur, 36*. conscribit alium, qui populo prælegitur, 45, 1. Baruch 1, 3.

BARZELLAI prouidet regi Dauid de cibis, 2. Reg. 17, 27. deducit eum vsq; ad Iordanẽ, 19, 31*. Dauid præcepit vt filijs Barzellai beneficat, 3. Reg. 2, 7.

Barzellai quoniam suæ genealogiæ scripturam demonstrare non poterat, reijcitur à Sacerdotio, 1. Esdræ 2, 62. 2. Esdræ 7, 64.

BASEMATH filia Salomonis, vxor Achimaas, 3. Reg. 4, 15.

BATHVEL filius Nachar pater Rebeccæ, Genes. 22, 23.

BEATITVDO seu beatorum gaudium, & vita æterna, Sap. 3, 7 † 5, 1, 16. Isaiæ 25, 9 † 30, 29 † 49, 10 † 60*. 64, 2. Ier. 31, 3, 8, 13. Daniel. 12, 13. Matt. 13, 43 † 19, 28 † 25*. Marc. 12, 25. Luc. 9, 25 † 16, 22 † 22, 29. Ioan. 16, 20 † 17, 2, 24. Ro. 8, 30. 1. Co. 2, 9 † 15, 41. 2. Co. 12, 5.

2. Tim.

BETHSAMITAE grauiter puniuntur, 1. Reg. 5, 19.

BONA opera pietatisque vera in Deum commendantur, Exod. 19, 5 † 20*. † 23, 19, 25. Deut. 5, 6, 11, 16 † 10, 12. Iosue 22, 5. 1. Reg. 15, 22. Psalm. 2, 10 † 39, 7 † 49, 14. Pro. 3, 1 † 14, 31 † 1, 3. Isaiæ 1, 16 † 58, 6. Ierem. 22, 3. Ezech. 18, 6. Ose. 6, 11. Mich. 6, 8. Zach. 7, 9 † 8, 16. Eccli. 35, 12. Matth. 5, 24, 29. 39. Luc. 1, 75 † 3, 11. Ioan. 12, 26. Rom. 12*. 13*. 14, 17. Philip. 3, 3. Iac. 1, 27. vide Opera.

Bonitas & benignitas Dei erga suos, Genes. 18, 26, 30. Exod. 6, 1 † 9, 26 † 12, 7 † 20, 6 † 34, 6. Num. 20, 8. Deut. 4, 29 † 5, 10 † 7, 9 † 10, 18 † 28, 1 † 30, 3 † 32, 10. 2. Reg. 7, 12 † 12, 13 † 24, 14. 3. Reg. 8, 23. 4. Reg. 20, 5. 2. Esdr. 9, 8. Sap. 11, 24. Eccli. 2, 12 † 18, 1. Psalm. 31, 5 † 35, 7 † 36, 5 † 85, 5 † 102*. † 135*. † 144, 8. Isaiæ 30, 18 † 54, 5, 7 † 55, 7. Ier. 12, 15 † 18, 8. Ezech. 18, 27 † 33, 15. Ose. 2, 21. Ioel 2, 13. Ionæ 4, 2. Matth. 11, 28 † 18, 19. Luc. 1, 30 † 6, 36 † 15, 20, 27 † 23, 43. Rom. 11, 4, 31. 2. Cor. 1, 3. Ephes. 2, 4 1. Tim. 1, 13, 16.

C.

CÆCITAS tum corporis, tum animi, Genes. 19, 11. Deuter. 28, 28. 4. Reg. 6, 18. Psalm. 68, 24 † 145, 8. Isaiæ 6, 10 † 42, 7, 16, 18 † 35, 5 † 29, 18 † 43, 8 † 56, 10 † 59, 10. Sapient. 2, 21. Tob. 2, 11. 2. Machab. 10, 30. Matth. 15, 14. Marc. 8, 18. Luc. 4, 19. Ioan. 9, 1, 4 † 12, 40. Actor. 9, 8, 18 † 13, 11. Rom. 1, 21 † 11, 10. 2. Cor. 4, 4. Eph. 4, 18. 2. Pet. 1, 9. 1. Ioan. 2, 11. Apoc. 3, 17.

Cæci illuminantur, Tob. 11, 15. Mat. 9, 30 † 20, 34. Marc. 8, 25 † 10, 46. Luc. 18, 35. Ioan. 9, 7.

CAERIMONIAE Ecclesiasticæ, seu cultus externus, Genes. 8, 20 † 14, 18 † 15, 9 † 17, 10 † 22*. † 26, 5 † 28, 11 † 35, 20 † 43, 4, 26. Exod. 12*. † 18, 20 † 19*. Leuit. 8, 34 † 9*. † 10, 19 † 12*. † 14*. † 23*. † 24*. Num. 1, 50 † 4*. † 5*. † 6*. † 7*. † 8*. † 9*. † 15*. 1. Paral. 23*. 1. Esdr. 6*. Matth. 2, 11.

Cærimoniæ seu ritus certi in orando, 3. Reg. 8, 22, 54 † 17, 21 † 18, 42. 2. Par. 5, 12*. Matth. 2, 11 † 26, 39. Marc. 14, 55. Lucæ 22, 41. 1. Corinth. 11, 4*. 1. Tim. 2, 8.

CAIN primus filius Adam nascitur, Genes. 4, 1. occidit suum fratrem Abel, 4, 8. Sap. 10, 3. 1. Joan. 3, 12.

CALEB filius Hesron, 1. Paral. 2, 18. explorator terræ Canaan, Num. 13, 8, 31 † 14, 6, 24, 30, 38. Postulat, & consequitur terram Hebron, Ios. 14, 6, 9, 13 † 21, 12. Iudic. 1, 20. 1. Paral. 6, 56.

CALIX iræ & furoris, Isaiæ 51, 17. Ierem. 25, 15. Psalm. 59, 5 † 74. 9. Apoc. 16, 19.

Calix passionis, Matth. 20, 22 † 26, 38. Marc. 10, 38. Luc. 22, 42. Ioan. 18, 11.

CAMOS, vide Chamos.

CANA ciuitas Galilææ, vbi Christus aquam in vinum mutauit, Ioan. 2, 7.

CANAAN filius Noe maledicitur, Gen. 9, 25 † 10. 15, 16. laus terræ Canaan, Deut. 11, 10. Terra Canaan promittitur Abrahamo & eius semini, Genes. 12, 7 † 13, 15 † 15, 18 † 17, 8 † 26, 4 † 35, 12. Exod. 3, 8, 17. Leuit. 20, 24. Deut. 9, 6. datur, Iosue 13, 6. quã ob causam Deus Cananæos expulerit, Leu. 18, 25. Deut. 9, 4 † 18, 12 † 20, 17. quamobrem paulatim & non simul illas nationes profligauerit, Exod. 23, 29. Deut. 7, 22. Iud. 2, 23 † 3, 1. descriptio & diuisio terræ Canaan, Genes. 10, 19. Exod. 23, 31. Num. 26, 52 † 33, 54 † 34*. Iosue 13*. † 14*. † 15*. † 16*. † 17*. † 18*. † 19*. Ezech. 47, 13, 21.

Cananææ mulieris filia à dæmonio liberatur, Matth. 15, 28.

CAPHARNAVM, ciuitas Galilææ, in qua cœpit Iesus prædicare, Matt. 4, 17. Luc. 4, 31. curat ibidem feruum Centurionis, Matt. 8, 13. appellatur ciuitas eius, 9, 1. increpatur, 11, 23.

CAPTIVOS inuisere, Genes. 14, 14. 1. Reg. 30, 9. Tob. 1, 15. Ier. 38, 9. Matth. 25, 37. Actor. 12, 5. 2. Tim. 1, 16. Hebr. 13, 3.

Captiuos non deserit Deus, Genes. 39, 21. Sap. 10, 13. Isa. 42, 7. Act. 5, 18 † 12, 17 † 16, 25.

CARNEM suam crucifigere quomodo quisque debeat, Eccli. 19, 1. Roman. 6, 12 † 8, 12, 13, 14. Galat. 5, 16. Ephes. 4, 22 † 5, 3. Tit. 2, 12. 1. Pet. 2, 11 † 4, 2, 6. Hebr. 12, 1.

CASTITAS cœlibum præfertur castitati coniugali, Psalm. 44, 15. Sap. 6, 20. Matth. 19, 12 † 22, 30. 1. Cor. 7, 25, 32, 34, 38*. Apoc. 14, 4.

Castitas hæc consulitur vt perfectio euangelica, Matth. 19, 12. 1. Cor. 7, 25.

Castitatis laus, 1. Reg. 21, 5. Tobiæ 6, 16*. Iudith 15, 11 † 16, 26. Psal. 44, 15. Prouerb. 22, 11. Sap. 3, 13, 14 † 4, 1, 2 † 6, 20. Eccli. 6, 28 † 26, 20. Isaiæ 7, 14 † 56, 3, 4, 5*. Zach. 9, 17. 2. Machab. 14, 38. Matth. 5, 8, 48 † 19, 12 † 22, 30*. † 25, 1. Luc. 1, 27 † 20, 34. Act. 24, 25. Rom. 2, 7. 1. Cor. 7, 25*. 2. Cor. 6, 5, † 11, 2. 1. Timoth. 2, 2 † 3, 2 † 4, 12 † 5, 2. Tit. 1, 8 † 2, 5. Apoc. 14, 4.

CAVENDVM à pseudoprophetis, Matth. 7, 15. Marc. 8, 15 † 13, 6. Lucæ 17, 23.

CAYPHAS summus Sacerdos consilium dat contra Christum, Ioan. 11, 49 † 18, 14. prohibet Apostolis ne prædicent, Actor. 4, 18.

CEPHAS, vide Petrus.

CEREORVM & lampadum in templis vsus, 2. Paral. 4, 20.

CERTI non sumus de accepta peccatorum remissione, vel vita æterna consequenda, Eccles. 9, 1, 2. Eccli. 5, 5. Rom. 8, 17 † 11, 20. 1. Corinth. 4, 3, 4, 5 † 9, 27 † 10, 12. Phil. 2, 12 † 3, 11, 13. 1. Timoth. 1, 19. 2. Pet. 3, 17. Hebr. 3, 14 † 4, 1.

CHAMOS, siue Camos, idolum Moabitarum, Num. 21, 29. huic Salomon ædificat templum, 3. Reg. 11, 7. destruitur, 4. Reg. 23, 13.

CHARITAS virtus fide præstantior, Pro. 10, 12. Matt. 22, 38 † 25*. vbi à nuptijs excluduntur non habẽtes oleum charitatis, Marc. 12, 33. 1. Cor. 12, 31*. † 13, 1, 8, 13*. Coloss. 3, 14. 1. Tim. 1, 5. 1. Pet. 4, 8. 1. Ioan. 4, 16.

Charitas fraterna, Genes. 13, 8. Leuit. 19, 18. Deu. 22, 1. 1. Reg. 18, 1. Eccl. 25, 2. Psalm. 132, 1. Pro. 10, 12. Matth. 7, 3 † 19, 19 † 22, 38. Ioan. 13, 14, 34 † 15, 12. Rom 12, 10 † 13, 9. 1. Cor. 13*. Galat. 5, 14. Ephes. 4, 15 † 5, 1. Philip. 2, 2. Col. 3, 13. 1. Thessal. 4, 9. 1. Tim. 1, 5. Heb. 13, 1. 1. Petri 4, 8. 1. Ioan. 3, 23 † 4, 7. Diligendi etiam inimici, Exodi 23, 4. 1. Reg. 24, 6, 7 † 26, 6 † 30, 12. 2. Reg. 19, 19. 4. Reg. 6, 21. Iob 31, 29. Prouerb. 25, 21. Matth. 5, 44. Lucæ 6, 27, 35 † 23, 33. Actor. 7, 60. Roman. 12, 20. vide Dilectio.

CHOREAS ducere, Exod. 32, 6, 19. Iud. 11, 34 † 21, 21. 2. Reg. 6, 14. Psalm. 149, 3 † 150, 4.

CHRISTVS Iesus verus Deus & homo promittitur, Genes. 3, 15 † 12, 3 † 17, 19, 21 † 22, 18 † 26, 4 † 28, 14 † 49, 10. Num. 24. 17. Deut. 18, 18. 1. Reg. 2, 10, 35. 2. Reg. 7, 13. Psalm. 2*. 21*. 109, 1. Isai. 7, 15 † 8, 3 † 9, 6 † 11, 1, 10 † 28, 16 † 40, 9 † 42, 1 † 45, 1 † 46, 13 † 49, 1, 6, 10 † 50, 5 † 52, 10 † 59, 20 † 53*. † 60, 1 † 62, 11. Ierem. 23, 5 † 30, 9 † 33, 15. Ezech. 17, 22 † 34, 11, 15, 23 † 37, 24. Dan. 7, 13 † 9, 24. Mich. 5, 1. Agg. 2, 8. Zach. 2, 10 † 3, 8 † 9, 9. Malac. 3, 1.

Christus secundùm promissum Dei patris primùm in tempore propter nos verus homo factus, & nobiscum conuersatus, Ioan. 1, 14. Deus in carne manifestatus est, 1. Tim. 3, 16. 1. Ioan. 4, 2. Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, Rom. 8, 3.

Christus est verus Dei Filius, Matth. 3, 17 † 14, 33 † 17, 5. Marc. 1, 11 † 5, 7 † 9, 7 † 15, 39. Lucæ 1, 31 † 3, 22 † 9, 3, 5. Ioan. 1, 34, 49 † 6, 69 † 9, 36 † 11, 27 † 19, 7. Roman. 1, 4 † 8, 3. Heb. 1, 2 † 5, 8 † 6, 6 † 7, 3 † 10, 29. 2. Pet. 1, 17. 1. Ioan. 3, 8 † 4, 9 † 5, 20.

Christus conceptus de Spiritu sancto, Matth. 1, 20. Luc. 1, 35.

Christus natus ex Maria virgine, Mat. 1, 25. Lucæ 1, 31 † 2, 6, 11. Gal. 4, 4. Isaiæ 7, 14. natus in Bethleem, Matt. 2, 1. Luc. 2, 6, 11. Ioan. 7, 42. Michæ. 5, 1.

Christus sine peccato, Isaiæ 53, 12. Ioan. 8, 46. 2. Cor. 5, 21. 1. Pet. 2, 22. 1. Ioan. 3, 5. Heb. 4, 15 † 7, 26. circumciditur, Lucæ 2, 21. baptizatur in Iordane, Matt. 3, 16. Marc. 1, 9. Lucæ 3, 21.

Christus manifestatur & demonstratur certis testimoniis, Matth. 1, 1, 16, 23 † 3, 11 † 8, 29 † 11, 5 † 16, 16 † 17, 5 † 22, 44 † 26, 64 † 27, 53. Marc. 9, 7 † 15, 39. Lucæ 1, 41, 31 † 2, 10, 16*. † 9, 29 † 21, 68. Ioan. 1, 14, 29, 32, 49 † 2, 11 † 3, 2, 13, 16, 35 † 5, 39 † 6, 69 † 7, 40 † 9, 35 † 10, 7, 24, 36 † 11, 27, 41 † 12, 17 † 14*. † 15, 25 † 17, 1 † 20, 28. Rom. 1, 2 † 8, 3 † 9, 5. 2. Cotinth. 5, 19. Galat. 4, 4. Philip. 2, 6. Col. 2, 9. 1. Tim. 3, 13. Tit. 2, 11. Heb. 1*. † 5*. 1. Ioan. 5, 20.

Christus est agnus Dei, Isai. 53, 7. Ioan. 29. Actor. 8, 31. 1. Corinth. 5, 7. Apoc. 5, 6, 12 † 7, 9, 17 † 13, 8 † 14, 1, 8 † 17, 14.

Christus est dominus dominantium, & rex regum, Ezech. 37, 24. Psalm. 2, 6 † 24, 7. Coloss. 2, 10, 1. Tim. 6, 15. Apoc. 1, 5 † 17, 14 † 19, 16. Christus est imago Dei, Sap. 7, 26. 2. Cor. 4, 4. Heb. 1, 3.

Christus est lux gentium & totius mundi, Isaiæ 2, 5 † 9, 2 † 42, 6 † 49, 6 † 60, 1, 19. Matth. 4, 16. Lucæ 2, 32. Ioan. 1, 4 † 3, 19 † 8, 12 † 9, 5 † 12, 35, 46. Actor. 13, 47. 1. Ioan. 1, 5 † 2, 8. Apoc. 21, 23.

Christus verus pastor, Isaiæ 40, 11. Ezech. 34*. † 37, 24. Mich. 5, 3. Zach. 13, 7. Matth. 26, 30. Marc. 14, 27. Ioan. 10, 11. Heb. 13, 20. 1. Pet. 2, 25 † 5, 4.

Christus docuit & prædicauit, Matth. 4, 17 † 5*. 6*. 7*. Marc. 1, 14. Lucæ 4, 15 † 6, 20*. curauit omnem infirmitatem, Matth. 4, 23 † 8*. † 9, 2, 20, 28. Marc. 8, 23. Lucæ 17, 12.

Christus est transfiguratus, Matt. 17, 2. Marc. 9, 2. Lucæ 9, 29.

Christus per proditorem traditur, quære Iudas.

Christus passus est, Psalm. 21*. Isaiæ 53*. Dan. 9, 26. Matth. 16, 21 † 17, 12, 22 † 20, 18, 22 † 26, 37. 66 † 27*. Marc. 8, 31 † 9, 31. Lucæ 17, 25 † 18, 31 † 23*. Ioan. 18, 28 † 19*. Actor. 3, 18 † 8, 32 † 1733. Rom. 8, 32. 1. Pet. 2, 21 † 4, 1. Heb. 2, 18 † 13, 12.

Christus crucifixus, Matth. 27, 35. Marc. 15, 24. Luc. 23, 32. Ioan. 19, 18. Actor. 2, 23 † 4, 10. 1. Corinth. 2, 2. 2. Corinth. 13, 4.

Christi passio prædicta & præfigurata est, Genes. 22, 2. Num. 21, 8. Psalm. 21*. Isaiæ 53*. Dan. 9, 26. Matth. 20, 22. Ioan. 3, 14, 16 † 8, 28 † 12, 32.

Christus mortuus est & sepultus propter peccata nostra, Matth. 27, 49, 58. Marc. 15, 37, 42. Lucæ 23, 45, 49. Ioan. 19, 30, 40. Actor. 13, 29. Rom. 5, 6 † 6, 10 † 8, 34 † 14, 9. 1. Cor. 15, 3. 2. Corint. 5, 15. 1. Thess. 5, 10. vt prædixerat futurum, Matth. 16, 21 † 20, 22.

Christus tertia die resurrexit à mortuis, Psalm. 15, 10. Matth. 28, 6. Marc. 16, 6. Lucæ 24, 5. Ioan. 20, 9. Actor. 2, 24, 31 † 10, 40 † 13, 30 † 17, 31. Rom. 4, 25 † 8, 34 † 14, 9. 1. Cor. 15, 4, 12. 2. Ti. 2, 8. idque prædictum & præfiguratum est, Psalm. 15, 10. Ionæ 2, 1. Matth. 12, 40 † 16, 21 † 17, 22 † 20, 22. Marc. 8, 31 † 9, 31 † 10, 34. Lucæ 11, 30 † 18, 33. Ioan. 2, 10.

Christus ascendit in cælum, Mar. 16. 19. Lucæ 24, 51. Ioan. 5, 15 † 6, 62. Act. 1, 9. Eph. 1, 20 † 4, 8. 1. Petri 3, 22. Heb. 4, 14. Psalm. 67, 19.

Christus est Deus & Dei filius à principio & ab æterno, Ioan. 1, 1 † 8, 58 † 17, 5, 24. Michæ. 5, 2. Pro. 8, 22. Col. 1, 16. Hebr. 1, 2.

Christus mediator, reconciliator & aduocatus, Ioan. 6, 44, 65 † 10, 7 † 14, 6. Acto. 4, 12. Rom. 3, 25 † 5, 2 † 8, 24. Gal. 3, 20. Ephes. 2, 14, 17. Col. 1, 19. 1. Tim. 2, 5. Hebr. 7, 24 † 8, 6 † 9, 15 † 12, 24. 1. Ioan. 2, 1 † 4, 10.

Christus sedet ad dexteram Dei patris, Psalm. 109, 1. Matth. 22, 44. Marc. 16, 19. Lucæ 22, 69. Actor. 7, 56. Rom. 8, 34. Ephes. 1, 20. Col. 3, 1 1. Pet. 3, 22. Heb. 1, 13 † 10, 12 † 12, 2.

Christus venturus est iudicare viuos & mortuos, Psalm. 95, 13. Matth. 16, 27 † 24, 30 † 25, 21. Lucæ 17, 24, 30 † 21, 25. Ioan. 5, 22. Actor. 1, 11 † 10, 42 † 17, 31. Rom. 2, 16. 2. Corinth. 5, 10. 1. Thess. 4, 16. 2. Thess. 1, 7. 2. Timoth. 4, 1. 1. Pet. 4, 5. Heb. 9, 28. Iudæ 14. Apoc. 1, 7 † 20, 11.

Christo omnia tradita sunt à Patre, & subiecta, Matt. 11, 27 † 28, 18. Lucæ 10, 22. Ioan. 3, 35 † 17, 2. Ephes. 1, 22.

Per Christum cuncta sunt creata, Psal. 32, 6. Ioan. 1, 3. Eph. 3, 9. Coloss. 1, 15. Hebr. 1, 2.

Christus manet in æternum, Psalm. 109, 4. Isaiæ 9, 7. Daniel. 7, 14. Mich. 5, 1. Ioan. 12, 34.

Christus est Leo, Apoc. 5, 5.

Christus est stella matutina, 2. Pet. 1, 19. Apoc. 22, 16.

Christus nouit omnia, Ioan. 16, 30 † 21, 17. Apoc. 2, 23.

Christus sibi reputat fieri quod Christianis fit, Zach. 2, 8. Prouerb. 14, 31 † 17, 5. Matth. 10, 42 † 18, 5 † 25, 34. Marc. 9, 40. Luc. 10, 16. Actor. 9, 4. 1. Thess. 4, 8.

CHRISTIANI appellantur fideles, Act. 11, 26 † 26, 28. 2. Cor. 10, 7.

Christiani dicuntur sancti, quia sanctitatem profitentur, Actor. 9, 41. Rom. 1, 7 † 12, 13 † 15, 26 † 16, 2, 15. 1. Cor. 1, 2 † 6, 1 † 14, 33. 2. Corinth. 1, 1 † 9, 1, 12 † 13, 12. Ephes. 1, 1, 15 † 5, 8, 18 † 4, 12 † 6, 18. Phil. 1, 1 † 4, 21. Col. 1*. 1. Thess. 5, 27. 1. Tim. 5, 10. Hebr. 6, 10 † 13, 24.

Christianis viuendum sicut Christus vixit, Galat. 2, 19. 1. Ioan. 1, 7 † 2, 6 † 3, 3.

Christiani erunt cum Christo, Ioan. 12, 26 † 14, 3 † 17, 24.

CHVS filius Cham, Genes. 10, 6. 1. par. 1, 8.

CHVSAI amicus Dauidis, nuntiat Dauidi quid in eũ meditetur Abisalon, 2. Reg. 15, 32 † 17, 15, 16.

CHVSAN Rasathaim rex Syriæ regnat super Israel octo annos, Iudicum 3, 8.

CIBVS quis Iudæis vetitus, Exod. 21, 28 † 22, 31. Leuit. 3, 17 † 7, 23 † 11, 4 † 17, 10, 13 † 19, 26. Deu. 12, 16, 23 † 14, 7, 10. 1. Reg. 14, 32.

Ciborum & potus in conuiuiis luxus, Isaiæ 5, 12. Ezech. 16, 49. Lucæ 21, 34 † 16, 19. Rom. 13, 13. Galat. 5, 21. 1. Pet. 4, 3. 2. Pet. 2, 13. vide Ebrietas.

Cibare esurientes seu fame laborantes, Deuter. 23, 4. Iud. 8, 5. 1. Reg. 21, 3 † 30, 8, 23. 2. Reg. 16, 1. Isaiæ 58, 7. Matth. 25, 35.

Cibus sumẽdus cum gratiarum actione, vide Gratia.

CIBI delectus habendus, vide Abstinentia.

CIRCVMCISIO carnalis & spiritualis, Genes. 17, 10 † 21, 4 † 34, 24. Exod. 4, 25 † 12, 44. Leuit. 12, 3. Deut. 10, 16 † 30, 6. Iosue 5, 2, 7. Iudith 14, 6. Ierem. 4, 4 † 6, 10 † 9, 25. 1. Machab. 1, 16, 51, 63. 2. Mach. 6, 10. Lucæ 1, 59 † 2, 21. Ioan. 7, 22. Actor. 7, 8 † 15, 1, 24 † 16, 3. Roman. 2, 25, 29 † 3, 1 † 4, 10. 1. Corinth. 7, 19. Galat. 2, 3 † 5, 2 † 6, 12. Ephesior. 2, 11. Philip. 3, 2. Coloss. 2, 11 † 3, 11.

CLAVDIVS Cæsar Romanus præcipit omnes Iudæos exire Roma, Actor. 18, 2. huius tempore magna erat in orbe annonæ caritas, Act. 11, 28.

CLAVDIVS Lysias mittit Paulum

Paulum ad Felicem præfectum Cæsareæ, Actor. 23, 23, 30.

CLEOPATRA filia Ptolomæi traditur Alexandro, 1. Mach. 10, 58. huic adimitur, & traditur Demetrio, 11, 12.

CLEOPHAS ibat cum altero discipulo in Emmaus, Lucæ 24, 13. cognouit Christum in fractione panis, 24, 30.

COGITATIONES pravæ quas odit Dominus, Zach. 8, 17. Pro. 6, 14. Matth. 15, 19. Marc. 7, 21.

Cogitationes cordis Deus nouit, 3. Reg. 8, 39. 2. Paral. 6, 30. Ioan. 2, 25. & nulla latet eum, Iob 42, 2. Eccli. 42, 19. Isaiæ 29, 15. Matth. 9, 4. Hebr. 4. 12. nouerunt eas & alij quibus Deus voluerit reuelare, 4. Reg. 5, 26 † 6, 12. Dan. 2, 29*.

COGNOSCERE licet subinde homines ex verbis & factis, Eccli. 19, 27 † 27, 9. Matth. 7, 16 † 12, 33. Lucæ 6, 44.

Cognosci Deus humana sapientia non potest, nisi ipse reueler paruulis & humilibus, Matth. 11, 25 † 16, 17. Lucæ 10, 21. Ioan. 7, 28 † 8, 19, 27 † 10, 14 † 14, 3 † 15, 15 † 17, 6. Actor. 17, 23. 1. Corinth. 1, 17, 18 † 2, 6, 10 † 3, 19. Colossi. 1, 26.

CONCIONATORVM, Pastorum, & Prophetarum officium, 1. Reg. 12, 23. Isai. 58, 1 † 61, 1. Ierem. 1, 5. Ezech. 3, 1, 9, 12 † 33, 2, 7. Actor. 3, 18, 24. vide Episcoporum electio & officium.

CONCORDIA fratrum commendatur, Psalm. 132, 1. Eccli. 25, 2. Rom. 12, 16. idem sapere, idemque sentire iubemur, Rom. 12, 16 † 15, 6. 1. Corinth. 1, 10. Ephes. 4, 3. Phil. 2, 2 † 3, 17 † 4, 2. 1. Petri 3, 8.

CONCVPISCENTIA prohiberur, & punitur, Exod. 20, 17. Num. 11, 33 † 21, 5, 6. Iosue 7, 21, 24. Eccli 19, 2 † 42, 11. Iob 31, 1. Prouerb. 6, 25. Matth. 5, 28. Marc. 4, 19. Rom. 6, 12 † 7, 8 † 13, 14. Galat. 5, 16. Col. 3, 5. 1. Thess. 4, 3. 1. Timoth. 6, 11. 2. Tim. 2, 22. 1. Corinth. 10, 6. 1. Pet. 1, 15 † 2, 11 † 4, 3. 2. Petri 1, 4. 1. Ioan. 2, 16. Iacob. 1, 14 † 4, 1. Iudæ 23.

Concupiscentias carnis crucifigere, refrenare & mortificare iubemur, Eccli. 18, 30. Roman. 6, 12 † 8, 8, 12 † 13, 14. Galat. 5, 16. Ephes. 4, 22 † 5, 3. Coloss. 3, 5. Tit. 2, 12. 1. Pet. 2, 1 † 4, 3, 6. Hebr. 12, 1.

CONDONANDVM fratri in nos peccanti, Eccli. 28, 8. Matth. 5, 23 † 6, 14 † 18, 22, 35. Lucæ 17, 3. Ephes. 4, 32. Coloss. 3, 13.

CONFESSIO peccatorum in scripturis varia, & multiplex, Genes. 41, 9. Leuit. 16, 21, 39 † 26, 40. Num. 5, 6. Ios. 7, 19. 2. Reg. 24, 17. 1. Eidr. 9, 6. 2. Esdr. 9, 2. Psalm. 27, 7 † 31, 5 † 37, 19 † 73, 19 † 94, 2. Prouerb. 16, 3 † 18, 17 † 28, 13. Eccli. 4, 25, 31 † 7, 34 † 17, 27. Isaiæ 38, 15. Daniel. 9, 5. Matth. 3, 6 † 16, 19. Luc. 11, 4 † 18, 13. Ioan. 20, 23. Iac. 5, 16. 1. Ioan. 1, 8, 9.

CONFIRMATIONIS sacramentum, Actor. 8, 17. Heb. 6, 2.

CONFITERI Christum & eius doctrinam, Matth. 10, 32. Lucæ 12, 8. Rom. 10, 9. 1. Pet. 13, 15. vide Erubescere Euangelium.

CONIVRATIO & seditio, eiusque punitio, Num. 16*. † 20, 2. Iudic. 9, 23, 31, 34 † 12, 1, 2. 2. Reg. 20*. 3. Reg. 1, 5. Esther 2, 21. Act. 5, 36, 37 † 19, 23 † 23, 13, 20.

CONNVBIVM, vide Matrimonium.

Connubium spiritale inter Deum, & animam, Cantic. * Isaiæ 50, 1 † 54, 5 † 62, 4. Ierem. 31, 22. Ezech. 16, 7, 8. Osee 2, 20. Matth. 9, 15 † 22, 2 † 25, 5. Marc. 2, 19. 2. Cor 11, 2. Apoc. 19, 7 † 21, 2, 9.

CONSCIENTIAE bonæ tranquillitas, Prouerb. 15, 15. Eccli. 23, 30. 1. Ioan. 3, 21. 2. Corinth. 1, 12. conscientiæ malæ perturbatio, Sapien. 17, 10, 11.

CONSECRATIO sacerdotum, dierum, altarium, vestium, ceterarumque rerum, quarum est vsus in sacris, Exod. 28, 41 † 29, 1, 7, 21, 29, 35 † 32, 29 † 40, 11. Leuit. 7, 30, 37 † 8, 9, 22, 31, 33 † 18, 21 † 21, 7, 10 † 22, 2, 3 † 23, 12 † 27, 10, 16, 21, 28. Num. 3, 3 † 6, 5, 9, 13 † 7, 1*. † 8, 12 † 18, 10. Iosue 6, 24. Iudic. 16, 17 † 17, 3. 3. Reg. 15, 13. 1. Par. 10, 10 † 18, 11 † 22, 19. 2. Paral. 2, 4 † 17, 16 † 23, 9 † 26, 18. 1. Esdr. 3, 5 † 8, 25. Eccli. 49, 9.

CONSILIA mala dissipat Deus, Genes. 11, 7 † 37, 18 † 50, 19. Num. 22*. 2. Reg. 15*. † 17, 14. 2. Esdr. 4, 8, 15. Esther 7, 5*. Iob 5, 13. Psalm. 2, 4 † 20, 12 † 32, 10. Isaiæ 7, 8 † 19, 3. Matth. 27, 62. Actor. 5, 19 † 9, 24 † 23, 12, 19 † 27, 42.

CONSOLATIO pauperum, vide Eleemosyna.

CONSORTIVM bonorum & malorum, vide Societas.

CONSTANTIA fidelium, 1. Reg. 13, 13 † 16, 26*. 3. Reg. 18, 4, 13. 4. Reg. 3, 13. Sapien. 5, 1. Iudith 13, 3, 10. 1. Mach. 1, 65 † 2, 16, 24 † 34, 42. 2. Mach. 6, 10, 19*. 7*. Daniel 13*. Matth. 14, 3. Actor. 4, 8, 13. 1. Thess. 1, 6.

CONSTITVTIONES superiorum potestatem constituendi habentium, seruandæ sunt vt ipsius Dei, Exod. 16, 8. Lucæ 10. 16. Act. 16, 4. 1. Thess. 4, 2, 8. Rom. 13, 1. Tit. 3, 1.

CONSVLENDVS Deus dubijs in rebus, & eius vicarij, Genes. 25, 22. Exod. 18, 19. Leuit 24. 12. Num. 9, 7, 26 † 15, 34 † 27, 5. Deut. 1, 17 † 17, 8. Iosue 9, 14. Iudic. 1, 1 † 18, 5 † 20, 18, 23 † 21, 2. 1. Reg. 10, 22 † 23, 4, 10, 12 † 30, 8. 2. Reg. 2, 1 † 5, 19, 23 † 21, 1. 3. Reg. 14, 2 † 22, 5, 6, 15. 4. Reg. 3, 11, 16 † 8, 8 † 22, 13. 2. Paral. 18, 4, 14 † 33, 18. Psal. 118, 24. Isaiæ 8, 11 † 30, 1 † 45, 11. Ierem. 37, 3, 5 † 42, 2. Ezech. 14, 1, 2. Zach. 7, 2. Tob. 4, 19. Eccli. 37, 19. Luc. 16, 29.

Consulendi non sunt diuini, vel magi, vel incantatores, & arioli, Leuit. 19, 31 † 20, 6. Deut. 18, 11. 1. Regum 28, 7, 9. 3. Reg. 22, 6. 4. Reg. 1, 2, 6 † 3, 13. 2. Par. 18, 5. Dan. 2, 2 † 4, 5 † 5, 6.

CONTRISTARE Spiritum sanctum, Ephes. 4, 30.

Contristari ad pœnitentiam commendatur, 2. Cor. 7, 9.

CONTRITIO vera prædicatur, Ierem. 7, 3. Matth. 3, 2 † 4, 17. Luc. 3, 3, 8 † 13, 5 † 24, 47. Actor. 2, 38 † 3, 19 † 8, 22 † 17, 30 † 20, 21 † 26, 20.

Contritioni veræ promittitur remissio seu venia, Deut. 4, 29 † 30, 2. 1. Reg. 7, 3. 2. Paral. 7, 14 † 30, 6 † 34, 26. Iob 22, 23. Prouerb. 28, 13. Psalm. 31, 5. Isaiæ 1, 16 † 30, 18 † 45, 22 † 55, 7 † 59, 20. Ierem. 3, 10, 17 † 18, 8 † 29. 12 † 31, 18, 20. Ezech. 18, 21, 27 † 33, 14. Osee 14, 2. Ioel 2, 12. Ion. 3, 8. Zachar. 1, 3. Mal. 2, 7. Eccli. 17, 23. Luc. 15, 18. Act. 3, 19 † 26, 18, 20.

Contritio quærenda & amplectenda dum sani sumus, Eccli. 17, 24 † 18, 25.

Contritionis veræ exempla, Iud. 10, 15, 2. Reg. 12, 13 † 24, 10, 17. 2. Paral. 12, 6 † 33, 12. Ionæ 3*. Iudith 4, 8. Matth. 26, 74. Lucæ 7, 37, 44 † 15, 18 † 18, 13 † 19, 8 † 21, 62 † 23, 41. Actor. 2, 37.

Contritionis falsæ exempla, Genes. 4, 13 † 27. 38. Exod. 8, 8 † 9, 27 † 10, 16. Iosue 7, 20. Iud. 1, 7. 1. Reg. 15, 24. 30. † 24, 17. 3. Reg. 13, 6 † 21, 27. Sap. 5, 3, 1. Mach. 6. 12. 2. Mach. 9, 12. Matth. 27, 4. Actor. 8. 13, 22. Hebr. 12, 17.

COOPERARI gratiæ Dei, vide Libertum arbitrium.

COR siue voluntas hominis à Deo pro facto acceptatur, Genes. 4, 4 † 22, 12. Exod. 25, 2 † 35, 5. Deut. 19, 5. Matth. 15, 8. Marc. 12, 41. Lucæ 21, 1. 2. Cor. 8, 12. quære Voluntas pro facto.

Cor mundatur & sanctificatur per Christum, Psalm. 50, 4. Ioan. 13, 10 † 15, 3 † 17, 19. Actor. 15, 9. 1. Corinth. 6, 11. Ephes. 5, 26. 1. Pet. 1, 22. 1. Ioan. 1, 7 † 3, 3. Heb. 1, 3 † 9, 14 † 10, 14 † 13, 12.

CORNELIVS Centurio conuertitur, Actor. 10, 3, 44.

CORONA vitæ, 4. Esd. 2, 45. Sap. 5, 17. 2. Timoth. 4, 8. 1. Pet. 5, 4. Iac. 1, 12. Apoc. 2, 10.

CORREPTIO fraterna, Genes. 37, 2. Leuit. 19, 18. Psalm. 140, 5. Pro. 1, 20 † 9, 7 † 10, 17 † 12, 1 † 13, 1 † 15, 31 † 17, 10 † 24, 25 † 25, 12 † 27, 5 † 28, 23 † 29, 1. Eccl. 7, 6. Eccli. 19, 15 † 20, 1 † 21, 7 † 32, 13. Osee 4, 4. Matth. 18, 15. Luc. 17, 3. Galat. 2, 11 † 6, 3. 1. Timoth. 5, 20. 2. Tim. 2. 25. Hebr. 3, 13. Iacob. 5, 19.

Correptio impiorum est pijs in timorem & cautionem, vide Impiorum.

Corripiens alterum qualis esse debeat, Matth. 7, 3. Luc. 6, 41. Ioan. 8, 3. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1. 6.

CREATOR omnium rerum Deus, Genes. 1, 1. Exod. 20, 11. 1. Paralip. 29, 10. Psalm. 88, 12 † 95, 5 † 113, 15 † 120, 2 † 123, 8 † 145, 6. Isaiæ 37, 16 † 40, 28 † 42, 5 † 44, 24 † 45, 12 † 48, 13 † 51, 13. Ierem. 10, 12 † 32, 17 † 51, 15. Zach. 12, 1. Ionæ 1, 9. Eccli. 1, 8. Baruch 3, 32. Matth. 11, 25. Ioan. 1, 3. Actor. 4. 24 † 14, 14 † 17, 24. 1. Corinth. 8, 6. Ephes. 3, 9. Col. 1, 16. Heb. 1, 2, 10 † 3, 4 † 11, 3. Apoc. 4, 11 † 10, 6 † 14, 7.

CRESCERE in scientia, Ephes. 4, 15. Coloss. 1, 10. 1. Pet. 2, 2.

CRVX & tribulatio omnibus pie viuentibus, Gen. 4, 8 † 27, 41 † 37, 18. 2. Reg. 16, 5, 13. Eccli. 2, 1. Psal. 33, 20. Prou. 24, 16. Matt. 10, 16*. † 12, 14 † 16, 24 † 24, 9. Mar. 13, 9. Luc. 14, 26 † 21, 11. Ioan. 15, 20 † 16, 1. Actor. 9. 23. Gal. 4, 29. 1. Thess. 3, 3. 2. Timoth. 3, 12. 1. Pet. 4, 1, 12 † 5, 10.

Crux à Deo imponitur ad nostram vtilitatem, 2. Reg. 7, 14. Iob 5, 17 † 33, 16. Prouerb. 3, 11. Ierem. 46, 28. 2. Machab. 6, 12. Tob. 2, 8 † 12, 13. Iudith 8, 22. 1. Corinth. 11, 31. 1. Pet. 4, 17. Heb. 12, 5. Apoc. 3, 19.

Per Crucem & res aduersas pertingimus ad cognitionem Dei, & ad æternam gloriam, Exod. 1, 12. 2. Par. 33, 11. Iud. 8, 15, 21. Prouerb. 6, 23. Matth. 7, 24. Luc. 24, 26, 46. Ioan. 12, 25. Actor. 14, 21. Rom. 8, 17. 2. Cor. 4, 8, 17 † 5. 1. Phil. 2, 8. 2. Thess. 1*. Hebr. 2, 9 † 12, 2.

Crux patienter est & læto animo ferenda, Matth. 5, 10 † 10, 38. Ioan. 15, 20 † 16, 33. Actor. 5, 41 † 16, 25. 2. Cor. 8, 2. Col. 1, 24. Heb. 10, 34. Iacob. 1, 2, 12. 1. Pet. 4, 12, 16.

In Cruce & afflictione consolatio, Iob 5, 17*. Prouerb. 18, 12. Isaiæ 26, 12, 19. Thren. 3, 28. Matth. 5, 10. Ioan. 15, 20 † 16, 20, 33. Rom. 8, 18. 1. Corinth. 10, 13. 2. Cor. 1, 4, 8.

Per Crucem experitur nos Dominus, Iudith 8, 21. Eccli. 2, 1 † 27, 8. Pro. 17, 3. Sap. 3, 5, 6. 2. Thess. 1, 4. 1. Pet. 1, 7.

CVLTVS Dei verus requirit præter opus externum etiam affectum hominis internum, Deuter. 5, 19 † 6, 5 † 10, 12 † 11, 13 † 26, 16 † 28, 47 † 30, 2. Ios. 22, 5. 1. Reg. 12, 20. Eccles. 7, 31. Isaiæ 29, 13 † 64, 11. Matth. 15, 8 † 22, 36. Ioan. 4, 23.

Cultus externus Deo gratus, vide Ceremoniæ.

CYRVS rex Persarum permittit captiuos Israelitas in Iudæam redire, 2. Paral. 36, 22, 1. Esdr. 1, 1. 3. Esdr. 2, 1. restituit eis vasa quondam à Nabuchodonosor ablata, 1. Esdr. 1, 7 † 5, 14. Dan. 1, 2.

D

DÆMONES expelluntur, Matth. 8, 16, 31 † 9, 33 † 12, 22 † 17, 18. Luc. 4, 35 † 8, 2, 28 † 9, 42 † 10, 17 † 13, 10. Actor. 5, 16 † 8, 7 † 16, 18. etiam per malos, Matth. 7, 22. Mar. 9, 38. Luc. 9, 49. Actor. 19, 13.

Dæmones agnoscunt & credunt Deũ, Matth. 8, 29. Marc. 1, 24 † 5, 1 † 5, 7. Lu. 4, 34, 41 † 8, 28. Act. 19, 15. Iac. 2, 19.

Dæmonibus immolare nefas, Leuit. 17, 7. Deut. 32, 17. 2. Paral. 11, 15. Psal. 105, 37. Bar. 3, 4. 1. Cor. 11, 20.

DAGON idolum Philistinorum, Iud. 16, 23. 1. Reg. 5, 2. 1. Machab. 10, 83 † 11, 4.

DAMASCVS metropolis Syriæ vastatur à Theglath Phalasar, 4. Reg. 16, 9. contra Damascum prophetia, Isaiæ 17, 1 † 8, 4. Ierem. 49, 23. Amos 1, 3.

DAMNATIO æterna quæ parata est diabolo & omnibus impiis, Sap. 5*. Iob 10, 22 † 36, 12. Isaiæ 24, 21 † 30, 33 † 66, 24. Daniel 7, 11. Matth. 3, 12 † 5, 29 † 8, 12, 29 † 13, 50 † 18, 8 † 22, 13 † 23, 33 † 25, 30, 42. Marc. 9, 47. Luc. 3, 17 † 16, 23, 25. Hebr. 10, 27. 2. Thessal. 1, 8. 2. Pet. 2, 4. Iudæ 6. Apocal. 19, 20 † 20, 10 † 21, 8.

DAN filius Iacob, Gen. 30, 6. tribus Dan quæritur filia possessionem, Iud. 18, 1. pugnat contra Leiem, & expugnat, Iosue 19, 47.

DANIEL appellatur Balthasar, Daniel 1, 7. interpretatur somnia, 2, 31 † 4, 7, 11, 18, 25. constituitur gubernator totius regni Babel, Daniel 6, 3. proijcitur in lacum leonum, 6, 16. liberat Susannam, 13, 51, 60.

DARE melius quàm accipere, Eccl. 4, 36. Actor. 20, 33.

Dandum sine acceptione personarum, maximè autem domesticis fidei, Eccli. 7, 35 † 12, 8. Matth. 5, 42. Lucæ 6, 30, 38. Roman. 12, 13. Galat. 6, 10. vide Eleemosyna.

DARIVS filius Assueri, Daniel 9, 1. occupat regnum Babel, 6, 1. impiam legem statuit, 6, 8. præparat regium conuiuium, 3. Esdræ 3, 1.

Darius renouat mandatum Cyri, 1. Esd. 6, 1.

Darius cæditur ab Alexãdro rege Macedoniæ, 1. Mach. 1, 1.

DAVID filius Isai (qui Iesse appellatur, Matth. 1, 6) à Samuele vngitur, 1. Reg. 16, 13. interficit leonem, vrsum & Goliath gigantem, 17, 34, 49. pacisci tur cum Ionatha, 18, 3 † 20, 8, 16, 23 † 23, 18. manducat panes propositionis, 21, 3. simulat amentiam coram Achis rege, 21, 13. fugit cum patre & matre in Maspha, 22, 3. præcidit oram chlamydis Saul, 24, 5. mittit ad Nabal decem iuuenes, 25, 5. tollit hastam Saulis, 26, 11. fugit ad Achis regem Geth, 27, 2. vngitur in Hebron in regem Iuda, 2. Reg. 2, 4. poscit, eum regem vniuersus Israel, 2. Reg. 5, 1. 1. Paral. 11, 3 † 12, 38. iuxta verbum Ionathæ, 1. Reg. 23, 17. & Saulis, 24, 21. committit adulterium & homicidium, 2. Reg. 11*. pœnitet eum peccati, 12, 13. fugit à facie filij sui Absalom, 15, 14. libauit aquam Domino, 23, 16. recenset populum, 24, 2. emit ab Areuna aream, 24, 24. consilium capit de domo Dei ædificanda, 1. Paral. 17, 1. constituit operarios & architectos, 23*. 24*. 25*. 26*. 27*. relinquit sibi successorem Salomonem filium, 3. Reg. 1, 30. moritur & sepelitur, 2, 10. Actor. 2, 29 † 13, 36. commendatur, Eccli. 47, 2.

Dauid spiritualis (qui est Christus) promittitur, Ieremiæ 30, 9. Ezech. 34, 24 † 37, 23.

Dauidis filius appellatur Christus, Matth. 1*. † 15, 22 † 22, 45. Marc. 12, 35. Luc. 20, 41. Actor. 2, 29 † 13, 22. 2. Tim. 2, 8. Apoc. 5, 5.

DECIMARVM vsus & decimæ, Genes. 14, 20 † 28, 23. Leuit. 27, 30. Num. 18, 21, 28. Deut. 12, 6 † 14, 28 † 26, 12. 1. Reg. 8, 15. 2. Paral. 31, 5. 2. Esdr. 10, 37. Hebr. 7, 2.

Decimæ debẽtur Sacerdotibus, Deut. 18, 3. 2. Par. 31, 4. vide Sacerdotes.

DEDICATIO templi, vel altarium, Num. 7, 10, 11, 84, 88. 3. Reg. 8, 26, 63, 65. 2. Par. 7, 5, 9 † 5, 8. 1. Esdr. 6, 16, 17. 2. Esdr. 12, 27. 3. Esdræ 7, 7. Psal. 29, 1. 1. Machab. 4, 56, 57, 59. 2. Mach. 2, 9, 12, 20.

DEMETRIVS filius Seleuci exercet tyrãnidem, 1. Mach. 7, 1. fœdus init cum Ionatha, 10, 3. fœdus ictum violat, 11, 53.

Demetrius aurifaber, negotium facessit Paulo, Actor. 19, 23.

DETRACTIO, Psalm. 14, 3 † 100, 5. Eccles. 10, 20. Prou. 10, 18 † 11, 13 † 16, 28 † 20, 19 † 26, 20. Roman. 1, 30. 2. Corinth. 12, 20. 1. Pet. 2, 1, 12 Iacob. 4, 11.

DEVS est omnipotẽs, & nihil apud eum est impossibile, Genes. 17, 1 † 18, 14 † 35, 11 † 43, 14 † 48, 3. Numer. 11, 23. 1. Reg. 14, 6. 2. Paral. 14, 11. Sapien. 11, 22. Iob 42, 2. Isaiæ 40, 10*. † 46, 9 † 50, 2 † 59, 1. Ierem. 32, 17, 27. Zachar. 8, 6. Matth. 19, 26. Marc. 9, 23 † 10, 27 † 14, 36. Lucæ 1, 37 † 18, 27. Ephes. 3, 20. Apoc. 16, 7, 14 † 19, 6.

Deus omnia regit & gubernat pro sua voluntate, Genes. 45, 5 † 50, 19. Deut. 8, 18. 1. Reg. 9*. Sap. 12, 13. Tob. 7, 12. Iob 9, 5 † 12, 13. Psal. 102, 19 † 113, 3 † 126, 1. Prouerb. 10, 22 † 16, 4, 9 † 19, 21 † 20, 24 † 21, 1, 30. Eccles. 3, 1 † 5. Isaiæ 26, 16 † 45, 7. Ierem. 10, 23 † 27, 5. Dan. 2, 21 † 5, 18. Matth. 6, 33 † 11, 26 † 20, 14. Luc. 12, 31. Ioan. 5, 17. Rom. 9, 15. 2. Cor. 3, 5. Phil. 2, 13. Heb. 13, 21. Apoc. 4, 11.

Deus est pater omnium fidelium ipsi obtemperantium, Deuter. 32, 6. Psalm. 102, 13. Prouerb. 1, 7. Ier. 3, 4, 14, 19. Malach. 1, 6. Matth. 6, 9 † 18, 14 † 23, 8. Luc. 11, 2. Ioan. 20, 17. Rom. 8, 15. 1. Cor. 8, 6. 2. Corinth. 1, 3 † 6, 18. Ephes. 3, 14 † 4, 6. 1. Thessal. 1, 3. 2. Thessal. 1, 1, 2 † 2, 16.

Deus est verax & fidelis, Exod. 34, 6. Nu. 23, 19. Deut. 7, 9 † 32, 4. 1. Reg. 15, 29. Isaiæ 49, 7. Ioan. 3, 33 † 8, 26. Rom. 3, 4. 1. Cor. 1, 8 † 10, 13. 1. Thess. 5, 24. 2. Thess. 3, 3. 2. Ti. 2, 13. Tit. 1, 2. 1. Io. 1, 9 † 5, 20. Heb. 20, 23. Apoc. 3, 7, 14.

Deus est in essentia vnus, præter quem non est alius, Exod. 3, 14. Deut. 4, 35 † 6, 4 † 7, 9 † 10, 17 † 32, 39. 2. Reg. 7, 22. 3. Reg. 8. 60 † 18, 36. 1. Paral. 19, 20. Sap. 12, 13. Isaiæ 37, 16 † 43, 10 † 44, 6, 24 † 45*. † 46, 9. Osee 13, 4. Tob. 8, 20 † 13, 4. Eccli. 36, 5. Marc. 12, 29. Ioan. 17, 3, 1. Corinth. 8, 6 † 12, 6. Gal. 3, 20. Eph. 4, 6. 1. Tim. 2, 5.

Deus est trinus in personis, & vnus in essentia. vide Trinitas.

Deus æternus est, nec principium habet, nec finem: sed est ipse principium & finis, Gen. 21, 33. Exod. 15, 18. Iob 36, 26. Isa. 41, 4 † 43, 10 † 44, 6 † 48, 12 † 57, 15. Dan. 7, 9. Rom. 16, 26. Heb. 1, 8. Apoc. 1, 8, 17 † 21, 6 † 22, 13.

Deus nouit, audit, & videt omnia, Exod. 3, 19. Num. 12, 2. Deut. 31, 21. 1. Reg. 2, 3 † 16, 7. 2. Par. 16, 9. Iob 14, 6 † 22, 11 † 28, 24 † 31, 4 † 42, 2. Psalm. 7, 10 † 32, 13 † 37, 10 † 89, 8 † 30, 8. Prou. 5, 21 † 15, 3, 11 † 24, 12. Isaiæ 29, 15 † 40, 27 † 48, 4. Ier. 1, 5 † 7, 11 † 17, 10 † 23, 24 † 32, 19. Ezech. 11, 5. Eccli. 16, 15 † 17, 13 † 23, 27 † 39, 24, 27 † 40, 9. Sap. 1, 10. 2. Mach. 9, 5 † 12, 22. Matth. 6, 4 † 21, 2. Marc. 2, 8 † 14, 13. Luc. 22, 10. Ioan. 1, 47 † 3, 21 † 16, 30 † 21, 17. Actor. 15, 8. Rom. 8, 27. 1. Thess. 2, 4. 1. Ioan. 3, 20. Hebr. 4, 13. Apoc. 2, 23.

Deum nemo videre potest, Exod. 33, 20. Deut. 4, 12. Io. 1, 18 † 6, 46. 1. Tim. 6, 16. 1. Ioan. 4, 12.

Deus & diuina omnia non possunt humana industriæ aut ingenio comprehendi, Exod. 33, 20. 3. Reg. 3, 5. Iob 32, 8. Psalm. 93, 10 † 118*. † 142, 8. Isaiæ 22, 22 † 54, 13. Matth. 11, 25 † 13, 11 † 16, 17. Luc. 8, 10 † 10, 21 † 24, 44. Ioan. 1, 10 † 3, 3 † 6, 44, 65 † 14, 8, 17 † 17, 6. Actor. 16, 14. Rom. 1, 19 † 11, 33. 1. Cor. 2*. Gal. 1, 11. 1. Ti. 6, 16. Ap. 3, 7.

Deus est immensus & incircumscriptus, 3. Reg. 8, 27. 2. Par. 2, 6 † 6, 18. Iob 11, 8. Psalm. 138, 7, 10. Isaiæ 6, 3 † 66, 1. Ierem. 23, 24. Amos 9, 2. Sap. 1, 7. Matth. 5, 35. Actor. 7, 48 † 17, 24.

Deus testatur se Deum, id est, saluatorem & consolatorẽ Israelis omniumque eorum qui rite ipsum colunt & inuocant, Genes. 17, 1, 7. Exod. 6, 2 † 20, 2 † 29, 45. Leuit. 26, 11. Psalm. 17, 3 † 49, 6. Isaiæ 50, 19. Ierem. 31, 33 † 32, 38. Ezech. 37, 23. Ioan. 10, 17.

Deus est Dominus ac creator cæli & terræ. vide Creator.

Deus nihil eorum quæ fecit, odit, Sap. 11, 25.

Deus est iudex totius mundi, reddens vnicuique mercedem pro merito, Gen. 18, 25. Deut. 10, 17. Iob 34, 11. Psalm. 7, 9 † 61, 13 † 93, 2 † 95, 13. Isa. 11, 3. Eccl. 35, 22, 27. Ierem. 17, 10 † 25, 14. Matth. 16, 27. † 25. 31. Actor. 17, 31. Rom. 2, 6. 2. Tim. 4, 8. Heb. 12, 23.

Dei misericordia, patientia, charitas, sapientia, verbũ, quære suis quæq; locis.

Deo soli attribuenda, subinde in scripturis & aliis per communicationem tribuuntur, vt vocabulum, Deus, soli Deo tribuitur, Deut. 6, 4 † 32, 39. 1. Reg. 2, 2. Psalm. 85, 10. 2. Mach. 7, 38. Mar. 12, 29. aliis tribuitur, Exod. 7, 1 † 22, 8. 1. Reg. 28, 13. Psalm. 46, 10 † 81, 6.

Deus solus bonus, Matt. 19, 7. Luc. 18, 19. aliis tribuitur bonitas, Gen. 1, 31 † 3, 6 † 49, 15. Num. 14, 7. 1. Reg. 29, 9. 2. Reg. 18, 27. 1. Par. 28, 8. Tob. 12, 8. Iud. 12, 12, 14. Psalm. 110, 10 † 146, 1. Prouerb. 18, 22 † 22, 1. Eccles. 7, 21. Sap. 8, 19. Eccli. 14, 5. Ierem. 7, 3. Matth. 7, 17. Marc. 9, 50. Luc. 6, 45.

Deus solus sanctus, 1. Reg. 2, 2. aliis sanctitas tribuitur, Exod. 3, 5 † 12, 16 † 22, 31 † 28, 2 † 29, 29, 31 † 30, 29 † 35, 2. Leuit. 11, 44. Num. 16, 5. Deut. 6, 7. Iosue 5, 15. 2. Reg. 22, 26. 4. Reg. 4, 9. Iudith 8, 29. Psalm. 5, 8. Matth. 7, 6. Rom. 7, 12.

Deus solus fortis, 1. Reg. 2, 2. aliis fortitudo attributa, Genes. 32, 28 † 49, 14. Psalm. 5, 5. Cant. 3, 7. Isaiæ 19, 14. Ier. 9, 23. Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. Luc. 11, 21. Heb. 11, 34. 1. Pet. 5, 9.

Deus solus iustus, 2. Machab. 1, 25. alij quoque iusti, Genes. 7, 2 † 18, 23. Psalm. 33, 16 † 36, 29, 30. Pro. 8, 8. Sap. 5, 16. Matt. 1, 19 † 10, 41 † 25, 46. Lucæ 1, 6. Rom. 1, 17.

Deus solus pius, Apoc. 15, 4. alij etiam pij, 1. Pet. 2, 9.

Deus solus beatus, 1. Tim. 6, 15.

alij beati, Genes. 30, 13. Psalm. 1, 1 † 31, 1, 2 † 40, 1 † 118, 1 † 126, 1. Matth. 5*. † 16, 17 † 24, 46. Lucæ 1, 45 † 14, 14. Iacobi 1, 1.

Deus solus potens, 1. Tim. 6, 15.

alij potentes. Exod. 18, 21. Psal. 111, 2. Luc. 1, 52. Actor. 8, 27 † 18, 24.

Deus solus immortalis, 1. Tim. 6, 16. aliis tribuitur immortalitas, Sap. 1, 15 † 4, 1 † 8, 17.

Deus facit mirabilia solus, Psalm. 71, 18 † 135, 4. Eccles. 11, 4.

alij quoque faciunt mirabilia, Deut. 34, 12. Eccli. 31, 9 † 48, 4, 15.

Deus solus nouit arcanas animi cogitationes, 3. Reg. 8, 39. 2. Par. 6, 20.

alij quoque nouerunt, 1. Reg. 9, 19. 4. Reg. 5, 26.

Deus solus peccata remittit, Luc. 5, 21. dimittunt & alij, Matth. 18, 18. Io. 20, 23.

Deo soli honor & gloria, Psalm. 113, 1. Isaiæ 42, 8. 1. Tim. 1, 17.

alijs quoque tribuuntur, 4. Reg. 14, 10. 2. Par. 17, 5. Psalm. 149, 9. Eccli. 31, 10. Luc. 14, 10. Ioan. 5, 44.

Deus solus adorandus, Exod. 20, 5. Leuit. 26, 1. Deut. 5, 9. Matth. 4, 10.

alijs adoratio tribuitur, Genes. 18, 2. vide Adoratio.

Deo soli seruiendum, Deut. 6, 13 † 10, 20. 1. Reg. 7, 3. Matth. 4, 10. Luc. 4, 8.

alijs etiam post Deum seruiendum, Genes. 25, 23 † 29, 20 † 47, 25. 1. Tim. 6, 2.

Deus cuius mali sit causa, & cuius non sit, vide Malum.

DIABOLVS studet semper perditioni hominum, Genes. 3, 1*. 1. Par. 21, 1. Iob 1*. 2*. Zach. 3, 1. Matth. 4, 3, 9 † 8, 28 † 13, 19. Luc. 8, 12 † 13, 9, 14 † 22, 31. Actor. 5, 3 † 13, 8. 2. Cor. 4, 4 † 11, 14. Eph. 6, 11. 1. Thess. 2, 18. 1. Pet. 5, 8. Apoc. 2, 10 † 12, 9 † 20, 7.

Diabolus non plura potest quàm ei Deus permittit, 3. Reg. 22, 22. 2. Paral. 18, 20. Iob 1, 12 † 2, 6. Matth. 8, 31. Mar. 5, 12, 13. Ephes. 2, 2. 1. Tim. 2, 26. Apoc. 20, 7.

Diabolus pater & princeps mundi omniumque impiorum, Matt. 4, 9. Luc. 4, 6. Iob 41, 25. Ioan. 8, 44 † 12, 31 † 14, 30 † 16, 11. 2. Corinth. 4, 4. Ephes. 2, 2 † 6, 12. Coloss. 2, 15.

Diaboli imperium per Christum subiatum, Genes. 3, 15. 1. Reg. 17*. Iob 26, 13. Isaiæ 9, 4 † 14, 8, 12 † 27, 1 † 52, 3. Zach. 3, 2. Matt. 12, 29. Luc. 10, 18 † 11, 22. Ioan. 12, 31. Col. 1, 13 † 2, 15. 2. Timoth. 1, 10. 1. Ioan. 3, 8. Hebr. 2, 14. Apoc. 12, 9 † 20, 2.

Diaboli filij, Io. 8, 44. Actor. 13, 10. 1. Ioan. 3, 10.

DIACONI, Act. 6, 3 † 21, 8. Phil. 1, 1. 1. Tim. 3, 8.

DIANA colitur Ephesi, & in vniuersa Asia, Actor. 19, 27.

DIES nouissimi & iudicium extremum, 1. Reg. 2, 10. Psalm. 95, 13. Isaiæ 2, 10, 19 † 13, 4, 6, 13 † 26, 21 † 27, 1 † 30 30 † 66, 15, 24. Ierem. 30, 23. Dan. 7, 9. Sopho. 1, 2, 14. Malach. 4, 1. 4. Esd. 2, 27 † 13, 32. Matth. 12, 36 † 13, 41, 49 † 16, 27 † 24*. 25, 31, 42. Marc. 13*. Luc. 17, 24, 30. Act. 1, 11 † 3, 20 † 17, 31. Rom. 2, 5, 16 † 14, 10. 1. Cor. 15*. 2. Cor. 5, 10. 1. Thess. 4, 16 † 5, 2. 2. Thess. 1, 7 † 2. 1. Tit. 2, 13. 2. Pet. 3, 13. Heb. 9, 28. Iudæ 14. Apoc. 1, 7 † 20, 11.

Dies Domini, Isaiæ 13, 6. Ierem. 30, 7. Amos 5, 18. Ioel 2, 1, 31. Soph. 1, 14. Mal. 4, 1. 4. Esd. 2, 27. Phil. 1, 6 † 2, 10. 1. Thess. 5, 2. 2. Tim. 4. 8.

Dies Domini & hora nulli cognita Matth. 24, 36, 50. Mar. 13, 32. Luc. 17, 24, 30. Actor. 1, 7. 1. Thess. 5, 1. 2. Pet. 3, 10. Apoc. 3, 3 † 16, 15.

Dies pro annis, Nu. 14, 34. Ezech. 4, 6.

DILECTIO Dei erga suos, Exod. 20, 5 † 34, 14. Deut. 4, 24 † 6, 5 † 7, 8. Iosue 24, 19. Prou. 8, 17. Eccli. 4, 18. Ier. 31, 3. Ioan. 3, 16 † 10, 11 † 13, 1, 18 † 15, 9 † 16, 27. Rom. 5, 8. Gal. 2, 21. Eph. 3, 19 † 5, 2.

Diligendus est Deus super omnia, Genes. 22, 2, 9. Exod. 20, 6. Deut. 5, 10 † 6, 5 † 10, 12 † 11, 1, 13, 22 † 30, 6. Ios. 22, 5. Eccli. 7, 32 † 34, 19 † 47, 11. Matt. 10, 37 † 22, 36. Marc. 12, 30. Luc. 7, 47 † 10, 27. Ioan. 21, 15. Rom. 5, 5 † 8, 28, 35. 1. Cor. 10, 21. 1. Ioan. 4, 17.

Dilectio. vide Charitas.

DINA filia Iacob, Genes. 30, 21. violatur à Sichem, cap. 34, 2.

DIONYSIVS Areopagita conuertitur, Actor. 17, 34.

DISCORDIA vitanda, Prou. 6, 19 † 10, 12 † 15, 18 † 16, 28 † 17, 1 † 18, 6 † 30, 33. Matth. 12, 24*. Luc. 11, 17. 1. Cor. 14, 33. Gal. 5, 15. 2. Tim. 2, 23.

DIVINI, vide Incantatores.

DIVITES quomodo se erga pauperes habere debeant, Leu. 25, 35. Deut. 15, 7, 10. Iob 31, 16. Psal. 61, 11. Pro. 14, 31 † 17, 5 † 19, 17 † 21, 13 † 22, 7 † 28, 27 † 30, 7. Eccles. 11, 1. Eccli. 4, 4 † 7, 35 † 11, 10 † 29, 12 † 31, 8. Isaiæ 23, 18. Mar. 6, 19 † 19, 21. Luc. 14, 13 † 16*. † 18, 22. Actor. 2, 45 † 4, 34. 1. Tim. 6, 18. vide Eleemosyna.

Diuitiarum vanitas & contemptus, & quemadmodum in diuitijs non sit ipserandum, Psalm. 38, 7 † 48*. † 51, 9. Pro. 10, 2 † 11, 4, 28 † 15, 16 † 18, 11 † 22, 16 † 23, 4 † 28, 11 † 30, 7. Eccles. 5, 9, 12 † 6, 2. Isaiæ 2, 7. Ierem. 17, 3, 11 † 22, 13. Ezech. 7, 19. Sopho. 1, 18. Eccli. 5, 1, 10 † 10, 10 † 11, 7 † 14, 1 † 31, 3. Matt. 3, 22 † 19, 21. Luc. 8, 14 † 12, 15. 1. Tim. 6, 9. Iac. 1, 11.

Contra Diuites impios, 1. Reg. 25, 2. Iob 20, 19 † 27*. Pro. 23, 4 † 28, 8, 20, 27. Eccles. 6, 1. Isaiæ 5, 8 † 32, 9. Ier. 15, 13. Amos 6, 1 † 8, 4. Hab. 2, 5. Luc. 6, 24 † 16, 19, 24. Iacobi 5, 1. vide Auaritia.

DOCTRINA Apostolica scripta & nõ scripta firmiter tenenda, Rom. 16, 17. Gal. 1, 8, 11. 2. Thess. 2, 15. 1. Cor. 11, 3, 34.

Doctrina Apostolorum est Christi doctrina, Luc. 10, 16. 1. Corinth. 14, 37. 2 Corinth. 2, 14, 17 † 7, 20. 1. Thess. 2, 2, 13. Galat. 1, 11.

DOEG seruus Saulis prodit sacerdotem Abimelech, 1. Reg. 22, 9, 18. cædit sacerdotes Domini, 22, 18.

DOLVS, Ier. 9, 6. Psalm. 34, 20 † 9, 28. Pro 12, 17. Marc. 7, 22. Actor. 5, 1. Rom. 1, 29.

DOMVS ædificata super petram, firma manebit, Psalm. 45, 2. Matth. 7, 24 † 16, 18. Luc. 6, 48. Rom. 8, 35.

Domus corporis nostri, 2. Corinth. 5, 1. 2. Pet. 1, 14.

DOMINI & dominæ erga seruos & ancillas totamq; familiam officium, & potestas, Exod. 21, 2, 20, 26. Leu. 19, 13 † 25, 38. Deut. 5, 14, 21 † 15, 12, 16 † 24, 15. Iob 31, 13. Pro. 29, 19. Ier. 34, 9. 14. Eccli. 7, 22 † 33, 31 † 42, 16. Ephes. 6, 9. Col. 4, 1.

DONARIA recipere, sit ne prohibitum, Genes. 14, 22. Exod. 18, 21 † 23, 8. Num. 22, 18. Deu. 10, 17 † 27, 25

1.Reg.8,3†12,3.3.Reg.13,7.4.Reg.5,16.2.Paral.19,7.Iob 15,34.Psalm.14,5†25,10.Prouerb.15,27†17,23.Isaiæ 1,23†5,23†33,15†45,13.Ezech.13,19†22,12.Dan.5,17.Mich.3,11.Eccl.8,3†20,31.Actor.20,35.

DRVSILLA vxor Felicis præfecti, audit doctrinam euangelicam à Paulo, Actor.24,24.

E

EBRIETAS, & gula, Genes. 9,21†19,32,35†29. Leuit. 10,9.1.Reg.25,36.2.Reg.11,13†13,28.3.Reg.20,12,16.Prouerb.20,1†21,17†23,1,2,3,20,29†31,4.Eccli.19,1†23,6†31,12,17*.31,35†37,32*.Isa.5,11,22†22,13†28,7†56,12.Ezech.16,49.Dan.5,2.Osee 4,11.Ioel 1,5.Mich.2,11.Abac.2,5,16.Iudith 13,4.Sap.2,7.1.Mach.16,16.Luc.12,45†21,34.Rom.13,13.1.Cor.5,10†6,10†15,32.Gal.5,21.Ephes.5,18.1.Thess.5,7.1.Tim.3,3.Tit.1,7.1.Petr.4,3.Hebr.12,16.vide Ieiunium.

Ebrietas iram Dei prouocat, Isa.5,11,22†28,1.Dan.5,2.Ioel 1,4.5.1.Cor.6,10.mentem alienat, Prouerb.23,31.Eccli.19,2.Isaiæ 28,1,7.Osee 4,11.ad libidinem incendit, Prouerb.20,1.Eph.5,18.facultates dissipat, Prouerb.23,20.Eccli.19,1.secretum detegit, Pro.31,4.Abac.2,15.ad furorem & rixas excitat, Prouerb.20,1†23,29.Eccl.31,38,40.Osee 7,5.

EBRON, vide Hebron.

ECCLESIA accipitur pro templo materiali, Deut.23,1.Iudic.20,2.Iud.6,21.Psalm.67,27.Thren.1,10.Ioel 2,16.1.Cor.11,18†14,34.

Ecclesia accipitur pro cœtu fidelium, Num.19,20†20,4.1.Reg.17,47.3.Reg.8,14,55.1.Par.29,1*.2.Paral.1,5.Psalm.21,26†25,12†34,18†106,32†149,1.1.Machab.4,37†5,16†14,19.Matth.16,18.Actor.5,11†8,1†16,4.Roman.16,16,23.1.Cor.6,5†11,16†12,28†14,5.2.Corinth.8,18,23,24†11,8†12,13.Ephes.5,23.Philip.4,15.Col.1,15.1.Tim.3,5,15.Iacob.5,14.Apoc.1,11†22,16.

Ecclesia pro cœtu vnius prouinciæ, 3.Reg.8,14.Actor.9,31†11,2,6†12,1†13,1†15,1†19,32†20,17.Roman.16,2.1.Corinth.1,2†16,1.2.Corinth.8,2.Gal.1,2.2.Thess.1,1*.1.Pet.5,13.Apoc.2,1*.†3,1.

Ecclesia pro prælatis & præpositis, 3.Reg.8,14.Matth.18,17.

Ecclesia est vna & visibilis præfigurata per vnam & visibilem arcam Noe, Genes.6,14.1.Pet.3,20.per ciuitatem sanctam Ierusalem, Apoc.21,2.per hortum conclusum & fontem signatum, Cant.4,12.per vnam columbam, 6,8.per vineam, Psalm.79,9.Cantic.2,15.Isaiæ 5,1*.Ierem.2,21†12,10.Matth.20,1*.Marc 12,1.Luc.20,9.Apoc.14,15.per nauem, Luc.5,3.per sagenam comprehendentē bonos & malos pisces, Matth.13,47.per agrum, Matth.13,24.per regnum cælorum, Matt.13*.†25*.

Ecclesia firmamētum veritatis errare non potest, Isaiæ 29,21.Matth.16,18†28,20.Luc.22,32.Ioan.14,16†16,13†17,11,20.1.Tim.3,15*.1.Ioan.2,27.

Ecclesia est corpus Christi, Cant.4,7,9,11,12.Ephes.1,22†4,4†5,23.1.Corinth.12,27.

Ecclesia fidelium nascitur & propagatur per sanam doctrinam, Ioan.1,12†3,3.Rom.8,15†9,8.Galat.3,20†4,19.Eph.1,5.Tit.1,1.1.Cor.4,15.Philem.10.1.Pet.1,23.1.Ioan.3,9†5,1,18.Iacob.1,18.

Ecclesia seu fidelium cœtus, tenetur sacerdotibus pastoribusque suis quæ ad vitam sunt tuendam necessaria, suppeditare, Deut.12,19†14,27†16,11†25,4.1.Esdr.7,23.Matth.10,10.Lucæ 10,7.Roman.15,27.1.Cor.9,7,11.Gal.6,8.Phil.2,29†4,10,16.1.Thess.5,12.Heb.13,7.Tenetur etiam pro suis præfectis orare, Actor.4,29†12,5.Rom.15,30.Ephes.6,18.Phil.1,19.Col.4,2.2.Thess.3,1.Hebr.13,18.

Ecclesia est sponsa Christi, Psalm.44,11.Ezech.16,9.2.Cor.11,2.Eph.5,26.Apoc.19,8†21,10.

Ecclesiæ caput est Christus, Osee 2,2.1.Cor.12,27.Ephes.1,22†4,15†5,23.Col.1,18†2,10.

Ecclesiæ quasi membra quædam sunt veri fideles, eidem capiti Christo eiusque vicario subiecti, cuiuscumque nationis fuerint, siue Iudæi, siue Gētiles, Isaiæ 43,9.Ioan.10,16.1.Cor.12.12.Eph.3,6.

Ecclesiæ claues promittuntur, & potestas, Matth.16,19.traduntur, Io.20,23.exercentur, Matth.18,17.vide Excommunicatio & Confessio.

Ecclesiam sibi Christus comparauit, & emit sanguine suo, Actor.20,28.1.Cor.6,20†7,23.Ephes.2,13.Colossi.1,14.1.Pet.1,18.Heb.9,12.1.Ioan.1,7.Apoc.1,5†5,9†14,4.

Ecclesiam suam Deus protegit & custodit, Exod.13,21†29,45.Leu.26,12.Deut.7,20†23,14†31,3.3.Reg.6,13.Psalm.90,1,11†131,13.Isaiæ 43,2.Ier.46,28.Matth.18,20†28,20.Ioan.14,23.2.Corinth.6,16.

EDOM frater Iacob filius Isaac, appellatur Esau, Genes.25,25.

Edumæi negant Israelitis transitum per suam regionem, Nu.20,14.cæduntur, & fiunt serui domui Israel, 2.Reg.8,14.deficiunt ab Israel, & creant sibi regem, 4.Reg.8,20.superantur à Iuda, 14,7.2.Paral.25,12.

Contra Edumæos prophetia, Num.24,18.Psalm.136,7.Isaiæ 21,11†34,5.Ierem.49,7.Thren.4,22.Ezech.25,13,14†32,29†35*.†36,5.Amos 1,11.Abdiæ 1,1*.vide Esau.

ELEAZAR filius Aaron, Exod.6,23†28,4.patitur cum Iosue terram Chanaan, Iosiue 14,1.iuxta præceptum Domini, Num.34,17.consecratur Sacerdos, Leuit.8,24*.fit post mortem patris summus Sacerdos, Numer.20,26.Deut.10,6.moritur & sepelitur, Iosue 24,23.filium habet cui Phinees nomen erat, Exod.6,25.quem in de mortui patris locum sufficiunt, Num.25,7,12.

ELEAZAR filius Saura occidit elephantem, quo in vulnere procumbente, ipse oppressus suffocatur, 1.Machab.6,43.

ELEAZARI senis Martyrium, 2.Mach.6,18,24.

ELEEMOSYNA pauperibus erogāda, Exod.22,25†23,11.Leuit.19,1†23,22†25,34.Deut.15,7,10†24,19.3.Reg.17,10.2.Esdr.8,11.Esther 9,22.Psalm.40,1†81,4†111,9.Prou.3,9†28†11,18,25†14,21,31†18,17†21,13,21†22,9†28,27†31,20.Eccles.11.1.Isaiæ 58,7.Ezech.16,49†18,7.Dan.4,29.Eccli.4,2†7,35†12,3†14,11†29,12†35,4.Tob.1,4†4,7,17†12,9†14.Matth.6,3†10,42†19,21†25,35,42.Lucæ 3,11†6,35†11,41†12,33†14,13†16,9,21†19,8†21,1.Act.2,42†6,2†9,39†10,2†11,29†20,35.Rom.12,8†15,26.1.Cor.16,1*.2.Cor.8,4,15†9*.Ephes.4,28.Heb.13,16.1.Ioan.3,17.Iacobi 2,15.quære Misericordia.

ELI sacerdos in Silo, 1.Reg.1,3.filij eius reprehenduntur, 2,12,22.e solio lapsus fractis ceruicibus moritur, 4,18.

ELIAS, vide Helias.

ELIZAEVS vngitur propheta, 3.Reg.19,19.iuxta præscriptum Domini, 19,16.transit Iordanem, 4.Reg.2,14.sanat aquam, 2,20.reuocat puerum ad vitam, 4,32.mundat Naaman à lepra, 5,14.percutit Syros cæcitate, 6,18.prædicit rerum abundantiam, 7,1.ægrotat, & moritur, 13,14,20.mortuum eius corpus excitat mortuum, 13,21.commendatur, Eccli.48,13.

ELYMAS magus sit cæcus, Actor.13,8.

EMERE & vendere quomodo oporteat, Genes.25,9,14†25,31†33,19†41,57†42*.Leuit.19,13,35†25,14,46.Deut.15,12†25,13.2.Reg.4,21.Eccli.27,3†42,2*.Pro.11,1,26†16,11†20,10,23.Isaiæ 23,18.Ier.32,6.Ezech.45,10.Mich.6,10.Matth.7,2.Luc.14,18.1.Cor.7,30.1.Thess.4,6.

EPHRON, quia negabat Iudæi trāsitum, funditus perdita est, 1.Mach.5,46.2.Mach.12,27.

EPISCOPI, eorum electio, & officium, Matth.20,23,26.Luc.4,16†22,26.Ioan.10,4,14†21,15.Actor.1,24†6,3†11,22†14,20†20,28.Rom.13,16,25.1.Cor.3,5†4,1†16,1,9.2.Cor.3,6†4,5†10,8†6,4.Ephes.1,15†3,2.Col.1,23.1.Ti.3,1†4,6.2.Tim.2,1,15,24.Tit.1,5.1.Pet.5,2.vide Concionator.

ERVBESCERE nullus debet Euangelium, Psalm.39,11.Eccli.42,9,21.Marc.8,38.Luc.9,26.Rom.1,16.2.Tim.1,8.

Erubescendum propter peccata, Ezec.16,52.Eccli.42,11.

Esaias vide Haias.

ESAV filius Isaac nascitur, Gen.25,24.vendit sua primogenita, 25,31.Hebr.12,16.supplantatur à fratre suo Iacob, Genes.27*.ducit filiam Ismaelis, 28,9†36,3.procedit contra Iacob cum 400.viris, 32,6.osculatur suum fratrem Iacob, 33,4.in Esau pugnare prohibetur Israel, Deut.2,4.vide Edom.

ESDRAS Scriba proficiscitur ex Babylone, 1.Esdr.7,6.separat mulieres Gentiles ex Israel, 9*.†10*.legit coram multitudine librum Legis, 2.Esdræ 8,2.3.Esdræ 9,39.appellatur Iosedec, 1.Paral.6,15.

ESVRIRE iustitiam, Isaiæ 55,1.Psalm.106,9.Matth.5,6.Luc.1,53†6,21.Apoc.21,6†22,17.

EVA formatur ex costa Adæ, Genes.2,21.comedit fructum vetitum, 3,6.

EVANGELIVM Christi eiusque prædicatio, Genes.3,15.Isa.53,1†55,5†61,1.Matth.1,21†11,28†28,19.Marc.16,15.Luc.2,10†24,46.Ioan.3,16†6,35†8,12†10,9†12,46.Ro.1,16†3,21,24†8,3.1.Cor.1,15,29†4,15†15,1.2.Cor.5,18.Gal.1,6,11.Ep.1,13.1.Ti.1,15.2.Tim.1,8†2,8.1.Pet.4,17.

Euangelium adfert fiduciam, simul & timorem, consolationem, & terrorem, Mat.5,7*.†5,10,23†7,13,19,23†8,12†9,15†10,33†11,12†12,37,41†13,29,40,50†15,13†16,27†18,6,7†20,16†22,13,14†24,12,24*.†25,12,13,30,41*.Mar.10,25,31†13*.Luc.3,17†6,24,25†9,62†12,20,40,48†13,5,26,30†16,22†17,30,34†19,22*.†20,47†21*.Ioan.5,28†15,16.Act.5,5,6*.Ro.1,18†2,5,6†6,23†9,18*.†11,20,22†13,2,3,4†14,12.1.Cor.3,13,17†5,5†10,8†11,29*.†15,51†16,22.2.Cor.7,1,8,10†13,5.Gal.5,21,24.Eph.5,5.Phil.2,12.1.Tim.5,24.Heb.9,27†10,26,27*.Iac.4,9†5,1.1.Pet.4,18†5,8.2.Pet.1,10†2,4*.†3,10*.Iudæ 15.

Euangelizanti debetur necessaria vitæ sustentatio, Matth.10,9.Marc.6,8.Luc.9,4†10,7.Rom.15,26.1.Cor.9,7,11,13.Gal.6,6.1.Tim.5,17.2.Tim.2,6.

EVCHARISTIA, Matth.26,26.Mar.14,22.Luc.22,19.1.Cor.11,34*.†10,16.frequenter sumenda, Act.2,42†20,7.præfiguratur, Exod.16,15*.

Eucharistia sub altera tantùm, nimirū panis specie, Io.6,58.data à Christo, Luc.24,30,31.ab Apostolis, Actor.2,42†20,7.

in Eucharistia non remanet substantia panis post consecrationem, sed est verum Christi corpus & sanguis, Matth.26,26.Mar.14,22.Luc.22,19.Ioan.6,51.

Eucharistiam in publicis supplicationibus circumferendam esse, præfiguratum, Iosue 6,6,7,11*.20.1.Reg.4,3.2.Reg.6,4,5,6.

Eucharistia adoranda, Psal.21,28,30†98,5.Ioan.9,38.

EXACTIO, census, & tributum debetur principibus, Mat.17,24†22,17.Marc.12,16.Lucæ 20,22.Rom.13,7.

EXCOMMVNICATIO à Christo instituta & præcepta, Mat.5,29†16,19†18,8,18.Marc.9,42.Ioan.20,23.

Excommunicatio in vsu fuit Apostolis, 1.Cor.5,3,10.2.Thess.3,6,14.1.Tim.1,20.Tit.3,10.

Excommunicato exercenda ad ædificationem & emundationem Ecclesiæ, & ad correctionem eius qui excōmunicatur, 1.Cor.5,4.1.Tim.1,20.2.Thess.3,14.vt spiritus eius saluus fiat, 1.Cor*.5.

Excommunicatio Pharisæorū, Ioan.9,22,34†12,42†16,2.

Excommunicandi qui in moribus aut doctrina grauiter errantes admoniti, nolunt resipiscere, Pro.22,10.Mat.18,17.Rom.16,16.1.Cor.5*.2.Cor.2,8.2.Thess.3*.1.Tim.1,20†6,5.2.Tim.2,17,21†3,5.Tit.3,10.Ioan.epist.2,10.

Excommunicati vitandi, Matt.18,17.1.Cor.5*.Tit.3,10.

EXEQVIAE celebrantur, Genes.23,2,3†50,10.Deut.34,8.2.Reg.3,31*.

EZECHIAS filius impij Achab cùm esset rex, tamen pius fuit, 4.Reg.16,20.frangit serpentem æneum, 18,4.decidit ab Assyrijs, 18,7.mittit nuntium ad Isaiam prophetam, 19,2.Isa.37,2.decumbit ex graui morbo, 4.Reg.20,1.Isa.38,1.ostendit Babylonis suum thesaurum, & reprehenditur, 4.Reg.20,12,14.Isa.39,1,5.commendatur, Eccli.48,19.

EZECHIEL eum aliis captiuis vehitur in Babylonem, Ezech.1,1.vocatur, & mittitur, 2,3.commendatur, Eccli.49,10.

F.

FACERE pro Sacrificare in Scripturis, Leu.15,15,30.Num.6,11,16†8,12†9,2-4,10,14.Iudic.13,16.Luc.22,19.

FAMA bona præstātior diuitijs, Pro.22,1.Eccles.7,2.Eccli.41,15,16.

FAMES & annonæ caritas, Gen.12,10†26,1†41*.42*.43*.44*.45*.47*.Exod.16,3.Deut.28,53†32,24.Ruth 1,1.2.Reg.21,1†24,13.3.Reg.8,37†18,2.4.Reg.4,38†6,25†8,1†25,3.2.Paral.6,28†20,9.2.Esd.5*.Psal.36,19.Isaiæ 5,13.Ierem.14,1,12.15†15,2†29,17†34,17.Ezech.5,12,16†6,11.Ioel 1*.Amos 4,6.Hagg.1,6,10†2,17.Matth.24,7.Luc.4,25†15,14.Actor.7,11†11,28.Rom.8,35.2.Cor.8,14†11,27.Apoc.6,8†18.

Fames verbi Dei, 1.Reg.3,1.2.Paral.15,3.Osee 3,4†4,1.Amos 8,11.

FAMVLORVM famularumque officium, Genes.16,4,6†24*.†30,25†31,4†39,1,6.Exod.21,2,20.4.Reg.5,20,25.Prouerb.14,35†17,2†19,10†29,19.Eccles.2,7.Eccli.7,22†10,28.Ierem.34,8.Ioel 2,29.Luc.12,37,45.Actor.12,13.1.Corinth.7,21.Ephes.6,5.Colossi.3,22.1.Timoth.6,1.Tit.2,9.1.Pet.2,18.

FELIX præfectus Iudææ, Actor.23,24†24*.

FERMENTVM, mala doctrina, Leuit.2,11†6,16.Deut.16,3.Mat.16,6.Mat.8,15.Luc.12,1,1.Cor.5,5.Galat.5,9.

FESTA Iudæorum, & in primis festum Paschæ, vide Pascha.

Festum Pentecostes, Exod.21,16†34,22.Num.28,26.Deut.16,9.Ioan.5,1.Actor.2,1†20,16.

Festum tubarum, Leuit.23,24.Num.29,1.2.Paral.5,5.

Festum expiationum, Leuit.16,30†23,27.Num.29,7,8.

Festum tabernaculorum, Exo.23,16.Leuit.23,34.Num.22,12.Deut.16,13†31,10.1.Esdr.3,4.2.Esdr.8,15,17.2.Mach.1,9†10,6.Ioan.7,2.

Festum Sabbari, vide Sabbatum.

Festum neomeniæ, Num.28,11.1.Reg.20,5.Ezech.45,18.

Festorum violatio quàm grauiter puniatur, Num.15,32.

FESTVS præfectus Iudææ, Actor.24,27.

FIDES in Scripturis variè accipitur, videlicet pro fidelitate & veritate Dei in seruandis promissis, Psal.32,4.Isaiæ 11,5.Thre.3,23.Osee 2,20†5,9.Rom.3,3.pro veritate & constantia verborum inter homines, Gen.39,16†44.32.Leuit.6,2.Eccli.22,28.Ier.42,5.1.Mach.10,27.1.Tim.2,7.pro virtute Theologica, Sap.1,2†3,14.Hab.2,4.Matth.8,13†9,22†17,20.Marc.5,34.Luc.5,20.Rom.3,21†4,3†5,1.pro fide viua & formata per charitatem, Hab.2,4.Mat.9,22†15,28.Marc.5,34†10,52.Luc.7,50.Roman.3,22.Gal.5,6*.Heb.11*.pro fide mortua absque charitate, Matt.7,21,22.1.Cor.13,2†15,2.Iac.2,26.pro spōsione seu voto, 1.Tim.5,12.pro fiducia, Iacob.1,6.

Fides charitate inferior, vide Charitas.

Fides viua quæ per charitatem operatur, magnæ virtutis est, Matth.9,2,22,29†21,22.Marc.16,16.Luc.18,42.Ioan.1,12†3,15,16,36†6,35†7,38†11,25†14,12†20,29.Actor.3,16†10,43†15,9†16,31.Rom.1,16†3,22.Gal.3,8.Eph.2,7.Heb.11,6*.

Fides non facit nos certos aut securos de accepta peccatorum remissione, aut consequenda vita æterna, vide Certi.

Fides sine operibus non iustificat, 1.Cor.13,2.Gal.5,6.Iacobi 2,24.

Fides ipsa etiam appellatur opus bonum, Phil.1,6.

Fides est vna, Ephes.4,5.

Fidei viuæ & operanti tribuitur iustitia & salus, Gen.15,6.Mar.16,16.Luc.1,45†8,48†23,41.Io.5,24†17,3.Act.13,38†16,11.Rom.3,22†4,3,22†5*.†10,1,10.Phil.3,9.1.Pet.2,6.Heb.4,3.

Fidei prædicatio ad eorum qui præsunt in Ecclesia, iudicium referenda est, Gal.2,2.

Fidem Gentiliū etiam respicit Deus, Ier.39,18.Matt.8,5,13†15,28.Luc.7,9†10,33†17,16.Ioan.4,47.Actor.10,38†8,26.

Fideles Deus liberat à communi perditione, & internecione impiorum, Gen.6*.7*.8*.19*.Exod.8,22†9,4,6,26†10,23†11,7.Num.16,20,26,31.Ier.39,18.Dan.6,22.2.Pet.2,7.

Infidelitas seu incredulitas punitur, Genes.19,11,17,26.Num.11,21†14,2,11†20,12.Deu.9,20.4.Reg.7,2,17.4.Esd.15,4.Psalm.77,32.Eccli.2,15.Matth.8,28†14,30†17,17.Marc.16,16.Lu.1,16†24,24.Io.3,18,36†6,7†8,24†12,48†20,27.Rom.11,20.Heb.3,18†4,2†11,6.Apoc.21,8.

FILIORVM officium erga parentes, Gen.9,23†22,2,7†27,1†28,7†37,14*.Exod.20,12†21,17.Leu.19,3,32†20,9†21,9.Deu.5,16†21,15,18†27,16.Iud.14,1.1.Reg.2,11,18,22†3,1,7†8,1†18,5.3.Reg.2,19.4.Reg.2,23†12,2†22,1.2.Par.34,3.Eccli.3,1,8†6,18†7,29†8,7,11†22,23†23,18†25,10†32,24.Tob.4,2†14,5.Iob 1,4†8,4†32,4,6.Pro.1,8†4,1†6,20†10,1†13,1†15,20†19,26†20,11,20†22,15†23,19,25†28,24†30,17.Ier.35,16.Ezech.22,7.Matt.4,20†10,35†15,4†19,19.Mar.10,19.Luc.2,48†18,20.Act.7,14†22,3.Ephes.6,1.Colossi.3,20.1.Timothe.5,1.1.Pet.5,5.

FOENVM & herba citò transiens omnis homo, Psal.89,6†128,6.Isa.40,6.Eccli.14,15.1.Pet.1,24.Iacob.1,10.

FOENVS, vide Vsura.

FORNICATIO iram Dei prouocat, Deut.

at, Deut. 22,21. Pro. 23,27. Eccl. 19,3. Ier. 5,7. Osee 4, 14. 1. Cor. 6,9, 13,15. Col. 3,5. Heb. 13,4. corpus eneruat & facultates absumit, Iob 31, 12. Pro. 23, 27†29,3†31,3. Eccl. 9,6. infamiam adfert, Eccli. 9, 10†41, 21. fornicationis occasiones vitandæ, Eccli. 9, 4, 12†42, 12. fornicatio non solùm in opere externo, sed & in affectu prohibetur, Exo. 20,17. Matth. 5,28.

Fornicatio spiritalis, quæ est hæresis, & idololatria, Deut. 31, 16. Iud. 2,17† 27,33. Isaiæ 1,21†57,3. Ier. 3,1. Ezech. 6,9†16*. Osee 1,2†2,4†4,15. Ap. 18,3.

FRATRES & sorores Christi qui sint, Mat. 12,49†28,10. Mar. 3,33. Luc. 8,21. Io. 20,17. Heb. 2,12. Psal. 21,23.

FRAVS, quære Dolus.

FRVCTVS boni operis, quære Opus.

FVNDAMENTVM est Christus, 1. Corinth. 3, 11. Ephes. 2,20. 1. Pet. 2, 6. fundamentum etiam Apostoli, Eph. 2,20. Apoc. 21,14.

& peculiariter Petrus, Matt. 16,18*. Ioan. 21, 15, 17. cuius fides nunquam deficiet, Luc. 22,31.

FVRTVM prohibetur, committitur, & punitur, Exo. 20,15† 21,17†22, 1. Leu. 19,11. Deu. 5,19†24,7. Ios. 7,1, 19. Tob. 2,21. Prou. 6,30. Osee 4,2. 2. Mach. 12,40. Matth. 19,18. Ioan. 12,6. 1. Cor. 6,10. Apoc. 9,21.

Fures dicuntur, verbum Dei & doctrinam veram adulterantes, Ierem. 23, 30. Ioan. 10,1.

G.

GAAL opponit se Abimelech, Iud. 9,26,35,39.

GABAONITAE tedimunt vitam astu quodam, Iosue 9*. obsidentur, & obsidione liberantur, 10, 5*. Propter ipsos iniuste à Saule occisos suspenduntur filij Saulis, 2. Reg. 21,1,6,9.

GABELVS venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob. 9,7.

GABRIEL apparet prophetæ Danieli, Dan. 8,16†9,21. Zachariæ sacerdoti, Luc. 1,11. Virgini Mariæ, 1,26.

GAD filius Iacob ex Lia, Genes. 30, 11†25,26.

Gadditæ recipiunt suam hæreditatem, Nu. 32*. Deut. 3,12. Iosue 13,24.

Gad propheta admonet Dauid, vt non maneat in terra Moabitarum, 1. Reg. 22,5.

nuntiat Dauidi iram Dei, 2. Reg. 24, 11,18*.

GAIVS, 1. Cor. 1,14. capitur, Act. 19,29. deducit Paulum in Asiam, 20,4. hospitio cum suscipit, Rom. 16,23.

GALGAL, siue Galgala, ciuitas Israel, Ios. 4,19. in Galgal circumciditur populus, & celebrat Pascha, 5, 2,7,10. egreditur inde ad liberandos Gabaonitas, 10,7. reuertitur, 10,43.

GALILAEA recipit Christum, Io. 4, 45. in Galilæa incipit Christus prædicare, Matth. 4,12. Actor. 10,37.

GAMALIEL vir peritus Legis, Actor. 5,34†22,3.

Gamaliel dux Manassitarũ, Nu. 1,10.

GAVDERE & lætari honestè licet, 1. Par. 29,9*. 2. Esdr. 12,12. Psal. 67,4. Luc. 1,14. 1. Thess. 1,6†5,16.

Gaudẽdum non est more Gentilium, Eccles. 2,2†7,3. Osee 9, 1. Amos 6,8. Pro. 2,14. Iacob. 4,9. Gaudium in persecutione, Mat. 5,12. Act. 5,41†20,24. Ro. 5,3. Col. 1,24. Heb. 10,34†11,25.

Gaudium spiritus, Luc. 10,21. Rom. 12,12†14,17. Galat. 5,22. Phil. 4,4. 1. Thess. 5,16.

Gaudium salutis æternæ, Isa. 25,18† 26,1†33,20†65,12. Sap. 3,1,7. vide Beatitudo.

GEDEON dux & iudex in Israel, Iud. 6*.†7*.†8*.

GEMITVS quis probandus, quis improbãdus, Exo. 2,24. Ezec. 9,4. Tob. 3,1. 2. Mach. 6,30. Rom. 8,22. Iac. 5,9.

GENTIVM vocatio, Gen. 49,10. Nu. 24,17. Deut. 32,43. 2. Reg. 23,44, 50. 3. Re. 8,41. Psal. 2,8†21,28†67,32 †71,8,17†85,9†86,4. Isaiæ 2,2†11,10 †19,18†25,7†27,13†29,17* † 35*.† 41,25†43,5†45,14†49*.†51,5†54*.† 55*.†56,3,6†60,3,9†65,1†66,19, 20. Ier. 9,24†12,16†16,19. Osee 2,1, 24. Ioel 2,28. Mich. 4,2. Sop. 3,9. Zach. 2,11†8,20†9,10. Matt. 2,2,7†8,11† 21,31,43†22,9. Io. 10,16. Act. 8,26, 30†10*. 1. Cor. 12,13. Ephes. 2,10.

Gentilium mores non sunt nobis imitandi, Leuit. 18,3†20,23. Ier. 10,2.

GENV omne flectendum Domino, Psalm. 21, 30. Isa. 45,23. Rom. 14,11. Phil. 2,10.

GERSON filius Leui, Num. 3,17. Gersonitarum ministeriũ, 3,25†4,22.

GIESI minister Elisei, 4. Reg. 4,25. fit leprosus, 5,26.

GLADIVS non cuiuis permittendus, Matth. 26,51. Mar. 14,47. Luc. 22, 49. Ioan. 18,10.

Gladius spiritus est verbum Dei, 4. Esdr. 13,9,27. Isaiæ 11,4†27,1†31,8† 49,2†66,16. Eph. 6,17. Heb. 4,12. Ap. 1,16†2,16†19,15. 2. Thess. 2,8.

GLORIA Dei in omnibus quærenda, Ios. 7,19. Psalm. 113,1. Matt. 6,9. Ioan. 9,24† 17,4. Actor. 3,12†12,23. 1. Cor. 6,20†10,31. Phil. 1,20. Col. 3, 17. Tit. 2,10. quære Honor.

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

GODOLIA filius Ahicam gladio interimitur, 4. Reg. 25,25. Ier. 41,2.

GRATIA in Scripturis accipitur pro beneficio, Ruth 2,20. 2. Reg. 2, 6† 15,20. Pro. 4,9. Eccli. 7,37†29,20. pro fauore, Gen. 6,8†18,3†19,19†39,21. Exo. 12,36. To. 3,13. Esther 2,17. Pro. 13,15. Eccli. 4,25. Dan. 1,9. Act. 2,47† 24,27†25,9. pro præmio quod à Deo expectatur, Pro. 1,9†12,2. 2. Mach. 12, 46. Luc. 6,33. 1. Pet. 2,19. pro dono aliquo gratis dato, Esther 15, 17. Psal. 44, 5. Pro. 3,22†16,23†22,11. 1. Cor. 12*. Ephes. 4,7. 1. Pet. 4,10. pro dono supernaturali Deo gratum faciente, Psal. 83, 12. Luc. 1,28†2,40. Ioan. 1,15. Rom. 1,7. 1. Cor. 16,23. 2. Cor. 1,12. Gal. 5, 5. Heb. 13,19. Iac. 4,6. pro re grata, pulchra, accepta, & amabili, Prouer. 31,30. Eccl. 10,12. Eccli. 7,21†11,19†26,16, 19†40,22. Luc. 4,22. Ephes. 4,29.

Gratiæ donum quàm sit occultum, & reconditum, quodq; nemo facilè illud sibi arrogare debeat, Iob 9, 20, 21. Psal. 2,11†18,13†142,2. Pro. 14,12†20,9. Eccles. 9,1,2,12. Eccli. 5, 5. Ier. 17,9. 1. Cor. 4,4. 2. Cor. 10,14,†13,5. Gal. 6, 3. Philip. 2,12. 1. Petri 4, 18. 2. Pet. 1, 10. 1. Ioan. 4,1.

Gratia qua quis hominibus gratus est, etiam illa à Deo est, Exod. 3,21†11,3† 12,36. 4. Reg. 25,27. 2. Esd. 2,5. Psalm. 105,46. Ier. 40,2,3,4. Dan. 1,9. Tob. 1, 13. Actor. 24,23†27,3†28,19.

Gratus animus erga Deũ & homines commendatur, Gen. 4,3†8,20†14,21,† 23*.†24,48†26,25. Exo. 15,1. Leu. 25, 6. Num. 15,17†31,48. Deut. 4,9†6,5, Iud. 5,1. 1. Reg. 2,1†14,35†31,11. 2. Reg. 10,2†19,33. 3. Reg. 2,7,1. Pa. 29, 10,20. 2. Par. 15,11†20,26. Esther 6*. Tob. 9,1†12,1,7. Eccli. 7,22†32,28† 35,13. 1. Mach. 4,24†5,54. 2. Mach. 3, 33. Matt. 11,25. Mar. 5,10. Luc. 18,43. Io. 11,40. Act. 4,21†27,35. Ro. 6,17. 2. Co. 6,1. Ep. 5,19. Phil. 4,6. Col. 2,7†3, 15. 1. Thes. 5,18. 2. Thes. 1,3,1. Ti. 4,3.

Gratiæ agendæ ante & post cibum sumptum, Deut. 8, 10. 1. Reg. 9, 13. Isa. 62,9. Matth. 14,19†15,36†26,25. Marc. 6,41†8,6†14,22. Luc. 9,16. Io. 6,11,23. Actor. 27,35. Rom. 14,6. 1. Corinth. 10,30. 1. Timoth. 4,3.

GVLA, vide Ebrietas, & Ciborum luxus.

H.

HÆRETICOS & infideles relinquit Deus ad iustorum probationem, Iud. 3,1. 1. Cor. 11,19.

Hæretici iam inde à temporibus Apostolorum exiterunt, 1. Ti. 1, 20. 2. Tim. 2,18. 1. Io. 2,18. 2. Ioan. 7. Apoc. 2,15.

Hæreticos futuros etiam nostris temporibus prædictum est, Matth. 24,5,24. Ioan. 5,43. 1. Tim. 4,1. 2. Tim. 3,1. 2. Pet. 2,1†3,3. Iudæ 18.

Hæreticorũ mores & doctrina, ibid.

Hæretici vitandi, Deut. 13,1. Matt. 7, 15. Rom. 16,17. 2. Timoth. 2,17†3,5. Tit. 3,10. 2. Thess. 3,14. Ioan. 2,10.

Hæretici malè tolerantur à præfectis, Apoc. 2,14.

Hæretici tollendi è medio, Deut. 13,5 †18,20. 3. Reg. 18,40*. 4. Reg. 10,25*.

Hæresis, fornicatio spiritalis: vide Fornicatio.

HAZAEL famulus Benhadad regis Syriæ, 4. Reg. 8,11,15. iuxta mandatum Domini, 3. Reg. 19,15. percussit Israel in vniuersis finibus suis, 4. Reg. 10,32†12, 17†13,3. quèadmodum prophetatum est, 4. Reg. 8,11,13. moritur, 13,24.

HELIAS vir pilosus, & zona pellicea cinctus renibus, 4. Reg. 1,8.

Heliæ orationis efficacia, 3. Reg. 17,1. Iacob. 5,17,18. alitur ministerio corui, 3. Reg. 17,2. excitat puerum mortuum, 17, 19. occidit prophetas Baal, 18,40. fugit Iezabel, 19, 3. mittitur in Damascum, vt vngeret Hazael regẽ Syriæ, 19, 15. mittitur ad Achab, 21,17. ad Heliam missi principes quinquagenarij cum suis, igne cælitus demisso consumuntur, 4. Reg. 1, 10. assumitur per turbinem in cælum, 2,11. apparet in transfiguratione Domini, Matth. 17,3. Luc. 9,30.

HELIODORVS à cubiculis Seleuco, tentat thesaurum templi auferre, 2. Mach. 3,7,13. punitur à Deo, 3,24.

HELI-

HELISAEVS: vide Eliseus.

HERODES Ascalonita occidit innocentes pueros, Matth. 2, 16. & moritur, 2, 19.

Herodes Antipas filius Herodis, tetrarcha Galilææ, Luc. 3, 1. occidit Ioannem Baptistam, Matt. 14, 9. Herodes & Pilatus morte Christi inter se reconciliantur, Lucæ 23, 12. Actor. 4, 27.

HERVS & Hera: vide Dominus & Domina.

HESRON filius Phares, Genes. 46, 12. Matth. 1, 3. relinquit post se Aram, & appellatur Iephonne, 1. Par. 4, 15.

HESTER fit vxor Assueri, Esther 2*. precibus suis apud Assuerum Ioannem de Iudæis vno die occidendis sententiam reuocat, Esther 8, 3, 8.

HIEREMIAS, vide Ieremias.

HIERVSALEM, vide Ierusalem.

HOLOFERNES dux Nabuchodonosor mittitur contra Israel, Iud. 2, 4. blasphemat Deum, 6, 1.

obsidet Bethuliam, 7, 1. proprio gladio ceruix ei præciditur, 13, 8.

caput eius conspiciendum ponitur in muris ciuitatis, 14, 1. totus Assyrieus exercitus se in fugam dedit, 15, 1.

HOMO creatus est ad imaginẽ Dei, Ge. 1, 26†2, 7†5, 1†9, 6. Sap. 2, 23. Eccl. 17, 1. Iob 10, 8. Psal. 118, 73. Iac. 3, 9.

Homo maledicitur, Genes. 3, 17.

benedicitur in Christo, Genes. 12, 3† 22, 18. Gal. 3, 8.

Hominis regeneratio, Matth. 18, 3. Ioan. 1, 13†3, 3, 6†4, 14†7, 31. 1. Cor. 4, 15. Galat. 4, 19. Ephes. 4, 22. Col. 3, 8. Tit. 3, 5, 1. Pet. 1, 23†2, 2. Iac. 1, 18.

Homo puluis & lutum, Gen. 2, 7†3, 19†18, 27. Eccl. 12, 7. Eccli. 17, 1†18, 8†41, 13. Iob 4, 19†10, 8†34, 15. Psal. 77, 39†102, 14†143, 4. Isaiæ 40, 6.

HOMICIDIVM latrocinium, & sanguinis effusio, Gen. 4*.†9, 6†37, 18. Exod. 2, 12†20, 13†22, 2. Leuit. 24, 21. Num. 25, 7*. Deut. 5, 17†19, 4, 11†21, 1†27, 24. Ios. 20, 3. Iud. 9, 5. 1. Reg. 18, 17. 2. Reg. 3, 27†4, 7, 12, 3. Reg. 2, 5, 25, 34, 46. 4. Reg. 14, 5†21, 16. Prou. 6, 17†28, 17. Eccli. 34, 25, 27. Thren. 4, 13. Ezech. 11, 6†22, 2†24, 6. Osee 4, 2. Matth. 5, 21†19, 18†23, 34†26, 51. Ioan. 8, 44. Rom. 13, 9. Gal. 5, 21. 1. Io. 3, 12. Apoc. 13, 10.

HONOR qui ab hominibus proficiscitur, non magni faciendus, Num. 16, 1. Iud. 9, 1. 1. Reg. 10, 27. 2. Reg. 15, 1. 3. Reg. 1, 5. Esth. 3, 1*.†6, 6. Eccl. 9, 16† 10, 29, 30. Ier. 9, 23. Matth. 6, 1†8, 4† 9, 30†17, 9†20, 21, 26. Marc. 1, 44†5, 43†7, 36†8, 26†9, 8†10, 35, 43. Luc. 22, 24. Io. 6, 15†8, 50†12, 43. Act. 10, 26†14, 14. Gal. 6, 2. Phil. 2, 3, 1. Thess. 2, 6. 1. Pe. 5, 3, 5. Io. 9. Ap. 19, 10†22, 9.

Honor Dei, quære Gloria.

Honorandi parentes, vide Parentes.

HOSPITALITAS commendatur, Isa. 58, 7. Matt. 25, 36. Luc. 14, 13. Rom. 12, 13. 1. Ti. 3, 2. Tit. 1, 8. 1. Pet. 4, 9. 3. Ioan. 5, 9. Heb. 13, 2. Iac. 1, 27.

Hospitalitatis exempla, Genes. 18, 3† 19, 2†24, 31. Iosue 2*. Iud. 13, 15†19, 4, 9. 3. Reg. 17, 10, 17. 4. Reg. 4, 8. Iob 1, 4†31, 17. Tob. 2, 1. Lucæ 10, 38†19, 6. Actor. 16, 15†28, 2, 7.

Inhospitalitas, Iud. 8, 5†19, 18. 1. Reg. 25, 9, 14. Sapien. 19, 13.

HVMILITAS Deo grata est, Gen. 18, 27†29, 31†41, 40. Iud. 6, 15. 1. Re. 1*. 2, 1, 8†7, 9, 10. 2. Reg. 6, 16, 21. 2. Paral. 12, 6, 8†32, 26†33, 12†34, 26. Psalm. 33, 19. Prou. 11, 2†16, 19†18, 12†22, 22†25, 7†29, 23. Isaiæ 57, 1† 57, 15†66, 2. Ierem. 1, 6. Ion. 3, 5. Eccl. 3, 18†7, 19. Iudith 4, 7, 11†9, 16. Mat. 3, 11†5, 3†8, 8†11, 20†15, 27†18, 4† 20, 26†21, 5†23, 7, 11. Mar. 9, 34†10, 43. Luc. 1, 48†9, 42†14, 7, 11†15, 19† 18, 13†22, 26. Ioan. 13, 4. Act. 10, 26. Rom. 11, 20†12, 16. 1. Cor. 4, 6†15, 8. Phil. 2, 3. Col. 3, 12. Heb. 11, 24. 1. Pet. 5, 5. Iac. 1, 9†4, 10. Apoc. 4, 11†19, 10.

HYMENAEVS pseudoapostolus, 2. ad Tim. 2, 17.

HYPOCRISIS, 1. Reg. 15, 11†18*. 2. Reg. 15, 2, 7. 4. Reg. 1, 6, 9. Iob 8, 13†13, 16†15, 34†20*. †27, 8†36, 13. Pro. 30, 13. Eccl. 1, 36†19, 24. Isaiæ 29, 13†38, 2. Ier. 9, 8. Ezec. 33, 30. Mal. 3, 13. 2. Mach. 6, 24. Matt. 2, 7, 16†6, 2, 16†7, 5†15, 7†16, 3†22, 18†23*. †24, 51. Mar. 7, 6. Luc. 11, 44†12, 1, 56†18, 11. Actor. 5, 1†8, 18†13, 8. Rom. 2*. Gal. 2, 13. 1. Timoth. 4, 2. 2. Tim. 3, 5. 1. Thess. 5, 22. 1. Pet. 2, 1.

I.

IABES in Galaad opprimitur ab Israel, Iud. 21, 10. obsidetur, 1. Reg. 11, 1. viri Iabes Galaad exhibent misericordiam Sauli, & filio eius, 31, 12.

IACOB filius Isaac nascitur, Genes. 25, 23. emit à fratre Esau primogenita, Gen. 25, 31. Præripit Esau benedictionẽ, 27, 5*. proficiscitur ad Labã, 28, 10. videt scalam, & vouet votũ, 28, 12, 20. seruit Laban pro duabus filiabus, 29, 18. reuertitur in patriam, 31, 17.

luctatur cum angelo, 32, 24. vocatur Israel, 32, 27†35, 10. 3. Reg. 18, 31. mittit filios in Ægyptum, 42, 1.

migrat cum tota sua familia in Ægyptum, 46*. Deut. 10, 22. filios Ioseph adoptat in suos, 48, 5, 8.

benedicit duodecim filijs, & moritur, 49, 33. sepelitur cum patribus suis in terra Chanaan, 50, 4, 7. secundùm promissionem, 47, 29. & secundùm mandatum, 49, 29. commendatur, Eccli. 44, 24. vide Israel.

Iacobus Zebedæi filius vocatur, Matt. 4, 20. occiditur, Actor. 12, 2.

IEBVS appellatur Ierusalem, Iosue 15, 8. Iud. 19, 10. 1. Par. 11, 4.

Iebusæos expugnare nẽ poterat Israel, Iud. 1, 21. superantur tamen à Dauid, 2. Reg. 5, 8.

IEHV filius Hanani prophetæ arguit regem Iosaphat, 2. Par. 19, 2.

mittitur ad Baasa regem Israel, 3. Reg. 16, 1, 7.

Iehu filius Iosaphat filij Namsi vngitur vt rex esset Israel, ad delendam domum Achab, 4. Reg. 9, 1, 6.

iuxta præceptum, 3. Reg. 19, 16.

occidit Iezabel, 4. Reg. 9, 30, 33.

occidit septuaginta filios Achab, 10, 1. iubet comprehendi & iugulari fratres Ochoziæ regis Iuda, 10, 14. perdit seruos Baal, 4. Reg. 10, 17, 25. moritur, 10, 35.

IEIVNIVM, & ieiunandum esse,

Ioel 2, 12. Tobiæ 12, 8. Matth. 6, 16. Marc. 2, 20. Luc. 2, 36†5, 35. Rom. 13, 13. 1. Cor. 7, 5. 2. Cor. 6, 5†11, 27. Act. 13, 2, 3, 14, 22. Eph. 5, 18. 1. Thess. 5, 6. Tit. 2, 2. 1. Petri 1, 13†5, 8. vide Quadragesima.

Ieiunij meritum, Ier. 35, 14. 19. Ionæ 3, 7, 9, 10. Iudith 4, 8†8, 6. Matth. 17, 21† 6, 17. Lucæ 2, 37.

Ieiunatur pro mortuis, 1. Regum 31, 13. 2. Reg. 1, 12†3, 36. 1. Paral. 10, 12.

Ieiunij exempla, Exo. 24, 18†34, 28. Deut. 9, 9, 18. Iud. 20, 26. 1. Reg. 7, 6† 31, 11. 2. Reg. 3, 35†12, 16. 2. Par. 20, 3. 1. Esd. 8, 21. 2. Esd. 1, 4. Esth. 4, 3. Ps. 34, 13. Ie. 36, 9. Dan. 10, 3. Ionæ 3, 5. Iud. 4, 7†8, 5. Tobiæ 3, 10. Mat. 4, 2†9, 14. Lu. 2, 37†5, 33. Act. 10, 30†13, 3†14, 25.

Ieiunium indictũ à rege Saule, 1. Reg. 14, 24. à Iosaphat, 2. Par. 20, 3. à Niniuitis & eorum rege, Ionæ 3, 5, 7. ab Esdra, 1. Esdr. 8, 21. ab Esther & Mardochæo, Esther 4, 16. vide Abstinentia.

IEREMIAS propheta ex Anathoth, Ie. 29, 27. vocatur, & à Deo mittitur, 1, 4.

Ieremias persecutionẽ patitur, Ier. 18, 19†20, 1†26, 7†33, 1†37, 12†38, 4, 7.

Ieremias inuenit gratiam apud Nabuchodonosor, Ierem. 39, 11.

Ieremias vinculis soluitur à Nabuzardan, Ierem. 40, 1.

Ieremias luget Iosiam, 2. Par. 35, 25.

IERICHO expugnatur & exuritur, Ios. 6, 10, 24. reædificatur ab Hiel, 3. Reg. 16, 34. appellatur ciuitas Palmarum, Deut. 34, 3. 2. Paral. 28, 15.

IEROBOAM filius Nabat, seruus Salomonis, fit inimicus Israeli, 3. Reg. 11, 26. 2. Paral. 13, 6. fit rex decem tribuum, 3. Reg. 12, 20. iuxta verbũ Ahiæ, 11, 29. erigit duos aureos vitulos, & falsum cultum Dei, 12, 28, 31. idque punitur & exprobratur, 14, 7†15, 25†16, 19, 26. 4. Reg. 3, 3†10, 29, 32†13, 2, 6, 11† 14, 24†15, 9, 18, 24†17, 22†23, 15.

manus eius exaresci t, 3. Reg. 13, 4.

curatur, 13, 6. moritur, 14, 20. tota eius domus perditur, 15, 29. iuxta quod prædictum fuerat, 14, 10. contra Ieroboam, Amos 7, 10.

Ieroboam filius Ioas fit rex Israel, 4. Reg. 13, 13†14, 16. moritur, 14, 29.

IERVSALEM expugnatur à filiis Iudæ, Iudic. 1, 8. eligitur à Deo in habitaculum, 3. Reg. 8*. 2. Par. 6, 2†7, 16.

Ierusalem appellatur Iebus, Ios. 15, 8. Iud. 19, 10. 1. Par. 11, 4.

Ierusalẽ appellatur Salem, Psal. 75, 3.

Ierosolymam quæ tribus Iacob in habitauerint, 1. Par. 9, 3. 1. Esd. 11, 1.

Ierusalem obsidetur à rege Syriæ & Israelis, 4. Reg. 16, 5. à rege Nabuchodonosor, 4. Reg. 24, 10†25, 1.

Ierusalem exuritur, & euertitur, 4. Reg. 25, 9. iterum excolitur & reparatur, 2. Esd. 1*.†6, 15.

contra Ierusalem & eius ciues, 4. Reg. 21, 12†23, 27. Isaiæ 1, 6†3, 1†22, 1, 8† 29, 1, 7, †65, 2. Ierem. 4, 3, 9†7*.†13*.† 17, 19†19, 3, 6†21, 3†35, 39†25, 8† 32, 3, 26†34, 1†38, 3†39, 8. Ezech. 3, 6† 4*.†5*.†10, 2†15*.†21, 6†22*.†23*. Soph. 3, 1.

Ierusalem destruenda per Romanos, Da. 9, 26. Zach. 14, 1. Mat. 24, 1, 15. Lu. 13, 35†19, 41†20, 16†21, 6. Io. 11, 48.

Ierusalem spiritualis, Ecclesia sancta, Psalm. 121,3. Isa. 33,20† 54,11†60*. †62,6†65,16,18. Tob. 13, 19. Baruch 5,1,7. Galat. 4,26. Heb. 11,10†12,22. Apoc. 3,12†21,2,10.

IEZABEL impia, impij Achab coniunx, 3. Reg. 16,31†21,5,7.

occidit prophetas Domini, 18, 4, 13.

minatur Heliæ prophetæ mortem, 19,2.

à canibus dilaceratur, 4. Reg. 9,33. iuxta verbum Heliæ prophetæ, 3. Reg. 21,23.

ILLVMINATI dicuntur Baptizati, Hebr. 6,4.

IMAGINES iussit Deus fieri, Exod. 25,18*. Num. 21,8*.

Imagines fecit Salomõ, 3. Re. 6,35†7, 25,29,36†10,19. 2. Par. 3,10,14†4,3.

Imaginum vsus, Num. 21,8. Sap. 16, 6. Ios. 2,26*. de altari in testimonium & memoriam extructo.

IMMISERICORDIA, & eius punitio, Exod. 1,12. Deut. 23,3. Iud. 8, 6,15. 1. Reg. 25, 15, 38. Iob 20, 19. Pro. 21,10. Eccles. 12,13. Amos 1,6. Matth. 18,30,34†25,42. Luc. 16, 21, 23. Iacobi 2,13.

IMPATIENTIA, & eius punito, Exod. 14,11†15,24†16,2,7†17,2. Num. 1,11,10†14,1,26†21,5. Iob 3, 1. Prou. 12,16. Eccl. 2,16.

IMPIORVM dicta, facta, & cogitata contra pios, Sap. 2*. Psal. 9*. 10*. 11*. 13*. Prou. 4,14.

Impiorum prosperitas, Iob 10,3†21, 7,10. Psal. 72,2,8†91,8. 4. Esdræ 3,28, 31. Ier. 12,1. Hab. 1,13. 2. Mach. 6*.

Impiorum prosperitas bonis admirationem parit, Iob 21,7,13. Psalm. 72,2. Eccles. 7,16. Ierem. 12,1. Habac. 1,13. Malach. 3,15.

Impij incidunt in mala quæ pijs paratunt, 1. Reg. 17,42†31,4. Esth. 7,10. Psal. 7,16†9,16†34,8†36,14. Pro. 16, 27. Eccl. 10,8. Isa. 33,1. Ier. 48*. Dan. 3, 22†6,24†13, 62. Eccli. 27,28*. Iudith 13,4. Apoc. 18,6.

Impij incidunt frequenter in malum quod timent, Iob 6,16. Prou. 1,26†10, 24. Isa. 66,4.

Impiorum subita & improuisa punitio, dispersio & euersio, Gen. 7,21†14, 15†19,24†34,25. Exo. 14,24. Leu. 10, 2. Num. 11,33†16,31. Iosue 10,9†11, 7. Iud. 4,20†7,12,15,21†8,11†16,28. 1. Re. 30,16. 2. Reg. 13,28. 3. Reg. 16,2 †18,40†20,13,19. Iob 4,8†5,3†8,15† 15,20†18*. †20*. †27,14†36,12. Psal. 1,5†36*. Pro. 1,27†6,15†10,25†12, 7. Isaiæ 5,24†47,9. Ierem. 15,8. Dan. 5,30. 1. Mach. 2,62†3. Matt. 24,38. Lucæ 12,20,46†16,23,25†17,27,29. 1. Thess. 5,3.

Impiorum punitio bonis est ad timorem & cautionem, Deut. 13, 11†17,18 †19,20†21,21. Prou. 19,25†21,11. Eccl. 23,37. Act. 5,11. 1. Tim. 5,20.

Impios deridebit Deus, Psalm. 2,4† 36,13†8,9. Prou. 1,26. Sap. 4,12.

IMPOSITIO manuum varia in veteri testamento, Genes. 48,14. Exod. 29,10. Leu. 1,4†3, 2. Nu. 27,23. Dan. 13,34. Marc. 10,16.

Impositio manuũ in sacramento ordinis & confirmationis, Act. 6,6†8,17† 13,3†19*. 1. Ti. 4,14† 5,22. 2. Ti. 1,6.

IMPVDICITIA contra naturam, Genes. 19,5†38,7. Leu. 18,22†20, 13. Iud. 19,22,30. Ro. 1,27. 1. Cor. 6, 10. Eph. 5,12. 1. Ti. 1,10. 2. Pet. 2,7,8.

INCANTATIONES & maleficia, Exod. 7,11†8,18†22,18. Leu. 19, 11†20,6,27. Num. 23,23. Deu. 18,10. 1. Reg. 28*. 4. Reg. 17,17†21,6. Isaiæ 2,6†44,25†47,13. Ier. 10, 2. Dan. 2,2, 10. Mich. 5,11. Act. 8,8†13,6†16,16† 19,19. Galat. 5,20. Apoc. 18,23†21,8.

INCESTVS graue peccatum, Leu. 18,6,7†20,11,14. Deuter. 22, 30. 1. Corinth. 5,1,2.

INDVLGENTIAE, 2. Cor. 2,10.

INFERNVS & damnatio parata diabolo & angelis eius, vide Damnatio.

Inferni pœna varia & horribilis, Deu. 32,22. Iob 24,19. Psalm. 10,6†20,10† 48,15†111,10. Sap. 11,17. Eccli. 21, 10. Isaiæ 30,33†33,11, 13,14†34,9. Ier. 9,15. Mal. 4,1. Matt. 8,12. Luc. 13, 27†16,23. Apoc. 14,9†18,7†20,14. numquam terminanda, Isa. 60,24. Mat. 25,41,46. Marc. 9,47. 2. Thess. 1,9.

INFIDELITAS, vide Fides.

INFIRMITAS corporalis : vide Ægrotatio.

INGRATITVDO, & eius punitio, Gen. 31,1†40,23. Exod. 1,8. Deut. 23,3*. Iu. 2,1†6,8†8,33†12,1. 1. Reg. 10,18†12,8†25,3,10. 2. Reg. 14,30. 2. Par. 24,21. Pro. 17,13. Isaiæ 1,2†5, 4. Ier. 2,5,6. Ezech. 16*. Osee 10,1†13, 2,6. Mich. 6,3. Sap. 16,29. 1. Mach. 16, 16,19. Matth. 11,20. Luc. 17,18. Ioan. 11,46. Rom. 1,21. 2. Tim. 3,2.

INIMICVS non passim contemnẽdus est, 1. Reg. 14,14†17,43. 2. Reg. 21,20. 3. Reg. 20*. 4. Reg. 14,8.

Inimico reconciliato non temerè credendum est, 1. Reg. 24, 17†26,21. 2. Reg. 3,26. 1. Mach. 12,24.

INIQVITAS abundabit, 4. Esd. 5,2†14,16. Matt. 24,12. 1. Ioan. 5,19. vide Impij & Mali.

INNOCENTIA sua cuique tuenda, & malæ suspiciones amouendæ, Ios. 22,22. 1. Reg. 1,14. 3. Reg. 18,17. Ier. 37,12. Actor. 2,14†6,14†7,2†28,17.

INOBEDIENTIA eiusq; punitio, Ge. 3,16,17†19,17,26. Leu. 10,1 †26,14*. Num. 14,28,41†16,31†20, 24. Deut. 11,16,28†17,12†18,19,20 †27,16*. †28,15*. 1. Reg. 12,15†13, 11†15,24†28,16. 2. Reg. 6,6. 3. Reg. 11,9†12,15,21†14,17†20,35*. 2. Par. 7,19†26,16,19. Isa. 24,5. Ier. 11, 3,8†13,8†17,27†26,4†35*. Ionæ 1, 3. Matth. 17,17. Actor. 7,39. Rom. 2, 8. Gal. 5,10. 2. Thess. 1,8.

INVIDIA & odium, Gen. 4,5†26, 14†27,41†30,1†37,4,11. Exod. 1,8† 20,13. Leu. 19,17. Nu. 12,1†35,20, 23. Deur. 19,11. 1. Reg. 18,7,11. Sap. 2,24. Prou. 10,12,18. Ezech. 25,15. Dan. 6,3. Luc. 15,28. Ioan. 12,4. Rom. 1,29†13,13. Gal. 5,15,20. Iac. 3,14† 4,2. 1. Pet. 2,1. 1. Ioan. 3,13,15†4,20.

IOAB filius Saruiæ, 2. Reg. 2, 13. confodit Abner, 3,27. reconciliat Absalonem per Thecuã, 14*. confodit Amasa, 20,9. confoditur ipse, 3. Reg. 2,28, 34. iuxta mandatum Dauid, 2,5,7.

IOACHAZ filius Iehu, rex Israel, 4. Reg. 10,35†13,1.

Ioachaz filius Iosiæ exuitur regno, & vehitur in Ægyptum, vbi & moritur, 4. Reg. 23,34. captiuitas eius prædicitur, Ezech. 19,4. appellatur Iohanan, 1. Par. 3,15. post ipsum creatur rex frater eius Eliachim, 4. Reg. 23,34.

IOACHIN filius Ioacin sit rex Iuda, 4. Reg. 24,8. ducitur captiuus à Nabuchodonosor in Babyloniã, 24,12,15. dimittitur ex carcere, & ad honores euehitur, 25,24. appellatur Iechonias, Ier. 37,1. appellatur Neri, Luc. 2,27. ei succedit patruus Matthanias, 4. Re. 24,17.

IOACIM, & antea dictus Eliacim, filius Iosiæ, fit rex Iuda, 4. Reg. 23,34. 3. Esd. 1, 37. cõbussit libros sermonum Ieremiæ, Ier. 36,21. appellatur Melchi, Luc. 3,24. moritur, 4. Reg. 24,1,5. post ipsum constituitur rex filius Ioachim, 4. Reg. 24,6.

IOANNA vxor Chusæ sequitur Christum, Luc. 8,3.

IOANNES Baptista filius Zachariæ, Lu. 1,55,59,6. Euangeliũ regni denunciat, & baptizat, Matt. 3,1. Marc. 1,4,5. Io. 1,28†3,23,26. vestitus eius ex pilis camelorũ, & victus locustæ, & mel siluestre, Marc. 1, 6. noluit haberi maior quàm erat, Io. 1,19,20,26†3,28. mittit discipulos ad Christũ, Mat. 11,2. capite trucatur, Mat. 14,8. dicitur Helias, Mal. 4,5. Matth. 11,14†17,10. Luc. 1,17.

Ioannes filius Zebedæi vocatur, Mat. 4,22. vnicè à Christo diligitur, Io. 13, 23†19,26†20,2†21,7,20. scribit quæ vidit, Ioan. 19,35†21,24. 1. Ioan. 1,1.

IOAS filius Ochosiæ solus euadit, dum senatus regius occiditur, 4. Re. 11, 2. coronatur rex in Iuda, 11,12. occidit Zachariam filium Ioiadæ, 2. Par. 24,21. Matt. 23,35. occiditur à suis ministris, 2. Par. 24,25. 4. Reg. 12,20. post ipsum filius eius Amasias rex constitutus est, 1. Par. 3,12. 2. Par. 24,27.

Ioas filius Ioachaz rex Israel, 4. Reg. 13,9. pugnat contra Amasiam, subuertit mœnia Ierusalem, destruit templum & moritur, 4. Reg. 14,13,16.

IOIADA Sacerdos iussit occidi Athaliam reginam, 4. Reg. 11,15. 2. Par. 24,14. moritur, 24,15.

IONAS prophetat, 4. Reg. 14, 25. præcipitatur in mare, Ionæ 1, 15. deglutit eum piscis à Domino præparatus, 2, 1. in cuius ventre erat tribus diebus & tribus noctibus, ibid. Matth. 12,40.

IONATHAS filius Saulis prosternit Philisthæos, 1. Reg. 13,3†14,1,11. liberatur per populum à patre ob mel degustatum occidendus, 14, 45. ferit fœdus cum Dauide, 18,3†20,8†23, 18. cæditur, 31,7.

Ionathas filius Mathathiæ, præfectus militaris Iudæorum, 1. Mach. 9,31. fœdus init cũ Demetrio, 10,3,15. capitur, 12,48. occiditur cum suis filijs, 13, 23.

IORAM filius Iosaphat rex Iuda, 3. Re. 22,51. occidit sex fratres suos, 2. Par. 21,4. moritur, 4. Re. 8,24. 2. Pa. 21,19.

Ioram rex Israel, 4. Reg. 1,17†3,1. procedit contra Hazael regem Syriæ, 8, 28. accepto vulnere curatur in Iezrahel, 9,15. moritur, 9,24.

IOSAPHAT filius Asa rex Iuda, 3. Reg. 22,41. mittit qui verum Dei cultum doceant in ciuitates Iuda, 2. Par. 17, 7. fœdere iungitur cum impio Achab, 18,3. ideoq;

18,3. ideoque arguitur à propheta, 19, 2. iungit se Ochosiæ, 2. Par. 20,35. moritur, 21,1. habuit successorem filium Ioram, 1. Paral. 3,11.

IOSEPH filius Iacob, Ge. 30,23. videt somnium, 37,5,9. venditur à fratribus Ismaelitis, 37,26. Psal. 104,17. falsò accusatur, Gen. 39,17. mittitur in carcerem, 39,20†41,14. cõstituitur dominus vniuersæ Ægypti, 45,40. datur ei filia Putipharis vxor, 41,45. detegit se fratribus suis, 45,1. moritur, 50,24. ossa eius transferuntur ex Ægypto, Exod. 13,19. sepelitur in Siehem, Iosue 24,32.

Ioseph coniunx B. Virginis Mariæ, Matth. 1,16. fugit in Ægyptum, 2,14.

IOSIAS filius Amon rex Iuda, 4. Reg. 21,24†22*. eius natiuitas prædicta est, 3. Reg. 13,2. legit librũ Legis, 4. Reg. 23,2. celebrat Pascha, 23,21. vulneratur à sagittariis, & moritur, 2. Paral. 35,23, 24. 4. Reg. 23,29. lugetur, 2. Par. 35,24. ei succedit Ioachaz, 4. Reg. 23,30,34.

IOSVE pugnat contra Amalech, Exod. 17,9,13. mittitur exploraturus terram Chanaan, Num. 13,2. eam populo commendat, 14,6. constituitur loco Moysis dux populi, 27,18. Deu. 3,21 †31,3,7,14. Iosue 1,1,6. mittit exploratores, 2,1. transit Iordanem, 3,16. etigit duodecim lapides in Galgal, 4,5,8, 20. angelus Domini apparet ei, Iosue 5, 13. benedicit populo, 8, 33. ascendit Iosue ad liberandos Gabaonitas, 10,7. Sol & Luna steterũt ad imperium Iosue, 10, 12. reuertitur Iosue in Galgal post liberatos Gabaonitas, 10,43. percutit, 31. reges, 12*.

accipit suam portionem in diuisione terræ, 19,49. moritur, 24,29. Iudic. 2,8. commendatur, Eccli. 46,1.

IRACVNDIA quantum mali pariat, Genes. 4,5. Iob 5,2. Prou. 12,16† 14,31†15,18†17,19†19,19†27,3†29, 22. Eccl. 7,10. Eccli. 25,22†28,6,14† 30,26. Matth. 5,22. Luc. 4,28. Galat. 5, 20. Ephes. 4,26. Coloss. 3,8. Tit. 1,7. Iacobi 1,19.

IRAE alterius cedendũ potiũs quàm repugnandum, Gen. 27,42. Prou. 22,24 †29,22. Eccli. 8,19. Matt. 2,13.

ISAIAS filius Amos, Isaiæ 1,1. vocatur, & mittitur, 6,8†49,1.

ISMAEL filius Abrahæ ex Agar nascitur, Genes. 16,15. moritur, 25,17.

Ismael filius Nathaniæ occidit Godoliam, aliosque Iudæos, Ierem. 41,2,6.

ISRAEL appellatur, qui antè Iacob dicebatur : quære Iacob.

Israel populus & hereditas Domini, Exod. 3,7†5,1†6,7†19,5. Leu. 30,26. Deut. 4,20†7,6†9, 29†10,15†14,2† 26,18†32,9. 1. Reg. 10,1†12,22. 2. Reg. 7,23. 3. Reg. 8,53. Isaiæ 19,25† 43,1. Ierem. 13,11.

decem tribus Israel separant se à domo Dauid, 3. Reg. 12, 3, 9, 16. secundùm verba Ahiæ prophetæ, 11, 29. transferuntur in Assyriam, 4. Reg. 15,29†17, 6. secundùm prophetiam, Deut. 4,26. multi ex Israel sequuntur Leuitas in Ierusalem, 2. Par. 11,13.

Contra decem tribus : vide Samaria.

IVDAEORVM cærimoniæ erant vmbra futurorum, Exo. 13,9,14. Num. 15,38. Deuter. 16, 1. Ezech. 20, 10. 1. Cor. 10,1. 2. Cor. 3,13. Heb. 7,17† 8,5†9,1,10,23†10,1.

Iudæorum quædam certæ consuetudines, Genes. 32,31. Iud. 11,40. Ruth 4, 7. 2. Paral. 35,25.

IVDAS filius Iacob nascitur, Gen. 29, 35. nescius cõcumbit cum filij sui vxore Thamar, 38,15. spondet pro fratre suo Beniamin, 43,9. prædicitur sceptrum non auferendum de Iuda, donec veniat Messias, 49,10. Deut. 33,7. Iud. 1,2. 2. Reg. 7,12. 2. Par. 6,6.

contra Iudam & Ierusalem, vide Ierusalem.

Iudas Machabæus eligitur dux fratrum suorum, 1. Machab. 2,66. pugnat strenuè, 3*. †4*. †5*. †7, 25. 2. Machab. 8,1†10,16*. †11,6†12*. †13*. †14*. † 15*. cæditur, 1. Mach. 9,17.

Iudas Iscariotes eligitur in Apostolũ, Matth. 10,4. init pactum cum Pharisæis. Luc. 22,4. prodit Christum, Matth. 26, 20,46. Marc. 14,43. Ioan. 18,5. secundùm prophetiam, Psalm. 40,10†54,14 †108,8. Ioan. 6,70†12,4†13,21*. suspendit se, Matth. 27, 4. Actor. 1,18.

Iudas Galilæus dispersus cum suis, Actor. 5,37.

Iudas & Silas cum Paulo & Barnaba Antiochiam mittuntur, Act. 15,22,27.

IVDICABVNT sancti de hoc mundo, Sap. 3, 8†5, 1. Matth. 19,28. 1. Cor. 6,2. Iudæ 14.

Iudicij peruersum, Eccli. 11,9. Matt. 7,1†2,7. Luc. 6,37†7,33. Ioan. 7,24† 9,16. Actor. 28,4. Rom. 2,1†14,4,13. 1. Cor. 4,5. 1. Tim. 5,21. Iac. 4,11.

Iudicium Dei extremum, & quemadmodum Christus in fine mundi iudicaturus sit, 1. Reg. 2,10, &c. vide Dies nouissimi.

Iudicium debet præcedere deliberatio & cognitio causæ, Genes. 3,11†11,5† 18,21. Exod. 3,8†23,2. Deu. 13,6†17, 9†19, 18. Iosue 7, 19†22,13. Iud. 20, 3,12. Prou. 18,13. Eccli. 11,7. Dan. 13, 51. 1. Machab. 7,7.

Iudicium hominum, vide Opinio.

Iudicium officiũ, & auctoritas, Exod. 18,13,21†21*. †22*. †23*. Leuit. 19,15 †24,11,23. Deu. 1,13,16†17*. †18,15 †25,1†27,19. Ios. 7,19. 1. Reg. 8,1†12, 1. 2. Paral. 19,6. Eccles. 4,30†10,1†42, 12. Psalm. 81*. Pro. 18,5,19†24,23† 28,15. Isa. 5,16†10,1. Ier. 5,26. Lu. 18, 2†23,1,13,23. Io. 7,24†8,15. Iac. 2,4.

Iudices Israel rexerunt circa 350. annos, Actor. 13,20.

Iudex vniuersi mundi est Deus, vide Deus.

IVDITH vidua Bethuliæ diues & honesta, Iudith 8, 1*. præcidit Holoferni caput, 13,10. moritur, 16,28.

IVRARE quatenus liceat vel non liceat, & quàm variis modis contingat, Gen. 14,22†21,24†22,16†24,3†25,33 †26,3,31†31,53†42,15†47,31†50,5. Exod. 13,19†20,7†22,11†23,13. Leu. 5,4†19,12. Num. 14,21†30*. Deut. 6, 13†7,8†10,20. Ios. 2,12†6,22†9,15† 23,7. Iudic. 21,1,7,18. 1. Reg. 14,24† 19,6†24,23†25,34†28,10†30,15. 2. Reg. 3,35†19,7†21,2,17. 3. Reg. 1,13, 29†2,8†8,31†19,2. 2. Paralip. 6, 22† 15,14†36,13. 1. Esdr. 10,5. 2. Esdr. 10, 29. Iob 27,1. Psalm. 14,4†23,4†62,12 †88,4†94,11†101,9†109,4. Isa. 14,24 †19,18†45,23†49,18†54,9†65,15. Ierem. 4,2†5,2,7†12,16†22,5†44,26 †51,14. Osee 4, 15. Amos 6, 8†8, 7. Soph. 1,5. Zach. 8,17. Iud. 1, 12. Eccli. 23,9,17. Matt. 5,33†23,16,18,20,21, 22. Heb. 6,13,16. Apoc. 10,6.

Iurandum non est temerè, nec per cælum, nec per terram, nec per aliquid quod in iis est, Matth. 5,34. Iac. 5,12.

IVSTI vere in hac vita, Luc. 1, 6† 15,7. Ioan. 8,36†17,17,19. 1. Cor. 6, 11. Heb. 12,23*. 2. Pet. 2,7. 1. Ioan. 3,1, 7. Apoc. 3,4†14,5. vide Peccatum.

IVSTITIAE summa perfectio non habetur in hac vita, in qua sine peccato non viuimus, Genes. 6,5†8, 21. Exod. 34,7. Num. 14,18. 3. Reg. 8,46. 2. Par. 6,36. Iob 4,17†9,1,15,20†25,4. Psal. 13,1†50,7†52,1†129,3†142,2. Prou. 20,9. Eccl. 7,21. Isa. 64,4. Ierem. 2,19, 20†30,11. Mich. 7,2. Nah. 1,3. Sap. 12, 10. Matth. 6,12. Luc. 17,3,10. Rom. 3, 9,23†7*. Gal. 3,22. Ephes. 2,3. 1. Io. 1,8. vide Peccatum.

Iustitia nostra est per Christum & primam iustificationem, peccatorumque remissionem nulla præcedunt merita, Genes. 15,6. Isai. 45,25†53,8,11. Ier. 23,6†33,16. Dan. 6,22. Abac. 2,4. Zach. 9,11. Actor. 10,43†13,39. Rom. 1,17† 3,22,24†5,1,18†10,4,10. 1. Cor. 1, 30. Gal. 2,16†3,11†5,5. Phil. 3,9. Tit. 3,7. 1. Pet. 3,18.

IVSTIFICATIO qua quis ex iusto fit iustior, ascribitur bonis operibus, Eccles. 18,22. Rom. 2,13. Iac. 2,21,24. Apoc. 22,11.

Iustificatio impij non solùm fidei ascribitur, sed etiam aliis virtutibus, vt Spei, Rom. 8,23. Charitati, Exod. 20,6. Pro. 10,12. Luc. 7,47. 1. Cor. 13,4. Gal. 5,6. 1. Pet. 4,8. 1. Ioan. 4,7,8,9. Timori, Eccles. 1, 27, 28. Pœnitentiæ operibus, Sap. 11,24. Ezech. 18,21,22. Matth. 3, 2,8. Lucæ 7, vbi ponitur exemplum Magdalenæ, 15. exemplum filij prodigi, 18. exemplum Publicani.

L.

LABAN hospitio excipit famulum Abrahæ, Genes. 24, 32. mercede conducit Iacob, 29,14,20. persequitur Iacob, 31,22.

LABOR & dolor communis omnibus hominibus, Genes. 3,17. Exod. 20,9 †34,21. Deut. 5,13. Tob. 2,19. Psalm. 127,2. Prou. 6,6†10,4†14,4†20,4. Eccles. 5, 11. Eccli. 29,19. Ioan. 21,3. Actor. 18,3†20,34. 1. Cor. 4,12. Ephes. 4,28. 1. Thess. 2,9†4,1. 2. Thess. 3,8,12.

Labor non ditat sine Dei benedictione, Genes. 3,17†26,3,12†30,27. Deut. 8,18. Iob 42,12. Pro. 10,22. Eccl. 11,6.

Laboranti merces debetur, Leuit. 19, 13. Deut. 24,15†25,4. Tob. 4,15. Eccl. 7,22†34,25,26. Ierem. 22,13. Mal. 3, 5. Matth. 10,10. Lucæ 10,7. 1. Cor. 9, 9,14. 1. Timoth. 5,18. Iac. 5,4.

Laboris manuum & agriculturæ laus & vtilitas, Prouerb. 12,11†13,4†14,23 †24,27†28,19.

LACHIS traditur in manus Israelis, Ios. 10, 32. extruitur, 2. Paral. 11,9.

LAICI ne se sacris præter officium mi-

sceant, Leuit. 10, 1*. Num. 1, 51†3, 10. nec vasa sacrata temerè contingant, Nu. 1, 51†4, 15, 19, 20†18, 7. 2. Reg. 6, 6. 2. Par. 26, 18.

LAIS oppugnatur à Danitis, expugnatur, ædificatur, & appellatur Dan, Iudith 18, 27. appellatur Lesen, Iosue 19, 41.

LAVDANDVS Deus ante & post sumptum cibum, Deuter. 8, 10. vide Gratia.

Laudare Deum pro merito non possumus, Psalm. 95, 4† 105, 2†118, 164† 144, 5. Eccli. 43, 2, 32.

Laudes Deo canendæ, Psalm. 46, 2† 146, 7†149, 1. Isa. 12, 4. Eph. 5, 19. Col. 3, 16. Heb. 13, 15. Iacob 5, 13.

LAZARVS iacet ante ostium diuitis epulonis, Luc. 16, 20.

Lazarus suscitatur à morte, Ioan. 11, 43. persecutionem sustinet à Iudæis, 12, 10.

LEBBAEVS cognomine Thaddæus discipulus Christi, Matth. 10, 3. appellatur Iudas filius Iacobi, Lucæ 6, 16.

Lepra quomodo cognoscatur, Leuit. 13*. 14*.

Lepram mittit Deus propter peccatũ, Exod. 4, 4. Num. 12, 8. 4. Reg. 5, 1, 27† 15, 5. 2. Par. 26, 18, 19, 21.

Lepra mundatur, Exod. 4, 7. Numer. 12, 15. 4. Regum 5, 14. Matth. 8, 2. Luc. 17, 14.

Leprosorum segregatio, Leuit. 13, 49. Num. 5, 2. 4. Reg. 15, 5.

LEVI nascitur, Genes. 29, 34.

occidit cum fratre suo Simeone Sichemitas, 34, 25. punitio istius facti, 49, 5.

Leuitarum habitatio, ius, & debita vitæ sustentatio, Le. 10, 12†25, 32. Num. 18, 21, 24†35, 2, 7. Deut. 10, 8†12, 12, 19†14, 27†18, 1†26, 11. Iosu. 13, 14, 33 †18, 7† 21*. 2. Esd. 10, 35, 37† 13, 10. Ezech. 48, 13. Eccli. 7, 32.

Leuitarum ministerium & officium, Nu. 1, 49†3*. †4, 1†8*. †8, 2, 23. Deu. 10, 8. Iosu. 3, 6. 1. Par. 6, 31*. †9. 14*. 2. Par. 19, 8. Ezech. 44, 11.

Leuitas assumit sibi in ministerium Deus pro primogenitis Israelis, Num. 3, 12, 40*. †8, 16.

Leuitæ puniunt peccatum erecti vituli, Exod. 32, 26.

Leuitæ expelluntur ex Israel, 2. Paral. 11, 14.

LEX prima, & præceptum datur, Gen. 2, 16. violatur, 3, 4, 6.

Lex decem mãdatorum datur Moysi, Exod. 20*. Deut. 5*.

Legis tabulæ dantur, Exod. 31, 18. Deuter. 5, 22. franguntur, Exod. 32, 19. Deut. 9, 17. dantur aliæ tabulæ, Exo. 34, 27. Deut. 10, 1.

Legis natura, officium & operatio, Rom. 3, 20†4, 15†5, 20†7, 1, 7. Gal. 3, 19. 1. Tim. 1, 8. Heb. 7, 18, 27.

Legem Dei fine spiritu eius non possumus implere, Deut. 5, 29. Psalm. 118, 24. Lucæ 18, 22. Actor. 15, 10. Rom. 8, 2.

punitio vel merces eorum, qui Legem Dei præuarjcantur, vel obseruant: vide Obedientia, & Inobedientia.

Legis cærimoniæ abrogãtur per Christum, Matt. 11, 13. Marc. 15, 38. Actor. 13, 38†15, 11. Roman. 6, 14†7, 4†8, 3. Gal. 3, 13†4, 5. Ephes. 2, 15. Col. 2, 14. 1. Pet. 1, 11, 18.

Lex legitur, Deut. 1, 5†31, 9, 11. Ios. 8, 33. 4. Reg. 23, 2. 2. Esdr. 8, 8†9, 3. 5. Esd. 9, 39. 2. Mach. 8, 19, 23.

Lex noua Christianorum consistit potissimùm in Charitate, Matth. 5, 44†7, 12†22, 36. Ioan. 13, 34. Rom. 13, 10. Gal. 5, 14†6, 2. 1. Tim. 1, 5.

LIA nubit Iacob patriarchæ, Ge. 29, 21. gignit ei multos liberos, 19, 31.

LIBER vitæ, Exod. 32, 32. Psal. 68, 29. Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5†20, 12†21, 27.

LIBERVM arbitrium etiam post lapsum in homine manst, Ge. 4, 7. Deu. 30, 19. Ios. 24, 15. Psal. 26, 9. Sap. 9, 10. Eccli. 15, 18† 31, 10. 1. Cor. 3, 9†7, 37.

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei, 1. Reg. 7, 3. 2. Par. 12, 14. Psalm. 9, 17†72, 13. Prou. 16, 1, 5, 9. Eccl 2, 20. Isa. 1, 16, 17, 18†40, 3†46, 8†55, 6, 7. Ierem. 3, 1, 12, 22†4, 3, 4, 14†7, 3†18, 8, 11†25, 5†26, 13†32, 15. Ezech. 18, 21, 22, 27, 28, 30, 31†33, 14, 15, 16, 19. Zach. 1, 3. Mal. 3, 7. Matt. 3, 2, 3†11, 33 †12, 28. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Ioan. 1, 23 †7, 37. Actor. 13, 19†8, 22†9, 6. Rom. 10, 13, 3. 1. Cor. 3, 9†15, 10. 2. Cor. 7, 1. Eph. 5, 14. Phil. 2, 12, 13†4, 13. Col. 1, 29†3, 9, 10. 1. Tim. 4, 16. 2. Tim. 2, 21. He. 4, 16†12, 12, 13. Iac. 4, 8. 1. Pet. 1, 22. 1. Ioan. 3, 3. Apoc. 3, 20.

Libertas Euangelica, Io. 8, 32. Ro. 6, 18†8, 2, 21. Galat. 5, 13. 1. Pet. 1, 18†2, 16*. 2. Pet. 2, 19.

Libertas praua, & improbãda, Iob 11, 12. Ier. 34, 15. Osee 7, 16. 2. Pet. 2, 18.

A LINGVA mala cauendum, Leu. 19, 16. Iob 5, 21. Psal. 51, 4†139, 4, 12† 140, 3. Pro. 4, 24† 10, 18†11, 9†12, 13, 19†15, 2†16, 27, 28† 17, 20†18*. †20, 19†21, 23†26, 20†30, 11. Ec. 5, 2. Sap. 1, 11. Eccli. 5, 16† 25, 12†28*. 1. Cor. 15, 33. 1. Pet. 2, 1. Iac. 1, 19† 3, 5, 8† 4, 11. vide Detractio.

Lingua discretè moderanda, Pro. 10, 19†12, 14†13, 2, 3†17, 27†18, 21†21, 23. Eccli. 14, 1† 20, 5†22, 33†23, 17. Matt. 12, 36. Luc. 6, 45. Iac. 1, 19†3, 2. 1. Pet. 3, 10. vide Loquenda.

LOBNA occupatur, Ios. 10, 29. deficit à Iuda, 4. Reg. 8, 22. oppugnatur ab Assyriis, 19, 8.

LONGANIMITAS, vide Patientia.

LOQVENDA sunt vera, honesta, & quæ audientibus prodesse queant, Exod. 22, 28. Psalm. 14*. Pro. 13, 2†24, 26†25, 11†29, 20. Eccl. 5, 2. Eccli. 7, 37. Matt. 5, 37†12, 36. Eph. 4, 29†5, 3. Col. 3, 8. 1. Pet. 3, 10.

Loquendi tempus & opportunitas, Pro. 15, 23†25, 11. Eccl. 8, 5. Eccli. 11, 8 †20, 6†32, 9† 33, 4. quomodo loquendum, Iob 6, 29. Prou. 15, 4†16, 20, 22† 29, 11. Eccli. 4, 34† 5, 16†6, 5. Col. 4, 6.

LOTH liberatur ab incendio Sodomorum, Gen. 19, 15, 17. 2. Pet. 2, 7. vxor eius mutatur in statuã salis, Gen. 19, 26. Sap. 10, 7. Luc. 17, 32. concumbit cum duabus filiabus suis, Gen. 19, 31, 35.

LOTIO pedum, Gen. 18, 4†19, 2† 24, 32†43, 24. Ioan. 13, 4, 14. 1. Timot. 5, 10.

LVCAS medicus, Col. 4, 14. manet cum Paulo, 2. ad Tim. 4, 11.

LVCIFER cecidit è cælo, Isa. 14, 12.

LVX est Christus, Isa. 9, 2†42, 6†60, 1, 19†49, 6. Ioan. 1, 5†8, 12†9, 5†12, 35, 46. 1. Ioan. 1, 5†2, 8.

Lux sunt Christiani, Pro. 4, 18. Isaiæ 62, 1. Mat. 5, 15. Rom. 2, 19. Phil. 2, 15.

LVDIA purpuraria credit in Christum, Actor. 16, 14.

LVSIAS dux exercitus Antiochi, 1. Mach. 3, 32. pactũ init cũ Iudæis, 6, 58. capitur & iussu Demetrij occiditur, 7, 2.

M.

MAACHA filia Tholmai regis in Gessur, mater Absalonis, 2. Re. 3, 3.

MAACHA filia Abessalom, mater Abiam regis Iuda, 3. Reg. 15, 2. appellatur Michaia, 2. Par. 13, 2.

MACEDONIA mittit eleemosynas pauperibus Ierosolymitanis, Rom. 15, 26. 2. Cor. 8, 1.

Paulus vocatur in Macedoniam, Act. 16, 9.

MADIAN filius Abraham, Genes. 25, 2. Deus præcipit vt cædantur Madianitæ, Num. 25, 16. Madianitæ cæduntur cum suo rege, 31, 7.

opprimunt Israelem, Iudic. 6, 1. irruit in eos Gedeon, 7*.

MAGDALENA, vide Maria.

MAGI Pharaonis virgas suas verterunt in colubros, Exod. 7, 12.

Magi primitiæ Gentium Christum adorant, Matth. 2, 11.

Magia, vide Incantationes.

MALALEEL nascitur, Gen. 5, 12.

MALCHO præcidit Petrus auriculam, Ioan. 18, 10.

MALEDICTIO & benedictio, Gen. 3, 14, 17†8, 21†9, 25† 24, 41†27, 28†48, 15, 20†49, 7. Num. 5, 21. Deut. 11, 26† 27, 15. Ios. 8, 34. Iud. 9, 20. 1. Reg. 17, 43. 2. Reg. 2, 5†16, 7. 4. Reg. 2, 24. 2. Esd. 5, 13. Prou. 26, 2. Ier. 29, 22† 49, 13. Zach. 8, 13.

Maleficia, vide Incantat.

MALVM dicens bonum, punietur, Isa. 5, 20. Mal. 2, 17. Pro. 24, 24.

Malum declinandum, & bonum faciendum, Prouerb. 3, 7. Isa. 1, 16. Ezec. 18, 21.

Malorum consortium vitãdum, Psal. 1*. †25, 4. Pro. 1, 10† 14, 7†24, 21†29, 24. Eccli. 8, 18† 13*. 2. Cor. 6, 14. 2. Io. 10. Apoc. 18, 4.

Malum non est reddendum pro malo, Pro. 20, 22†24, 29. Rom. 12, 14, 17. 1. Cor. 4, 12. 1. Thess. 5, 15. 1. Pet. 3, 9.

Malum pœnæ est à Deo, Deu. 32, 23. 3. Reg. 9, 9†21, 29. Isa. 45, 7. Ier. 11, 11 †32, 42. Baruch 2, 2. Amos 3, 6. Ionæ 3, 10. Michææ 1, 12†2, 3.

Malũ culpæ summè aduersatur Deus, tantum abest vt eum auctorem habeat, Exod. 23, 7. 2. Par. 19, 7. Iud. 5, 21. Iob 34, 10. Psalm. 5, 5, 7†44, 8. Pro. 15, 8, 9. Sap. 4, 9. Eccli. 15, 21. Osee 13, 9. Rom. 9, 14. 2. Cor. 6, 15. Iac. 1, 13.

Malos rectores & præpositos permittit Deus ob peccata populi, 3. Reg. 12, 24. Iob 34, 30. Isa. 29, 10. Ezech. 14, 9. Osee 13, 11. 2. Thess. 2, 11.

iubetque obedientiam illis præstare, Matth. 23, 3.

Malorum etiam ministrorum opera vtitur Deus, Matth. 7, 22. Marc. 9, 38. Luc. 9, 49.

MANAHEM rex Israel, 4. Reg. 15, 14.

MANASSES primogenitus Ioseph nascitur, Genes. 41, 51†48, 14.

Manasses impius, filius pij Ezechiæ rex Iuda, 4. Reg. 21, 1, 6. 2. Par. 32, 33† 33, 1. Ier. 15, 4. ducitur vinctus in Babylonem, & per pœnitentiam conuertitur ad Dominum, & exauditus recuperat regnum, 2. Par. 33, 11, 13. relinquit post se Amon, 4. Reg. 21, 18. Matth. 1, 10. appellatur Her, Lucæ 3, 28.

MANENDVM est nobis in Christo, Io. 15, 4. Ro. 8, 1. 1. Cor. 4, 15†12, 13. Col. 2, 6. 1. Ioan. 2, 6, 28†3, 24† 4, 13.

MANNA, Exod. 16*. Num. 11, 7. Deut. 8, 3. Ios. 5, 12. Psalm. 77, 24. Sap. 16, 20. Ioan. 6, 31.

MANSVETVDO, Ios. 7*. 19. 1. Reg. 25*. 2. Reg. 16, 10. Pro. 15, 1. Eccl. 1, 29. Matth. 5, 4†11, 29. Galat. 5, 23†6, 1. Ephes. 4, 2. Coloss. 3, 12. 2. Tim. 2, 25. Tit. 3, 2.

MARDOCHAEVS defensor & tutor Esther, captiuus abductus in Babylonem, Esther 2, 5, 7. à rege summo honore affectus, 6, 10. reuertitur de captiuitate in Ierusalem, 1. Esdr. 2, 2. 2. Esdr. 7, 7.

MARE creatur, Gen. 1, 9. concluditur suis terminis, 1, 9. Iob 26, 10†38, 26. Pro. 8, 29. Ierem. 5, 22. cedit filiis Israel, Exod. 14, 21. sedatur verbis Christi, Matth. 8, 26.

MARIA soror Aaron laudat Dominum, Exo. 15, 21. fit leprosa, Num. 12*. Deut. 24, 9. moritur, Num. 20, 1.

Maria virgo prænuntiata, Gen. 3, 15. Num. 24, 17. Psal. 18, 6†44, 10†45, 5† 84, 2†86, 3†131, 8. Pro. 31, 10, 29†9, 1 Cantic. 1*. 2*. 3*. 4*. 5*. 6*. Eccli. 24*. Iia. 7, 14† 11, 1† 19, 1† 45, 8. Ierem. 31, 22.

Maria vocatur, & est mater Domini, Luc. 1, 43. mater Iesu, Matthæi 2, 13. Ioan. 19, 25.

Mariæ perpetua virginitas significatur, Exo. 3, 2. Iud. 6, 37, 38, 39, 40. Psal. 18, 6. Cant. 2, 2†4, 7†6, 9. Isa. 7, 14† 11, 1†35, 1, 2†66, 7. Ezech. 44, 2. Dan. 2, 34. Matth. 1, 20. Luc. 1, 35.

Maria virgo multis dotata virtutibus, fide diues, Pro. 31, 18. Luc. 1, 38, 45. Io. 2, 5. spe plena, Eccli. 24, 24. Ioan. 2, 5. charitate perfecta, Eccli. 24, 24. Luc. 1, 56 †2, 7. Ioan. 2, 3†19, 25. castæ, ut supra. Mariæ perpetua virginitas. castitatem vouit perpetuã, Luc. 1, 35. humilis, Luc. 1, 38, 48. misericors, Ioan. 2, 3. prudens, Luc. 2, 19. modesta, Luc. 2, 48. pia, Luc. 1, 46, 47. benigna, Luc. 1, 40. fortis, Pro. 31, 10*. Ioan. 19, 25. sapiens, Pro. 31, 26. Ioan. 2, 5.

pauper, Matth. 2, 11. Luc. 2, 7, 24. patiens, Matt. 2, 13. Luc. 2, 35. virtute præcellens omnes, Prou. 31, 29. Eccl. 24, 25. Luc. 1, 28, 48.

Maria salutatur ab angelo, Luc. 1, 28. visitat Elizabeth, & laudat Deum, Luc. 1, 39, 46. proficiscitur cum Ioseph in Bethlehem, Luc. 2, 4. in Ægyptum, Mat. 2, 14. reuertitur inde in terram Israel, Matth. 2, 14. inuenit Christum in templo, Luc. 2, 46. assistit cruci, & Apostolo Ioanni commendatur, Ioan. 19, 25. manet cum Apostolis, Actor. 1, 14.

Maria Magdalena defletsua peccata, Luc. 7, 38. obtinet peccatorum remissionem, Luc. 7, 48. liberata septem dæmoniis, adhæret & ministrat Christo, Luc. 8, 2, 3. vngit Dominũ, Matt. 26, 6. Mar. 14, 3. Ioan. 11, 2† 12, 3. adest Christo in cruce morienti, Ioan. 19, 25. stat ad monumentum plorans, Ioan. 20, 11.

Christus ei apparet post resurrectionem, Marc. 16, 9. Ioan. 20, 14.

nunciat resurrectionem discipulis, Io. 20, 18.

MARITI officium & auctoritas in vxorem, Gen. 3, 16. Num. 5, 12, 18†30. 7, 13. Deut. 22, 5, 13†24, 1. Prou. 5, 18† 18, 22†31, 10. Eccl. 9, 9. Eccli. 7, 28†9, 1†25, 2, 27†26, 1. Mal. 2, 14, 16. 1. Cor. 7*. †1 2, 10. Eph. 5, 22. Col. 3, 18. Tit. 2, 4. 1. Tim. 2, 11. 1. Pet. 3, 1.

MARTHA hospitio excipit Dominum, Luc. 10, 38. ostendit suam fidem, Ioan. 11, 27.

MATHAN sacerdos Baal occiditur, 4. Reg. 11, 18. 2. Par. 23, 17.

MATHIAS eligitur in Apostolum, Actor. 1, 26.

MATHVSALEM filius Henoch nascitur, Gen. 5, 21. viuit 969. annis, & moritur, Gen. 5, 27.

MATRIMONIVM, Genes. 1, 27. 28†2, 21, 22, 23, 24†5, 6, 12, 17† 4, 1, 17†9, 1†19, 26†24, 3†29, 21. Exod. 2, 1†20, 17. Leu. 18*. 20, 10. Deut. 5, 21† 7, 3†22, 29† 24, 1. Ios. 23, 12. Iud. 3, 6† 14, 2, 7, 15. 1. Esdr. 9, 2. 2. Esdr. 13, 23. Esther 2, 17. Tob. 4, 13†6, 17†7, 15, 16 †8, 9. Pro. 18, 22†19, 14. Eccl. 25, 2. Ier. 3, 1. Mat. 5, 32†19, 3, 7†22, 24, 30. Mar. 6, 18†10, 2, 6, 7, 8, 9†12, 20*. Luc. 2, 5† 3, 19†16, 18†20, 34. Io. 2, 1, 2. Rom. 7, 2, 3. 1. Cor. 7*. Ephes. 5, 31, 32. 1. Tim. 3, 2†5, 9. Heb. 13, 4. 1. Pet. 3, 1.

Matrimonium indissolubile, Genes. 2, 24. Matt. 5, 32†19, 7. Marc. 10, 11. Luc. 16, 18. 1. Cor. 7, 10.

Matrimonium spiritale, quære Connubium.

Matrimonium cuius rei sacramentum, Eph. 5, 32. confert gratiam & sanctificationem, 1. Thess. 4, 4.

MATTHAEVS publicanus vocatur, Matt. 9, 9† 10, 3. appellatur Leui filius Alphæi, Marc. 2, 14. Lucæ 5, 27.

MATTHANIA patruus Ioachim constituitur rex Iuda, 4. Reg. 24, 17. appellatur Zedechias, 1. Par. 3, 15.

MATTHATHIAS Sacerdos ostendit studium pro tuenda religione, 1. Mach. 2, 24. pugnat strenuè, 2, 41. monet filios suos ad obseruationem legis Dei, 2, 49, 64.

MEDI occupant regnum Babyloniæ, Daniel 5, 31.

MELCHISEDECH sacerdos, & rex Salem, Genes. 14, 18. Psalm. 109, 4. Hebr. 7, 1.

MENDACIVM, Genes. 3, 4† 37, 19†39, 17. Leuit. 19, 11. 2. Reg. 1, 2, 7. 4. Reg. 5, 25. Pro. 6, 19†12, 22. Sa. 1, 11. Eccli. 7, 13†20, 26, 28†25, 4. Osee 4, 2. Ioan. 8, 44. Act. 5, 4, 8. Eph. 4, 25. Col. 3, 9. vide Testimonium.

MENELAVS proditor patriæ vsurpat sibi summũ Sacerdotiũ, 2. Ma. 4, 24. extremo supplicio afficitur, 2. Ma. 13, 4, 5, 6.

MENSVRA qua mensi tuerimus remetietur nobis, Exod. 21, 23. Iud. 1, 7. 1. Reg. 15, 33. 2. Reg. 22, 25. Psalm. 17, 21. Prou. 22, 23. Isa. 33, 1†65, 6†66, 4. Ier. 50, 15, 29†51, 49. Ezec. 16, 59. Ioel 3, 7. Matth. 7, 2. Marc. 4, 24. Luc. 6, 38.

Mensuræ & pondera debẽt esse iusta, Leu. 18, 35. Deut. 25, 13. Ezech. 45, 10. Michææ 6, 11. Amos 8, 5. Pro. 16, 11† 20, 10.

MERARI filius Leui, Num. 3, 17. Meraritarum officium, 3, 33†4, 42.

MERCES debetur operibus, Gen. 4, 7† 15, 1. Psal. 118, 112. Pro. 11, 18. Sap. 5, 16†10, 17. Eccl. 2, 8†11, 24†18, 22†36, 18†51, 30, 38. Isa. 3, 10. Ier. 31, 16. Matth. 5, 12† 6, 1†10, 41, 32† 20, 8. Marc. 9, 41. Luc. 6, 35†10, 7. Ioan. 4, 36. Rom. 4, 4. 1. Cor. 3, 8. 1. Tim. 5, 18. Apoc. 22, 12.

MERITA operum, Eccli. 18, 31† 16, 15†38, 18. vide Opera.

MEROB filia Saulis, 1. Reg. 14, 49. promittitur Dauidi in vxorem, 18, 17.

MESSIAS, id est Christus, & vetus vnctus est Dominus noster Iesus, Io. 1, 4†4, 25†7, 41†11, 27. Matth. 26, 64. Marc. 14, 62. Luc. 22, 67. Actor. 17, 3† 18, 28†19, 4. 1. Ioan. 5, 1.

MICHA parat ephod idolo matris suæ, Iud. 17, 5. conducit Leuitam, 17, 7, 10. idolum & ephod auferuntur, similiter & Sacerdos abducitur, 18, 13, 18, 20.

Micha, filius Miphiboseth. 2. Re. 9, 12.

MICHAEAS prophetat contrarium pseudoprophetis, 3. Reg. 22, 13, 15, 23. 2. Par. 18, 14.

MICHAEL pugnat cum diabolo, Dan. 10, 13. Iudæ 9. Apoc. 12, 7.

MICHOL siue Michal filia Saulis, datur Dauidi in vxorem, 1. Reg. 18, 27. iuxta promissionem regis, 17, 25. conseruat Dauidi vitam, demittens eum per fenestram, 19, 12. subducitur ei, & datur Phalti, siue Phaltiel, 25, 44. redditur ei, 2. Reg. 3, 14, 15. deridet ipsum saltantem coram Domino, 6, 16.

MILITARE, vide Bellum.

MINISTRORVM etiam malorũ opera dignatur vti Dei bonitas, Matt. 7, 22. Marc. 9, 38. Luc. 9, 49. quos & iubet audiri, Matt. 23, 3.

MIPHIBOSETH filius Ionathæ, 2. Reg. 4, 4. inuenit gratiam coram Dauide, 9, 7*. pareit ei Dauid, 21, 7. appellatur Meribbaal, 1. Par. 9, 40.

Miphiboseth filius Saulis suspẽditur, 2. Reg. 21, 8.

MIRACVLA operatur Deus per Sanctos & eorum reliquias: vide Sancti & Reliquiæ.

MISERICORDIA: vide Bonitas Dei: item Charitas.

Misericordiæ opera proximo exhibẽda, 1. Reg. 15, 6. 2. Par. 28, 9, 15. Psal. 111, 5, 9. Pro. 24, 11, 31†19, 7, 25, 21. Ec. 4, 2, 29†35, 18. Isa. 58, 7. Osee 6, 11. Mich. 6, 8. Za. 7, 9. Matt. 5, 7†9, 13†10, 41†18, 33†25, 41. Mar. 9, 40. Luc. 6, 35 †11, 53. Rom. 12, 15. Gal. 6, 12. Col. 3, 12. 1. Tim. 5, 10. quære Eleemosyna.

MISSAE sacrificium olim prædictum & prænunciatũ, Le. 26, 9, 10, 11, 12. Ps. 22, 5†109, 4. Isaiæ 2, 2, 3† 19, 19, 20† 56, 7† 61, 6† 66, 19, 20, 21. Ier. 31, 31

†33,16,17,18. Dan.12,11. Amos 9,11. Malach.1,10,11.
Missæ sacrificium per varias figuras veteris Testamenti significatum, Genes. 14,18† 16,6†22,13. Exod.12,5,24† 25,30†29,2,15. Leuit. 2,1,13†3,12† 4,23†5,7,11†6,15†9,8†14,4†16,3† 19,21. Num.15,24†18,17. 1.Reg.21, 4.3.Reg.19,6.4.Reg.4,41. Dan.8,12. appellaturque iuge sacrificium, Dan. 11,31†12,11. nec interibit offerens sacrificium, Ierem.33,18,21.
Missæ sacrificium à Christo institutum, Lucæ 22,19. & ab eius discipulis visitatum, Actor. 13,2. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν.
Missæ sacrificij mentionem facit Paulus, 1.Cor.10,16†11,23*.
MOAB filius Loth & filiæ eius natu maioris, Gen. 19,37. contra Moabitas pugnare, Israeli à Deo prohibetur, Deut.2,8. factus est Moab seruiens Dauidi sub tributo, 2. Reg. 8, 2. deficiunt Moabitæ ab Israel, 4. Reg. 1,1†3,5. ittuunt latrunculi de Moab in terram Israel, 13, 20. non admittebantur in ecclesiam, Deut.23,3.2.Esdr.13,1.contra Moab prophetatur, Num. 21,29† 24. 17.Psalm.59,10†107, 10. Isa. 16*.† 25,10.Ier.48,1.Ezec.25,8. Amos 2,1. Soph. 2,8.
MOLOCH idolum, Leuit. 18,21† 20,2. appellatur Melchom, 1.Paral.20. 2.Ierem. 49, 1. Amos 1,15. Soph.1,5. de Moloch vide item 3. Reg. 11,5,7.4. Reg.23,10.
MORBVS: vide Ægrotatio.
MORS est pœna peccati, Genes. 2, 17†3,19.Rom.5,12,17†6,23.1.Cor. 15,21.Ephes.2,2. Col.2,13.1.Tim.5, 6.Iacobi 1,15.
Mors, & certus dies mortis omni hominiconstitutus est, Deut. 31, 14. Ios. 23,14.1.Reg.26,10.Iob 14,5.Psal.88, 49.Eccl.3,3†8,8†9,5.Eccli.17,3†41, 1.Ioan.7,30†8,20. Rom. 5,12†6,23. Heb.9, 27.
Mortis hora incertissima, Eccl.9,12. Matth.24,43. Luc.12,40. 1.Thess.5,2. 2.Thess.2, 2.Iacobi 4,13.
Mors corporis, iustis est quasi somnus quidam, & dormitio, Deut. 31,16.2. Reg.7,12.3.Reg.2,10†11,21,43†14, 20. Sap.3,3. Matth.9,24.Ioan.11,11. Actor.7,60†13,36. 1.Corinth.11,29. 1.Thess.4,13.
Mortem nostram sua morte deuicit Christus, Isa. 25, 8. Osee 13,14.Rom. 6,9. 1.Corinth.15,54.2.Timot.1,10. Heb.2,14.Apoc.21,4.
Mortem qui sibi intulerint, Iud.9,54 †16,29<1.Reg.31,4. 2.Reg.17,23.3. Reg.16,18.2.Machab.10,13†14,41. Matth.27,5.Actor.1,18.
Mortuos lugere quatenus permittatur, aut prohibeatur, Leu. 19,28.Deut. 14,1†34,8.2.Reg.1,11†3,32†10,2† 12,16†14,2†19,1†21,10,13.Eccli. 22,10†38,16. 1.Mach.9,20†12,52† 13,26.Matth.9,3. Luc.7,13.Ioan.11, 33.Actor.8,2†9,39.2.Thess.4,13.
Mortui ad vitam reuocantur, 3.Reg. 17,20.4.Regum 4,33†13,21.Matt.9. 25,†27,52.Marc.5,41. Luc.7,13†8, 54.Ioan.11,43.Actor.9,40†20,10.
Mortuorum sepultura: vide Sepeliendi mortui.
Mortuorum suffragia: vide Purgatorium.
MOYSES nascitur ex Leui, Exod. 2,1†6,20.Act.7,20. periculo Ægyptiũ, & fugit in Madian, Exod.2, 12,15.accipit Sephoram Madianiten vxorem, Exod.2,21.
mittitur ad Pharaonem in Ægyptum, 3,10*.†5,1†6,12†7*.†8*.†9*.†10*. reuertitur cum vxore & liberis in Ægyptum,4,20. orat pro Pharaone,8,12†30 †9,28,33†10,17.
orat pro populo, 14,15†17,4,11† 32,11,13,31. Num.11,2†14,13,17† 21,7. Deut. 9.18,26. accipit primò tabulas, Exod. 31,18. has confringit videns populi idololatriam, Exod.32,19.
accipit iterum nouas,34,28.
in faciem eius intueri non potest populus Israeliticus,34,30.2.Cor.3,7.
mittit exploratores in terrã Chanaan, Nu.13,2. probat se à Deo esse missum, Num. 16, 28,31. videt terram promissionis & moritur, 20,12†27,12. Deut. 34, 1, 5. apparet in transfiguratione Christi, Matth.17,3.Lucæ 9,30. commendatur, Eccli.45,1.
diabolus altercatur cum angelo Michaele de Moysi corpore, Iudæ 9.
MYNDI corde, Psalm.23,4†50,12 †72,1.Matth.5,8.1.Petri 1,22.
Mundities interior & exterior commendatur, Matth. 23, 25.Lucæ 11,39. 2.Cor.7,1.
MYRMYRATORES quos imitentur, & quæ illis pœna metuenda, Exod.14,11†15,24†16,2,7,8†17,2. Num.11,1*.†12,1,9,10†14,2,27*.† 16,3†17,13†20,2†21,5*.Deut.1,27. Iosue 9,18.Iudith 8,10.Sap.1,11.Mat. 20,12.Lucæ 15,2†19,7. Ioan.6,41*. Actor.6,1.1.Cor.10,10.Iudæ 16.

N.

NAAMAN militum præfectus apud regem Syriæ mundatur à lepra, 4. Reg.5,14. Luc.4,27.
NAAS rex Ammonitarum pugnat contra Iabes, 1. Reg. 11,1. moritur, 2. Reg.10,1.
Naas pater Abigail, 2.Reg.17,25.
NABAL vir iniquus, 1.Regum 25, 25,26.
NABOTH, quia regi Achab vineam negabat, lapidatur, 3.Reg.21,2,13.
NABVCHODONOSOR potentissimus rex Babylonis, Ierem. 27,6. inuadit Ægyptum,4.Reg.24,7.Ierem.46, 2. ascendit in Ierusalem, 4.Reg.24,1,10 †25,1.Ierem. 39, 1. iuxta prophetiam, Ierem. 25, 8†32, 28. erigit auream statuam, Dan. 3, 1. habitat septem annos inter feras, 4, 28, 30. ingens superbia eius, amplitudo dominij, & crudelitas explicatur, Isaiæ 14,2,8.
NABVSARDAN dux militiæ regis Babylonis destruit domum Dei, muros Ierusalem, & populum, qui remanserat, transfert, cum omnibus vasis templi, in Babylonem, 4. Reg. 25, 8.Ierem. 39,9, 11†52,12.
NACHOR auus Abrahæ, Ge.11,23,25.
NADAB & Abiu igne consumuntur, Leu. 10,1†16,1.Num.3,4†26,61. Nadab rex Israel, 3.Reg.14,20. cæditur, 15,28.
NATHAN filius Aminadab princeps & dux tribus Iuda, Num.1,7† 2,3†7,12.
NATHVM prædicat in Ninive, Nahum 1*.†2*.†3*.
NATHAN filius Dauidis, 2.Reg.5, 14. appellatur Matthata, Lucæ 3,31.
Nathan propheta mittitur ad Regem Dauid, 2.Reg.7,4†12,1.
NATHANAEL dux tribus Issachar, Num.1,8.
Nathanael videtur à Christo, Ioan. 1,47.
Christus manifestat se ipsi Nathanael, 21,2.
NECHAO rex Ægypti, 4. Reg.23, 29.2.Paral.35,20†36,3.
NEGOTIATIO: vide Emere & Vendere.
NEHEMIAS pincerna Artaxerxis, 2.Esd.1,11.mittitur in Iudæam ad ædificandum quæ erant destructa, 2, 9. appellatur Athersata,8,9.
NEMROD potens erat & robustus venator, Genes. 10,8.
NICANOR dux Lysiæ, 1.Mach.3, 38. & etiam dux exercitus Demetrij, 7, 26. minatur se succensurum templum, 7,34. cæditur,7,43.2.Mach.15,28.
NICODEMVS occultus discipulus Christi, Ioan. 3,1†7,50†19,39.
NINIVE ædificatur ab Assur, Gen. 10, 11. pœnitentiam agit de peccatis suis, Ionæ 3, 5*. desolatio & destructio Niniue, Nahum 1*.†2*.†3*. Soph.2, 13. Tob.14,5.
stabit in iudicio, & condemnabit obcæcatos Iudæos, Matth. 12,41.
NOE filius Lamech, Genes.5,30. præco diuinæ iustitiæ,2. Pet.2,5. ædificat arcam, Gen.6*. ingreditur arcam,7,1,7. egreditur, 8,15. accipit signum fœderis,9,8,14. commendatur, Eccli.44,17.
NOEMI vxor Esmelech, Ruth 1,2.
NOVVM Testamentum, Ier.31,31. Matth.26,28.Mar.14,24.Lucæ 22,20. 1. Corinth.11,24.Heb.8,8†9,15†10, 16†13,20.
Nouum cælum & noua terra post mundi innouationem, Isaiæ 65,17†66, 22.2.Pet.3,13.Apoc.21,1.
NVDI vestiendi, Isaiæ 58,7.Ezech. 18,7.Tob.1,17.Matth.25,26,39. vide Misericordia.

O.

OBED filius Booz ex Ruth, Ruth 4,17. Matth.1,5.
OBEDIENDVM Deo eiusq; præceptis, & quæ obedientibus sit constituta merces, Gen.12,4†17,9,23†22*.†26, 5.Exod.1,17†15,26†19,5†20,6†23, 22,25.Leu.20,22†26,3,11.Deut.4,40 †7*.†11*.†13,4†17,15†18,15†24,8 †27,10†28,1,12.Ios.22,1.1.Reg.12, 14†15,22.4.Reg.10,30.2.Par.7,17. Pro.1,8,33†15,31. Isa.1,19†48,18† 55,2.Ier.7,23†11,4†17,24† 35*.Dan. 1,16.Eccli.35,7.2.Mach.7,30.Matth. 4,19†7,14†8,21†15,3†17,5†25,3. Luc.5,4†10,16.Ioan.2,7.Act.4,19†5, 32.Rom.16,19. Phil. 2,8,12.1.Thess. 4,3†5,3. 4,5†5,18.1.Per.1,22.Iacobi 1,22.
Obedientia inferiorum erga superiores: vide Subditorum officium.
OBLATIO omnis debet esse sine vitio aut macula, Leuit.1,3†3,1†22, 19.Nu.28,3,31. Deut.15,21.Eccli.35, 14.Ezech.43,23.Mal.1,8,14.
Oblationes Deo gratæ cælitus accenduntur, Ge.4,4†8,20†15,17.Le.9,24. Iud.6,21†13,19-3.Reg.18,38.1.Par. 21,26.1.Par.7,1.2.Mach.1,22†2,10. †9,28,33†10,17.
orat pro populo, 14,15†17,4,11† 32,11,13,31. Num.11,2†14,13,17† 21,7. Deut. 9.18,26. accipit primò tabulas, Exod. 31,18. has confringit videns populi idololatriam, Exod.32,19.
accipit iterum nouas,34,28.
in faciem eius intueri non potest populus Israeliticus,34,30.2.Cor.3,7.
mittit exploratores in terrã Chanaan, Nu.13,2. probat se à Deo esse missum, Num. 16, 28,31. videt terram promissionis & moritur, 20,12†27,12. Deut. 34, 1, 5. apparet in transfiguratione Christi, Matth.17,3.Lucæ 9,30. commendatur, Eccli.45,1.
diabolus altercatur cum angelo Michaele de Moysi corpore, Iudæ 9.
MYNDI corde, Psalm.23,4†50,12 †72,1.Matth.5,8.1.Petri 1,22.
Mundities interior & exterior commendatur, Matth. 23, 25.Lucæ 11,39. 2.Cor.7,1.
MYRMYRATORES quos imitentur, & quæ illis pœna metuenda, Exod.14,11†15,24†16,2,7,8†17,2. Num.11,1*.†12,1,9,10†14,2,27*.† 16,3†17,13†20,2†21,5*.Deut.1,27. Iosue 9,18.Iudith 8,10.Sap.1,11.Mat. 20,12.Lucæ 15,2†19,7. Ioan.6,41*. Actor.6,1.1.Cor.10,10.Iudæ 16.
NAAMAN militum præfectus apud regem Syriæ mundatur à lepra, 4. Reg.5,14. Luc.4,27.
NAAS rex Ammonitarum pugnat contra Iabes, 1. Reg. 11,1. moritur, 2. Reg.10,1.
Naas pater Abigail, 2.Reg.17,25.
NABAL vir iniquus, 1.Regum 25, 25,26.
NABOTH, quia regi Achab vineam negabat, lapidatur, 3.Reg.21,2,13.
NABVCHODONOSOR potentissimus rex Babylonis, Ierem. 27,6. inuadit Ægyptum,4.Reg.24,7.Ierem.46, 2. ascendit in Ierusalem, 4.Reg.24,1,10 †25,1.Ierem. 39, 1. iuxta prophetiam, Ierem. 25, 8†32, 28. erigit auream statuam, Dan. 3, 1. habitat septem annos inter feras, 4, 28, 30. ingens superbia eius, amplitudo dominij, & crudelitas explicatur, Isaiæ 14,2,8.
NABVSARDAN dux militiæ regis Babylonis destruit domum Dei, muros Ierusalem, & populum, qui remanserat, transfert, cum omnibus vasis templi, in Babylonem, 4. Reg. 25, 8.Ierem. 39,9, 11†52,12.
NACHOR auus Abrahæ, Ge.11,23,25.
NADAB & Abiu igne consumuntur, Leu. 10,1†16,1.Num.3,4†26,61. Nadab rex Israel, 3.Reg.14,20. cæditur, 15,28.
NATHAN filius Aminadab princeps & dux tribus Iuda, Num.1,7† 2,3†7,12.
NATHVM prædicat in Ninive, Nahum 1*.†2*.†3*.
NATHAN filius Dauidis, 2.Reg.5, 14. appellatur Matthata, Lucæ 3,31.
Nathan propheta mittitur ad Regem Dauid, 2.Reg.7,4†12,1.
NATHANAEL dux tribus Issachar, Num.1,8.
Nathanael videtur à Christo, Ioan. 1,47.
Christus manifestat se ipsi Nathanael, 21,2.
NECHAO rex Ægypti, 4. Reg.23, 29.2.Paral.35,20†36,3.
NEGOTIATIO: vide Emere & Vendere.
NEHEMIAS pincerna Artaxerxis, 2.Esd.1,11.mittitur in Iudæam ad ædificandum quæ erant destructa, 2, 9. appellatur Athersata,8,9.
NEMROD potens erat & robustus venator, Genes. 10,8.
NICANOR dux Lysiæ, 1.Mach.3, 38. & etiam dux exercitus Demetrij, 7, 26. minatur se succensurum templum, 7,34. cæditur,7,43.2.Mach.15,28.
NICODEMVS occultus discipulus Christi, Ioan. 3,1†7,50†19,39.
NINIVE ædificatur ab Assur, Gen. 10, 11. pœnitentiam agit de peccatis suis, Ionæ 3, 5*. desolatio & destructio Niniue, Nahum 1*.†2*.†3*. Soph.2, 13. Tob.14,5.
stabit in iudicio, & condemnabit obcæcatos Iudæos, Matth. 12,41.
NOE filius Lamech, Genes.5,30. præco diuinæ iustitiæ,2. Pet.2,5. ædificat arcam, Gen.6*. ingreditur arcam,7,1,7. egreditur, 8,15. accipit signum fœderis,9,8,14. commendatur, Eccli.44,17.
NOEMI vxor Esmelech, Ruth 1,2.
NOVVM Testamentum, Ier.31,31. Matth.26,28.Mar.14,24.Lucæ 22,20. 1. Corinth.11,24.Heb.8,8†9,15†10, 16†13,20.
Nouum cælum & noua terra post mundi innouationem, Isaiæ 65,17†66, 22.2.Pet.3,13.Apoc.21,1.
NVDI vestiendi, Isaiæ 58,7.Ezech. 18,7.Tob.1,17.Matth.25,26,39. vide Misericordia.
OBED filius Booz ex Ruth, Ruth 4,17. Matth.1,5.
OBEDIENDVM Deo eiusq; præceptis, & quæ obedientibus sit constituta merces, Gen.12,4†17,9,23†22*.†26, 5.Exod.1,17†15,26†19,5†20,6†23, 22,25.Leu.20,22†26,3,11.Deut.4,40 †7*.†11*.†13,4†17,15†18,15†24,8 †27,10†28,1,12.Ios.22,1.1.Reg.12, 14†15,22.4.Reg.10,30.2.Par.7,17. Pro.1,8,33†15,31. Isa.1,19†48,18† 55,2.Ier.7,23†11,4†17,24† 35*.Dan. 1,16.Eccli.35,7.2.Mach.7,30.Matth. 4,19†7,14†8,21†15,3†17,5†25,3. Luc.5,4†10,16.Ioan.2,7.Act.4,19†5, 32.Rom.16,19. Phil. 2,8,12.1.Thess. 4,3†5,3. 4,5†5,18.1.Per.1,22.Iacobi 1,22.
Obedientia inferiorum erga superiores: vide Subditorum officium.
OBLATIO omnis debet esse sine vitio aut macula, Leuit.1,3†3,1†22, 19.Nu.28,3,31. Deut.15,21.Eccli.35, 14.Ezech.43,23.Mal.1,8,14.
Oblationes Deo gratæ cælitus accenduntur, Ge.4,4†8,20†15,17.Le.9,24. Iud.6,21†13,19-3.Reg.18,38. 1.Par. 21,26.1.Par.7,1.2.Mach.1,22†2,10. Oblationes quotidianæ, Exod. 29,38. Num.28,3.1.Esdr.3,2.
Oblationes propriorum filiorum, Le. 18,21†20,2.Deut.12,31†18,10.Iud. 11,39.4.Reg.3,27†16,3†17,17†21,6. 2. Par.28,3.Psalm.105,37.Isaiæ 57,5. Ier.7,31†19, 5. Ezech.16,20,36†20, 31†23,37.
Oblationum conuiuia cum gaudio celebrabantur, Gen.31,46. Exod.18,12† 32,6.Num.25,2. Deut.12*.†27,7.1. Reg.1,4†9,12*.†16,5.2.Reg.15,12. 3.Reg.1,9†3,15.1.Par.29,21.
Oblationes impiorum, Genes.4,3.1. Reg.15, 21. Psalm.39,7†49,7†50,18. Prou.15,8†21, 27.Eccli.35,15.Isa.1, 10†43,23†61,8†66,3. Ier.6,20†7,20 †14,12.Osee 5,6†8,13†9,4. Amos 5, 22.Mich.6,7. Mal.1,7,13.Matth.9,13 †22,7.Marc.12,33.Heb.10,5.
OCCIDERE: vide Homicidium.
OCHOZIAS filius Ioram rex Iuda, 4. Reg. 8, 24. fugit in Mageddo à facie Iehu, & cæditur,9,27.
habet sibi succesforem Ioas regem,1. Par.3,11.
OCVLVS simplex & rectus, Eccli. 35,12.Matth.6,22.Luc.31,34.
Oculus nequam, Gen.6,2.Pro.6,13. Eccl.4,8.Eccli.14,8†31,14.Marc.6,22. Marc.7,22.Lucæ 11,34.1.Ioan.2,16.
Oculorum custodia quàtopere sit necessaria ad vitandum peccata, Gen.3,6† 6,2†34,2†38,15†39,7.2.Reg.11,2*. †13,1.Pro.23,26, 33. Eccli.9,5,7,8,9, 11*.†25, 28*.†41,25†42,12. Iudith 10,17,18*.†12,16. Dan.13,8*.Matth. 5,28.2.Pet.2,14.
Oculus mentis vel intellectus, Nu.24, 3.Deut.29,4.Isa.6,9.Luc.24,29.Actor. 26,18.Ephes.1,18.
ODIVM: vide Inuidia.
Odio habenda malitia, Psalm.96,10† 138,21.Amos 5,15†6,8.Rom.12,9.
OFFERRE pro defunctis, 2.Mac. 12,13.
OFFICIVM subditorum: vide infrà Subditorum.
OG rex Basan cæditur, Num.21,33. Deut.3,2†29,7†31,4.Psalm.135,20.
ONESIPHORO optat Paulus misericordiam, 2.Tim.1,16.
ONIAS summus sacerdos offert pro Heliodoro, 2.Mac.3,32.cæditur,4,34.
OPERVM merita, & retributio seu merces, Ps. 118, 112. Pro.11,18.Eccli. 36,18.Isa.3,10.Mat.5,12†10,42†16, 27†25,34.Rom.2,6. 1.Cor.15,28.2. Cor.5,10.2.Tim.4,8.Heb.6,10†10,35 †11,26.Iac.2,24.Apo.20,7,8†22,12.
Opera mala Deo displicent, & pœnam merentur, Gen. 3, 11†4,7†6,3,5,6,7† 7,4†9, 6†11,4*.†17,14†18,20†19, 11,24,26†20,3†42,21†44,16. Exod. 3,9†7*.8*.9*.10*.11*.12*.14*.20*.21*. 22*.†31,13†32,9,27,28,33. Leu.10, 12. & deinceps per omnes sacræ Scripturæ libros.
Opera bona Deo grata sunt, & præmiũ meretur, Ge.4,4,7†5,24†6,8,9†8,20, 21†20,7†22,16*.†26,4,5†29,32.Exo. 1,20†20*.†23, 22,25.Leu.11,43,44, 45. & sic deinceps per totã Scripturam.
Operari bene propter mercedem & tertibutionem licitũ est, Psal.118,112. Matt.5,12.2.Tim.4,8.Heb.11,26.
non in quolibet Opere homo peccat, 2.Pet.1,10.1.Ioan.3,6,9†5,28.
Operum bonorum commemoratio, 4.Reg.20,3. Iob 6,2,3.Psal.17,21,22, 25†31,1.Isa.38,3.
Opera bona quæ sint: vide Bona opera.
Opera à nobis proximo exhibita tanquam sibi facta reputat Deus, siue bona sint, siue mala, Isa. 37,23.Ier.1,19.Za.2, 8.Matt.25,40. Actor.9,5.1.Cor.8,12.
OPINIONES & cogitationes hominum frequẽter sunt erroneæ, Leu.10, 1.Nu.15,39.Deu.12,8†29,19.1.Reg. 15,9.2.Reg.6,6. Prou.12*,15†14,12† 21,2.Isa.5,21†7,12†14,13†55,8. Matth.3,14†16,22.Marc.8,32.Ioan. 12,4†13,8.
Orare in nomine Iesu, Ioan. 14,13† 15,16†16,23,26.1.Ioan.5,14.
Orare quemadmodum oporteat, frequenter ignoramus, Matth.20,20.Marc. 10,35.Rom.8,26 Iac.4,3.
Orare noctes & dies, Psalm. 118,62. Luc.18,1.1.Thess.3,10. 1. Timoth.5, 5.2.Timoth.1,3.
Orare sine intermissione, Matth.7,7. Luc.11,9†18,1.Actor.10,2.Ephes.6, 18.Col.4,2.1.Thess.5,17.
Orare vt fidei prædicatio succesſus habeat felices, Ephes.6, 19. Col.4,3.2. Thess.3,1.
Orare alium pro alio, Ie.42,2,20.Baruch 1,13. 2.Machab.1,6.Ephes.6,18. Col.4,2.1.Thess.5,25. 2.Thess. 3,1.1. Tim.2,1.Iac.5,16.
Orare pro inimicis, Num.16,22,46. 2.Mach.3,33.Matth. 5,44. Luc. 6,28† 23,34.Actor.7,60.
Orare Sanctos cum Christo regnantes: vide Sanctos.
Orare pro defunctis: vide Purgatorium.
Oratio quomodo, quando, cui & vbi fieri debeat, & quid petendum, Nu.11, 16,24.Deu.4,7. Iud.10,10,15,1.Reg. 1,11.2.Reg.22,2,7.3.Reg.3,7.Isa.65, 24.Amos 7,2.Eccli.35,26. Tob.3,11*. Iud.4,11.Matt.6,5,9†7,7†18,19†20, 20†21,22†26,38.Mar.11,24†13,33. Luc.11,2,9†18,1†22,40. Ioan. 4,23† 9,31†14,13†15,7†16,23.Actor.1,14 †2,42†4,24,31†10,2†,23. Ro.8,26 †12,12.1.Cor.14,13.Eph.6, 18. Col. 4,2.1.Thess.5,17.1.Tim.2,1.Heb.13, 18.1.Pet.3,12.1.Ioan.5,14.Iac.1,6†4, 3†5,13.Apoc.19,10†22,9.
Orationes quæ fiunt quemadmodum oportet, exaudit Deus, Gen. 16,11†21, 17.Exod.2,24†3,7†6,5†22,23,27. Deu.4,7†15,9.1.Re.7,9,10†9,16†12, 18.2.Reg.22,4,7.3.Reg.13,6†17,22 †18,36.4.Reg.13,5†20,5.2.Paral.32, 22†33,13.4.Es.15,7.Iud.4,8,12.Tob. 3,24.Psal.3,5†4,4†9,13†17,7†21,25 †33,7†49,15†54,17†117,5†119,1† 144,19. Prou.15,29. Eccli.4,9†21,6† 36,24,26†48,22.Isa.30,19†37,15,21 †55,7.Ier.29,12.Thren.3,56.Dan.13, 44.Ionæ 2,3.2ach.13,9.2.Mach.3,22. Ioan.9,31.Actor.10,4.
Orationes quorundam quare non exaudiat Deus, Deu.1,45†31,18.Iud.10, 1.1.Reg.8,18. Psal. 17,42.Pro.1,28† 15,29†21,13†28,9.Eccl.34,29,31.Isa. 1,15.Ier.7,16†11,11,14†14,12†15, 1.Ezech.8,18†14,16,20.Michææ 3,4. Zach.7,13.4.Esd.1,26.2.Mach.9,13. Ioan.9,31.Heb.12,17.Iac.4,3.
Orationum Sactorum exempla, Gen. 32,9.Exo.32,11,13.Nu.14,19.Deu.9, 26.3.Reg.8,15*.4.Reg.20,3.2.Par.6, 16*†14,14†20,6,12.1.Esd.9,6*.2.Es. 1*.Sa.9*.Eccli.23,2†36,1,11†51*.Baruch 1,17,21†2,6*.†3,1,9. Tob.3,1, 12†8,7†13, 1. Iudith 9,2†16*.Esther 14,3.Isa.33,2†37,16†64*.Ier.10,24† 17,13,14†18,19†32,16. Thre.5*.Da. 9,6†13,42.Ionæ 2*.Abac. 3*.3.Esd.8, 74.4.Esdr.3*.†6,38*.1.Mach.7,37.2. Mach.6,30. Actor.4,24.
ORDINIS sacramentum, Io. 20, 22. 1.Tim.4,14†5,22.2.Tim.1,6.Tit.1,5.
OREB & Zeb interficiuntur, Iu.7,27.
OSCVLVM pudicum, pacis & charitatis symbolum, Gen.29,13†45,14†48, 10†40,34.Exo.4,27. Lucæ 15,20.Act. 20,37.Roman.16,15.1.Cor.16,20.2. Cor.13,12.1.Thess.5,26.1. Pet.5,14.
OTIVM: vide Accedia.
OZIAS sacerdos recipit Achior in domum suam, Iudith 6,19.
præscribit Domini misericordiam tempus quinque dierum,7,23.
Ozias: vide Vsia.

P.

PACTVM cum quibus non sit ineundum, Exo.23,32†34,15.Deu.7, 3†20,13.3.Reg.20,36,42.
Pactum contra Dei voluntatem cum infidelibus initum, punitur, Iud.1,24,27 †3,5.3.Reg.20,34,41.2.Par.19,2.
Pactum init Deus cũ populo, Ge.17, 2,7.Exo.19,5.Deut.5,2.Ier.31,31,33.
Pactum init populus cum Deo, Ios. 24,25.4.Reg.23,3.2.Paral.15,12†23, 16.2.Esd.10,29.
PARENTVM officium, Gen.18, 19†21,19†24,2†25,6†34,4,29†49*. Exod.10,2†12,26†13,13,14†21,10. Leu.19,29.Nu.30,6.Deu.4,9†6,7,20 †11,19†21,19†22,15,19†32,46.Iosue 4,21.1.Reg.2,23†3,13.3.Reg.2,1.Iob 1,5.Psal.77,3.Pro.1,8†4,1†5,7†11, 29†13,24†19,18†20,7†22,6,15†23, 13†29,17. Eccli.4,23†7,25†8,11†17, 1†25,10†26,13†30,1,11†33,32†42, 5.Tob.1,10†4*.†10,13†14,5,11.1. Mach.2,49,64.2.Mac.6,24,28†7,20, 21,27.Dan.13,3.Matth.10,37.Eph.6, 4.Col.3,21.2.Tim.3,15.Tit.2,4.
PASCHAE festi institutio & celebratio, Exo.12*.†13,6†23,15†34,18. Leu.23,5. Num.9,2,11†28,17.Deut. 16,1,5.Ios.5,10.4. Reg.23,21.2.Par. 30,1,15†35,1.1. Esdr.6,19.3.Esdr.1, 10†7,10.Ezech.45,21.Matth. 26,19. Marc.14,12.Luc.22,7.
PASTORES, præceptores, & alij præfecti qua debeant esse solicitudine & cura in eos quos suæ fidei commissos

habent, Prou. 27, 25, 24. Sap. 6, 23, 26. Ezech. 34, 4*. Matth. 18, 12 †24, 45. Luc. 15, 4. Ioan. 10, 11*. † 15, 1*. † 17, 9, 11*. † 18, 8. Actor. 20, 22, 28, 31. Rom. 9, 2, 3† 12, 7, 8. 1. Cor. 4, 14. 2. Cor. 11, 28, 29. Galat. 3, 19.

PATIENS & longanimis est Deus, Gen. 6, 3. Exod. 34, 6. Num. 14, 18. Psal. 85, 15† 102, 8† 144, 8. Eccl. 8, 12. Isa. 30, 18. Ioel 2, 13. Ionæ 4, 2. Nahum 1, 3. Sap. 11, 24† 15, 1. Matt. 18, 27. Rom. 2, 4. 1. Tim. 1, 16. 2. Pet. 4, 9.

Patientia & longanimitas fidelium in omni genere afflictionum, Gen. 12, 4, 6. 2. Reg. 16, 10. Iob 1, 20† 2, 9† 7, 2. Pro. 3, 11 † 14, 29 † 15, 1 † 16, 32† 25, 15. Eccli. 1, 29† 2, 4. 4. Esd. 10, 15. Tob. 2, 8. 2. Mach. 6, 20† 7*. Matt. 5, 39. Rom. 5, 3 † 12, 12† 15, 4. 2. Cor. 6, 4. Gal. 5, 22. Ep. 4, 2. 1. Thess. 5, 14. 2. Thess. 1, 4, 7. 1. Ti. 6, 11. 2. Tim. 2, 3, 12. 1. Pet. 1, 6† 2, 19† 3, 14, 17† 4, 1. 2. Pet. 1, 6. Heb. 10, 36† 11, 25† 12, 1. Iacobi 5, 7.

Impatientia & eius punitio, Exod. 14, 11† 15, 24† 16, 2, 7† 17, 2. Nu. 11, 1, 10 † 14, 1, 28† 21, 6. Iob 3, 1. Eccl. 2, 16.

PAVPERES: vide Eleemosyna.

PAVLVS Iudæus ex tribu Beniamin, Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. natus & eductus Tarsi, Act. 22, 3. persequitur Christianos, 9, 1. Gal. 1, 13. 1. Tim. 1, 13. conuersio eius singularis, Actor. 9*.

Paulus doctor gentium, Rom. 11, 13 † 15, 16. Gal. 2, 2, 8. 1. Tim. 2, 7. 2. Tim. 1, 11. prædicat Antiochiæ, Act. 13, 16*. Iconiæ, 14, 1. Lystri, 14, 6, 13. Thessalonicæ, 17, 1. Beroeæ, 17, 10. Athenis, 17, 22, 28. Corinthi, 18, 1. vocatur in Macedoniam, Act. 16, 9. capitur, 21, 27. deducitur Cæsaream, 23, 23, 30. vehitur Romam, 27*. 28*. astitur Neroni, 2. Timoth. 4, 22.

Paulus nemini voluit esse oneri, Act. 20, 33. 2. Cor. 11, 9, 11† 12, 13. 1. Thess. 2, 9. 2. Thess. 3, 8. vocabatur olim Saulus, Actor. 7, 59† 9, 1† 13, 1.

PAX quædam temporalis, quædam æterna, Gen. 13, 6, 8† 26, 22† 45, 24. Le. 26, 6. Num. 6, 27. Ier. 29, 7. Eccli. 25, 2† 28, 15, 19. Matth. 5, 9. Mar. 9, 50. Lucæ 14, 32. Acto. 9, 31. Rom. 12, 18. 1. Cor. 14, 33. Ephes. 4, 3. 2. Tim. 2, 22. 1. Pet. 3, 11. Heb. 12, 14. Iac. 3, 18. Apoc. 6, 4.

Pax interna qualis est inter Deum & eius amicos, Isaiæ 2, 4† 9, 6† 11, 6, 7† 66, 12. Osee 2, 14, 20. Mich. 4, 3. Zach. 9, 10. Luc. 2, 14† 24, 36. Ioan. 14, 17† 16, 33† 20, 19. Actor. 10, 36. Rom. 5, 1. Ephes. 2, 14. Phil. 4, 7.

Pacem & misericordiam promittunt mendaces prophetæ, Ierem. 6, 14† 8, 8, 12† 14, 13 † 23, 16. Ezech. 13, 10, 16. Mich. 3, 5. 1. Thess. 5, 3.

PECCATI origo, Genes. 2, 17† 3, 6. Rom. 5, 12. 1. Cor. 15, 21.

Peccatum originale, Iob 14, 4† 15, 14. Psal. 50, 7. Rom. 3, 9, 23† 5, 12*. effectus eius, Gen. 8, 21. Eccli. 17, 30. Rom. 5, 12, 17† 6, 23† 7, 8, 11, 13, 17*. Galat. 5, 17. Ephes. 2, 3. tollitur eius reatus per Christum, Ioan. 1, 29. Rom. 3, 23, 24† 5, 9, 15, 17, 18, 19† 6, 3† 7, 24† 8, 1, 2. Gal. 3, 22. Ephes. 2, 5.

Peccatum solus Deus propria auctoritate remittere potest, Exod. 34, 7. Psal. 18, 13† 31, 5† 102, 12. Isaiæ 43, 25† 44, 22† 55*. Ierem. 31, 34† 33, 8. Mich. 7, 18. Matt. 9, 2. Mar. 2, 5. Lucæ 5, 20† 7, 48.

Peccatum Sacerdos remittit auctoritate diuina, Matth. 18, 18. Ioan. 20, 23.

Peccatum remittitur per Christum, Isa. 53*. Dan. 9, 24. Matt. 1, 21† 9, 2† 11, 28† 20, 28 † 26, 27. Marc. 2, 5. Luc. 24, 46. Ioan. 1, 29. Act. 2, 38† 4, 12† 10, 35, 43† 13, 38. Rom. 4, 25† 5, 9. 1. Cor. 6, 11 † 15, 3. 2. Cor. 5, 21. Gal. 1, 4. Col. 1, 14. Eph. 1, 7† 5, 2. 1. Tim. 1, 15. Tit. 2, 14. 1. Pet. 1, 18† 2, 14† 3, 18† 4, 1. Heb. 1, 3† 9, 12, 14. 1. Ioan. 1, 7† 2, 12† 3, 5. Apoc. 1, 5.

Peccatum in Spiritum sanctum, Mat. 12, 31. Marc. 3, 28. Luc. 11, 15† 12, 10. Heb. 6, 6† 10, 26. 1. Ioan. 5, 16.

Peccatum vindictam clamans, Gen. 4, 10† 18, 20. Exod. 22, 23, 27. Eccl. 35, 18. Iac. 5, 4.

Peccanti in nos fratri condonandum: vide Remittendum.

propter Peccatum vnius aut paucorum puniuntur multi, Gen. 3*. Nu. 16, 20*. Iosue 7*. Iud. 19, 25. 2. Reg. 24*.

Peccatum contra naturam, Gen. 19*. Iud. 19, 22*. Leu. 20, 13. Rom. 1, 27. 1. Cor. 6, 10. 1. Tim. 1, 10.

Peccatum ex ignorantia, Leu. 4, 2† 5, 15. Num. 15, 27. Lucæ 23, 34. Ioan. 9, 41† 15, 24. Actor. 3, 17. 1. Tim. 1, 13.

Peccatum ex malitia & data opera, Num. 15, 30. Eccli. 10, 14. Matt. 28, 13. Io. 11, 49. Act. 4, 18. Heb. 6, 5† 10, 16.

Peccatorum confessio: vide suprà Confessio.

Peccatum non solùm non imputatur, sed etiá verè remittitur, & anima abluitur ac mundatur, Psal. 50, 12. Actor. 2, 38. 1. Cor. 6, 11. 2. Pet. 1, 9. 1. Ioan. 1, 9.

PECVLIVM Dei eius populus, Exod. 19, 5. Deu. 7, 6† 14, 2. Ioan. 1, 11. Ephes. 1, 14. 1. Pet. 2, 9.

PEDVM Iotio: vide suprà Lotio.

PEREGRINIS benefaciendum est, Gen. 18, 2. Exod. 22, 21† 23, 9. Leu. 19, 33† 23, 22. Nu. 15, 14. Deut. 10, 18 † 14, 21 † 24, 14, 17† 26, 11. Ezech. 22, 29† 47, 21. Zach. 7, 10.

Peregrini sumus & aduenæ in hac vita, Gen. 15, 13† 23, 4† 47, 9. 1. Paral. 29, 15. Psalm. 38, 13 † 118, 19. 2. Cor. 5, 8. Phil. 3, 20. Heb. 11, 13. 1. Pet. 2, 11.

Peregrinationes pietatis gratia susceptæ sunt vtiles, 3. Reg. 8, 41. 4. Re. 5, 10.

PERIVRII & falsi crimen, Exod. 8, 8, 15, 28. Leuit. 5, 4. 1. Reg. 19, 6*. 3. Reg. 8, 31. Ie. 7, 9. Zach. 5, 3. Mal. 3, 5. 1. Mach. 6, 62† 7, 15, 18† 11, 53† 13, 16, 19. 2. Mach. 4, 34† 12, 3. Matth. 26, 72. 1. Tim. 1, 10.

PERSAE inuadunt Babylonē, Dan. 5, 28. iuxta prophetiam Isaiæ, 21, 9. Ier. 51, 8, 11, 41, 55.

PERSEVERANTIA, Ge. 19, 17, 16. Iob 2, 3. Pro. 3, 3† 23, 17. Ezec. 18, 24† 33, 13. Eccl. 2, 2† 11. 11† 35, 9. Mat. 10, 22† 15, 22† 24, 13. Lucæ 9, 54. Ioan. 6, 62. Act. 2, 42† 11, 23† 13, 43† 14, 21. Heb. 3*. 2. Pet. 2, 20. 1. Ioan. 2, 24. Apo. 2, 26.

PERSECVTIO: vide Crux.

PERSONARVM acceptio illicita, nec Deus personam respicit, Leuit. 19, 15. Deu. 1, 17† 10, 17† 17, 2. 1. Reg. 16, 7. 2. Par. 19, 7. Sap. 6, 8. Iob 34, 19. Pro. 18, 5† 24, 23† 28, 21. Eccli. 35, 15, 16. Isaiæ 11, 3. Malac. 2, 9. Matth. 22, 16. Mar. 12, 14. Lucæ 20, 21. Actor. 10, 34. Rom. 2, 11. Galat. 2, 6. Eph. 6, 9. Col. 3, 25. 1. Petri 1, 17. Iac. 2, 9.

PETERE: vide Orare.

PETRVS à Christo vocatur, Matt. 4, 18. confitetur Christum, 16, 16. appellatur Simon, 4, 18† 10, 2. Ioan. 20, 2. appellatur Cephas, Ioan. 1, 42. 1. Cor. 1, 12† 3, 22† 9, 5. Galat. 2, 9. appellatur Simon Bar-Iona, & Simon Ioannis, Matt. 16, 17. Ioan. 21, 15. negat Christum, & de negatione facta pœnitentiá agit, Matt. 26, 69, 70, 72, 75. prædicat, & loquitur, Act. 1, 16† 2*. † 3, 12*. † 4, 1† 10, 34. sanat claudum, 3, 4. conijcitur in carcerem, 12, 3.

Petrus primus Apostolorum, Matth. 10, 2† 16, 18† 16, 24*. Lucæ 22, 31*. Io. 21, 17*.

PHACEE filius Romeliæ, postquam occidit Phaceiam, fit rex Israel, 4. Reg. 15, 25, 27. pugnat contra Ierusalem, Isa. 7, 1. occidit de Iuda centum viginti millia virorum vno die, 2. Par. 28, 6.

PHACEIA filius Manahem fit rex Israel, 4. Reg. 15, 22, 23.

PHANVEL turris subuertitur à Gedeone, occisis habitatoribus ciuitatis, Iud. 8, 8, 13, 17.

PHARAO affligitur propter Saram vxorem Abraham, Genes. 12, 17.

Pharao somnia videt, Gen. 41, 1. quæ ei à Ioseph explicantur, 41, 25.

Pharao Israelem opprimit seruitute, Exod. 1, 8*. submergitur cum omni suo exercitu, 14, 24, 28.

Pharaonis filiam accipit Salomon vxorem, 3. Reg. 3, 1.

Pharao Nechao capit regem Ioachaz, 4. Reg. 23, 34.

PHARISAEVS inuitat Christum, Lucæ 7, 36.

Pharisæus & Publicanus orant simul in templo, Lucæ 18, 10.

Pharisæi grauiter increpantur, Matth. 3, 7† 7, 1† 16, 4† 23*. Ioan. 8, 44. Actor. 7, 51† 23, 3. Phil. 3, 2.

PHASSVR percutit Ieremiam prophetam, Ieremi. 20, 2.

PHEGIEL dux tribus Aser, Num. 1, 13.

PHIGELVS & Hermogenes auertuntur à Paulo, 2. ad Tim. 1, 15.

PHILIPPVS vocatur à Christo, Ioan. 1, 43. recensetur inter Apostolos, Matth. 10, 3. cupit videre Patrem, Ioan. 4, 8.

Philippus diaconus eligitur, Act. 6, 5. prædicat in Samaria, Acto. 8, 5. baptizat Æthiopē eunuchum, Acto. 8, 37. suscipit Paulū & socios eius hospitio, Act. 21, 8.

PHILISTHAEI persequuntur Israelem, Iud. 3, 3† 10, 7† 15, 9. 1. Reg. 4*. † 5*. † 13, 5 † 17*. † 23, 1† 28, 1† 29, 1† 31, 1. 2. Reg. 5, 17, 22† 21, 15, 18.

Philisthæi cæduntur, Iu. 3, 31. 1. Reg. 7, 11† 13, 3† 14*. † 17, 50† 18, 27† 19, 8 † 23, 5. 2. Reg. 5, 24† 8, 1. 4. Reg. 18, 8.

contra Philisthæos: vide Isa. 14, 29. Ierem. 47, 1. 4. Ezech. 25, 15. Amos 1, 6. Sophon. 2, 5. Zach. 9, 6.

PHINEES filius Eleazari, Exod. 6, 25. Iud. 20, 28. placat Deum zelo suo, Num. 25, 7, 12. Psalm. 105, 30. mittitur in terram Galaad, Ios. 22, 13.

Phinees filius Heli, 1. Reg. 1, 3. perijt propter sua peccata, 4, 11.

PHVL rex Assyriorum copias adducit contra Ierusalem, 4. Reg. 15, 19.

PIETAS: vide Bona opera.

PIGNVS salutis nostræ est Spiritus sanctus, Rom. 8, 16. 2. Cor. 1, 22† 5, 5. Ephes. 1, 13† 4, 30.

PIGRITIA: vide Acedia.

PILATVS & Herodes fiunt amici, Luc. 23, 12.

Pilatus Christum innocentem morti addicit, Matthæi 27, 26. Ioan. 19, 16.

PLAGA Dei seu vindicta, Exod. 7*. 8*. 9*. 14*. 4. Reg. 8, 28. 2. Par. 6, 28. Psalm. 77, 44† 104, 27. Ierem. 15, 2.

POENA peccati non statim vniuersa remittitur remissa culpa, Num. 14, 20, 22, 23. 2. Reg. 12, 13, 14*. † 24*. 1. Paral. 21*.

POENITENTIA & satisfactio pro peccatis, Psalm. 6, 7. Matt. 3, 8. Luc. 3, 8. Actor. 2, 38† 8, 22. 2. Cor. 7, 10.

Pœnitentia prædicatur, Ier. 7, 3. Mat. 3, 2† 4, 17. Luc. 3, 3, 8† 13, 3† 24, 47. Actor. 2, 38 † 3, 19† 8, 21† 17, 30† 20, 22† 26, 20.

Pœnitentiæ veræ & non fictæ, promissa est venia, Deuter. 4, 29 † 30, 2. 1. Reg. 7, 3. 2. Par. 7, 14† 20, 6† 34, 26. Iob 22, 23. Prou. 28, 13. Psalm. 31, 5. Eccli. 17, 23. Isa. 1, 16 † 30, 18† 45, 22† 55, 7 † 59, 20. Ie. 3, 10, 17† 18, 8† 29, 12† 31, 18, 20. Ezech. 18, 21, 27† 33, 14. Osee 14, 2. Ioel. 2, 12. Ion. 3, 8. Zac. 1, 4. Mal. 3, 7. Luc. 15, 18. Act. 3, 19† 26, 18, 20.

Pœnitentia agenda est dum sani sumus, Eccli. 17, 24† 18, 25.

Pœnitentiæ veræ exempla, Iud. 10, 15. 2. Reg. 12, 13† 24, 10, 17. 2. Par. 12, 6† 33, 12. Ionæ 3*. Iudith 4, 8. Mat. 26, 75. Luc. 7, 37, 44† 15, 18† 18, 13† 19, 8† 22, 62† 23, 41. Actor. 2, 37.

Pœnitentiæ falsæ exempla, Gen. 4, 13 † 27, 38. Exod. 8, 8† 9, 27† 10, 16. Ios. 7, 20. Iud. 1, 7. 1. Reg. 15, 24, 30† 24, 19. 3. Reg. 13, 6† 21, 27. Sap. 5, 3. 1. Mach. 6, 12. 2. Mach. 9, 12. Matt. 27, 4. Actor. 8, 13, 23. Heb. 12, 17.

PRAEDICATORES: vide Concionatores.

PRAEFECTI: vide Superiores & Paores.

PRECARI: vide Orare.

PRIMITIAE fructuum debentur Deo eiusque Sacerdotibus, Exod. 23, 19 † 24, 26. Leu. 23, 10. Num. 18, 13. Deu. 18, 4† 26, 2, 10. 2. Par. 31, 5. 2. Esd. 10, 35, 37. Pro. 3, 9. Tob. 1, 7.

PRIMOGENITA omnia Ægyptiorum moriuntur, Exod. 12, 29. Psalm. 77, 51† 134, 8† 135, 10.

Primogenitum omne Deo consecratur, Exod. 13, 2† 22, 29† 34, 20. Leu. 27, 26. Num. 3, 13† 8, 17. Deut. 15, 19. 1. Reg. 1, 24. Luc. 2, 23.

Primogenitorum iura, priuilegia, & prærogatiuæ, Gen. 25, 32 † 49, 3. Deut 21, 15. 2. Paral. 21, 3.

Primogeniti aliquando à Deo reijciuntur, Gen. 48, 17† 49, 4. Rom. 9, 13.

PRODITIO, & eius punitio, Ge. 37, 23. Iud. 1, 24. 1. Reg. 23, 19. Isaiæ 22, 15. 2. Mach. 3, 4 † 4, 1 † 10, 20† 13, 21. Matth. 26, 14, 47.

PROMISSIO: vide Votum.

Promissiones Dei cum conditione fiunt, Deut. 19, 8† 28*. † 33, 4. Leu. 26*. 1. Reg. 2, 30. Ezech. 18*. † 33, 15, 19. Marc. 16, 16. Ioan. 3, 16, 36† 6, 47† 8, 31† 13, 17† 15, 7, 14. Rom. 8, 17. Col. 1, 23. Heb. 3, 14. 2. Pet. 1, 4. Apoc. 2*. † 3*. † 21, 7.

PROPHETAE: vide Concionatores.

PROVIDENTIA: vide Dei gubernatio & prouidentia.

PSEVDOPROPHETAE, & eorum punitio, & quòd non sint audiendi, Deut. 12, 1 † 18, 20. 3. Reg. 13, 11† 18, 40† 22, 6, 10. 4. Re. 10, 19. Pro. 28, 10. Isa. 3, 11† 28, 7† 56, 10. Ier. 14, 13, 15† 23*. † 27, 9 † 28*. † 29, 8, 21, 25. Ezech. 13*. † 14, 9† 22, 25 † 34, 2, 8, 18. Amos 7, 10. Mich. 3, 5. Zach. 13, 2. Mat. 7, 15† 24, 11. Lu. 12, 1. Act. 20, 29. 1. Cor. 15, 12. Pet. 2, 1. Col. 2, 8. 1. Tim. 4, 1. 2. Ti. 1, 17† 3, 1. 2. Pet. 2*. 1. Io. 4, 1. Iud. 4, 8*.

Pseudoprophetæ habentur qui currunt antequam per ordinariam potestatem mittantur, Ierem. 14, 14† 23, 32† 27, 15. Ezech. 13, 6.

PTOLEMAEVS oppugnatur ab Antiocho, 1. Mach. 1, 19. inijt amicitiá cum Alexandro filio Antiochi, 10, 51. pugnat cum Alexandro, & moritur, 11, 1, 18.

Ptolemæus Macer veneno vitá suam finiuit, 2. Mach. 10, 12, 13.

PVBLIVS suscipit hospitio Paulum, Actor. 28, 8.

PVRGATORIVM, id est, locum vbi sunt animæ, quæ viuorum precibus & operibus iuuari possunt, & purgantur, esse confirmatur, 2. Mach. 12, 43, 46*. Matth. 5, 25† 12, 32. 1. Cor. 3, 16. Phil. 2, 10. 2. Tim. 1, 18. 1. Ioan. 5, 16. Apoc. 5, 3, 13.

Q.

QVADRAGESIMALIS ieiunij exempla, Moyses, Exo. 24, 18† 34, 28. Deuter. 9, 9, 18. Elias, 3. Reg. 19, 8. Christus, Matt. 4, 2. vide Ieiunium.

QVAESTIONES inutiles quæ sunt vitandæ, Genes. 3, 1, 6. Prou. 25, 27. Eccles. 7, 11. Eccli. 3, 21. Matt. 24, 3. Ioan. 6, 52† 21, 21. Acto. 1, 6. 1. Tim. 1, 4† 6, 3. 2. Tim. 2, 16. Tit. 3, 9.

QVIESCENDVM à peccatis, Rom. 6, 6*. Galat. 2, 18.

Quies continget populo Dei, He. 4, 9.

Quietem & pacem certam consequetur iustus, Sap. 3, 3† 4, 1. Isa. 57, 2. Lu. 16, 22. Apoc. 14, 13.

Quietem inuenire animæ suæ, Ier. 6, 16. Matth. 11, 29.

R.

RABBA obsidetur, 2. Reg. 11, 1 † 12, 26. 1. Par. 20, 1.

RABSACES Sennacherib archipincerna, 4. Reg. 18, 17. Isa. 36, 37.

RACHEL parcit oues patris sui, Genes. 29, 9. traditur Iacob in vxorem, 29, 29. clàm tollit idola patris sui, 31, 19. ob difficultatem partus periclitatur, 35, 17.

RAHAB exploratores missos in vrbem Iericho, excipit hospitio, Iosue 2, 1. Iac. 2, 25. seruatur cū suis, Ios. 6, 17, 23. Rahab vxor Salmon, 1. Paral. 2, 11. Matth. 1, 5.

RAPHAEL angelus Domini medicus & dux Tobiæ, Tob. 5, 5† 6*. † 12, 12.

RATIONEM Deo quisque pro se redditurus est, Matth. 12, 36† 18, 23† 25, 31*. Rom. 14, 12. 2. Cor. 5, 10.

RAZIAS Iudæus gladio se interimit, 2. Mach. 14, 37, 41.

RAZON aduersarius Israelis, 3. Reg. 11, 23.

REBECCA filia Bathuelis, Genes. 22, 23. vxor Isaac, 24, 50. parit geminos, 25, 24.

RECHAB pater Ionadab amici Iehu regis Israel, 4. Reg. 10, 15.

REDIMERE nouit Deus suos multis modis ex angustia, Genes. 19*. Exod. 14*. † 18, 8. 1. Reg. 23, 14, 26. 4. Reg. 7*. 2. Par. 18, 31† 20, 24. 1. Esd. 8, 22. Psal. 49† 90, 9. Esther 7, 5. Isa. 41, 10 † 43, 1. Da. 3, 91† 6, 21, 23. 2. Petri 2, 9.

REFVGII ciuitates, Exod. 21, 13. Num. 35, 11. Deut. 4, 41† 19, 2, 7. Iosue 20*. 5. Reg. 1, 50† 2, 28.

REGENERATIO: vide Homo.

Regeneratio est immutatio carnis in spiritum, Ioan. 3, 5. carnalium affectionum in spiritalem affectum, Rom. 8, 5, 13. infidelitatis in fidem, Io. 1, 12. Gal. 3, 26. 1. Ioan. 5, 1. innouatio mentis per Spiritum sanctum, Tit. 3, 5. Gal. 4, 6. atque adeò carnalis naturæ in diuinam naturam, 2. Petri 1, 4. Col. 2, 11. vt qui mali fuimus, sanctificemur, 1. Cor. 6, 11. Ephes. 5, 8.

Regenerati interius, etiam exterius in nouitate vitæ ambulabunt, Rom. 6*. † 7, 6† 12, 1. Eph. 4, 22. Col. 3, 9. 1. Cor. 5, 7. 2. Cor. 5, 15, 1. Petri 4, 1.

REGES quid facere, quidve fugere debeant, Deut. 17, 19. 1. Reg. 8*. 3. Reg. 2, 2† 10, 9. 2. Paral. 9, 1† 19, 5. Sap. 6*. † 9*. Iob 34, 30. Psalm. 2, 10† 100*. Prou. 14, 28† 19, 12† 20, 8, 26† 28, 15† 29, 4, 14† 31, 4. Ierem. 22, 2. vide Superiorum officium.

REGNVM Dei vim patitur, Matt. 11, 12. Luc. 16, 16. Gal. 5, 16. Apoc. 2*. † 3*. † 21, 7.

Regnum Dei spirituale, internum & æternum, Genes. 49, 10. Num. 24, 17. 1. Reg. 2, 10† 7, 9, 10. 1. Par. 18, 11† 29, 2, 4. Psalm. 2, 2, 6 † 9, 8† 21, 28† 44, 7† 71, 1† 109*. † 144, 11. Isa. 9, 6† 11*. † 32, 16† 40, 9† 42, 1. Ierem. 23, 5, 6† 33*. Ezech. 34, 23† 37, 24. Dan. 2, 44† 4, 33† 7, 14, 27† 9, 24, 25. Osee 3, 5. Mich. 4, 1, 4† 5, 1. Zach. 9, 9. Matth. 13*. Luc. 1, 28 † 12, 31, 32† 22, 29 † 23, 2. Ioan. 6, 14† 12, 14, 34† 18, 33, 36. 1. Tim. 1, 17. Heb. 1, 8† 2, 9.

RELINQVENTES omnia propter Christum, centuplū recipient, Matt. 19, 29. Marc. 10, 29. Luc. 18, 29.

RELIQVIAE & vestes sanctorum quam vim à Deo habeant quidque per eas operetur Deus, vt pallium Eliæ, 4. Reg. 2, 14. ossa Elisæi, 4. Re. 13, 21. fimbria Christi, Matt. 9, 20† 14, 36. sudaria Pauli, Act. 19, 12. vmbra Petri, Act. 5, 15.

REMITTENDVM proximo in nos peccanti, Eccli. 28, 8. Matth. 5, 23† 6, 13† 18, 22, 35. Lucæ 17, 3. Ephes. 4, 32. Col. 3, 13.

REPVDII libellus, Deut. 24, 1. Isa. 50, 1. Ier. 3, 3. Malach. 2, 16. Matt. 5, 30. †19, 7. Marc. 10, 4.

RESPHA cõcubina Saul, ad quam ingressus est Abner, 2. Reg. 3, 7.
custodit corpora eorum qui in crucem sublati erant, 21, 10.

RESVRRECTIO mortuorum, & carnis ad gloriam facta mutatio, Exo. 3, 6. Iob 14, 15† 19, 26† 21, 30. Isa. 26, 19†66, 14. Ezech. 37, 1, 9. Dan. 12, 12. Ionæ 2, 11. Soph. 3, 8. 4. Esdr. 2, 16†14, 35. 2. Mach. 7, 9, 14, 23. Matt. 22, 23, 31. Luc. 20, 35. Ioan. 5, 21, 28, †6, 39 †11, 24. Act. 24, 15. 1. Cor. 15*. 2. Cor. 4, 14†5*. Col. 3, 4. Phil. 3, 21†4, 3. 1. Thess. 4, 13, 16. 2. Ti. 2, 11. Ap. 20, 12.

REVELATIONES & visiones, Iosue 5, 13. 4. Reg. 17, 9. 2. Mach. 3, 24† 5, 2† 10, 29† 11, 8. vide Apparitiones.

ROBOAM filius Salomonis, rex Iudæ constituitur, 3. Reg. 12, 1. deficit Israel à Roboam ad Ieroboam, 12, 19. præcipit ei Deus ne pugnet contra Israel, 2. Paral. 11, 2. oppugnatur à Sisac rege Ægypti, 12, 2, 9.
moritur, 3. Reg. 14, 31. regnat Abiam filius eius pro eo, 15, 1.

ROMANI cum Iudæis pacis & societatis fœdera ineunt, 1. Mach. 8, 44, 17, 27† 12, 1† 14, 17, 20.
Romanorum Gētilium laus, 1. Mach. 8, 2, 9.
Romanorum Christianorum laus, Rom. 1, 8.
Romanos destructuros Ierusalem & templum Domini, Nu. 24, 24. Isa. 5, 26 †6, 11. Dan. 9, 26† 11, 30, 31. Luc. 19, 41† 21, 20. Ioan. 11, 48.

RVBEN primogenitus Iacob nascitur, Genes. 29, 32. violat thorum patris sui, 35, 22. dantur ob id primogenita eius filiis Ioseph, 49, 4. 1. Par. 5, 1. nititur fratrem suum Ioseph liberare, Gen. 37, 21, 22, 29.
dicit patri, Duos filios meos interfice, si non reduxero Beniamin, 42, 37. filij Ruben primò requies datur, Num. 32*. Deut. 3, 12† 29, 8. Iosue 1, 12† 13, 23. cæduntur, 4. Reg. 10, 33. transferuntur ad terrā Assyriorū, 15, 29 1. Par. 5, 26.
secundùm prophetiam, Genes. 49, 4. ædificant altare, Iosue 22, 10. dimicauerunt contra Agarenos, 1. Par. 5, 19.

RVTH Moabitis, Ruth 1, 4. accipit eam vxorem Booz, & parit Obed, 4, 13. 1. Par. 2, 12. Matth. 1, 5.

S.

SABBATVM, Genes. 2, 2. Exod. 16, 23† 20, 8† 23, 12† 31, 14, 17† 34, 21 †35, 2. Leu. 19, 3† 23, 3, 15† 25, 4. Num. 15, 32† 28, 9. Deu. 5, 12. Isa. 56, 2, 4† 58, 13† 66, 25. Ier. 17, 21, 27. Ezech. 20, 12 †22, 8. 2. Esd. 13, 16, 22. 1. Mach. 1, 47 †2, 33, 41. 2. Mach. 15, 1. Mat. 12, 1, 10. Marc. 2, 23† 3, 2† 6, 2. Lucæ 4, 16, 31† 6, 1† 13, 11, 14† 14, 1. Io. 5, 10† 7, 22† 9, 14. Actor. 13, 14, 27, 44† 15, 21† 18, 4† 20, 7. 1. Cor. 16, 2. Heb. 4, 4, 10.

SACERDOTES Legis, & horum munus, Exod. 29, 44† 30, 7. Leu. 10, 1, 6, 9† 21*. 7† 22*. †24, 3. Num. 3, 10† 4, 5, 11† 10, 8† 18, 1, 7. Deut. 21, 5. 1. Reg. 2, 28, 35. 1. Paral. 6, 49. 2. Paral. 26, 17. Ezech. 44, 15, 20. Heb. 5, 7† 10, 11.
Sacerdotum multitudo in veteri Lege, 1. Paral. 23, 3. vbi numerantur 38000.
Sacerdotum Legis indumenta, ornamenta, & ordinatio, Exod. 28*. †29, 1† 39, 1† 40, 12. Leu. 8, 1, 8.
Sacerdotibus Legis assignabatur necessaria vitæ sustentatio, Exod. 29, 26. Leuit. 2, 3, 10† 5, 13† 6, 9, 19† 7. 6, 32† 10, 13† 24, 9. Nu. 3, 48† 5, 9† 18, 8, 11, 28. Deut. 18, 1. 1. Reg. 2, 28. 4. Reg. 12, 16. 1. Par. 6, 54. 2. Par. 31, 4. 2. Esd. 10, 36. Eccli. 45, 25.
Sacerdotes mali, & eorum punitio, Num. 16*. 1. Reg. 2, 22*. †3, 13. 9 Reg. 2, 26. Isa. 3, 11. Ie. 2, 5† 8, 7. Ose 4, 6, 9 †5*. Mal. 1*. †2, 1, 8. 1. Mac. 7, 5, 9, 21.
Sacerdos, non Lex aut Scriptura sola, est iudex quæstionum exorientiū, Deut. 17, 9, 12. Malach. 2, 7.
SACRIFICIVM noui Testamēti appellatur luge sacrificium, Dan. 11, 31 †12, 11. celebrabitur donec veniat Dominus, 1. Cor. 11, 26. quære Missæ sacrificium, & Oblatio.
SADDVCAEI negant mortuorum resurrectionem, Matth. 22, 23. Act. 4, 1† 23, 8.
SALMANASAR rex Assyriorum egreditur primò contra Samariam, & transfert Israel cum Ozee rege in Assyrios, 4. Reg. 17, 6. secundò capit Samariam, 18, 9.
SALOMONIS filij Dauidis nativitas promittitur, 2. Reg. 7, 12.
nascitur, 2. Reg. 5, 14† 12, 24. vngitur in regem super Israel, 3. Reg. 1, 33. Dominus apparuit ei per somnium nocte in Gabaon, à quo sapientiā postulat, 3, 5, 9. 2. Par. 1, 7. dirimit litem meretricum, 3. Reg. 3, 16, 24. de eius sapientia, magnitudine diuitiarum, potestate & ministris, 2. Par. 9, 3. init fœdus cum Hiram rege Tyri, 3. Reg. 5, 12.
postquam ædificauit templum, dedit Hiram viginti oppida, 9, 11. venit ad eum regina Saba, 10, 1. Matt. 12, 42. Luc. 11, 31. ædificauit phanum Chamos idolo Moab in monte, 3. Reg. 11, 7.
Chananæos facit sibi tributarios, 1. Paral. 8, 7. vngitur secundò in regem, 2. Par. 29, 22. moritur, 3. Reg. 11, 43. succedit ei filius Roboam, 14, 21.
SALVS: vide Beatitudo.
SAMARIA, quæ postea metropolis fuit decem tribuum Israel, extruitur, 3. Reg. 16, 17. obsidetur à Syriis, 4. Reg. 6, 24. obsidetur ab Assyriis vsque ad tertium annum: capitur, & abducitur populus, 4. Reg. 17, 5.
contra Samariam propheratur, Isa. 7, 30† 9, 7. Ezec. 23*. Ose 8*. †13*. Amos 3, 12. Mich. 1, 5.
Samaria nolebat recipere verbū Dei, Luc. 9, 52. recipit verbum Dei, Act. 8, 5.
Samaritanus miseretur vulnerati, Luc. 10, 33.
Samaritana loquitur cū Christo apud puteum, Ioan. 4, 7.
SAMSON nascitur, Iud. 13, 24. iuxta promissionem angeli, 13, 3. vxorem accipit in Thamnata, & dilacerat leonem, 14, 1, 5, 10.
nocet Philisthæis, eisque vim infert, 15, 4, 8. moritur, 16, 29, 30.
SAMVEL, 1. Reg. 1, 20. adducitur ad domum Domin in Silo, 1, 24. vocatur à Domino, 3, 4, 10. congregat vniuersum Israel in Masphat, & clamat ad Dominū pro Israel, 7, 5, 9. posuit filios suos Iudices Israel, 8, 1. probat se innocentem, 12, 3. interficit Agag, 15, 33.
Dauid regem vngit, 16, 13. moritur, 25, 1. prophetat Sauli post mortē, 28, 15, 16. Eccli. 46, 23. laudatur, Eccli. 46, 16.
SANABALLAT præfectus Samariæ conatur impedire templi ædificationem, 2. Esd. 2, 10.
SANCTVS est Deus, Isa. 6, 3. Apo. 4, 8.
Sancti & mundi esse debemus, Leuit. 11, 44† 19, 2† 20, 7, 26† 21, 6. Deut. 26, 19. Ephes. 5, 26. 1. Thess. 4, 3. 1. Pet. 1, 16. qui sanctus, sanctificetur adhuc, Apoc. 22, 11.
Sanctum Domini, Exod. 35, 2. Leuit. 16*. Psal. 113, 2. Matth. 7, 6. Luc. 1, 31.
Sancti pro nobis orant, Ier. 15, 1. 2. Mach. 15, 14. Apoc. 5, 8† 8, 3. propter eorum preces & merita multa nobis largitur Deus, quamuis illi vita functi sint, Genes. 26, 5, 24. Exo. 32, 13, 14. 3. Reg. 11, 12, 13, 32, 34† 15, 4, 5. 4. Regum 19, 34† 20, 6. Iſa. 37, 35. Eccli. 44, 24.
Sanctos oramus sine iniuria Mediatoris, vt pro nobis orent, sicut & petimus ab aliis hominibus preces, vt Paulus Ro. 15, 30. Coloss. 4, 3. Eph. 6, 19. 1. Thess. 5, 25. 2. Thess. 3, 1. Heb. 13, 18. Nec mirum Sanctos nostras preces cognoscere: quia sunt sicut angeli Dei, Matth. 22, 30. Luc. 15, 10. & offerunt Deo nostras preces, Tob. 12, 12. Apoc. 5, 8† 8, 3. Nec huic contrarium est, quòd Deus solus est inspector cordis, quia & homines cognouerunt secreta cordium Deo reuelante, Dan. 2, 29. 4. Reg. 5, 26† 6, 12.
Sanctorum ministerio aliquando tribuitur quod soli Deo præcipuè conuenit, Matt. 18, 16, 18. Ioan. 20, 13. Rom. 11, 14. 1. Cor. 9, 20, 21. 1. Timot. 4, 16, Iacob 5, 19. vide titulum, Deo soli attributa, &c.
in Sanctorum memoriā Deum orare, docent nos maiorum exempla, Genes. 31, 9† 48, 16. Exod. 32, 13. Deut. 9, 27. 3. Reg. 18, 36. 1. Par. 29, 18. 2. Paral. 5, 42. Tob. 7, 15. Esther 13, 15† 14, 18. Isa. 63, 17. Dan. 3, 35.
Sancti sunt cum Christo in cælis regnantes, Ioan. 12, 26† 17, 24. 2. Cor. 5. 8. Phil. 1, 23. Apoc. 5, 21† 7, 9† 14, 13.
Sancti etiam vita defuncti rectè à nobis laudantur, Eccli. 44*. Ioan. 12, 26.
in Sanctis suis Deus laudatur, Psalm. 150, 1.
Sancti iudicabunt: quære Iudicabunt.
Sancti faciunt miracula, vt Moyses & Aaron, Exo. 7† 8† 9† 10† 11. Elias excitat puerum mortuum, 3. Re. 17, 22. claudit cælū ne pluat, 17, 1. Iacobi 5, 17. aperit clausum, 3. Reg. 18, 41, 45. Iacobi 5, 18.
Eliæ pallium diuidit aquas, 4. Re. 2, 8, 14. Elisæus excitat puerū viduæ mortuū, 4. Re. 4, 35. sanat aquas missō in eas sale, 2, 21, 22. oleum multiplicat, 4, 6. mittit farinam in ollam, 4, 41. Naaman Syrum

Syrum sanat, 5, 14. facit natare ferrum, 6, 6. Elisæus mortuus per contactum ossium suorum operatur, 13, 21.
Apostoli eiiciunt dæmonia, Marc. 6, 13† 16, 17. Luc. 10, 17. Ioannes & Petrus sanant claudum, Actor. 3, 6.
Petrus excitat Tabitham, 9, 41.
etiam sola sua vmbra sanat, 5, 15.
Paulus restituit claudum, 14, 9.
etiam per fudaria curat infirmos, 19, 12. reddit vitæ puerum ex lapsu mortuum, 20, 10.
Sancti plura quoque alia fecere miracula, quæ longum esset enumerare, ad Heb. 11, 32*.
SANGVINIS consper sio, Exod. 24, 6† 29, 20. Leuit. 1, 5, 11† 3, 2, 8, 13† 4, 6, 16† 7, 2† 8, 19, 30† 9, 18† 16, 14, 18† 17, 6. 2. Par. 30, 16. Ezech. 43, 20. Hebr. 9, 13, 14, 19, 21, 22.
Sanguinis Christi consper sio, Heb. 9, 14† 10, 19† 12, 24. 1. Pet. 1, 22.
Sanguinis esus prohibitus, Genes. 9, 4. Leuit. 3, 17† 7, 26† 17, 10, 14† 19, 26. Deut. 12, 16, 23† 15, 23. 1. Regum 14, 32. Actor. 15, 20† 21, 25.
Sanguinis fluxus sistitur, Matthæi 9, 20.
Sanguinis innocentis effusio, Deut. 19, 5, 11† 27, 24. 2. Reg. 20, 9. 3. Reg. 21, 13. 4. Reg. 21, 16† 24, 4. 2. Paral. 24, 22. Prouerb. 6, 17† 28, 17. Isa. 26, 11. Ierem. 7, 6† 22, 3. Ezech. 22, 4. 4. Esdr. 1, 32. Matth. 23, 34. Luc. 11, 50. Apoc. 6, 10† 18, 24.
Sanguinis innocentis effusio clamat vindictam coram Deo, Genes. 4, 10. 4. Esdr. 15, 8. Apoc. 6, 10.
Sanguine Christi empti sumus, 1. Cor. 6, 20† 7, 23. Actor. 20, 28. 1. Pet. 1, 18. Apoc. 5, 9.
SAPIENTIAE diuinæ origo, proprietas, laus, & vtilitas, Deut. 4, 6† 29, 9. Iob 28, 20† 32, 7. Eccl. 7, 12† 9, 13. Sap. 6, 13, 16† 7*. 8*. 9*. 10*. Eccli. 1*. †3, 1, 3† 4, 12, 28, 29, † 21, 12† 24*. †39, 14. Luc. 21, 15. Rom. 11, 33. 1. Corinth. 1, 17† 2, 6, 10† 3, 19. Col. 2, 3. Iacobi 1, 5 † 3, 15.
SAPHIRA mentitur Spiritui sancto, & cadit in terram mortua, Actor. 5, 2, 8.
SARA filia Raguelis Tobiæ in vxorem traditur, Tob. 7, 10, 15.
SARVIA: vide Zaruia.
SATISFACTIO: vide Pœnitentia.
SAVL de tribu Beniamin quærit asinas, 1. Reg. 9, 3. vngitur in regem à Samuele, 10, 1† 11, 14. Actor. 13, 21. iuxta mandatum, 1. Reg. 9, 15. percussit Ammon, 11, 11. obtulit holocaustum, 13, 9. à regno reiicitur, 13, 13† 15, 22, 26, 28† 16*. exagitat eum spiritus nequam, 16, 14† 18, 10† 19, 9. nititur Dauid configere, 18, 10† 19, 10. persequitur eum, 23*. trucidat sacerdotes Domini, 22, 18. mulierem habentem pythonem consulit, 28, 7. seipsum interficit, 31, 4. sepelitur, 31, 13. filij eius in crucem tolluntur, 2. Reg. 21, 9.
SCANDALVM seu offendiculum proximo, nec in vita, nec in doctrina ponendum, Leuit. 4, 3. Num. 31, 16. 2. Reg. 11, 14. 1. Esdr. 8, 22. Prou. 28, 10. 2. Mach. 6, 24. Matt. 17, 27† 18, 6. Marc. 9, 42. Lucæ 17, 1. Rom. 14, 1, 15. 1. Cor. 8*. †10, 32. 2. Cor. 6, 3. 1. Thess. 5, 22.
quicumque nobis scandalo esse possent, vitabimus, Exod. 34, 12. Deut. 7, 2, 16† 13*. Matth. 5, 29† 16, 22. Marc. 9, 42. Rom. 16, 17.
SCIENTIA Dei: vide Dei.
SCRIPTVRA sacra vnde sit, & quis eius vsus, Exod. 17, 14† 34, 27. Deu. 4, 1† 17, 18† 31, 9. Ios. 1, 8. Isa. 8, 9† 30, 8 †34, 16. Ier. 30, 2† 36, 2, 10† 45, 1. Baruch 1, 3, 14† 4, 1. 2. Esd. 8, 2. 3. Esd. 9, 39. 4. Esdr. 15, 1. Dan. 10, 21. Matth. 4, 4† 22, 29. Luc. 4, 4† 16, 29. Ioan. 5, 39† 10, 44† 20, 30. Actor. 15, 21† 17, 11. Rom. 1, 2† 4, 23† 15, 4. 1. Cor. 9, 9† 10, 11† 15, 3. 2. Tim. 3, 15. 2. Pet. 1, 20† 3, 1. Apoc. 1, 19.
Scriptura difficilis intellectu, 2. Pet. 3, 16. nec omnia scriptis Apostoli mandarunt, Ioan. 20, 30† 21, 25. 1. Cor. 11, 34. 2. Thess. 3, 1. 5. Io. epist. 2, 12† epist. 3, 13.
Scriptura nec lex est iudex, sed Sacerdos, Deut. 17, 18. Ezech. 44, 24*. Mal. 2, 7. quære Sacerdotum officium.
SEB & Oreb interficiūtur, Iud. 7, 25.
SEBAE, quia regnum affectarat, caput præciditur, 2. Reg. 20, 22.
SECVRITAS perfecta de peccatorum remissione aut salute consequenda non habetur in hac vita, Eccles. 9, 1, 2. vide Certi.
SEDECIAS pseudoprophecta, 3. Reg. 22, 11. 2. Par. 18, 10. comburitur, Ierem. 29, 22.
SEDECIAS: vide Zedecias.
SEDITIOSI puniuntur, Num. 16, 31*. vide Murmuratores.
SELEVCVS Asiæ rex, 2. Mach. 3, 3.
SEMAIA mittitur ad Roboam, 3. Reg. 12, 22. 2. Par. 11, 2† 12, 5, 7.
SEMEI maledicit Dauidi, 2. Reg. 16, 5, 13. veniam impetrat à Dauid, 2. Reg. 19, 23. occiditur ex præcepto Dauid, 3. Reg. 2, 9, 42, 46.
SENNACHERIB oppugnat vniuersas ciuitates Iudæ munitas, 4. Reg. 18, 13. 2. Par. 32, 1. blasphemat Deum, Isa. 36*. intetimitur à filiis, 4. Regum 19, 37. Isaiæ 37, 37. secundùm verba Isaiæ 10, 33† 31, 8† 33, 1.
SEPELIRE mortuos, opus misericordiæ, Genes. 23, 19† 25, 9† 35, 19, 29 †50, 5, 13, 25. Num. 20, 1. Deut. 10, 6† 21, 23, Ios. 24, 30. Iud. 12, 7. 1. Reg. 25, 1† 31, 13. 2. Reg. 2, 32† 3, 32. 3. Reg. 2, 10, 31, 34† 11, 43† 13, 29† 14, 31. 4. Regum 13, 20. 2. Paral. 16, 14† 24, 16† 35, 24. Tob. 1, 20† 2, 3, 7† 4, 3, 18† 8, 14 †12, 12† 14, 13, 16. 4. Esd. 2, 23. Eccli. 7, 37† 38, 16. Matth. 14, 12† 27, 58. Ioan. 19, 39. Actor. 13, 29. 1. Cor. 15, 4.
SEPHORA: vide Ziphora.
SERMO Christianorum: vide Loquenda.
SERPENS æneus erigitur, Nu. 21, 8. tollitur, & appellatur Nehustan, 4. Reg. 18, 4. cuius typum gesserit, Io. 3, 14.
SIBA: vide Ziba.
SICELEG: vide Ziceleg.
SICHEM filius Hemor Dinam rapit & concumbit cum illa, Genes. 34, 2. necatur, 34, 26.
SIGNA futurorum, Genes. 9, 12. Exod. 31, 13. Ios. 2, 18. 1. Reg. 2, 34† 10, 2. 2. Reg. 5, 24. 4. Reg. 19, 29. Isa. 38, 7. Tob. 5, 3. Luc. 2, 12.
Signa in memoriam præteritorum, Exod. 12, 3, 8. Num. 15, 38† 16, 38, 40† 17, 10. Ios. 4, 6*.
Signa & miracula fiunt, vt per ea omnipotentia, veritas, iustitia, & bonitas Dei innotescat, Exod. 4, 2, 6† 7, 17† 16, 12. Ios. 3, 10, 14. 3. Reg. 13, 4† 17, 14† 18, 38† 20, 13, 28. 4. Reg. 5, 14† 20, 9. Matth. 8, 26† 9, 2† 14, 28.
SIHON rex Amorrhæorum concedere noluit vt Israel transiret per fines suos, Num. 21, 23. Deut. 2, 30. percussus est in ore gladij, Num. 21, 24.
SILAS cum Paulo mittitur Antiochiam, Actor. 15, 27. profectus est cum Paulo, 15, 40. remansit Beroeæ, 17, 14.
SILERE est vtile, Pro. 17, 20. Eccl. 3, 7. Eccli. 20, 6† 32, 12.
SILO locus in quo fuit domus Dei, Ios. 18, 1. Iud. 18, 31† 20, 18. 1. Reg. 1, 3. conuenerunt omnes in Silo propter Rubenitas, Ios. 22, 12. de Silo affertur arca, 1. Reg. 4, 4. Ierem. 7, 12† 26, 6.
SIMEON nascitur, Genes. 29, 33. interficit cum Leui Sichemitas, 34, 25. eam ob rem arguuntur à patre, 49, 5. in vinculis tenetur in Ægypto, 42, 24, 25.
SIMON in Bethania excipit Dominum, Matt. 26, 6. Marc. 14, 3. Io. 12, 1.
SIMONIA: vide Vendi dona Dei.
SIMPLICIBVS & humilibus reuelat subinde Deus quod abscondit iis qui sibi videntur sapientes, Isa. 29, 18, 24† 32, 4. Eccles. 9, 15. Matth. 11, 25. Luc. 2, 9, 5† 5, 8† 10, 21. Actor. 4, 13. 1. Cor. 1, 24† 2, 1.
Simplex & rectus, Genes. 20, 6. Iob 1, 8. Matth. 10, 16. Actor. 2, 46. Rom. 16, 18. Eph. 6, 5. Coloss. 3, 22.
SIMVLATIO & hypocrisis cauenda, Eccli. 1, 36. Isaiæ 32, 6. Ier. 9, 6. Iob 15, 34. 2. Mach. 6, 24. Matt. 23*.
SOBRIETAS: vide Temperantia.
SOCIETAS bonorum quærenda, malorum vitanda, Genes. 19, 15. Leu. 7, 19. Nu. 16, 25† 25, 4. Ios. 23, 12. 2. Par. 19, 2. Iob 31, 1. Psalm. 25, 4, 8† 36, 1. Prouerb. 1, 10† 4, 14† 6, 25† 13, 20† 20, 19† 22, 10, 24† 23, 6, 17† 24, 1, 21† 29, 27. Ierem. 16, 8. Eccli. 6, 35† 8, 1, 18† 9, 21† 12, 10† 13, 1, 20. Tob. 1, 5. Matth. 7, 15. Actor. 19, 9. 2. Cor. 6, 14. Ephes. 5, 11. 2. Tim. 4, 14. Apoc. 18, 4.
SODOMA & Gomorrha amœnissimo loco sita, Genes. 13, 10. spoliantur, Genes. 14, 11. subuertuntur à Domino, Genes. 19, 25. Deut. 29, 23. Sap. 10, 6, 7. secundùm verba Domini, 18, 20. causa, Ezech. 16, 49.
SOL & Luna creantur, Genes. 1, 16. steterunt ad imperium Iosue, Ios. 10, 12. retrocessit Sol decem gradibus ad petitionem Ezechiæ, & preces Isaiæ, 4. Reg. 20, 11. amittet lumen, Matth. 27, 44. Marc. 15, 33. Luc. 23, 44.
SOLICITVDO nimia, Exod. 34, 21. Leuit. 25, 20. Deuter. 8, 3. Iob 7, 8. Psalm. 54, 25† 144, 15, 16. Prou. 10, 3† 13, 25. Matth. 6, 25† 10, 9, 23† 13, 22 †16, 7. Luc. 8, 14† 12, 22† 14, 18† 21, 31. 1. Corinth. 7, 32. Philip. 4, 6. Hebr. 13, 5. 1. Pet. 5, 7.
SOMNIA & visiones in quibus olim Deus suam voluntatem aperiebat, Genes. 20, 3† 28, 12† 31, 24† 37, 5, 9†

40,8†41,1†46,2.Num.12,6.Iud.7,13,15.1.Reg.3,4,8,11†28,6.2.Reg.7,4.3.Reg.3,5,15.Iob 7, 13†33, 15. Dan. 2,1†7,1. 2. Machab. 15,11,14. Matt. 1,20†2,12,13. Actor. 16,9†18,9†23,11†27,23.

Somnia & visiones, quæ non conueniunt cum doctrina Christi & Ecclesiæ, sunt contemnenda, Deut. 13, 1. Eccles. 5,2. Eccli. 34,1*. Ierem. 23,16,25†27,9†29,8.

SOROBABEL filius Salathiel, 2. Esd. 12,1. Matt. 1,13. Luc. 3,27. instaurat templum Domini Ierosolymis, 1. Esd. 3,3. 3. Esd. 5,70. Eccli. 49, 13. genuit Abiud, Matth. 1,13.

SORORES Christi: vide Fratres.

SORS, Leu. 16, 8. Num. 17*. 126, 55†33,54. Iosue 7,14†18,10. 1. Reg. 10,20†14,17,42. 1. Par. 25,5. 2. Esdr. 11,1. Pro. 16,33†18,18. Ezech. 21,19. Ionæ 1,7. Actor. 1,17.

SOSIPATER comes Pauli, Act. 20,4.

SOSTHENES princeps Synagogæ percutitur, Actor. 18,17.

SPES iustorum non in temporalibus rebus, sed in Deo eiusque promissionibus fundatur, Gen. 26,5. Iud. 7,2,4. 1. Reg. 4,3†17,45†48,1. 3. Reg. 20,28. 1. Par. 19,13. 2. Paral. 25,7†32,7†16,7†20, 15,20. Iudith 9, 13. Psal. 9,11†13,6† 21,5,10†4,2†30,2†39,5†61*. †70,1 †90,2†11,3,9,10,11†141,6† 145,5. Pro. 3,5†22,19†28,25†30,5. Sapientiæ 3,4,9. Eccl. 2,6,12†13,9†33,9†34,14. Isai. 26,4†29,19†30,1,15†31,1†36,7 †40,30. Ie. 2,33†7,4†9,22†17,7†39, 18. Thre. 3,24. Ezech. 29,6. Osee 12,6. Mich. 7,5,7. Nahum 1,7-1. Mac. 3, 18. Matth. 10,37†12,21. Rom. 5, 2†8,24. 2. Cor. 5,2. Col. 1,27. 1. Thess. 1,3,1. Tim. 1,1†6,17. Heb. 3,6. 1. Pet. 1,13.

Spes non facit nos tecutos, nec excludit timorem, vide Timor.

Spes impiorum euanescet, & in quibus confidunt, vana sunt omnia, 4. Reg. 18, 21. Iob 8,13†11,20†14,19†20,4. Pro. 10,28†11,7,23†25,19. Sa. 5,15. Eccli. 5,1,10. Isa. 28,15,18†30,2,12†57,11 †ler. 9,12†17,7. 1. Mach. 2,62.

SPINAE appellantur solicitudines huius mundi, diuitiæ, & voluptates vitæ, Matth. 13,7,22†19, 22. Marc. 4,7, 18†10,22. Lucæ 8,7,14†18,22.

SPIRITVS sanctus promittitur, Isa. 44,3. Ezech. 11,19†36,26†39,29. Ioel. 2,28. Matth. 3,11. Ioan. 7,39†14, 16,26†15,26†16,7. mittitur, Act. 2,1.

Spiritus Dei edocet mentes, Exod. 4. 12. Psal. 31,8. Isa. 54,13. Matth. 10,20. Mar. 13,11. Lucæ 12, 11†21,14. Ioan. 6,45†24,16,26†15,26†16,13. Rom. 8,16,26. 2. Cor. 1,22†5,5. Eph. 1,13† 4,20,21. 1. Ioan. 2,27.

Spiritus probandi sunt vtrùm à Deo sint, Iudith 8,28. 1. Cor. 14,29. 1. Thess. 5,21. 1. Ioan. 4,1.

SPONSVS spiritualis est Christus, Isa. 54,5†62,4. Ier. 31, 22. Ezech. 16,8. Matt. 9,15†25,1. Mar. 2,19. Luc. 5,34. Io. 3,29. 2. Cor. 11,2. Eph. 5,24. Apoc. 19,7†21,2.

Sponsa Christi, vide Ecclesia.

STEPHANVS eligitur, Actor. 6,5. accusatur, 6, 11. respondet ad accusationem, 7*. lapidatur, 7, 57.

STVLTITIA, Pro. 14,29†20,3† 26,1†27, 22. Bar. 3, 23. Eccles. 10,2. Eccli. 33, 5. Matth. 7,26†25,2. Marc. 7,22. Ephes. 5,4.

Stultitia est apud Deum sapientia huius mundi, 1. Cor. 1,18*. †3,19.

Stultorum corda in eorum sunt ore, & contrà sapientum os in corde est, Eccles. 21,23.

SVBDITORVM officium, Exod. 10,28,†22,28. Num. 16*. Iosue 1, 16. 2. Esd. 5,16. Baruch 1, 11. Pro. 13,13† 20,2†24,21†25,6. Eccle. 8,2†10,16. Ie. 29,7. Matth. 17,24†22,16,21. Luc. 20, 22. Rom. 13,1,7. 1. Thess. 5,12. 1. Tim. 2,1. Heb. 13,17. Tit. 3,1. 1. Pet. 2,13.

SVPERIORVM, iudicum, & rectorum officium & potestas in subditos, Genes. 9,6. Exod. 18*. †5*. †18, 13, 17† 22,8. Leu. 24,10,23. Num. 11, 16,24† 25,4†27,15,18. Deut. 1,13,17†17,1† 19,17. Ios. 1,10. Iu. 2,7, 16. 1. Reg. 10, 24. 3. Reg. 3,7. 2. Par. 19,5,8. Iob 29*. † 34,30. Psalm. 81*. Prou. 8,15†11,14† 12,24†16,10†20,8†28, 15†29,4,14† 31,4. Eccle. 10,1,12. Sa. 1,1†6*. Eccli. 7, 4†10,1,24†17, 18. Isaiæ 1,23,26†3,2 †10,1†32,1. Ier. 5,26†23,2†27*. Ezec. 22,6,12†45,9. Dan. 2,21. Osee 13,10. Mich. 3, 1,9. Matth. 22,17,21†26,51. Luc. 20, 22. Io. 3,31†19,11. 1. Cor. 15, 24. Rom. 12,8†13,1. 2. Ti. 2,1. Tit. 3,1. He. 13,17. 1. Pet. 2,13. vide Rex, Iudex.

SVPERBIA prohibetur, committitur, & punitur, Ge. 3,17†11,5,7. Exod. 5,2†14,26. 1. Reg. 17*. 4. Reg. 18,19*. †19,35. Tob. 4,14. Iud. 9,16†13*. Pro. 6,17†11,2†13,10†15,25†16,5,18† 18,12†25,6†29,23. Eccli. 10,9,11,16† 25,4. Isaiæ 3,15,17†9,8†10,8†14,9† 36*. †37,10,24†39,2,5†47,8. Ierem. 48,29†49,16. Ezech. 16,49†28,2†31, 10. Dan. 4, 19, 27†5, 22. Abdiæ 1,3. Malach. 2,11. 2. Mach, 9,4,6. Luc. 1,47 †10,15†14,7,11†18,11†22,24. Act. 12,21. Ro. 1,30†11,20. 2. Tim. 3,2. 1. Pet. 5,5. 2. Pet. 2,18. Iud. 16. Apoc. 18*.

SVSANNAE historia, Dan. cap. 13*.

SYRI imperant Israeli, Iud. 3, 8. opprimuntur ab Othoniel, 3,10. cæduntur à Dauide, eiq; fiùt tributarij, 2 Reg. 8, 5. Iuuant filios Ammon contra Dauid, 10,6. fugientes à facie Israel, occiduntur à Dauid, 10, 13, 18. Samariam obsidentes, cæduntur, 3. Reg. 20, 29. pugnant contra Israel, 4. Reg. 6,8. mentis stupore immisso, quasi cæci ducuntur in Samariam, 6, 18, 19.

obsidet Samariam, 6, 24. territi à Deo soluunt obsidionem, 7, 6, 7. vastantur à rege Assyriorum, & transferuntur Cyrenen, 4. Reg. 16, 9. desolatio eorú prænúciatur, Isa. 17, 1. Ie. 49, 23. Amos 1, 3.

T.

TABITHA suscitatur à mortuis, Actor. 9, 36, 40.

TEMPERANTIA in cibo, potu, & concubitu. Tob. 6, 15. Eccles. 5, 6. Eccli. 31, 18†32, 7. Dan. 1, 8, 11. Rom. 13, 13†14, 17. 1. Cor. 7*. Gal. 5, 23. 1. Tim. 3, 2. 2. Tim. 1, 7. Tit. 1, 8†2, 6, 12. 1. Pet. 1, 13†5, 8. 2. Pet. 1, 6.

TEMPLVM Salomonis quando, quanto tempore, & qua forma sit extructum, 3. Reg. 6*. †7*. 2. Par. 3*. 4*. promissio eius, 2. Reg. 7, 13. extruitur ope Gentilium, 3. Reg. 5*. consecratur, 8*. 2. Pa. 7, 7. prophanatur per Achaz, 2. Par. 28, 21. iterum cõsecratur per Ezechiam, 2. Par. 29*. prophanatur & denuò consecratur per Manasse, 2. Paral. 33, 7, 15. exuritur, 4. Reg. 25, 9. prout prædictum erat, 2. Par. 7, 20. iterum extruitur, 1. Es. 1*. 3*. 4*. 5*. †6, 3, 7. spoliatur & accenditur, 1. Mach. 1, 23, 33. prophanatur, 1, 49, 57. mundatur, & consecratur, 4, 36. 2. Mach. 10, 1. & consecratur, 4, 36. 2. Mach. 10, 1. eius deuastatio, Dan. 9, 26. Matth. 24, 2. Mar. 13, 2. Luc. 19, 41.

contra Templum prophetatur, Leuit. 26, 31. 3. Reg. 9, 7. 4. Reg. 21, 12. 2. Par. 7, 20. Psalm. 73, 6. Isaiæ 66, 1. Ierem. 7, 3, 17†26, 6, 12. Amos 9, 1. Mich. 3, 12. Zach. 11, 2.

Templum spirituale & domus Dei, 2. Reg. 7, 13. Prou. 9, 1. Aggæi 2, 8. Matth. 7, 24†16, 18. Ioan. 2, 19. 1. Cor. 3, 16† 6, 19. 2. Cor. 6, 16. Eph. 2, 20. 1. Tim. 1, 15. Heb. 3, 6. 1. Pet. 2, 5. vide Ecclesia.

Templa idolorum, 1. Reg. 5, 2†31, 9. 3. Reg. 11, 7. 4. Reg. 10, 21†17, 32†19, 37. 1. Par. 11, 10. Baruch 6, 16, 30, 54. Isa. 37, 38. Ierem. 43, 12. Dan. 14*. 1. Mach. 1, 50†6, 2†10, 83. 1. Machab. 6, 2. Actor. 19, 27.

Templum domus Dei, & domus orationis vocatur, Isa. 56, 7. Matth. 21, 13. Christus ipse & omnes fideles frequenter in templo versabantur, Matth. 24, 1. Marc. 11, 11†12, 35. Luc. 2, 30†19, 45. Act. 2, 46†3, 1†5, 20, 21†21, 26†22, 17. in Templo oratur Deus, & exaudit, 3. Reg. 9, 3†8, 29. 2. Pa. 6, 19. Mat. 21, 13.

Tépla manufacta nõ inhabitat Deus, quasi iis concludi possit, vel illis indigeat vt homo ædibus, 3. Reg. 8, 27. 2. Par. 6, 18. Isa. 66, 1. Ie. 23, 24. Act. 7, 48†17, 3.

alioqui Deus in Templis materialibus habitare dicitur, 3. Reg. 6, 13†8, 12, 1. Par. 23, 25. Psal. 77, 60†131, 13. Ierem. 7, 3, 7. Matth. 23, 21. Actor. 7, 46.

Templum dicitur locus sanctus, Gen. 18, 17. Exod. 3, 5.

Templum magnis muneribus dotatum, 2. Par. 1*. 2*. 3*. 4*. 5*. 2. Mach. 3, 2.

Templi profanatores à Deo puniuntur, Isaiæ 56, 5*. 2. Machab. 3, 25, 26*. Matth. 21, 12. Ioan. 2, 15.

TEMPORIS opportunitas in omnibus rebus obseruanda, Eccles. 3, 1†8, 5. Eccli. 20, 6†32, 20. Rom. 12, 11.

TENEBRAE trium dierum in Ægypto, Exod. 10, 22. Psalm. 104, 28. Sap. 17, 2†19, 16.

in Tenebris versatur mundus, & amat eas, 4. Esd. 14, 20. Isaiæ 9, 1†59. 9†60, 2. Ioan. 1, 5†3, 19†8, 12†12, 35. Act. 26, 17. 1. Thess. 5, 7. 1. Ioan. 2, 11.

TENTARE Deum non licet, Exod. 14, 11†17, 2. Deut. 6, 16. Iudith 8, 11. Matth. 4, 7. 1. Cor. 10, 9.

Tentat seu veriùs probat Deus suos variis modis, Genes. 22, 1*. Exod. 15, 25 †16, 4†20, 20. Deuter. 8, 2†13, 3. Iud. 2, 22†3, 1. 2. Paral. 32, 21. Tob. 2, 8. Iob 1, 12*. Sapien. 3, 5. Eccles. 2, 4†27, 28. Zachar. 13, 9. Rom. 5, 4. 2. Petr. 2, 9. Iacob. 1, 2.

Tentari non patitur Deus suos supra

id quod

id quod possunt, 1. Cor. 10, 13. 2. Pet. 2, 9. Apoc. 2, 10.

TERTVLLVS Orator accusat Paulum, Actor. 24, 2.

TESTAMENTVM, Gal. 4, 24. Heb. 9, 1†13, 20. vide Nouum Testamentum.

TESTIMONIVM tum verum, tum falsum, Exod. 20, 16†23, 1. Num. 35, 30. Deut. 5, 20†17, 11†19, 15, 18. 3. Reg. 21, 10. Psalm. 26, 12†34, 11. Pro. 6, 19†14, 5†19, 5, 9†21, 28†24, 28 †25, 18. Dan. 13, 34*. Matt. 18, 16†19, 18†26, 59†28, 13. Mar. 10, 19. Ioan. 8, 17. Act. 6, 11. Ro. 13, 9. 2. Cor. 13, 1. 1. Tim. 5, 19. Heb. 10, 28. vide Mendaciũ.

THADDAEVS, vide Lebbæus.

THAMAR concumbit cum Iuda suo socero, Gen. 38, 15. gignit geminos Phares & Zara, 38, 27†46, 12.

Thamar violatur ab Amnon fratre suo, 2. Reg. 13, 14.

Thamar filia Absalonis, 2. Re. 14, 27.

THARE pater Abrahã, Ge. 11, 26.

THEBES obsidetur, Iud. 9, 50.

THEBNI rex Israel, 3. Reg. 16, 21.

THECVITIS mittitur ad regem Dauid, vt impetret reductionem Absalon, 2. Reg. 14, 2*.

THEGLATH Phalasar deuictam magnam partem Israelitarum transtulit in Assyrios, 4. Reg. 15, 29.

THEODAS occisus est, Act. 5, 37.

THESAVRVS minùs diligendus magis diligitur, Osee 9, 1. Matth. 6, 19† 19, 22. Marc. 10, 22. Luc. 12, 22, 33†18, 23. Ioan. 6, 26. 2. Cor. 4, 18.

THOLA dux in Israel, Iud. 10, 1.

THOLOMAI rex Gessur, 2. Re. 13, 37.

THOMAS Didymus paratum se offert cum Christo ire in mortem, Ioan. 11, 16. erat incredulus, 20, 25, 27.

TIMENDVS est Deus, & ante oculos habendus, Genes. 22, 12†31, 49. Exod. 1, 17†20, 20. Deut. 4, 9†6, 2, 13, 24†10, 12, 20†13, 4. Iosue 24, 14. Iud. 6, 10. 4. Reg. 17, 36. 2. Par. 20, 15. Iob 1, 8†28, 28. Psalm. 26, 1†32, 8†33, 8, 10† 110, 5†111, 1†127, 1. Prou. 1, 7†3, 7† 9, 10†14, 2, 27†15, 16†16, 6†22, 4†24, 21. Eccle. 12, 11. Eccli. 1, 11*. †2, 7, 12, 18†7, 31†10, 23†15, 1†25, 16†33, 1† 34, 16†41, 16. Isaiæ 8, 5†41, 10†43, 1† 51, 12. Ier. 10, 7†32, 39. Baruch 3, 7. 4. Esd. 16, 68. Matt. 10, 28. Luc. 12, 5. 1. Pet. 2, 17†3, 1. 5. Apoc. 14, 7.

Timoris Dei fructus, vtilitas, & laus, Gen. 20, 9. Psal. 102, 17†124, 1†117*. Prou. 10, 27†14, 27†19, 23†22, 4. eius defectus, causa peccandi, Gen. 20, 11.

Timore punit Deus & terrore, Genes. 35, 5. Exod. 83, 27. Leu. 26, 36. Deut. 2, 24†11, 25†28, 10, 65. Ios. 2, 9†10, 10. Iud. 4, 5†7, 21. 1. Reg. 7, 10. 4. Reg. 7, 6. 1. Par. 5, 17. 2. Par. 14, 14†17, 10†20, 29. Psal. 9, 20. Ierem. 49, 37. Iud. 14, 14† 15, 1. 2. Mach. 3, 24.

Timoris Dei exempla, Exod. 1, 17† 14, 31. 3. Re. 18, 3. 2. Par. 19, 7. Tob. 1*. †2, 9, 13†3, 18†9, 12. Iud. 8, 8. Iob 31, 23. Ionæ 1, 16. Pro. 31, 30. 2. Mach. 6, 30. Luc. 2, 25. Act. 8, 2†9, 31†10, 2, 35.

Timor & solicitudo non repugnat fidei, aut spei, Ps. 2, 11. Eccle. 9, 1, 2. Eccli. 5, 5. Rom. 11, 20*. 1. Corint. 9, 27†10, 12. Philip. 2, 12*. †3, 11, 13. Hebr. 3, 14 †4, 1*. 2. Pet. 3, 17.

Timent & reuerentur bonos etiã mali, Gen. 20, 8. Exod. 14, 25, 1. Reg. 18, 12. 4. Reg. 1, 14. 2. Esd. 6, 16. 1. Mach. 3, 25 †12, 28. Marc. 6, 20. Act. 5, 13†16, 29.

TIMOTHEVS circumciditur, & proficiscitur cum Paulo, Act. 16, 3. mittitur cum Paulo in Macedoniam, 19, 22. accepit gratiam per impositionem manuum, 1. Tim. 4, 14. 2. Tim. 1, 6.

TITVM Gentilem noluit Paulus circumcidi, Gal. 2, 3. Titus à Paulo constitutus episcopus Cretensis, Tit. 1, 5.

TOBIAS vir pius, & in pietate constans, Tob. 1, 1*. fit cæcus, 2, 11. visum recipit, 11, 14.

TRADITIONES etiam sine scripto ab Apostolis acceptæ, seruandæ nobis sunt, 2. Thess. 2, 15.

Tradiderunt Apostoli quædam viua tantùm voce, 1. Cor. 11, 34. epist. Ioan. 2. vers. 12. & 3. vers. 13.

TRIBVLATIO, vide Crux.

TRIBVTVM, vide Exactio.

TRINITAS figurata, & declarata, Genes. 1, 26†18, 2. Exod. 3, 6, 15, 16†4, 5. Psalm. 32, 6, Isaiæ 6, 3†34, 16†48, 16 †61, 1. Matth. 3, 16†10, 20†17, 5†28, 19. Lucæ 4, 18. Ioan. 3, 35†14, 16. 26† 15, 26†16, 3. 1. Ioan. 5, 7.

TRIPVDIARE, vide Choreas ducere.

TRISTARI immoderate propter temporalia minimè laudãdum, Pro. 12, 25†15, 13†17, 22. Eccli. 30, 22†38, 19. 1. Mach. 6, 8. 2. Cor. 7, 10.

TRYPHON partium Alexandri transit ad Emalchuel Arabem, 1. Mach. 11, 39. cupiens regnum Antiochi occupare, & fingens se amicum apud Ptolemaida, dolo capit Ionathan, 12, 39, 49. à Simone accepta pecunia Ionathan occidit cum filiis, 12, 19, 23. interimit Antiochum filium Alexandri, 13, 31.

TVBA clangent angeli in consummatione sæculi, Matth, 24, 31. 1. Cor. 15, 52. 1. Thess. 4, 16.

V.

VÆ væ, quibus & quas ob causas interminetur Scriptura, Num. 21, 29. Eccl. 4, 10†10, 16. Isaiæ 1, 4, 24†3, 9, 11 †5, 8, 18†6, 5†10, 1†17, 12†18, 1†24, 16†28, 1†29, 1†30, 1†31, 1†33, 1†45, 9. Ier. 4, 31†13, 27†22, 13†23, 1†45, 3 †48, 1. Ezech. 6, 11†13, 3, 18†16, 23† 30, 2†34, 2. Osee 7, 13. Ioel 1, 15. Amos 5, 18†6, 1. Mich. 2, 1. Nahũ 3, 1. Abac. 2, 6, 12. Sop. 2, 5†3, 1. Iud. 16, 20. Eccli. 2, 14†41, 11. Matth. 11, 21†18, 7†23, 13*. Luc. 6, 24†10, 13†11, 42†17, 1. 1. Cor. 9, 16. Iudæ 11. Apoc. 8, 13†9, 22† 11, 14†12, 12†18, 10, 16.

VASTHI spernit regis imperium, & ab eo repudiatur, Esther 1, 9, 19.

VENDI non debent dona Dei, 4. Reg. 5, 22, 26*. Dan. 5, 17. Matth. 10, 8. Act. 8, 20†20, 35. 1. Cor. 9, 15. 2. Cor. 11, 9†12, 13. quære Emere.

VENTER pro Deo eligitur, Rom. 16, 18. Phil. 3, 19.

VERBVM Dei semper ob oculos ponendum, Deut. 4, 1†6, 6, 17†11, 18. Num. 15, 39. Psalm. 1, 2. Pro. 5, 1†4, 1, 20†6, 20†7, 1.

à Verbo Dei non recedendum, Deut. 4, 2†5, 32†28, 14. Iosue 1, 7†23, 6. Pro. 4, 27. Isaiæ 30, 21.

Verbum Dei vniuersum non est scriptis traditum, Ioan. 14, 26† 20, 21†21, 25. 1. Cor. 11, 34. 2. Thess. 2, 15. 2. Io. 12, 3. Ioan. 18.

Verbum Dei, non audiendum solùm & loquendum, sed & corde credendum, & factis præstandum, Deut. 5, 1, 27†6, 1†31, 12. Isa. 29, 13. Ezech. 33, 31. Matt. 5, 22†7, 24†15, 8†28, 20. Lucæ 6, 47† 11, 28†12, 47. Ioan. 13, 17. Hebr. 4, 2. Iac. 1, 22.

Verbi Dei contemptus, & punitio eius, 3. Reg. 13, 4. 4. Reg. 17, 14, 19. 2. Paral. 30, 6, 10†36, 15. Prou. 1, 24, 28† 28, 9. Isa. 28, 14†30, 9, 14†65, 10†66, 4. Ier. 2, 5†5, 12, 20†7, 13†16, 9†19*. †25, 4. Ezech. 33, 30. Matt. 10, 14†11, 20. Luc. 10, 10. Actor. 13, 45†18, 6. Roman. 1, 21, 30. 2. Thessal. 2, 10. Hebr. 2, 3. vide Inobedientia.

Verbum Dei manet in æternum, Nu. 23, 19. Tob. 14, 6. Psalm. 32, 11†116, 2 †118, 89. Isaiæ 40, 8†51, 6†54, 10. Matth. 5, 18†24, 35. Marc. 13, 31. Luc. 16, 17†21, 31. 1. Pet. 1, 25.

Verbum Dei quantæ sit virtutis & efficacitatis, Gen. 1*. Psalm. 32, 9. Iob 38, 11. Isaiæ 46, 10†55, 11. Matt. 8, 13, 26. Marc. 1, 27. Lu. 5, 13, 24†8, 24† 18, 42.

Verbum Dei est cibus animæ, Deut. 8, 3. Sap. 16, 26. Ierem. 15, 16. Ezech. 3, 3. Matth. 4, 4. Luc. 4, 4.

Verba sunt ponderanda & non leuiter effutienda, Psalm. 111, 5. Pro. 15, 2, 23† 13, 3† 20, 15† 17, 27† 21, 23†25, 11. Eccles. 5, 2†12, 10. Eccli. 5, 12†20, 7† 23, 7†28, 29†32, 18. Matt. 12, 36. Col. 4, 6. Iac. 1, 19.

VERITAS, Isaiæ 59, 15. 3. Esd. 3, 12† 4, 33. 4. Es. 1, 17. Zach. 8, 16. Eph. 4, 25.

VESTIENDI sunt nudi, Isa. 58, 7. Tob. 1, 17. Ezech. 18, 7. Matt. 25, 36. vide Eleemosyna.

Vestium abusus: vide Abusus.

Vestes scindere, Gen. 44, 13. Ios. 7, 6. Iud. 11, 35. 1. Reg. 4, 12. 2. Reg. 13, 31. 3. Reg. 21, 27. 4. Reg. 5, 7†6, 30†11, 14 †18, 37†19, 1†22, 11, 19. Esther 4, 1. Ier. 36, 24. Ioel 2, 13. 1. Mach. 2, 14†3, 47†4, 1†11, 71. Matth. 26, 65. Actor. 14, 13†16, 22.

VIA per quam iusti ambulant quæ & qualis sit, Ps. 118, 5. Pro. 3, 6, 17†16, 5, 17. Eccli. 5, 12. Isa. 26, 7†30, 11†35, 8† 40, 3. Ier. 31, 21. Osee 14, 10. 1. Thess. 4, 1. Heb. 12, 13.

Via iustorũ à Domino dirigitur, Tob. 4, 20. Psalm. 16, 5†24, 4†118, 35. Pro. 4, 12, 18†13, 6†16, 9†20, 24. Isa. 48, 17. Ier. 10, 23. Mich. 4, 2.

Via iustorum remuneratio sem à Deo expectat, Psal. 24, 12. Pro. 12, 28. Ierem. 6, 16†7, 5.

Via impiorũ qualis, Ps. 118, 3. Pro. 4, 19, 26, 27†12, 15†21, 2†22, 5. Isa. 57, 10

Viæ impiorum exitus & finis, Iob 6, 18. Pro. 14, 12†18, 18. Eccli. 2, 16†21, 11. Ier. 2, 36†4, 18.

VICTORIA à Deo expectanda est, Gen. 14, 14. Exod. 17, 9. Deut. 7, 18. Iosue 11, 6. Iud. 7, 7. 1. Reg. 14, 6†17, 45. 2. Par. 14, 11†16, 8†24, 24†25, 8. Psal. 117, 16. Pro. 21, 31. Iud. 9, 15.

Victoria potiuntur pauci contra multos, Gen. 14, 14. Iud. 7, 2, 4. Ios. 11, 1, 7. 1. Reg. 14, 6, 14. 2. Par. 13, 14† 14, 11,

12†24,

12†24,24. 1. Mach. 3,16,22. post partam victoriam triumphus instituitur, Num. 31,53. Iud. 11,34. 1. Reg. 18,6. 2. Mach. 3,7.

VIDVIS benefaciendum est, Exod. 22,22. Deut. 16,14†24,17,19†26,12 †27,19. Iudith 16,28. Iob 24,3†31,16. Eccli. 4,10. Isa. 1,27. Ierem. 22,3. Zach. 7,10. Mal. 3,5. Matth. 23,14. 1. Tim. 5, 3,16. Iac. 1,27.

Viduas pias quid deceat, Iu. 8,4. Lucæ 2,37. 1. Tim. 5,3,5. Tit. 2,3.

VIGILARE, vide Aduentus Domini.

VINDICTA soli Deo eiusque ministris ac magistratui commissa, vnde & alijs est prohibita, Gen. 15,14. Leu. 19, 18. Deut. 32,35. Iud. 8,20†16,20. Psal. 7,7†9,13†93,1. Prou. 17,11†20,22† 24,29†28,22. Eccli. 28,1. Ezech. 25,12, 14. Nahum 1,2. Matth. 5,39. Luc. 9,54 †18,6,7,8. Rom. 12,19. Galat. 5,10. 1. Thess. 5,15. 2. Tim. 4,14. Heb. 10,30. 1. Pet. 3,9. Iac. 5,4. Apo. 6,10. vide Remissio.

VINEA, Genes. 9,20. Deut. 23,24. Isa. 5,1. Cant. 8,11. Matt. 20,1†21,33.

VIRGINITAS commendatur, Matth. 19,12. 1. Corinth. 7,25*. Apoc. 14,4.

Virginitas præfertur coniugio, 1. Cor. 7,38,40.

Virgines seruantur, Num. 31, 18† 21,11.

Virgines olim vt nunc conclusæ, 2. Mach. 3,19.

VISITARE & consolari infirmos seu ægrotos, opus misericordiæ, Genes. 48,1. 4. Reg. 8,29†13, 14. Iob 2,11. Psalm. 40,4. Eccl. 7,3. Eccli. 7,28 †38,13. Matth. 25,37,40. Ioan. 11,3† 12,9. 2. Corinth. 1,4.

VISERE Sanctos desiderat Paulus, Rom. 1,11†15,23,32. Gal. 4,20. 1. Thess. 2,17.

VITA fidelium ad quam regulam sit instituenda, Genes. 17,1. Exod. 20, 11*. Leuit. 11,44†19,2†20,7,29†21, 8. Matth. 5,48†11,29. Luc. 6,36. Ioan. 12,26†13,13†15,12†21,15. Rom. 6, 4†8,29†13,14†15,2. Ephes. 2,9†4,1, 23†5,1,9. Phil. 1,27†2,5,14. Col. 2,6 †3,9,12*. 1. Thess. 4,3. Tit. 2,11†3,8. Heb. 12,2. 1. Pet. 1,15†2*. †3,17†4,1. 1. Ioan. 1,7†2,6.

Vitæ humanæ breuitas & vanitas, Genes. 3,19. 2. Reg. 14,14. 1. Paral. 29, 15. Iob 3,20†7,6†8,9†9,21,25†13, 28†14,1. Psalm. 38,6†89,5,9†101,4, 12†102,15†108,23†143,4. Eccles. 2, 23†3,10†7,1. Sap. 2,5†5,9. Eccl. 14, 18†17,31†18,8†40,6†41,1. Tob. 4, 23. Isa. 40,6. Luc. 12,18. Ephes. 5,16. He. 13,14. 1. Pet. 1,14. Iac. 1,10†4,14.

Vitam pro fratribus ponere, Esther 4,15. Iud. 13,3,25. Ioan. 15,13. 1. Io. 3,16.

VITIS, Genes. 49, 11. Iud. 9, 12. Zachar. 3,10. 1. Mach. 14,12. Io. 15,1. Vitis palmes appellatur populus Israeliticus, Osee 10,1. Ioan. 15,5.

VITVLVS erigitur in idolum, Exod. 32,4. Deut. 9, 16. 3. Reg. 12,28. 4. Reg. 10,29†17,16. Psalm. 105,19. Osee 8,5. Actor. 7,40.

VIVENDVM Deo non sibi, Rom. 14,7. 2. Cor. 5,15. Gal. 2,20. 2. Thess. 5, 10. 1. Pet. 4,2.

VNCTIONIS extremæ sacramentum, Iac. 5,14.

VOLVNTAS nostra accommodanda voluntati diuinæ, 1. Reg. 3, 18. 2. Reg. 10,12†15,20. 1. Mach. 3,60. Matth. 6,10†26,39. Marc. 14,36. Luc. 22,42. Actor. 21,14. 1. Cor. 4,19. Heb. 6,3. Iac. 4,15. vide Abnegatio.

Voluntas Dei, Matth. 7,21†12,50. Marc. 3,35. Ioan. 6,39. Rom. 12,2. Ep. 5,17. Coloss. 1,9. 1. Thess. 4,3. 1. Tim. 2,4. 1. Ioan. 2,17.

Voluntas Dei nō est vt aliquis pereat, Ezech. 18,23. Ioan. 6,39. 1. Timoth. 2, 4. 2. Pet. 3,9.

Voluntatē pro opere acceptat Deus, Genes. 20,3,6†22,9. 2. Reg. 11,14†12, 9. 3. Reg. 21,19. vide Cor.

VOLVPTAS carnis, vide Concupiscentia.

VOTVM, Genes. 28, 20. Leuit. 27, 1. Num. 6*. †21,2†30*. Deuter. 23,21. Iud. 11,30. 1. Reg. 1, 11. 2. Reg. 15,8. Psalm. 75,12. Eccles. 5,3. Baruch 6,34. Matth. 14, 7. Actor. 18, 18†21, 23† 23,12.

Votum castitatis seruandæ, seu non cognoscendi virum, Lucæ 1,34.

non sine damnatione violatur, 1. Timoth. 5, 12.

VRIAS defert litteras Dauidis ad Ioab, 2. Reg. 11,14.

Vrias propheta contra Ierusalem, ideoque eductus de Ægypto, occiditur a Ioacim, Ier. 26,20,23.

Vrias Sacerdos iuxta præceptum regis Achaz extruit altare, 4. Reg. 16, 11.

VRIEL angelus Dei, 4. Esd. 4, 1† 5,20.

VSIA rex Iuda pugnat aduersus Philisthæos, sumit sibi officium Sacerdotum; adolere volens incensum, lepra punitur, moritur, 2. Par. 26,17,20,23. appellatur Azarias, 4. Reg. 15,1. appellatur Ozias, Matth. 1,9.

VSVRA, Exod. 22,25. Leu. 25,35. Deuter. 23,19. 2. Esd. 5,7. Psalm. 14,5. Pro. 22,16†28,8. Ierem. 15,10. Ezech. 18,8,13†21,12. Luc. 6,34†19,8.

VXORIS officium, Gen. 2,22,†3, 16. Num. 30,7, 13. Deut. 22,5. Esther 1,10*. Tob. 10,12. Pro. 11,16†12,4. Isa. 3,15,17. 1. Cor. 7*. †11,5,9†14, 34. Ephes. 5,22. Col. 3,18. 1. Tim. 2,11 †3,11†5,2,10. Tit. 2,4. 1. Pet. 3,1. vide Mariti officium.

Z.

ZACHAEVS excipit Christum suis ædibus, Luc. 19,6.

ZACHARIAS filius Ioiadæ siue Barachiæ sacerdotis lapidatur, 2. Paral. 24,20. Matth. 23,35.

Zacharias propheta tempore Darij, Zachar. 1,1.

Zacharias pater Ioannis Baptistæ, Luc. 1,5.

ZADOCH filius Abiathar fit summus Sacerdos, 3. Reg. 2,35.

ZALPHAAD filiæ postulant hereditatem, Num. 27,1,7†36,2. Iosue 17,3.

ZARVIA filia Isai soror Dauidis genuit Abisai, Ioab, & Asael, 2. Reg. 2, 18. 1. Paral. 2,16.

ZEBEDAEVS pater Iacobi & Ioannis, Matth. 4,21. vxor eius Salome intercedit pro filijs apud Christum, Matth. 20,20.

ZEBEE & Salmana reges Madianitarum capiuntur, Iud. 8*.

ZEDECIAS, qui & Mathanias, patruus Ioachin substituitur pro eo in regno Iuda, 4. Reg. 24,18. Ierem. 37,1. obsessa à Nabuchodonosor Ierusalem Zedecias effossis oculis ac vinctus, necatisque coram se filiis, in Babylonem ducitur, 4. Reg. 25,1,6,7. Ier. 39,4,7†52, 3. quemadmodum ei prædictum erat, Ierem. 27,12,†37,16. Ezech. 12,3†17, 16†21*.

ZELVS & Zelotypia, Gen. 34.2,25, 27. Exod. 32, 19, 27. Num. 25,7. Iud. 20,1,8. 1. Reg. 11,6†15,11,32. 3. Reg. 18,40†19,10,14. 4. Reg. 10*. 1. Mach. 2,24. Matth. 21,12. Ioan. 2,17. Actor. 9,1. Phil. 3,2.

ZIBA seruus Saulis constituitur procurator Miphiboseth, 2. Reg. 9,9. donantur ipsi omnia bona Miphiboseth, 16,2. procedit obuiā regi Dauid, 19,17.

ZICELEG donatur regi Dauid, 1. Reg. 27, 5. exuritur ab Amalechitis, 30,1.

ZIPHORA vxor Moysi, Exod. 2, 21. circumcidit filium suum, 4,25.

ZOROBABEL, vide Sorobabel.

FINIS.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Ioannem Moretum.

cIↃ. IↃC. V.

2000